



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

7306

18

80-7-8

~~576~~

~~80-7-8~~

Dec  
2, 1930



R. P. FRANCISCI

# AMICI

CONSENTINIE SOCIETATE IESU

S THEOL. DOCTORIS:

AC PROFESSORIS IN COLLEGIIS

AQVILANO,

NEAPOLITANO, GRÆCENSI, VIENNENSI,

NVNC VNIVERSITATIS GRÆCENSIS CANCELLARII,

CVRSVS THEOLOGICI.

TOMVS SEPTIMVS,

DE SACRAMENTIS

*Dela Sacerdotio. Et collin genere, Theologo & Alcalae.*

BAPTISMO, CONFIRMATIONE,  
ET EUCHARISTIA.



ANTVERPIÆ,

Apud GUILIELMVM LESTEENIVM, via vulgo Hoochstraet dicta,  
sub Pellicano aureo, M. DC. L.

Cum Privilegio Casareo & Regio.

Soy de la Librería  
del Colegio  
de la Concepción  
d' Alcalá.

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO  
PRÆSVLI AC DOMINO  
**D. MICHAELI**  
**AC VMBERG**  
DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA  
EPISCOPO CHRISTOPOLITANO,  
SACRÆ CÆS. MAIESTATIS CONSILIARIO  
SVFFRAGANEO ET PRÆPOSITO  
LABACENSI,  
AC INCLYTI DVCATVS CARNIOLIÆ DEPVTATO &c.



EMINISTI, ILL.<sup>MI</sup> AC REVER.<sup>MI</sup> PRÆSVL, Nilum  
fluuiorum terræ facilè maximum è paradisi primò  
exortum scaturigine, non solùm fœcundâ alluuiione  
per solam Ægypti sterilitatem expatiari, sed fluxu  
præterea suo ita esse varium, vt modò sub terram  
dissimulato gurgite abscōdat se, modò alibi erum-  
pens collectâ aquarum vi in stagna turgescat, modò iterum stationis  
pertæsus tellure euagetur latè, ac tandem in septem diuisus ostia, sui tam  
operosi cursûs ipso in Oceano quietem, finemque nanciscitur. Præuo-  
las, SACRATISSIME PRÆSVL, perspicaci Ingenij acie dictionem meam, &  
liquidò animaduertis in quem alueum septena hæc gratiarum fluenta  
deriuare moliar; quæ quidem è sacris litteris, concilijsque promanantia,  
& veluti à diuersis canalibus in vnum flumen collecta, ego per quadra-  
ginta prope annos in diuersis Europæ Academijs, veluti aliquis agge-  
rum sacrorum custos, operoso sanè labore dirigo, moderorque; & mo-  
dò palam in cathedris vniuersitatum prælegendo, modò priuatâ lucu-  
bratione veluti sub sabulo purificando, modò rursus luci publicæ expo-  
sita nouis commentationibus quasi aquis augmentando, apud diuersos  
Mæcenates stagnare feceram, donec iam tandem labore fessus septe-  
num hoc diuinorum Sacramentorum fluentum in sinum tuum veluti  
patentissimum maris alueum exonerarem. Nimirum perspectam habui  
vasti animi tui amplitudinem & capacissimum rerum etiam maxima-  
rum pectus, vt ita litigante mecum nequidquam modestiâ tuâ, temeri-

Tomus VII.

† ij · tatis  
Digitized by Google

# E P I S T O L A

tatis argui non possim , quod te purissimorum salutis fontium Patro-  
num elegerim , qui non solum Seraphicæ familiæ progenie , *aquis iam  
antè multis* (volo dicere) *Populus multis* , in istis nempe Prouincijs Ge-  
neralis Commiss. munere Tuis & diu & fructuosè præfuisti , sed omni  
præterea virtutum religiosarum ornatus decore , nostræ Te Societatis  
semper exhibuisti amantissimum , adeoque iure quodam suo iterata de  
Te fama exposcere videbatur à me , vt hæc diuinorum mysteriorum  
flumina si ex oblatione minus grata , ex munere certè gratissima ad Te  
vnum dirigerentur . Noui enim uero , SACRATISSIME PRÆSVL , quòd apud  
naturales passim Scriptores reperire est , triplici animalium generi pura  
flumina in delicijs esse , Columbæ , Agno & Apibus : Hinc planè non  
ambigebam quòd Columba Tua mansuetudo , melleus Conuersationis  
lepos , floridaque tot linguarum Eloquentia , agninæ demissioni ac tole-  
rantiæ coniuncta , his aquis delectarentur imprimis , & quandóque à  
grauissimis Reipub. negotijs respirantia *in gaudio haurirent aquas de fon-*  
*tibus Saluatoris* . Quæ quidem triplex Tuæ menti à teneris congenita  
prærogatiua non ità Cœnobij abdi poterat angustijs , quin illicò Prin-  
cipum virorum oculos animaduerteret , suaderetque campum relin-  
quere tam vastæ virtuti , & obsecundare communi Bono tantopere ex-  
petenti . Hinc ad tractanda summorum capitum secreta negotia iam  
tum adhibitus , cùm eâ dexteritate integritateque versareris in omni-  
bus , quam multi desiderare magis possent , quām obtinere , visum fuit  
ijs qui Aquilinâ acie suorum bene expendunt merita , ad Insulam ad-  
uocare iampridem sacrum verticem , & lucernam tantæ sphæræ capa-  
cem eo loci constituere , vnde eam plures contueri , deque amoenissimo  
eius splendore delibare possent . Sed neque hic stetit , vel Tuâ de patriâ  
optimè merendi sedulitas , vel summorum Principum in Te exornan-  
do conatus ; factus enim non multò pòst inclytæ Prouinciae Deputa-  
tus communi Bono omnem tuam operam dedicasti , delegatus insu-  
per patrijs in Comitijs pro summâ Maiestate Commissarius dignus es  
habitus , qui pro Cæsare vti faceres , ita & iam tertio loquereris . Hæc  
Dei & Principum in Te profusa beneficia , cum pulcherrimis naturæ  
dotibus exquisitaque demissione animi ac modestiâ coniunctâ sicubi  
Te Nobilitati suspiciendum , Canonicorum Collegium venerabilem ,  
Patriæ denique gratissimum efficiunt , ita mihi Tuarum laudum iam  
pridem admiratori tacite imperare videbantur , vt aliquo grati animi  
symbolo tuam , ILLVSTRISSIME PRÆSVL , Humanitatem conuenire , cer-  
tus , qui nostrum ordinem in alijs omnibus officijs benevolentia præ-  
uolas ac amplecteris , Te in hoc quoque meo quali quali obsequio be-  
nigno me oculo dignaturum . Quamquam enim illud mihi dolendum  
imprimis , quòd tam lacertosam Heroicæ liberalitatis tuæ munificen-  
tiæ

## D E D I C A T O R I A.

tiam impar dedicato<sup>r</sup> accedam, Habeo tamen id solatij, quod quantum ex Auctori*s* i<sup>n</sup>digentiâ, tenuitateque huic muneri decesserit, tantum vicissim ex iphius materiæ Sanctitate ac præstantiâ, tuâque Acceptoris amplissimâ dignitatē decoris sit accessurum. Vtere igitur, SACRATISSIMÈ PRÆSVL, his gratiarum fluentis, & deductis latè in agrum Dominicum cataractis, tamdiu commissos curæ tuæ surculos riga, donec in proceras arbores Cœli volucribus hospitas eduxeris, ac tandem vñā tecum in amœna Paradisi viridaria felicissimè transplantes. Vale, ILLVSTRISSIME PRÆSVL, & viue, Tibi, nobis, bonis omnibus, feliciter.

*Seruus in Christo humillimus*

FRANCISCVS AMICVS.

*Tomus VII.*

† iii

INDEX

# INDEX

# DISPV TATIONVM

## ET SECTIONVM SEPTIMI TOMI.

### DISPV TATIO I.

**D**E natura & essentia Sacramenti.  
Sectio. An sacramentum essentialiter constituant relatione signis, an relatione causa? pag. i.  
Quale signum compesat sacramentis. 5  
An sacramenta noua & vetera uniuocentur in ratione sacramenti? 7

### DISPV TATIO II.

De materia & forma sacramentorum nouarum legis.  
Sect. An omnia sacramenta noua legis constent rebus & verbis? 9  
An sacramenta noua legis constent rebus & verbis tāquam materia & forma? 10  
Quam similitatem requirant res & verba sacramentalia, ut constituant unum signum efficax sanctitatis? 11  
An materia & forma sacramentorum sint determinatae ex divina institutione? 12  
Quae mutatio facta in sacramentis irritet sacramenta? 19

### DISPV TATIO III.

De necessitate sacramentorum.  
Sect. An in statu innocentia futura fuissent sacramenta? 22  
An in statu innocentia futura fuissent sacrificia? 25  
An in lege natura fuerint sacramenta & sacrificia? 25  
De sacramentis reliquorum statuum: 32

### DISPV TATIO IV.

De causalitate sacramentorum.  
Sect. An vetera sacramenta habuerint virtutem iustificandi ex opere operato? 32  
An sacramenta noua legis sint causa gratiae? 35  
Quo pacto gratia sacramentalis differat ab habituali & reliquis virtutibus infusis? 36  
Quam dispositionem requirant sacramenta noua legis in adultis ut gratiam conferant? 38  
An sacramenta mortuorum, ut adultis gratiam conferant, perfectam requirant peccati retractationem? 38  
Quam dispositionem requirant sacramenta virorum, ut gratiam conferant adultis? 40  
An sacramenta virorum vim habeant conferendi primam gratiam? 41  
An sacramenta aqualem gratiam conferant equaliter, inequaliter vero dispositio? 42  
An sacramenta gratiam conferant in voto tantum suscepentes? 44  
Quando sacramenta actu suscepti gratiam conferant? 44  
An omnia sacramenta gratiam conferant recedente fictione? 45  
Qualis dispositio requiratur, ut collatur obex, & sacramentum suum effectum operetur? 46  
An sacramenta noua legis sint physica, an moralia instrumenta gratia? 47

### DISPV TATIO V.

De potentia obedientialis.

Sect. An in rebus creatis datur potentia obedientialis, & quid illa sit? 53  
An potentia obedientialis reperiatur in omni genere causa? 55  
An potentia obedientialis actionis sit superaddita, vel congenita naturis rerum? 57  
An hec qualitas naturis rerum superaddita ab adversariis asserta sit possibilis? 64

An potentia obedientialis sit naturalis vel supernaturalis? 67  
An potentia obedientialis sit completa in ratione personae? 68  
An una potentia obedientialis sit perfectior alia? 68  
An potentia obedientialis sit essentialis creature? 69  
In quo potentia obedientialis formaliter consistat? 70  
In quo genere, & pradicamento sit potentia obedientialis? 71

### DISPV TATIO VI.

Quæcentia, & ad quos effectus elevari possunt.  
Sect. An ens successivum elevari possit ad producendum effectum permanentem rotuna simul? 72  
An possit assumi creatura ad suis productionem? 73  
An possit creatura elevari ad destructionem suis? 74  
An possit ens non vitale assumi ad vitaliter operandum? 75  
An potentia obedientialis possit elevari ad creandum? 77  
An potentia obedientialis elevari possit ad producendos effectus tempore & loco distantes? 78

### DISPV TATIO VII.

De charectere.

Sect. An aliqua sacramenta characterem imprimant? 79  
Quæ sacramenta characterem imprimant? 80  
Quid sit character? 81  
In quo subiecto proxime imprimatur character? 82  
An & quo pacto character sit indelebilis? 83  
Quot sint proprietates characteris? 84  
An Christus & Beata Virgo habeant characterem? 85  
An singuli characteres sint diversæ species inter se? 85  
An Episcopatus nouum imprimat characterem à Sacerdotali distinetum? 86  
Quam dispositionem requirant singuli characteres in subiecto, ut in eo imprimantur? 87

### DISPV TATIO VIII.

'De causa instituendi Sacra menta.

Sect. An omnia sacramenta noua legis sint à Christo immediate instituta? 88  
An sacramenta Christus instituerit ut homo? 89

### DISPV TATIO IX.

De dispositione requisita ex parte ministri.

Sect. An semper teneantur ministri, dum sacramenta ministrant, ponere se in gratia? 90  
Qualis intentio ad validitatem sacramenti requiratur? 90

### DISPV TATIO X.

De necessitate sacramentorum.

Sect. Quæ sacramenta sint necessaria necessitate medijs, quæ vero necessitate precepti? 91  
An Eucharistia sit necessaria necessitate medijs, aut tantum precepti? 92

### DISPV TATIO XI.

De Baptismo.

Sect. An, & quando baptismus sit à Christo institutus? 93  
In quo baptismi essentia consistat? 95  
Quisnam sit baptismi minister? 97  
An possint plures eundem hominem baptizare? 98  
Quodnam subiectum sit capax baptismi, eiusq; effectus? 99  
Quæ dispositio ex parte suscipientis necessaria sit ad validitatem baptismi? 101  
An licet infidelium infantes iniuris parentibus baptizare? 102  
Quos effectus per se conferat baptismus? 105

### DISPV TATIO XII.

De baptismo flaminis, & sanguinis.

Sect. An, & quo pacto baptismus flaminis supplet vicem baptismi flaminis? 107  
An

# INDEX DISPUTATIONVM ET SECTIONVM.

<i>An baptismus sanguinis sufficiat ad salvandos infantes?</i>	108	<i>corporis Christi?</i>	172
<i>An martyrium absque sacramento baptismi, aut penitentia sufficiat ad instituendos adultos?</i>	109	<i>An totus Christus continetur sub quavis specie?</i>	173
<b>D I S P V T A T I O XIII.</b>		<i>Quid nomine corporis veniat vi verborum in hoc sacramento?</i>	174
De sacramento Confirmationis.		<i>An totus sanguis sit vi verborum sub speciebus vini?</i>	177
<i>Sect. An, &amp; quando hoc sacramentum sit à Christo institutum?</i>	117	<i>An Verbum &amp; unio hypostatica sint vi verborum in hoc sacramento?</i>	178
<i>Quoniam sit essentialis materia huius sacramenti?</i>	118	<i>Quid vi verborum, &amp; quid per concomitantiam in triduo fuisset presens sub speciebus panis &amp; vini?</i>	179
<i>Quoniam sit essentialis huius sacramenti forma?</i>	124	<i>An corpus Christi sit in hoc sacramento cum quantitate, certisq; suis accidentibus?</i>	180
<i>Quos effectus hoc sacramentum confirmando conferat?</i>	126	<i>An sit totus Christus sub quavis parte specierum ante fractionem?</i>	183
<i>Quodnam subiectum sibi huius sacramenti capax? Quis minister ordinarius?</i>	127	<i>An Christus sit sub indivisibilibus specierum?</i>	184
<b>D I S P V T A T I O XIV.</b>		<i>Quid sit presentia sacramentalis?</i>	185
De existentia Eucharistie.		<i>An sacramentalis presentia varieatur ad motum specierum?</i>	189
<i>Sect. Quibus argumentis probatur realis presentia corporis, &amp; sanguinis Christi in hoc sacramento?</i>	127	<i>An presentia sacramentalis includat unionem corporis Christi cum speciebus?</i>	189
<i>An hoc sacramentum inservi potuerit ante Incarnationem?</i>	130	<i>An hac presentia pendeat à speciebus?</i>	190
<b>D I S P V T A T I O XV.</b>		<i>An corpus Christi moueat ad motum specierum, subiectando intrinsecus motum?</i>	191
De natura, & essentia Eucharistie.		<i>An corpus Christi possit esse in pluribus locis circumscriptis?</i>	192
<i>Sect. Quid essentialem importet sacramentum Eucharistie?</i>	131	<i>An simul cum subiecto necessario replicentur omnes proprietates à loco independentes?</i>	194
<i>An hoc sacramentum sit unum specie?</i>	134	<i>An mutatio facta corpori in uno loco necessario fiat eidem ubique existenti?</i>	195
<i>Vnde sumenda sit unitas numerica Eucharistie?</i>	135	<i>An omnis mutatio facta subiecto in uno loco fieri possit eidem ubi existente?</i>	196
<b>D I S P V T A T I O XVI.</b>		<i>An eosdem actus vitales cognoscitinos, &amp; appetitos, quos elicet homo in uno loco, elicet in alio?</i>	197
De materia remota Eucharistie.		<i>An possit eadem res substantialiter corrumpi, vel annihilari in uno loco, absque eo, quod substantialiter corrumpatur, vel annihilatur in alio?</i>	200
<i>Sect. An solius panis triticenus, sit materia remota Eucharistie?</i>	137	<i>An sub apparitionibus miraculosis, in hoc sacramento fieri possit solitus, Christus sacramentaliter perseveret, &amp; an caro &amp; sanguis, qui interdum in hoc sacramento apparent, sint vera caro, &amp; verus sanguis?</i>	201
<i>An panis azymus sit necessarius necessitate sacramenti, an praecipri?</i>	137	<b>D I S P V T A T I O XX.</b>	
<i>An solium viuum de vite sit materia remota calicis?</i>	138	De his quæ potest Christus in hoc sacramento existens, agere vel pati.	
<i>An quo iure sit vino admiscenda aqua?</i>	139	<i>Sect. An possit corpus Christi in hoc sacramento existens naturaliter moueri?</i>	202
<i>An aqua mixta vino sit pars essentialis, an saltem integralis materia calicis?</i>	140	<i>An corpus Christi sacramentaliter existens naturaliter agere vel pati possit actione corporeo?</i>	203
<i>An posito, quod elementa sint formaliter in mixto, conuentantur in corpus &amp; sanguinem Christi?</i>	140	<i>An anima Christi sacramentaliter existens sit naturaliter capax actionis &amp; passionis spiritualis?</i>	204
<i>An materia consecranda debeat esse presentis ministro?</i>	145	<i>An anima Christi in hoc sacramento existens naturaliter intelligere aut velle possit?</i>	205
<i>An materia consecranda debeat esse sub certa quantitate determinata?</i>	146	<b>D I S P V T A T I O XXI.</b>	
<i>An in aliquo casu ex dispensatione Pontificis liceat in una tantum specie consecrare?</i>	147	De passiva cognoscibilitate corporis Christi in hoc sacramento existentis.	
<b>D I S P V T A T I O XVII.</b>		<i>Sect. In corpus Christi sacramentaliter existens per diuinam potentiam videri possit oculo corporeo?</i>	206
De conuersione panis & vini in corpus & sanguinem Christi.		<i>An corpus Christi in sacramento existens naturaliter cognosci possit ab intellectu creato?</i>	207
<i>Sect. An cum corpore &amp; sanguine Christi maneat substantia panis &amp; vini?</i>	148	<b>D I S P V T A T I O XXII.</b>	
<i>An de potentia absoluta simul cum corpore Christi sacramentaliter existente, manere possit substantia panis?</i>	150	Quando & quomodo desinat Christus in hoc Sacramento?	
<b>D I S P V T A T I O XVIII.</b>		<i>D I S P V T A T I O XXIII.</i>	209
De natura Transubstantiationis.		<i>De accidentibus quæ in hoc Sacramento remanent.</i>	
<i>Sect. Quæ ad veram conuersionem requirantur?</i>	151	<i>Sect. An &amp; que accidentia manent in hoc sacramento perfecta consecratione?</i>	210
<i>Quotuplex sit conuersio?</i>	154	<i>Quo pacto accidentia in hoc sacramento existant?</i>	211
<i>An hac sacramentalis actio sit vera conuersio, &amp; quisnam sit formalis terminus ad quem ipsius?</i>	155	<i>Quoniam agere ac pati valeant accidentia Eucharistica?</i>	214
<i>An hac sacramentalis conuersio supponat in Christi corpore aliquam mutationem, &amp; qualem?</i>	162	<b>D I S P V T A T I O XXIV.</b>	
<i>An ad hanc actionem concurrat aliqua causa creata?</i>	165	De forma sacramenti Eucharistie.	
<i>An in hac sacra conuersione, panis definat formaliter, ut alienius actionis physicae, &amp; quoniam illa sit?</i>	166	<i>Sect. In quibus verbis consistat essentialis forma consecrationis &amp; sanguinis?</i>	215
<i>An panis, &amp; vinum in hac sacra conuersione annihilentur?</i>	167	<i>An</i>	
<i>Regula ad dignoscendas propositiones, quæ de hoc sacramento fieri solent?</i>	170		
<i>An qualibet creatura conuerti possit in aliam?</i>	170		
<i>An creatura conuerti possit in Deum, vel Deus in creaturam?</i>	171		
<b>D I S P V T A T I O XIX.</b>			
De presentia Christi in Eucharistia.			
<i>Sect. An presentia corporis Christi in hoc sacramento per se colligatur ex conuersione panis?</i>	172		
<i>An ex conuersione panis colligatur indivisibilis presentia</i>			

# INDEX DISPUTATIONVM ET SECTIONVM.

<i>An eisdem verbis Christus consecravit, quibus nos consecramus?</i>	220
<i>Quid demonstret pronomen Hoc, vel Hic in forma consecrationis?</i>	223
<i>An verba forma proferantur à Sacerdote recitatinè, non enuntiativè?</i>	225
<i>An verba consecrationis hoc sacramentum causent ut vera?</i>	227
<i>An verba consecrationis non causent, nisi in virtute Christi actus existentis?</i>	230
<i>An plures forma concurrere possint ad eiusdem materiae consecrationem?</i>	231
<b>D I S P U T A T I O X X V .</b>	
De effectibus sacramenti Eucharistie.	
Sect. <i>Quam dispositionem requirat Eucharistia ut sumum effectum conferat?</i>	233
<i>An hoc sacramentum semper continuò gratiam augeat, quando in nobis manet?</i>	235
<i>An hoc sacramentum maiorem gratiam conferat virtute veriusque, quam unius tantum speciei?</i>	237
<b>D I S P U T A T I O X X VI .</b>	
De confessione peccati mortalis ante hoc Sacramentum præmittenda.	
Sect. <i>An &amp; quo iure premittenda sit confessio peccati mortalis ante sacramentum Eucharistie?</i>	241
<i>An &amp; quando licet absque premissa sacramentali confessione peccati mortalis ad Eucharistiam accedere?</i>	243
<b>D I S P U T A T I O X X V I I .</b>	
De ieiunio requisito ad sacrum Eucharistiam sumendum.	
Sect. <i>An &amp; quale ieiunium requiratur ad hoc sacramentum sumendum?</i>	245
<i>An interdum licet hoc sacramentum sumi à non ieiuno?</i>	246
<i>Quando licet Sacerdos non ieiuno communicare?</i>	247
<b>D I S P U T A T I O X X V I I I .</b>	
De ijs qui sunt capaces huius Sacmenti.	
Sect. <i>An Angeli, &amp; reliqua creature homini inferiores sint capaces huius sacramenti?</i>	248
<i>An infantes, &amp; perpetuo amentes sint capaces sacramentali, &amp; spiritualis mandationis Eucharistie?</i>	249
<i>An amentes, qui antea babuerunt rationis usum, sint capaces huius sacramenti, &amp; num debeat illis saltus in articulo mortis ministrari?</i>	250
<b>D I S P U T A T I O X X I X .</b>	
De obligatione ad hoc Sacramentum sumendum.	
Sect. <i>An hoc sacramentum sit sub præcepto divino, an humano?</i>	251
<i>Quando præceptum divinum sumendi Eucharistiam obliget?</i>	251.
<i>De præcepto Ecclesiastico communicandi.</i>	253
<i>An aliqui speciali iure teneantur frequentius communiscare?</i>	254
<i>Quando &amp; quo actu obliget Ecclesiasticum præceptum annua communionis?</i>	254
<i>Quae persone adstringantur hoc præcepto?</i>	256
<i>An communionis sub utraque specie sit omnibus necessaria?</i>	257
<b>D I S P U T A T I O X X I .</b>	
De obligatione repellendi peccatores à communione.	
Sect. <i>An publici peccatores sint à communione repellendi?</i>	261
<i>An peccatori occulto neganda sit communio?</i>	262
<b>D I S P U T A T I O X X I I .</b>	
De ministro dispensante Eucharistiam.	
Sect. <i>An ad solos Sacerdotes spectet dispensatio bnius sacramenti?</i>	263
<i>An hoc officium communicari possit diaconis, vel laicis in casu necessitatis?</i>	265
<i>An &amp; quam iurisdictionem requirat hoc sacramentum in ministro?</i>	268
<b>D I S P U T A T I O X X I I I .</b>	
De sacrificio Missæ.	
Sect. <i>An in Missa offeratur verum &amp; proprium sacrificium?</i>	273
<i>Qua sit res oblata in hoc sacrificio?</i>	274
<i>In qua actione hoc sacrificium essentialiter consistat?</i>	276
<i>Quinam sint offerentes in sacrificio Missæ?</i>	280
<i>Pro quibus possit hoc sacrificium licite &amp; valide offerri?</i>	281
<i>Quos effectus hoc sacrificium causet ex opere operato?</i>	283
<i>An hoc sacrificium ex opere operato, &amp; infallibiliter conferat primam gratiam, &amp; remissionem peccatorum atritus?</i>	ibid.
<i>An hoc sacrificium vim habeat augendi gratiam ex opere operato?</i>	285
<i>An hoc sacrificium habeat vim delendi venialia ex opere operato directe &amp; immediate?</i>	286
<i>An hoc sacrificium ex opere operato immediate remittat penas ex condonatis peccatis relictas?</i>	287
<i>Quibus personis hanc penarum remissionem sacrificium Eucharisticum conferat?</i>	287
<i>An &amp; quo pacto hunc effectum, ex opere operato conferat Sacerdotibus offerentibus?</i>	288
<i>An &amp; quo pacto hunc effectum participant reliqui offerentes?</i>	289
<i>Quinam hunc effectum per modum applicationis partipare possint?</i>	291
<i>Quas conditiones hoc sacrificium requirat, ut suos effectus infallibiliter conferat?</i>	293
<i>An hoc sacrificium habeat valorem infinitum?</i>	295
<i>Quodnam sit instans stipendum pro Missa dicenda?</i>	298
<i>An teneatur Sacerdos aliquando celebrare?</i>	299
<i>An licetum sit singulis diebus celebrare?</i>	300
<i>An licet plures Missas eodem die celebrare?</i>	301
<i>Quo ritu celebrandum sit hoc sacrificium?</i>	302
<i>De loco celebrandi Missas?</i>	303
<i>De altari?</i>	304
<i>De calice cum patena, &amp; reliquis ad altare requisitis?</i>	305
<i>De vestibus Sacerdotibus?</i>	306

## A P P R O B A T I O.

**E**ximij Doctoris ac R. P. FRANCISCI AMICI præclari è Societate Iesu Theologi Tomus VII. Sacrementis diuinis, ac in primis Augustissimo Eucharistie Mysterio faciem egregiam accedit, ideoque typis dignum censco. Duaci 30. Februar. Anno 1647.

FRANCISCVS SYLVIVS S. Theol. Doct. & eiusdem  
Regius Ordinariusque Professor.



R. P. FRANC. AMICI  
E. SOCIE TATE I E S V  
CVRSVS THEOLOGICI  
TOMVS SEPTIMVS  
DE SACRAMENTIS  
IN GENERE, BAPTISMO, CONFIRMATIONE,  
EVCHARISTIA &c.  
P R O O E M I V M.



XPLICATO Incarnationis Mysterio, explicanda est natura Sacramentorum, quæ sunt prima beneficia à Christo Domino Seruatore nostro, merito suæ Passionis, humano generi collata: ex quibus veluti fontibus omnis gratia ad supernaturalem vitam gignendam, conseruandam, augendamve deriuatur: ut vel hiac appareat, quanta sit huius operis vel utilitas, vel dignitas. Agendum quippe est de Sacramentis, quæ sunt instrumenta gratiæ, premium redemptionis, organa salutis, practica signa sanctitatis, pronostica gloriæ, pignora æternitatis, arcana secretorum, aureus circulus: hoc ipso eò feliciùs, quò faciliùs reparati hominis ad Deum regressio concluditur: sicut n. dono creationis feliciter à Deo egredimur, de merito peccati miserè ab eo auertimur; ita virtute Sacramentorum felicissimè ad eumdem regredimur. Primum docet primus & secundus Tomus nostri Theologici Cursus, vbi de Deo & de Angelis: Secundum Tertius & Quartus, vbi de vitiis & virtutibus: Tertium, Sextus, Septimus &c. vbi de Reparatore Deo, eiusque singularibus beneficiis, quæ septem Ecclesiæ sacramentis præcipue continentur, disputatur: ut tandem vniuersa res Theologa hoc aureo regressionis circulo hominis ad Deum per Sacraenta reparati feliciter concludatur,

D I S P U T A T I O P R I M A.

De Natura & essentia Sacramenti.



RIMA per Arist. questio, *An sit*, in præsentem rem non cadit apud Catholicos: aggredimur secundā, *Quid sit Sacramenti nomen*, cui Græcè Mysterium responderet, præcipue ad rem occultam, quæ humana cognitionem excedat, usurpatum; aptissimè ta-  
P. Amici Tomus VII.

men ab Ecclesia, quidquid oblatrent heretici, appropriatur ad significanda septem illa sacra symbola, quæ ad varios morbos curandos, gratiæque imparandas reliquit nobis Christus Dominus humani generis reparator. In hac notione in hoc & seq. tom. de Sacramentis disputo.

A

SECTIO

## SECTIO I.

An Sacramentum essentialiter constituta relatione signi; an causa?

2.  
Sacramen-  
tum consti-  
tuunt sanum  
relatione  
causa.

Prob. 1.

Prob. 2.  
Ratione.

3.  
Constitui  
relatione  
signi

4.  
Vtrique.

Relatio si-  
gni perfectæ  
sanctitatis  
est de essen-  
tia sacra-  
menti.

Confir.

**P**RIMA sent. affirmat constitui relatione causæ: *S. Tho. in 4. dist. 1. q. 1. art. 1. ad quest. 1. & ad 5. quest. 3. Capro. que 1. 1. nr. concl. 1. Palat. disp. 1. g. Ego verò Vnde inferunt, antiqua Sacra menta, quia tantum significabant, non causabant gratiam, non fuisse propriè & uniuocè Sacra menta cum nostris, sed solum impropriè & analogicè. Probant 1. ex Triden. sess. 6. cap. 7. vbi Baptismum definit non per relationem signi, sed causæ; docens illum esse instrumentalem causam nostræ iustificationis. Idem *Jeff. 7. can. 6. & Flo-**

*rent. in decret. Enge. IV. de unione Armen.* Sacra menta nouæ legis definiunt per relationem causæ, non signi 2. Sacra menta instituta sunt à Christo ad sanctificandos homines, ut ex nomine constat; quod sacrant. sanctificando animas efficiēter: ergo relatio efficientis causæ constituit essentialiter sacramenta nouæ legis, quæ tantum sunt propriæ sacram.

Secunda sent. docet, Sacramentum essentialiter constitui relatione signi: *S. Tho. 3. p. q. 60. art. 1. & 2. vbi, teste Soto in 4. dist. 1. qu. 1. art. 1. g. Tertia signific.* priorem sententiam retract; *Alen. 4. p. qu. 1. mem. 1. Bonu. in 4. dist. 1. p. 1. art. 1. qu. 2. Scot. q. 2. h. De tertio, Ricbar. ar. 1. qua. 3. Duran. q. 1. nu. 8. & 9. Argent. q. 2. ar. 1. concl. 3. Rubio. qu. 1. ar. 1. Octa. q. 1. ar. 1. Marfil. qu. 1. ar. 1. Gabri. quest. 1. art. 1. Sot. loco cit. h. Ex his. Caet. Sylu. Nugnez, Vasquez, Valente. cit. qu. 60. ar. 1. ex quo consequenter inferunt, sacramenta nouæ & vetera uniuocari in ratione sacramenti, quia uniuocantur in ratione signi, in qua sacramentum essentialiter constituit: utraque n. perfectam significant animis sanctitatem. Prob. 1. ex definitione August. 10. de Cinit. cap. 5. Sacramentum est signum rei sacrae sanctificantis animam. Paobat 2. S. Tho. art. 1. cù. ad 1. sic: Sanctitas, à qua denominatur Sacramentum, non importatur per modum causæ efficientis, uti importatur sanitas à medicina, sed per modum causæ formalis, vel finalis: ergo nequit relatio causæ constituere Sacramentum.*

Tertia sent. utramque relationem, tam signi, quam causæ esse de essentia Sacramenti, est Magistri in 4. dist. 1. cap. 1. Alberti ibid. 1. art. 3. Aureoli q. 2. art. 1. propos. 3. & art. 2. propos. 2. Sua. rez 3. p. disp. 1. sect. 2. Coninc. ar. 4. dub. 2.

**D**ICO 1. Relatio signi perfectæ sanctitatis est de essentia Sacramenti ut sic: ex Floren. cit. & Triden. Jeff. 7. can. 6. de sacram. in com. vbi tam vetera, quam noua sacramenta appellantur signa gratia; illa quidem futura, quam per passionem Christi dandam figurabant; hæc præsentis, quam causando significant. Verosimile autem non est, Concilia, omissis essentialibus, sacramenta definiuisse per accidentalia. Fundam. sacramentum non solum ordinatur ad sanctificandos, sed etiam ad erudiendos & instruendos homines de rebus diuinis; sc. occulta atque arcana mysteria significando: ergo significatio interioris animæ sanctitatis est de essentia Sacramenti ut sic. Confirm. Quod prædicatur in recto, est de essentia rei; signum perfectæ sanctitatis in recto prædicatur de sacramento ut sic: est n. rei sacra signum, per omnes Scholast. in 4. dist. 1.

**D**ICO 2. Hæc relatio signi perfectæ sancti-

tatis non constituit ad squatè sacramentum ut sic: Fundam. hæc fuit antiquis sacramentis cum quibusdam symbolis, quæ sacramenta non erant, communis, ut transitus maris eubri, qui teste Pauli 1. ad Cor. 10. sanctitatem per baptismum conferendæ significabat, & Manna, quæ futuræ gratia per Eucharistiam dandæ symbolū fuit. At ad squatæ essentia vnuæ speciæ non est communis alteri.

**D**ICO 3. Ad squatæ ratio sacramenti tam nostris, quam antiquis communis consurgit tum ex relatione signi perfectæ sanctitatis, tum ex relatione causæ alicuius saltem imperfectæ sanctitatis. Assertio hæc quoad sacramenta nouæ legis videtur certa ex citatis Concilijs. Trident. precit. can-

6. Si quis dixerit, sacramenta nouæ legis non continere gratiam, quam significav, aut gratiam ipsam non possentibus obiectu non conferre &c. anathema sit; qui definitione relatione tam signi, quam causæ comprehendit. Nam continentia gratia, quam sacramentis tribuit, non est formalis, aut materialis, sed effectiva. Quoad sacramenta antiquæ legis prob. illa discriminabant à reliquis symbolis, quæ etiæ per se stant animi sanctitatem præfigabant, propriè tamen sacramenta non erant, quia nullam legalem sanctitatem conferebant; quæ erat vel consignatio personæ in veram religionem signans & distinguens illam ab alijs falsis religiobus: ut Circumcisio, quæ externo ac materiali corporis charactere viros confignabat veræ religionis, sine qua nemo admitti poterat ad reliquias Israeliticæ populi legales obseruantias, uti ounc Baptismus baptizatos interno ac spirituali charactere obligauit. Christi militie consignat, & ab alijs falsis religiobus discriminat, sine quo nullus potest ad reliqua sacramenta admitti: Vel in consecratione Ministeriorum Dei, ut erat consecratio Pontificis ac Sacerdotum. Vel demum in purificatione à quibusdam exterioribus maculis, quæ per modum irregularitatum personas impediabant, quo minus licet possent ad cultum diuinum accedere. Que maculæ in populo emundabantur per aquæ aspersiōem; in Sacerdotibus autem & Levitis per manum pedumque lotionem, ac pilorum rasuram.

**R**atio sumenda ex duplice fine, ad quem ordinata sunt sacramenta, nempe ad homines erudiendos, ut per externa ac materialia signa in cognitionem veniant latentium Ministeriorum, quæ sub sensibilibus symbolis occultantur: Ex visibilibus enim ad intelligibilia, & ex fictione signorum ad simplices celestium ordinum nos prœcepit summates, ut de celesti Hierarc. fine testatur Dionysius & ad Dei cultores sanctificandos. Ad priorem finem ordinatur sacramentum per relationem signi: quod teste August. lib. 2. de doct. Christ. cap. 1. peccet speciem sui, quam ingerit sensibus, aliquid aliud ex se facit in cognitionem venire. Ad posteriorem ordinatur per relationem causæ alicuius saltem imperfectæ sanctitatis, quam suscipientibus confert. igitur sacramentum in communi confert etiam sanctitatem aliquam proportionatam statui, vel perfectam, ut in hoc statu legis Euangelicæ vel imperfectam & legalem, ut in statu legis Mosaicæ.

**H**anc duplicem relationem signi & causæ complexus est in definitione sacramenti Hugo de S. Victore lib. 1. de sacram. par. 9. cap. 2. Sacramentum est materiale elementum foris sensibiliter propositum, ex similitudine representans, ex institutione significans, ex sanctificatione continens aliquam insensibilem ac spirituali gratiam: & in suâ Magisteri Sacramentum enim propriè dicitur, quod ita signum

7.  
Ratio sac-  
ramentis  
cum ex rela-  
tione fe-  
cna, quam  
causa.

Se  
Legalis sa-  
cramentum que

9.  
Ratio à pri-  
ori concul-  
gu.

*signum est gratiae Dei, & inuisibilis gratiae forma, ut ipsius imaginem gerat, & causa existat. concludit. Non ergo significandi tantum gratia sacramenta instituta sunt, sed etiam sanctificandi. Hinc est, ut aliquando Patres sacramenta definiant per relationem causae, aliquando per relationem signi.*

*Quod autem sufficiat relatio causae alicuius imperfectae ac legalis sanctitatis, contra Magistrum, qui ad rationem sacramenti requirit relationem causae perfectae sanctitatis, ut propterea antiqua non vocet sacramenta, sed signa tantum, sic prob. Antiqua sacramenta erant simpliciter sacramenta, quæ tamen non cauabant perfectam sanctitatem, sed solum imperfectam; ergo ad rationem sacramenti ut sic non requiritur relatio causae perfectae sanctitatis. Anteced. colligitur ex Floren. & Trident. locis cit. ex Patribus, qui antiqua sacramenta appellant simpliciter sacramenta: quod autem appellatur simpliciter tale, est simpliciter, verè, ac propriè tale: nam ex appellatione rei venimus in notitiam essentie eiusdem rei: ex Catb. Rom. vbi, explicato nomine sacramenti, ait, idem nomen convenire veteris legis sacramentis, seu eand. rationem per nomen significatam. Ceterum hæc relatio cauſa tenet se ex parte materiæ, quæ ad relationem signi præsupponitur, non ex parte formæ, quæ sumitur ex relatione signi. Est enim sacramentum sacram quoddam artificiatum constans ex iymbole sensibili causatio alicuius sanctitatis, tanquam ex materia, & ex significatione perfectæ sanctitatis, tanquam ex forma. Ex dictis.*

Deducitur 1. tam antiquas cæremonias, que legalem tantum sanctitatem conferebant, perfectam non significabant; quæ nouas ab Ecclesia institutas, ut est aqua benedicta, prima tonsura, absolutione ab excommunicatione, professio religionis, non esse sacramenta, sed ad summum sacramentalia, eò quod perfectam sanctitatem non significant. Leg. S. Thom, t. 2. qn. 101. art. 4.

Deducitur 2. sacramenta nova discriminari à veteribus, non solum quod hæc perfectam, illa imperfectam sanctitatem conferebant: sed etiam, quod illa sanctitatem, quæ principaliter significabant, sc. perfectam dandam per Christum, non conferebant, sed imperfectam, mediante quæ figurabant perfectam. Nostra vero eandem sanctitatem, quam practicè significant, conferunt. 2. Differunt nostra ob antiquis ratione signa: nam antiqua erant signa prognostica tantum & promissoria futuræ sanctitatis perfectæ, demonstrativa tantum presentis sanctitatis imperfectæ, quam ex diuina institutione infallibiliter conferebant. Nostra vero sunt signa demonstrativa presentis gratiæ, quam conferunt, & prognostica gloriæ, quam promittunt, & simul rememorativa passionis Christi, à qua tanquam à causa meritoria principali originantur. 3. Principalior in nostris est relatio causa, quæ signi: nam hæc ordinatur ad instruendum, illa ad sanctificandum hominem: potior autem est sanctificatio, quæ instructio. In antiquis, vero principalior fuit relatio signi, quæ causam: nam relatio causæ in illis fuit imperfecta, saltem ratione termini; signi vero perfecta.

Deducitur 3. in sacramentis esse causarium alicuius sanctitatis natura præcedere esse significationem perfectæ sanctitatis. Prob. 1. de omnibus: esse causarium alicuius sanctitatis se tenet ex parte materiæ, ut constat: materia autem tam in nouis, quæ in antiquis sacramentis est prior ipsa significatione perfectæ sanctitatis; ut patet: materia enim præsupponitur ad significationem, ad

quæ exprimendam assumitur. Prob. 2. specialitez de sacramentis veteris legis: nam illa per eamdem imperfectam sanctitatem, quam suis cultoribus conferebant, præfigurabant futuram sanctitatem perfectam, per Christi passionem conferendam. Igitur in illis esse causarium imperfectæ sanctitatis præsupponebatur ad esse significatiuum perfectæ. 3. De sacramentis nouæ legis in his esse causarium perfectæ sanctitatis est virtus causativa sanctitatis, quæ natura præcedit esse significatiuum eiusdem, sicut causa suum effectum: hocenim esse significatiuum includit ex parte termini significati causalitatem ab ipso sacramento ponendam. Ratio: hæc significatio perfectæ sanctitatis in sacramentis nouæ legis est practica, quæ supponit in termino significato practicam causalitatem ipsius termini significati; quæ, ut patet, præsupponit virtutem cauſandi in sacramento.

Confir. relatio signi in sacramentis nouæ legis resultat ad esse causæ & effectus, sive causa & effectus sumuntur in esse potentiali, sive in esse actuali: sicut enim prius causa causat suum effectum, quæ illum practicè significet à se causatum: ita prius eam causam est causativa sui effectus, quæ illum practicè significet, ut à se causabilem vel causandum, cum in ipso termino significato supponat suam causalitatem. Ergo sive sacramenta nouæ legis sumuntur in actu 1. ut causativa gratiæ, sive in actu 2. ut causantia gratiam, semper relatio signi eiusdem gratiæ ut causabilis vel causata ab ipsius sacramentis, sequitur rationem causantis vel causati eorumdem sacramentorum.

Ex his explicant propositiones: Ideo sacramenta sufficiunt gratiam, quia illam significant: Et ideo sacramenta gratiam significant, quia illam efficiunt. Veramque indicat Catech. Rom. de sacramentis in comm. Vbi ex Patrum sententiâ, sacramenta appellant signa quædam sensibus subiecta, quæ gratiam, quam efficiunt, simul declarant; ac velut ante oculos ponunt. Infra vero docet, corporis ablutionem in Baptismo illud in animo efficere, quod significat. Est igitur prima vera à posteriori, & quoad nos: secunda à priori secundum se. Quamquam eadem explicari possent de eodem genere prioritatis secundum duplēm significationem speculatiuam & practicam, quam sacramenta nouæ legis includunt. Speculativa est, quæ supponitur ad ipsum esse causatum gratiæ: estque significatio desumpta rati. ex naturali proportione externi symboli cum interna animi sanctitate, quæ ex artificiali significatione ex humano instituto ad eandem gratiam speculatiuè significandam imposta. Practica vero est, quæ supponit in termino significato causalitatem gratiæ ab ipso sacramento positam vel ponendam. Est igitur prima propositio vera significatione speculativa, quæ præsupponitur ad ipsam etiam virtutem causativam sacramentorum: hæc enim ex diuina institutione supponit tam naturalem proportionem externi symboli cum internâ animi sanctitate, quæ artificiali significationem vocum ex humano instituto impositam ad eandem animi sanctitatem speculatiuè exprimendam. Secunda intelligitur de significatione practicâ, quæ in sacramentis consequitur virtutem causativam gratiæ, quia supponit in termino significato causalitatem ipsorum. Hanc duplēm significationem complexus est in definitione sacramenti Hugo Victorius cit. Ex similitudine representans, ex institutione significans, ex sanctificatione continens aliquam inuisibilem & spiritualem gratiam.

An sacramenta effere gratiam, quia illam significant

Significatio speculativa;

Practica.

11. Ad rationem sacramenti non requiri relationem causæ per se. & sanctiss. su.

12. Ceremonia non sunt sacramenta.

13. Differunt in sacra noua & antiqua sacramenta.

14. Causarium sanctitatis nouæ prius quædam significatum.

19.  
Censore  
gratiam sa-  
cramentis  
essentialis  
non esse.

Deducitur 4. Sacra menta non legis causare, vel practicè significare gratiam, non esse proportionem in primo, sed in tertio modo dicens per se: cum tantum explices naturam sacramenti ab effectu proprio, qui est causare, ac practicè significare gratiam; non autem ab essentia, quae est esse causatum ac practicè significatum gratiae: cum possit integra essentia sacramenti considerare, adhuc non producta, ac practicè significata gratia, ut aqua posita, ut de singulis sacramentis, quo excepto Penitentia sacramento, suo loco ostendam. Unde, cum Concilia sacramenta definiunt per ipsum causare & significare gratiam, non definiunt per essentiam a priori, sed a posteriori effectu.

20.  
Quid sit re-  
latio signi  
in sacra-  
mento.

Obiectus 5. Ratio signi est ens rationis: ergo non potest essentialiter constitui sacramentum, quod est ens realis. Resp. Neg. Antec. Est enim relatio signi in sacramento extrinseca denominatio de somptu à voluntate institutoris, ordinantis eam rem ad eam significationem. Quia denominatio, licet extrinseca rei denominata, realis tamen est; cum sit ipsa realis voluntas institutoris denominans moraliter sacramentum per ordinem ad terminum, ad quem significandum assumitur.

Instabilis. Sacra menta nouæ legis non solum sunt signa, sed etiam causa gratiae: at non per solum denominationem extrinsecam à voluntate institutoris: nam esse causam, importat vim productivam, quam conferre nequit sola extrinseca denominatio ordinantis. Resp. negando, sacramenta esse causas gratiae per solum denominationem extrinsecam à voluntate institutoris, licet illa requiratur, sed per virtutem intrinsecam: de qua difficit. infra.

Obiectus 2. Differentia contractiva generis est in eodem praedicamento cum ipso genere: nam teste Porphyrii, cap. de differen. differentia potestis sunt in genere: ergo esse causatum sanctitatis non potest esse differentia contrahens signum ad speciem sacramenti; cum esse causatum sit in praedicamento actionis, signum vero in praedicamento relationis. Resp. negando, esse causatum in sacramento esse differentiam, sed dico tenere se ex parte materiarum, ex qua & practica significatione artificialiter componitur sacramentum. Est. n. sacramentum articiale quoddam compositum constans ex significatione, ut forma; & ex ceremonia causativa sanctitatis, ut materia.

Dicuss. Differentia materiarum in composito artificiali non discriminat unum compositum artificiatum ab alio; eadem. n. est imago Cæsaris, siue in auro, siue incupro expressa: ergo nec differentia materiarum in composito sacramentali discriminabit unum sacramentum ab alio: ergo sius materia sacramenti sit causativa, siue non causativa sanctitatis, semper erit eadem significatio, que sola est forma sacramenti. Resp. neg. conseq. non enim semper in composito artificiali forma requirit determinatum subiectum, sicut in composito sacramentali significatio perfectæ sanctitatis existitio ne diuinæ, ex qua ratio sacramenti desumenda est, determinatam requirit materiam aliquius sanctitatis causatum. Confir. si esset aliquod compositum artificiatum, cuius forma presupponeret determinatam materiam, talis materia esset tali composito essentialis. Sicut quia in aliquo composito naturali forma supponit aliquod determinatum subiectum, tale subiectum intrat essentialiam talis compositi: ut quia simum supponit tanquam determinatum subiectum natum; risibile, rationale; & quodlibet proprium suum determinatum subiectum, in ipso composito essen-

tialiter includatur tale subiectum. Ita, quia in composite sacramentali significatio perfectæ sanctitatis existitio ne Dei supponit materiam aliquius sanctitatis causatum, talis materia intrat constitutionem composite sacramentalis.

Obiectus 3. Sacra menta legis naturæ ad peccatum originale parvolorum delendum iustitium, nullam ex se confert legalem iustitatem: ergo de ratione sacramenti ut sic, non est, neque imperfectam sanctitatem confert. Resp. neg. antec. quodcumque enim illud erat, de quo infra, non solum erat signum gratiae dandum per Christum in sacramento Baptismi, & simul conditio gracie collata parvulo propter merita Christi, sed etiam cognituum & consecratum, eiusdem parvuli vera religioni & cultui divino, ac proinde legaliter sanctitatem subiecti, cui applicabatur.

Obiectus 4. Poterant antiqua symbola differre à sacramentis, per hoc caprum, quod sacramenta erant signa stabilita pro certo tempore ad perfectam animi sanctitatem significandam instituta; non autem symbola, quae tantum erant signa temporanea, solidam transuerter, ad gratiam significandam impostra: ut in lege Euangelica fuerunt ignes lingue, quae in die Pentecostes abundapriam interioris sanctitatis & donorum Apostolis collatorum significabantur. Resp. Esto per hoc potuisse antiqua sacramenta à puris symbolis discriminari non est tam ratiō, cur non etiam discriminari debuerint per relationem causæ imperfectæ sanctitatis, cum etiam hanc includebant. Adde, quod per eam potius rationem discriminari debuerunt, quae est materialis propria & extrinseca sacramentis, sc. per esse causatum alicuius sanctitatis potius quam per esse signum pro aliquo tempore firmum ac stabile, ut infra.

Obiectus 5. Esse causatum sanctitatis non est quid uniuocum antiquis ac novis sacramentis: sanctitas. n. legalis analogie tantum conuenit cum interna anima: ergo si per id antiqua sacramenta differebant à puris symbolis differebant, tandem analogie. Resp. neg. antec. de quo sett. 3. Ad. prob. licet ( ut infra ) sanctitas legalis, & interna anima non conueniant uniuoce, ac proinde in termino causato non conueniant uniuoce nova & vetera sacramenta: conuenient tamen uniuocè in ratione ipsa causandi.

Obiectus 6. In sacramento perfectior est ratio causa, quam signi: ergo ratio formalis sacramenti potius constituenda est in ratione causa, quam signi. Resp. neg. conseq. cum quia ratio formalis constituenda est in ratione perfectione rei, limitatiā ad terminatiū cæterarum perfect. cumquā hac in sacram. sit relatio signi: præsupponit n. relationem causæ ut materiam; formalis ratio sacram. constituit debuit in relatione signi, potius quam causa. Tum quia in ea ratione constitui debuit ratio formalis sacramenti, quae equalis est in omnibus sacramentis: sola autem relatio signi est equalis antiquis & novis sacramentis; nam hæc habet eundem terminum, quae est perfecta sanctitas in verisque: illa est saltem analoga ratione termini causabilis ab virisque sacramentis. Instabilis. Sicut medicamentum dicitur à medicando, ita sacramentum à sacrando: sed medicina importat solam habitudinem causæ; ergo & sacramentum. Sed neg. conseq. medicina. n. ex natura sua instituta tantum est ad causandam sanctitatem; sacramentum autem non solam ad causandam, sed etiam ad significandum: quia non solum institutum est ad sacrando homines Deo, ciuitate cultui conseruandos, sed etiam ad eosdem instruandos de occultis fidei arcanis.

Cur potius relatio signi quam causa in sacramentis pro ratione formalis.

Obiectus 7. In sacramento perfectior est ratio causa, quam signi: ergo ratio formalis sacramenti potius constituenda est in ratione causa, quam signi. Resp. neg. conseq. cum quia ratio formalis constituenda est in ratione perfectione rei, limitatiā ad terminatiū cæterarum perfect. cumquā hac in sacram. sit relatio signi: præsupponit n. relationem causæ ut materiam; formalis ratio sacram. constituit debuit in relatione signi, potius quam causa. Tum quia in ea ratione constitui debuit ratio formalis sacramenti, quae equalis est in omnibus sacramentis: sola autem relatio signi est equalis antiquis & novis sacramentis; nam hæc habet eundem terminum, quae est perfecta sanctitas in verisque: illa est saltem analoga ratione termini causabilis ab virisque sacramentis. Instabilis. Sicut medicamentum dicitur à medicando, ita sacramentum à sacrando: sed medicina importat solam habitudinem causæ; ergo & sacramentum. Sed neg. conseq. medicina. n. ex natura sua instituta tantum est ad causandam sanctitatem; sacramentum autem non solam ad causandam, sed etiam ad significandum: quia non solum institutum est ad sacrando homines Deo, ciuitate cultui conseruandos, sed etiam ad eosdem instruandos de occultis fidei arcanis.

Obiectus

Quando a-  
liqua for-  
ma deter-  
minatum  
subiectum  
supponit, il-  
lud est de-  
cessaria re-  
tu compo-  
situm.

*Quando effectus dicitur dicimus sua causa.*

**Obijcies 7.** Signum potius conuenit effectui, quam causæ: causa enim significatur, non significat, vt constat de fumo respectu ignis: sed sacramenta nouæ legis sunt causa gratiæ: ergo potius significantur à gratia, quam illam significant. Resp. Maiorem esse veram, quando effectus est notior causâ; falsam, quando causa est notior effectu. Cum igitur sacramenta sint notiora nobis, ut pote sensibilia, quam sint eorum effectus, qui sunt spirituales & insensibiles; cumque signum humandum debeat esse sensibile, potius ipsa debent significare suos effectus, quam ab illis significari. Sicut nubes & Iris sunt nobis signa futuræ pluviarum, cuius tamen sunt causæ, non effectus: eo quod notiora sunt nobis præsentia, quam futura. *Leg. Bona loco cit. ad 2. & S. Tho. in 4. dist. 1. q. 1. ar. 1. ad 5. contra 1. qu.*

**Obijcies 8.** Etiam sacrificia antiquæ legis fuerunt symbola futuræ gratiæ per Christum, Deique cultores legaliter sanctificabant, vt constat de agno Paschali, qui, vt testatur *S. Tho. 1. 2. q. 109. ar. 5. ad 3.* fuit symbolum sacramenti Eucharistæ: ergo nullum erat discripsum inter sacramenta & sacrificia. Resp. nego anteced. de sacrificijs ut sacrificia sunt formaliter: hæc n. formaliter respiciunt cultum Dei, eiusque increatam excellentiam, in cuius recognitionem offeruntur: sacramenta vero hominum sanctitatem ad quos sanctificandos ordinantur. Quia verò non repugnat, utramque rationem, & sacramenti, & sacrificij in unum conuenire subiectum, potest una eademque cæremonia habere rationem sacrificij, & sacramenti simul: constat de Eucharistia & agno Paschali, qui simul sunt sacrificium & sacramentum. Ex quo oritur hoc aliud discripsum, quod sacrificium in actione, sacramentum in passione consummatur. Vnde potest illud unum à pluribus offerri multisque prodesse: hoc non nisi in uno recipi, vniq[ue] prodesse.

**Ad primum 1. sent. duæum à Concilijs.** Resp. Idem interdum Concilia sacramenta definire per relationem causæ, quia hæc ingreditur constitutio-  
nem sacramenti, sacerdotem inadæquatè, & ex parte materiæ. Ceterum (vt vidimus) illa interdum etiam definiunt per relationem signi, imò per vitamque relationem simul, ut constat ex *Trid. sess. 7. de sacra. in commu. can. 6.* Ad secundum disting. de sacramentis nouæ ac veteris legis: conced. sacramenta nouæ legis principalius instituta esse ad homines sanctificandos, quia hoc in his sacramentis principalius est: nego de sacramentis antiquæ legis; nam in illis principalior fuit significatio perfectæ sanctitatis per Christum dandæ.

**Ad 2.** *Quid principalius sit, significare, ap. causas?*

**Ad 3.** *Ad primum 2.*

**Ad 4.** *Ad 2.*

**Ad 5.** *Signum duplum habet respectum, ad se in ratione significantis; alteram ad terminum, in ratione significati. Est enim signum, vt illud definit *August. lib. 2. de Dott. Chriſt. c. 1. Quod**

præter speciem sui, quam ingerit sensibus aliquod aliud ex se facit in cognitionem venire.

**Dico 1.** Signum sacramentale debet esse sensibile: *S. Tho. 3. p. 9. 60. ar. 4. & Scholast. cum Ma- 36. signum sa- cra. debet gisti. in 4. dist. 1. Constat 1. inductione in omnibus esse sensibile sacramentis nonis quam antiquis. Ratio S. Tho. & Scoti q. 3. est, quia sacramenta sunt instituta, ut per ea divina intelligamus, intellecta appetamus, appetita procuremus: homo autem ad divina con- scendit per sensibilia. Invisibilia enim Dei à creatu- ramundi per ea, que facta sunt, intellecta conspicun- tur, Rom. 1. Addit Scotor. sacramenta instituta esse ut signa protestatiua Christianæ Religionis, quæ debent esse sensibilia, ut Christi Religionem à falsis se &is humano modo secerant.*

**At contendunt Ockam in 4. qu. 1. Aliac. qu. 1. ar. 3. Gabr. d. 1. qu. 1. art. 1. hanc conditionem non esse necessariam sacramentis: tum quia posset Deus in- stituere signa spiritualia ad gratiam significandam: tum quia contritio in sacramento Pœnitentia, Christus in Eucharistia, character in Baptismo, Or- dine & Confirmatione sunt sacramenta, & tamen non sunt sensibilia, aut non sunt modo sensibili.**

**Sed contrà licet de ratione sacramenti, ut ab- strahentis ab humano & angelico, non sit esse sen- sibile: est tamen de ratione sacramenti homini ex animo & corpore constanti accommodati: ex quo patet ad 1. prob. Ad 2. dico ea omnia catenus esse sensibilia, quatenus externo aliquo signo sunt sensibilia; contritio per confessionem, Christus per species panis & vini, character per aquæ ablucio- nem & olei balsamiveunctionem.**

**Dico 2.** Signum sacramentale debet esse non solùm terminatiæ sacram, ratione rei significatæ, sed etiam subiectiæ, ratione rei significantis. Col- ligitur ex Patrib. præsertim ex *August. 10 de Catec.* cap. 5. ubi sacramentum appellat. *signum sacramum;* *quamvis n. ibi loquatur de sacrificijs, eadem ta- men ratio est de sacramentis, per Scholasticos.*

Fund. hoc ipso, quod signum assumitur à Deo ad suos cultores sanctificandos fit sacram, vel ipsa extrinsecè assumptione Dei ordinantis illud ad san- citatem hominis; ut in veteri & noua lege sunt vasa & vestes sacræ, hoc ipsi quod depurantur ad cultum Dei. Vnde diuersa censerunt denominatio sacramentiæ, & subiectiæ: nam illa imme- diatè est ab ipsa sanctitate à sacramento causabili; hæc ab institutione Dei ordinantis illud ad sanctitatem aliquam causandam. Hinc fit, ut licet Matrimonium apud exterias sectas non sit sacram, cùm non sit ordinatum, nisi in officium naturæ: est tamen sacram apud nos, apud quos à Deo ordina- tur peculiariter ad coniuges sanctificandos.

**Dico 3.** Signum sacramentale debet esse pro aliquo saltem tempore firmum ac stabile. Fun- dam, vt notavit *Scotor. eis.* sacramenta non solùm sunt imposita ad significandum, sed etiam ad consignandum populum Deo, cumque in exteriori cultu & ritu ab alijs sectis discriminandum; hæc enim omnia connotat sacramentum: ergo debent saltem pro tempore, quo durat idem Religionis status, eadem signa Religionis protestatiua durare.

**Dico 4.** Magis vel minùs durare non variat rem: ergo siue signum, quod in sacramentum assumitur diu siue breuiduret non variatur in ra- tione sacramenti. Resp. Magis vel minùs durare non variat physicè, concedo; non variat moraliter, quod ad sacramentum, quod est ens morale, sufficit, nego. Sicut magis aut minùs durare in Beatitudine non variat operationem physicè, va- riatur tamen moraliter & in ratione Beatitudinis,

**A 3.** cuius

## SECTIO II.

### Quale signum competit sacramentis.

**35. Signum du- plum ha- bet respec-**

**S**i gaudium duplicem habet relationem, alteram ad se in ratione significantis; alteram ad terminum, in ratione significati. Est enim signum, vt illud definit *August. lib. 2. de Dott. Chriſt. c. 1. Quod*

*signum sa- cra. debet*

*De ratione*  
*sacramenti*  
*est ut sit sa-*  
*gnus sa-*  
*cramen-*  
*rum.*

*Sacramen-*  
*rum.*

*terminatiæ*

*subiectiæ.*

*erit.*

*signum sa-*

*cramen-*

*rum.*

*40.*

*Quoniam do-*

*subiectum.*

*41.*

*Signum sa-*

*cramen-*

*debet esse*

*stabili-*

*te.*

*42.*

*Magis vol-*

*minùs du-*

*rae no*

*vari rem*

*physicè, va-*

*rius: tamen*

*moraliter.*

## Disp. I. De natura & essentia Sacramenti. Sectio II.

cuius est sufficiens & perfectè explerationalem appetitum. Vnde sicut cessat essentialis ratio Beatiudinis, hoc ipso, quod aeternum non durat: ita cessat essentialis ratio sacramenti hoc ipso quod firmiter ac stabilitate pro aliquo tempore non durat. Nam licet sacramentum principaliter consistat in esse significatio perfectæ sanctitatis, & causatio alicuius sanctitatis, haec tamen omnia essentialiter connotat, quibus deficientibus, deficeret ratio sacramenti, prout de facto institutum est.

43. Hinc à ratione sacramenti excluduntur ignites linguae in die Pentecostes *Act. 2.* Insufflatio Christi in Apost. *Ioan. 20.* Verba eiusdem ad Magdalena, *Remittuntur tibi peccata tua. Luce 7.* cum quia, licet fuerint signa interioris sanctitatis Apostolis, & Magdalena collatae, non tamen fuerunt firma ac stabilia pro aliquo determinato tempore sancta: tum maximè, quoniam haec symbola nullius sanctitatis fuerant causativa; non perfectæ, nam hanc causavit solus Deus physicè; solus Christus meritorie; solum subiectum, cui conferebatur, dispositivæ, nullo autem pacto externa symbola, quæ purè tantum illam significabant: cum nulla cogat ratio asserendi, illa fuisse assumpta ut instrumenta sive physica, sive moralia ad conferendam gratiam: neque sanctitatis imperfectæ, cum nulla sit assignabilis, cuius illa fuerint causativa. Nam neque ab aliquâ externâ maculâ vel irregularitate subiectum emundabant; neque illud diuino cultui consignabant, ut faciebant sacramenta antiqua. Neque dici potest, saltem per Christi insufflationem fuisse Apostolos consecratos sacerdotes & consignatos diuino cultui: nam hoc habuerunt per internum characterem, quo nobiliori ac perfectiori modo fuerunt sacerdotes consecrati, ac diuino cultui perpetuè mancipati. Et quamvis dici possit, per illam insufflationem accepisse potestatem iurisdictionis, quæ necessaria est ad peccata per confessionem absoluenda: haec tamen non est propriæ sanctificativa, cum nullam conferat subiecto sanctitatem, nec imperfectam, sed tantum potestatem absoluendi.

44. Dico 4. Signum sacramentale non est speculatorium, sed practicum. Est *Scoti q. 3. contra Sotum q. 1. art. 2.* ratio desumitur ex differentia practici & speculatorii; speculatorium ex eod. §. *Hic quatuor,* est, quodd solùm notificat conceptum & virtutem rei secundum se, ut vox homo solùm importat conceptum & essentiam hominis. Practicum est, quod ordinatur ad significandum ipsum fieri rei exercitè, ut osculum est signum practicum reconciliationis, quia significat ipsum fieri reconciliationis exercitè. Sacraenta autem non sunt constituta ad significandum tantum conceptum & virtutem sanctitatis secundum se, sed ipsum actuale fieri & exercitam sanctificationem hominum: sunt enim finaliter instituta ad actualem sanctificationem nostram: ergo sunt practica, non speculatoria signa. Nec resert quodd vetera gratiam, quam significabant, non efficiebant, sed tantum efficiendam significabant per nostra: quoniam ad rationem practici non requiritur, ut quod practicè significat, simul efficiat; tamen si hoc requiratur ad signum efficax, sed sufficit ut exercitam causalitatem consignificet in termino, à quocunque illa causetur. Erant igitur vetera sacraenta practica signa, non efficacia gratiarum.

45. Dices 1. Ergo nostra sacraenta non solùm sunt practica signa gratiarum, sed etiam gloria: quia etiam gloriam consignificant ut effectu suo tempore conferendum. Resp. concedo totum. 2. Si ad practicum signum sacramentale non est necesse, ut

ipsum causet gratiam, sed sat sit, ut illam aliunde causandam practicè significet, possent homines sacraenta instituere, quia possunt homines impone signa ad significandam gratiam causandam per sacraenta à Christo instituta. Resp. neg. sequel. Ad prob. nego, tale signum ab homine impositum fore sacramentum. Ratio, quia signum sacramentale, quæ instituitur ut practicum signum conferendæ gratiarum, eamdem gratiam suo tempore debet conferre, ut patet in antiquis, quæ iustituta fuerunt ut practica signa futurae gratiarum, eam suo tempore practicè dandam figurantibus. Esto igitur homo imponere possit signum ad significandam gratiam dandam per sacraenta à Christo instituta, non tamen ut sua institutionis efficere potest, ut tali signo à se imposito infallibiliter respondeat significatum, quod ad practicum signum necessarium est. Instabis, potest legislator in sua Repub. instituere practicum signum pacis, esto in sua potestate non sit, ad tale signum pacem ponere, cum illa pendeat ex voluntate ciuium: ergo potest homo instituere practicum signum gratiarum; esto in sua potestate non sit, ad tale signum gratiam ponere. Resp. neg. conseq. legislator n. habet moralem saltem potestatem cogendi ciues ad pacem, quam non habet homo in Deum, ut ad positionem signi gratiam ponat.

46. Dico 5. Signum sacramentale non est naturale, sed ex instituto & beneplacito Dei. Assertio est *Scoti &c. communis.* Quod non sit naturale, patet; signum n. naturale habet necessariam connexionem cum termino significato: nulla autem res sensibilis habet necessariam connexionem cum gratia. Maior constat ex definitione signi, ex *August. lib. 2. de Doctr. Christ. cap. 1.* quod præter speciem, quam ingerit sensibus, aliquid aliud facit in cognitionem venire. Minor prob. omnis naturalis connexionis aut est causæ cum effectu, aut effectus cum causâ, aut imaginis cum prototypo: nulla autem res sensibilis est naturalis causa, aut effectus, vel imago gratiarum. Non causa; haec n. debet naturaliter continere effectum: nulla autem res sensibilis potest naturaliter continere gratiam, quæ est augusta quædam participatio naturæ divinae. Non effectus, vel, imago; cum nulla res sensibilis sit naturalis effectus aut imago gratiarum, ut per se patet. Quod sit ex instituto Dei, prob. solus Deus potest gratiam producere; cum sit specialis participatio naturæ divinae, ut probo tomo 3. disp. 30. Ergo solus Deus potest instituere practicum signum gratiarum: signum enim practicum importat exercitam causalitatem termini significati: cum igitur solius Dei sit causare sanctitatem, solius Dei erit instituere practicum signum eiusdem sanctitatis.

47. Obijcies 1. Sacraenta nostra legis sunt causa sanctitatis: ergo sunt naturale signum ipsius. Resp. neg. conseq. quia non sunt causa naturalis, sed obedientialis, quod ad naturale signum non sufficit; hoc enim debet per speciem sui naturaliter excitare potentiam cognitiam ad notitiam termini significati: quod naturalem connexionem importat causæ cum effectu, cum debeat per eamdem speciem causæ excitare potentiam cognitiam ad notitiam effectus eiusdem causæ. Cum igitur causa obedientialis nullam naturalem connexionem habeat cum effectu supernaturali, non poterit per cognitionem sui excitare potentiam cognitiam ad notitiam effectus supernaturalis.

48. Causæ obijcies 2. ex August. Epist. 23. ad Bonifac. finit. Si sacraenta quamdam similitudinem earum rerum, quarum sacraenta sunt, non haberent, omnino sacramenta non essent. Quam doctrinam sequens Magister docet,

ster docet, sacramentum esse nullum, nisi eius, quod significat, imaginem gerat. Magistrum sequuntur nonnulli Scholastici. Igitur sacramenta sunt naturale signum gratiae.

Resp. 1. de essentia signi sacramentalis non est, proportionem ullam habere cum rebus significatis. Vnde sicut Deus de facto in sacramento baptismi instituit corporis ablutionem ad significantiam animi munditatem; ita contra instituere potuisse corporis maculationem ad eamdem animi munditatem exprimendam. Ratio: in signo ad placitum non requiritur, nisi sola voluntas instituentis.

2. Esto, talis proportio inter nostra sacramenta & res significatas ex divina prouidentia de facto intercedat, etamen sufficiens non est, ut sacramenta dici queant naturalia signa gratiae: signum enim naturale est, quod ex se facit venire in cognitionem eius, cuius est signum: at nulla sensibilis proportio, seclusa institutione diuinâ, potest ex se facere in cognitionem gratiae venire, cum talis proportio non sit vniuoca, sed analogia. Augustinus interpretandus est vel de similitudine non naturali, quam sacramenta ex se habeant cum rebus significatis; sed de morali, quam ex divina institutione sortiuntur. Vel certè loquitur de sacramentis, prout de facto instituta sunt. Nam si de facto à baptismismo tollas naturalem similitudinem & proportionem, quam ratione corporalis ablutionis habet cum abstersione interioris animi maculæ, vel non abluedo corpus aquâ, sed atramento inficiendo; vel solùm madefaciendo, non abluedo corpus, eo ipso tollis esseuriam baptismi, quæ in ablutione corporis, ut in proxima materia constat.

De facto  
habere ali-  
quam.

Deducitur 1. sacramenta non modò essentialiter discriminari penes terminos significatos, sed differre etiam penes res significantes: nam utrumque ingreditur essentialiter constitutionem sacramentis: est enim sacramentum artificiale quoddam concretum, ex signo & significacione constitutum: ad concretum autem constituentium non solum concurredit forma, sed etiam subiectum. 2. Sacramenta noua non differre essentialiter ab antiquis ratione formæ, sed ratione materiæ: nam forma logica sacramenti est significatio; quæ specificatur à termino: cum igitur unus idemque sit in utrisque sacramentis terminus, nempe perfecta sanctitas, una erit in utrisque significatio. Qndam autem illa significabant sanctitatem futuram, hæc presentem, non variat essentialiter significatum in ratione formalis significati. Differunt autem essentialiter penes materiam, quia hæc constat ex materia causativa perfectæ sanctitatis, illa imperfæctæ & legalistantum.

3. Neque contritionem à peccatore elicitem, nec ullam actum auxilio supernum à iusto producem, esse signum sacramentale: nam ut recte Duran. in suis non sunt 4. distin. 1. q. 1. nn. 9. sacramentum, cum sit quoddam medicamentum naturæ infirmæ, debet esse aliquid extrinsecè appositum, quod sit confortatorium naturæ, & expulsivum morbi: contritio autem, & quævis alia interna motio est proprius actus naturæ operantis cum interno auxilio gratiae: vnde non potest habere rationem sacramenti, sicut non habent rationem medicamenti Cris- sis, quæ natura ipsa per internam vim morbum expellit. 4. Neque martyrium esse sacramentum, esto eius natura consumetur in passione extrinsecè illata, & sit causatum gratiae ultra meritum operantis. Ratio assignatur à nonnullis, eò quod martyrium non requirat determinatum ritum & ceremonias. Sed contra: nam sacramentum legis naturæ ad parvulos ab originali iustificandos innotescit.

5. Mariogram  
non esse sa-  
cramentum

Ad rationem  
sacramenti  
non pertinet.

scitum, nullum habebat certum ritum ac determinatam ceremoniam, quia (ut infra) per quod cunque sigillum exterum versus religionis protestationum, iustificabatur parvulus. Ergo de ratione sacramenti non est, habere certum ritum determinatamque ceremoniam. Nisi certum ritum dicas, signum ipsum protestationum versus religionis, & consignacium subiecti diuino cultui: quod ad certum ritum, & determinatam ceremoniam externam non sufficit. Nam hoc modo etiam martyrium debeat esse determinata passio violenter extrinsecè illata propter Deum patienter perpetua. Ratio igitur est: quia martyrium non est per se à Deo institutum ad sanctificandos homines, sed illud à tyranno illatum præmiat ultra condignum. Licet enim diuina ordinatio in sacramentis sit extrinseca tantum denominatio, est tamen per se à sacramento connata, quatenus sacramentum nequit nisi à Deo habere practicā significacionem gratiae.

5. Quænam definitio sacramenti ex omnibus, quæ à D.D. afferuntur, sit aprior. Cum n. definitio debeat esse vniuersalis, & competere omni definito, illa erit aprior, quæ competit omnibus sacramentis novis, & veteribus. Vnde apertissima est à S.Tho. 3. p. q. 60. art. 2. addito tantum nomine practicum: quod ideo non addidit, quia non pertinet de effectu sacramenti esse causatum, sed tantum significacium sanctitatis. Est igitur sacramentum communiter sumptuum, signum practicum rei, acre sanctificans homines. In qua definitione probibitato ponitur signum causatum alicuius sanctitatis, quod indicat nomen practicum, non modò sumendum terminari, sed etiam subiectum. Pro forma vero significatio perfectè sanctitatis importat per illa verba, res sacrae sanctificantis homines. Multæ aliae afferuntur definitiones, quæ vel sunt propriæ nostrorum sacramentorum; vel continent quædam, quæ ad sacramenti essentiam non spectant, ut illa Magistri: Sacramentum est invisibilis gratia visibilis forma, eiusdem gratia similitudinem gerens, & causa existens. Legi possunt aliae a. pud Hugo. de S. Vit. lib. 1. de sacra. p. 9. cap. 2. Isidor. lib. 6. Etymol. cap. 19 Scot. in 4. dist. 1. q. 2. §. De tertio, Aureol. q. 2. art. 2. Gabriel. loco cit.

Quænam  
definitio sa-  
cramenti ap-  
tissima sit.

### SECTO III.

#### An sacramenta noui & vetera uniuocantur in ratione sacramenti?

Prima sent. negat. Magist. in 4. dist. 1. S.Tho. 1. Sent. q. 1. art. 1. qu. 3. ad 5. Scot. qn. 6. §. De potentia, Fundam. Palatij disp. 1. Fundam. sacramentum in ratione sacramenti essentialiter constituitur sola relatione causæ: Causa autem specificatur ab effectu: sed effectus, quos nostra & vetera sacramenta causabant, non conueniunt vniuocè; cum nostra causent veram animi sanctitatem, illa tantum legalem & imperfectam, quæ erat exterior aliqua corporis mundities, & remotio aliquius irregularitatis personas impudentis à cultu diuino. Quæ dux sanctitates, ut patet, non conueniunt vniuocè sed tantum analogicè: igitur nec noua & vetera sacramenta, quæ ab illis specificantur, conueniunt &c.

SECUNDA sent. affirmat, noua & vetera vniuersari in ratione signi, non causæ: Sotis in 4. dist. 1. q. 1. art. 1. §. Ex his Suarez disp. 1. scilicet. 2. Vasquez disp. 128. cap. 5. Fundam. signum specificatur à significato: causa ab effectu: atqui vnum est significatum in nostris & antiquis sacramentis, nempe sanctitas perfectæ,

perfecta; non unus in verisque effectus; cum in nostris sit perfecta, in antiquis imperfecta sanctitas, analogice conuenientes: igitur illa in ratione causa analogantur; in ratione signi vniuocantur.

TERTIA sent. docet, noua & vetera sacramenta vniuocari, tam in ratione signi, quam causa: *Bellar. lib. I. de sacra. cap. 12. Coninck s. p. qu. 60. art. 4.* quæ probabilior, & conformior suprà dictis: prob. 1. alioqui antiqua sacramenta non fuissent vniuocè à puris symbolis discreta (quæ tantum defectu causalitatis non dicebantur sacramenta) non n. ratione signi perfectæ sanitatis, quam etiam antiqua symbola figurabat; ergo ratione causæ alicuius sanitatis, quam pura symbola non conferabant, vniuocè discreta fuerunt, & ratio causæ imperfectæ sanitatis fuit vniuoca in sacramentis.

DICES 1. Sat est si antiqua sacramenta analogice à puris symbolis discreta fuerint. 2. potuisse vniuocè differre per solam ceremoniam stabilem ac firmam, sicut sacramenta nouæ legis vniuocè differunt à multis symbolis gratiæ; quæ suprà allata.

Contra primum est: si antiqua analogice tantum discreta fuissent à puris symbolis, etiam analogice different à nostris sacramentis; sc. per eandem relationem causæ. Hoc autem, vt suprà, non est conforme modo loquendi Concil. & Patrum, qui æquè nostra ac vetera appellant simpliciter sacramenta.

Contra secundum: tum quia non est maior ratio, cur potius vniuocè differant per unam, quam per aliam rationem: nec verum est, noua sacramenta vniuocè tantum discriminari à puris signis per solam sensibilis signi stabilitatem, sed etiam per relationem causæ alicuius sanitatis, quam causæ relatione prædicta symbola carent, cum sint pura signa instituta tantum ad significandam internam animi sanitatem & supernaturalia dona, quæ eo tempore Deus causabat in animis eorum, ad quos talia symbola dirigebantur. Tum quia magis intrinsecū & proprium sacramento est, esse causatiuum alicuius sanitatis, quam esse firmum ac stabile pro aliquo tempore, vt ex ipso nomine sacramenti elucet: dicitur n. à faciendo, quia subiecto, aliquam sanitatem confert. Igitur magis debet à puris symbolis vniuocè discriminari, quam per esse stabile: cum unaquæque res potius debeat à reliquis differre per sibi intrinseca & propria, quam per extrinseca & communia.

Prob. 2. Ratio, quæ constituit sacramentum in ratione causæ, non est sanitas ipsa cansata vel causabilis, aut denominatio à sanitate desumpta, sed virtus seu ratio ipsa causandi sanitatem: quia sanitas est effectus sacramenti, & nullus effectus constituit formaliter causam suam, quam præsupponit: atqui hæc virtus est vniuoca in verisque sacramentis: ratio n. causandi sanitatem, tam in nouis, quam in antiquis, est honestas moralis, saltem imperfecta, & inchoata, fundata in actione humana, ordinata ex institutione diuinâ ad obiectum honestum, mouens Deum ad sanitatem aliquam: nam ratio causandi in nostris est moralis (vt infra) Et eadem fuit in antiquis: sicut n. actio sacramentalis nouæ legis, vt valida sit, non requirit honestatem à ministro, vt priuata persona est; requirit tamen aliquæ saltem inchoatam & obiectuam, quam eo ipso habet, quo exercetur circa obiectum honestum à diuinâ institutione præscriptum, cum implicita saltem & virtuali voluntate intendendi, quod per eam actionem intendit Deus vel Christus: sine qua virtuali intentione obiectus honestatis non est valida actio: Ita actio sacramentalis antiquæ legis, etiæ ad validitatem sui non ge-

quirebat honestatem à ministro, vt à priuata persona, requirebat eam inchoatam & obiectuam ab eodem, vt erat publica persona: quam honestatem eo ipso actio habebat, quod exercebatur erga obiectum honestum diuinâ institutione præscriptum, cum implicita saltem & virtuali intentione intendendi, quod per illam actionem Deus intendebat. Ergo virtus causandi sanitatem tam in nostris, quam in antiquis, in modo saltem causandi erat eadem, ac proinde vniuoca.

Confirm. licet animal, medicina, pulsus in ratione sani formaliter sint analogæ, quia vt sic denominantur à forma sanitatis, quæ non æqualiter est in omnibus, cum in uno sit intrinsecè & formaliter, in ceteris tantum extrinsecè & denominatio: in ratione eam in habitudinis ad eamdem sanitatem vniuocantur: omnia enim dicunt intrinsecum ordinem & respectum ad illam; animal per modum subiecti habentis, medicina per modum causæ efficientis; pulsus per modum signi illam naturaliter referentis. Eodem modo sacramenta noua & vetera licet in ratione sacramenti denominari sumpti ab ipsa forma sanitatis, non sint vniuoca, quia vt sic denominantur sacerda à sanctitate ab ipsis causabili, quæ non est eadem in verisque: in ratione tamen causandi sanitatem vniuocantur, in quæ conuenient per eamdem virtutem moraliter mouentem Deum ad virtutem sanitatem conferendam. Ceterum cur antiqua non fuerint causa moralis moraliter mouens Deum ad conferendam gratiam saltem parvulis, fuerint causa ad sanitatem legalem conferendam, disp. 4.

Obijctes 1. Sequeretur, noua & vetera, non tantum genericè, sed etiam specificè conuenire: cum utique habeant eamdem significationem & modum causandi. Resp. neg. sequel. licet enim ratio causandi in nostris sit eadem cum ratione causandi antiquorum, est tamen specificè diversa ratione effectus connotari, qui in nostris est sanitas perfecta, in illis vero imperfecta.

Obijctes 2. Antiqua sacramenta erant signa gratiæ dependentia à nostris, quia erant signa nostrorum sacramentorum: ergo sunt analogæ: nam analogæ sunt, quæ dependentiam habent ab uno, vt sanum dicitur analogum, quia omnia sana dependentiam habent ab una forma sanitatis subiectiæ existentis in uno. Resp. Antiqua fuisse sacramenta dependentia à nostris, non ratione significationis, ratione cuius æquè perfectè illa gratiam significabat ac nostra; sed in ratione termini dumtaxat significati. Porro dependentia à termino significato non tollit vniuocationem: tam enim est perfecta imago, imago prototypi, quam imago imaginis. Sanum autem non idem analogum est formaliter, quia dicit habitudinem ad sanitatem; sed quia in ipsa denominatione sani formaliter pender à sanitate, quæ non æqualiter est & denominat omnia sana: unum enim denominat per intrinsecam inherentiam, reliqua per extrinsecam dumtaxat habitudinem.

Ex dictis patet ad fund. 1. & 2. sent. Nego, eam tantum specificari ab effectu, sed etiam à modo causandi effectum: & quia modus causandi tam sanitatem perfectam in nostris sacramentis, quam imperfectam in antiquis, est vniuocatus, vt probatum: idem nostra & vetera in modo causandi vniuocantur, esto in effectu causabilitate solùm analogentur. Constat in virtute causatiua risus in homine & prato, quæ in modo causandi est vniuoca, cum in verisque fiat à principio intrinseco virtus, quamvis in risu ipso causato sit analogæ.

DISPV-

64

Analogæ in una ratione in aliis usus.

65

Resp.

Quæ ratione antiqua sacramenta dependant & nonne

Cause etiæ à modo causandi effectus

59.  
3. Sent.  
probabilior.  
Prob.

60.  
Dices. 1.  
Secundū.

61.  
Contra 1.

62.  
Contra 2.

63.  
Prob. 2.

Vniuocatio  
rum nouorum  
& veterum  
desumitur  
ex uniuoco  
modo cau-  
sandi vero  
rumque.

## DISPUTATIO II.

## De materia &amp; forma Sacramentorum nouae legis.

**H**AUT & NON VES de essentiâ logica, quæ consistit in substrato & significatione, deinceps de naturâ physica eorum. quæ certis rebus verbisque constat. Refringimus autem disputationem ad sacramenta nouæ legis: hæc n. tantum constant rebus & verbis, ut pote antiquis clariora & expressiora, quæ solis constabant rebus, quippe quæ vmbrae tantum erant & per sonis futurorum mysteriorum, quæ in noua lege clarius debebant exprimi. Vnde si quæ verba interdum antiquis admiscebantur, ea non erant de essentiâ sacramenti, sed tantum deprecatoria, & ad libitum sacerdotis, ut colligitur ex S. Thom. 3. p. 9. q. 60. art. 6. ad 3.

## SECTIO PRIMA.

## An omnia sacramenta nouæ legis constare rebus &amp; verbis?

**P**RIMA sent. Durand. in 4. disp. 1. qu. 3. duo affirmantur: Primum, omnia sacramenta nouæ legis constare verbis, cum sint signa expressiva presentium, eorumque, quæ per Christum exhibita sunt: inter signa autem principata tenent voces, ut Aug. lib. 2. de Doctr. Christ. c. 2. Excepit Durandus matrimonium, quod contrahi potest sive verbis per litteras & nutus: quia hoc non est proprium nouæ legis, sed idem, quod fuit in veteri lege, in quâ perfici poterat sine verbis. Secundum, non omnia constare verbis & rebus: quod probaturum exemplo matrimonii, quod contrahi potest sive verbis & expressis consensu de presenti; tam pœnitentia, quod perficitur sive verbis & absoluuntur, absque rebus.

**S**ECUND A sent. S. Doct. 3. p. quæst. 60. art. 6. & communie Scholast. cum Magist. in 4. disp. i. affirmantur: Omnia sacramenta nouæ legis constare rebus & verbis: nullum aut solis rebus, aut solis verbis: quæ omnino vera est. Prob. ex Florent. in decreto de unione Armen. Hac omnia sacramenta tribus perficiuntur, rebus tanguam materiâ, verbis tanquam formâ, & personâ ministri conferentis sacramentum cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia; vbi singulorum materiarum & formarum sigillatum assignat, quorum quidem aliqua expressâ constat ex Scriptura, ut materia remota baptismi, Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto &c. Materia proxima & forma eiusdem, Marti vlt. Baptizantes eos in nomine Patris & Filij &c. Materia & forma Eucharistie, Mat. 26. Mar. 14. Luca 22. Accepit Jesus panem, similitor & calicem, ecce materia; & benedixit & ait. Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus, Ecce forma; materia. Extræ-Vunctionis, Iac. vlt. Vngentes eum oleo; forma, in nomine Domini, & oratio fiduci saluabit infirmum: Materia & forma Pœnitentia colligitur ex Ioan. 20. Quoniam remiseritis peccata remittuntur eis &c. Cetera vero habent traditionem: ut enim auctor est Dionys. c. 1. de Ecol. Hier. fine: Primi Sacerdotis munere duas visibilibus signis celestia sacra-

menta reverentur, & partim scriptis, partim non scripsi institutionibus nobis tradiderunt. Ratio, est divina institutio. Congruentia, ut noua sacramenta expressius significant effectus, quos in suscipientibus causant; aqua, n. ex se indifferens est ad humectationem, frigescationem & ablutionem. ut igitur determinaretur ad actionem ablutiâ, quæ symbolum est spiritualis emundationis, quam eadem ut pars sacramenti causat, adiuncta sunt verba, Ego te baptizo; sunt n. verba, teste August. 2. de Doctr. Christ. cap. 2. ad significandum expressora. Con- Confir- firm. duo sunt præcipui sensus, quibus manu ducimur ad spiritualia intelligenda, visus & auditus: ut igitur perfectius intelligeremus spirituales effectus, quos sacramenta causat in animâ suscipientis, debuerunt non tantum rebus, quibus visus; sed etiam verbis, quibus auditus manu dueitor, sacramenta constare.

Ad fundam. primæ sent. quam temeritatem appellat Nugnez 3. p. 9. 60. in art. 3. nego matrimonium perfici posse aut solis rebus, aut solis verbis; perficitur enim murua corporum traditione & acceptatione, verbo, aut signo quod æquivalcat verbo, expressa; est n. mutuus contractus; qui inchoatur traditione materiæ, & consummatur acceptatione Materiæ & eiusdem; quare uterque cōiugis cōsensus signo aliquo formam- tronij. sensibili sufficieenter expressus, ut continens mutuam corporum traditionem, est materia; ut continens eorumdem corporum mutuam acceptationem, est forma; nutus & litteræ in hoc sacramento succedunt verbis. Subindicat hoc sit. loco Floren. Causa efficiens matrimonij regulariter est mutuus consensus per verba de presenti expressus; vbi notanter addidit regulariter. Ratio, cur in hoc sacrum. ut possimus signo proportionali verbo, est, quia fundatur in contractu, quod nutibus & litteris, æquè ac verbis celebrati potest.

**D**icas. Tali modo possemus in Pœnitentia vti litteris ac nutibus loco verborum absolutionis; hic enim est quidam contractus absolvitorius. Respondebit esse, quia licet uterque sit quidam contractus, prior tamen peragitur per modum tra- dentis & acceptantis ciuiliter, & ideo confici posse nutibus & litteris; posterior per modum sententia absolvitoria in foro conscientia, cui repugnat peragi litteris, quæ suâ naturâ sunt publicas; aut nutibus, quodiā hi ex se aperte non sunt sententiam declarare: nam quamvis possit pœnitentia nutibus litteris suas culpas declarare, nequit tamen Sacerdos nutibus aut litteris absolutionem impendere, cum maior declaratio requiratur ex parte absoluenter, quâm conscientis, quia absolu- claudit & signat sententiam: confessio tantum inchoat. Nequit etiam Pœnitentia perfici solis verbis: quia præter verba absoluenter, necessarij sunt actus pœnitentis, Contritio, Confessio, Sa- tisfactio, quos materiam seu quasi materiam appellat Florent. & Trident. sess. 14. c. 3.

**D**icas. In Pœnitentia constitio non sit sensibilis nisi per verba: ergo tota materia sacramenti reducitur ad verba. Resp. neg. conseq. esto enim constitio non fiat sensibilis nisi per verba, non sequitur, non esse partem sacram. distinctam à ver- bis: quia licet à verbis accipiat ratione sensibilis, quæ est conditio requisita ad sacram. & quamlibet partem ipsius: non tamen ab illis accipit vim causatiâ & prædictæ significatiâ gratia, quam ex se habet, positâ sensibilitate desumptâ à verbis, ut conditione sine quâ non. Neque etiam repugnat, ut una pars sacramenti fiat sensibilis per aliad. Addo, quod ad Pœnitentiam non solum concutit ut proxima

Antiqua sa-  
cramenta  
sunt rebus  
& non ver-  
bi consta-  
bant.

3.  
Omnia sac-  
ramento con-  
stante rebus &  
verbis.  
Prob.

Sacramen-  
tum pœni-  
tentia littera-  
tis vel nuti-  
bus perfici  
nequiv.

Constitu-  
tio par-  
sacra-  
menti licet  
ex se non  
sensibilis.

ut proxima materia dolor de peccatis confessis, sed ipsa etiam peccata, ut materia remota: sicut ad Eucharistiam, ut materia remota concurrit substantia panis & vini, ex quâ conficitur.

## S E C T I O I I.

*An sacramenta nouæ legis constent rebus & verbis ut materia & formâ.*

7.

**R**A TIO pro parte affirmante est authoritas Scholast. appellantium res, quibus sacramenta constat, materiam; verba vero, formam: Florent. & Trident. sess. 14. cap. 3. de Panis. & cap. 1. de sacra. Extremæ-Vnctionis: Pro parte negante, est, quoniam tam res, quam verba se habent ut materia. Vtraque enim ordinantur ad componendum unum signum totale perfecte sanctitatis, quæ est ultima forma sacramenti: sicut tam lapides, quam ligna se habent ut materia ad figuram, quæ est ultima forma domus. Duplex distingueda est compositionis in sacramentis, altera materialis, altera sacramentalis; illa sit ex rebus & verbis, præsupponiturque ad sacramentalē: hæc ex rebus & verbis, ut subiecto, & significatione sacramentali, ut formâ.

Dico 1. Omnia sacramenta nouæ legis, quæ in visu consistunt, materialiter componuntur ex rebus, ut materiâ, & verbis, ut formâ. S. Thom. 3. p. q. 69. art. 6. ad 2. & constat auth. Florent. Omnia, sacramenta tribus perficiuntur, rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, & persona ministri. Ratio sumitur ex analogia ad compositionem naturalem, in quâ illæ partes dicuntur concurrere ut materia & forma, quæ sunt essentiales & intrinsecæ compositionis, una per modum determinabilis, altera per modum determinatiū: at qui tam res, quam verba sacramentorum nouæ legis in visu consistentium habent se ut essentiales, & intrinsecæ partes significationis sacramentalis, res ut quid determinabile, verba ut quid determinatiū: vtraque enim necessaria sunt, & neutra sufficiunt ad fundandam significationem sacramentalē; etenim nec ablutione sine verbis, nec verba sine ablutione in baptismo sufficerent ad internam animæ ablutionem significandam. Siquidem ablutione sine verbo baptizo indifferens est ad humectationem, frigescationem, & ablutionem significandam; verbum baptizo sine ablutione est falsum. Confirm. Res sunt indifferentes ad plura significanda; verba ex humana institutione sunt determinata ad unum: igitur illæ se habent ut materia, hæc ut forma. Dixi, quæ in visu consistunt, propter Eucharistiam, quæ si consideretur in fieri, eius materia transiens est substantia panis & vini; permanens eorum accidentia, forma sunt verba consecratoria: Si in facto esse, infra. Leg. Scot. in 4. dist. 8. qu. 1. ad 3.

8.

*Obiectio.* Florent non solum docet, sacramenta perfici rebus & verbis, sed etiam personâ ministri; ergo etiam hæc concurrit ad constitutionem sacramenti. Resp. concurrere effectiū, non constitutiū. Vnde non dixit, sacramentum constare ex persona ministri ut ex materia, sicut dixit de rebus & verbis: Est enim persona ministri causa extrinseca, non int̄ insel sacramenti.

9.

Dices. Sacmentum intrinsecè constat ex operatione humanâ; nisi n. actio, ex qua sacramentum componitur, procedat à voluntate ministri intentionis facere, illa non est sufficiens ad validitatem sacramenti; quod patet, nam eadem actio facta ab angelo non est sufficiens ad sacramentum: sed ope-

ratio humana formaliter includit voluntatem ministri: dicitur n. humana à voluntate hominis; ergo sacramentum intrinsecè constat ex intentione ministri. Resp. concedo, operationem humanam requiri ad constitutionem sacramenti: verum sicut esse humanum in actione sacramentali est tantum denominatio extrinseca à voluntate ministri, non intentione ipsa voluntas seu intentione ministri: ita non voluntas vel intentione ministri, sed extrinseca denominatio ab ipsa voluntate seu intentione ministri derivata in actionem sacramentalem, constituit essentiam sacramenti.

Dico 2. Hæc compositionis non est physica, sed moralis; contra NugneZ cit. art. 6. dist. 2. Fundam. compositionis physica, aut est per realem unionem, aut continuacionem, aut contiguationem partium in ordine ad certam figuram comprehendendam; nullam ex his compositionibus habent res & verba sacram. vt infra, ergo. Nec sufficit ad physicam compositionem, quod partes sint physicae, sed requiritur ut compositionis ipsa sit physica, aliquo ex assignatis modis. Quod sit moralis constat, nam aliqua compositionis inter res & verba sacramentalia intercedere debet, ut colligitur ex Aug. tract. 80. in Ioan. Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum; accedit autem per coniunctionem aliquam, alioquin non posset ex illis fieri unum; nam omne unum, quod non est per identitatem, debet esse unum per compositionem, physicam aut moralem, cum non detur media.

Dico 3. Tota hæc compositionis ex rebus & verbis, ut ex materia & forma, comparatur ad sacramentalē compositionem ut materia, quia comparatur ad illam, ut quid determinabile ad ultimum determinationum; nam tam res, quam verba, sunt ex se indeterminatae ad significandam practicæ animi sanitatem, cuius significatio est ultima forma sacramentalis, constituens sacramentum in ratione sacramenti formaliter, sicut figura est ultima forma artificialis constitutus opus in esse operis artificiali formaliter.

Deducitur 1. in quolibet sacramento esse duplē significationem; alteram materialē, compositionis ex naturali significatione rerum & artificiali verborum, quam ex humana institutione habent; alteram sacramentalē simplicem, fundatam in veraque significatione rerum & verborum simul, quia nec sola res, nec sola verba, sed veraque simul indivisiibiliter fundant hanc significationem, quam habent ex institutione diuina; leg. Cas. 3. p. qu. 60. art. 6. ad 2. Deducitur 2. non recte Sotum in 4. dist. 3. quest. un. art. 1. in 3. arg. pro subiecto relationis sacramentalis assignare solas res, non autem verba; quod erat probabile censuit Scotus q. 1. sed quod res artificialia non supponit directe pro toto aggregato ex materia & forma artis, sed pro materia directe, obliquè pro forma; statua enim directe supponit pro xre connotante figuram: sacramenta autem comparantur rebus artificialiis; ergo. Sed contraria, tunc quia forte etiam artificialia ex parte primò supponunt pro vtrique: tum quia verba in sacramentis non se habent, ut forma artificialis, sed ut materia & substratum: tam n. res, quam verba comparantur ad significationem sacramentalē, quæ sola responderet formæ artis, ut materia & substratum: ergo sicut res artificialia directe supponunt pro adequata materia formæ artis, materialē & formam physicam: Statua n. non solum supponit pro materia, sed etiam pro formâ physicâ artis, quia vtraque est adequata materia formæ artis: ita sacramentum

14.  
In sacramen-  
to signifi-  
catione mate-  
riali, & sacra-  
mentalē.Tum res quæ  
verba sub-  
stratum si-  
gnificationis  
sacramen-  
talē.

Supponere

## Disp. II. De materia & forma Sacramentorum novae legis; Sect. III.

<sup>15.</sup> <sup>Deductione</sup> supponere debet pro adaequate substrato forma sacramentalis, quod non sunt tantum res, sed res & verba simul. Nec obstat, quod relatio sacramentalis sit una, proinde vauum habens substantiam: tam quia hanc relatio non est realis; cum quia habet unum substantiam per compositionem.

<sup>3.</sup> 3. Res & verba in sacramentis novae legis non modo importari ut partes intricatas essentialiter componentes physicam naturam sacramenti, sed etiam verae tam res quam verba importari in recto. Fundam. tam res quam verba importantur substantiam & per modum per se stantis, quod est in recto importari: neutrum autem adiectiuem, & per modum alteri inherentis, quod est importari in aliquo. Baptismus n. non dicitur ablutio verbis expressa, quod est materiam importari in recto & substantiam, verba in obliquo & adiectiuem, sed dicitur ablutio, & verba ablutionem significativa, quod est utrumque importari in recto & substantiam. Idem dicitur de reliquis sacram. de quibus substantiam & in recto res & verba praedicanter, ut constat ex Floren. et in decr. de vni. Arme. ubi de singularem materia, quam sortita praedatur in recto, vnde excepto matrimonio, de quo materia in recto; forma vero, quae sunt verba exprimentia mutuum viriusque coniugis consensum, in obliquo predicatur: Causa, inquit, efficiens matrimony regulariter est mutuus vobisensus, ecce materia in recto & substantiam praedicata: Per verba de presenti expressa: Ecce forma in obliquo importata. Quo sit, ut quantum ad essentiam sacram. attinet, omnia exprimi potuerint per unam partem in recto, & per aliam in obliquo significata, ut baptismus est ablutio verbis expressa: penitentia est contrito & confessio penitentis cum absolutione ministri.

### S E C T I O III:

*Quam similitatem requirant res & verba sacramentalia, ut constituant unum signum efficax sanctitatis?*

<sup>16.</sup> <sup>1. Sent.</sup> <sup>Exemplum</sup> <sup>Educa.</sup> <sup>Fundam.</sup> <sup>2. Sent.</sup> <sup>Tandem.</sup> <sup>Caiet.</sup> PRIMA sent: Glossa cap. Derrabe, causa 1. q. 1. quae requirit Mathematicam similitatem inter ultimam prolationem formae & materiam: Vnde si antequam in forma baptismi preferatur ultimum verbum Spiritus S. puer eleuetur ab aqua (supponit baptismum fieri per immensionem) & si toto tempore antecedentifuerit in aqua, non erit baptizatus: Fundam. quia sacramentum perficitur in ultimo instanti prolationis totius formae; ergo in eo debent verba coniungi rebus.

SECVNDA requirit physicam similitatem, scilicet inter aliquam partem prolationis formae & materiae, ut vel incipiatur forma, antequam desinat materia, vel contraria incipiatur materia, antequam absoluatur forma. Scit. in 4. dist. 6. q. 3. Rob. dist. 6. q. 1. ar. 2. Gabr. q. 1. art. 2. concl. 8. Caiet. com. 1. opuscul. tract. 26. § Quoad 2. Fund. Caiet. Nulla oratio Verificatur, nisi eius significatum ponatur in tempore consignificato: quia verba significant in tempore: sed tempus consignificatum per orationem, quae est forma sacramenti, non extenditur extra tempus praesens prolationis verborum: nam differentia temporis verborum non se tenet ex parte prolationis; quia tam mensuratur tempore praesenti baptizandi de baptizante, quidam baptizato; neque ex parte proficiens, quia proferens,

<sup>17.</sup> <sup>Confirmat.</sup> tam potest intendere tempus praesens viagi anni, quam unius dei; sed ex parte rei significatae, quia res ipsa significata debet coexistere tempori per verbum consignificato, alioqui falsum diceret, Ego te baptizo, si de presenti non ponet actum baptizandi. Confirmat. 1. In Eucharistia verbum, est non significat tempus extra prolationem verborum; ergo nec in ceteris sacramentis: Nisi tempus praesens consignificatum terminaretur simulcum prolatione verborum, nulla esset certudo, quantum hoc tempus praesens durare deberet, vnde posset qui semel dicitur. Ego vos baptizo, per integrum diem effundere aquam supra singulos baptizandos.

<sup>18.</sup> <sup>Moralia sacra-</sup> TERTIA affimat, sufficere moralem similitudinem, maiorem minoremve pro sacramentorum va-<sup>tum justit.</sup> ritate: Richard. in 4. dist. 3. art. 4. q. 2. qui quamvis hanc similitatem explicet physicam cum 2. sent. id tamen non ut necessarium ad validitatem, sed tantum ad melius esse intelligit: Sors dist. 3. q. vn. art. 8. q. 9. Quando autem Suarez 3. p. 10m. 3. dist. 2. sent. 2. Quae vera est. Fundam. opposita sent. est omnis rigida & scrupulosa; nece est verisimile, Christum cum tanto rigore instrumenta nostrae salutis instruisse: Nec videtur probabile, Apostolos, cum tot millia simul baptizabant, seruasse hanc rigorem similitatem: demum nequit hoc verificari in penitentiâ ubi post absolutam totam confessio- nem, quae est materia huius sacramenti, incipit absorusio, quae est forma; neque est necesse, ut dum Sacerdos profert formam, penitens perseveret in actu contritionis: Ratio: ea similitas in materia & forma sacram. sufficit, quae requiritur, & sufficit in actibus humanis, nam in ipsis Deus sacramenta instituit: Atqui in his tanta similitas necessaria non est: ergo. Quia vero sacramenta constant ex diversis actibus humanis, quorum alii ex natura sua maiorem, alii minorem similitatem postulant non potest una certa regula in omnibus assignari, sed perpendenda est natura singularium operationum, quibus sacramenta constante, Maiorem enim similitatem postulant Baptismus, Confirmationis, Ordo, Eucharistia, Extrema-Vnctio, quae perficiuntur per propria demonstratiuas, & verba de praesenti, minorem Penitentia, quae peragitur per modum iudicij, in quo accusatio presupponitur absolutioni: minimam matrimonium, quod, quia est quidam ciuilis contractus, peragi potest etiam inter absentes.

<sup>19.</sup> <sup>Ad fund. 1.</sup> Ad fund. primâ sent. nego antec. tunc in. cen- setur perfectum sacramentum, quando moraliter <sup>20.</sup> censemur completa operatio. qua sacramentum peragitur. Ad fund. 2. nego, tempus praesens con- significatum per orationem non se extendere ex- tra tempus prolationis verborum. Cum n. verba sint imposita ad significandas actiones & passiones more humano, non sunt ita rigorose accipienda, ut tempus praesens solum intelligatur illud, in quo immediate coexistit res consignificata; sed habet latitudinem, ut praesens non solum intelligatur illud, quod existit nunc, sed vel quod paulo ante praecessit, vel paulo post futurum est, ut cum dico, Siles, verum dico, etiam si terminus significatus non ponatur intra tempus praesens consignificatum, sed in tempore sequenti. Ex quo patet ad prob. minoris. Ad 1. confir. 1. nego, verbum est in Eucharistia non ponere suum significatum extra tempus ipsis prolationis: transubstantiatio enim quae est significatum ipsius, non fit in tempore, quo profertur ipsum verbum substantivum est, sed in fine prolationis totius formae.

<sup>21.</sup> <sup>Ad primarii conf.</sup> Cùm

23.  
Disparat.  
suo.

Quorum  
forma non  
necessaria  
supponant  
presentem  
materiam.

24.

*Ad secundam.* certitudinem physicam, quantum duraturum sit tempus post prolationem verborum, posse tamen haberi moralem, quæ ex natura actionis, negotiorum, interruptionis, aliarumque circumstantiarum indicanda est. & ideo ad maiorem certitudinem, scrupulosque tollendos, optimum consilium est, in praxi seruandam esse secundam opinionem.

## SECTO IV.

*An materia & forma sacramentorum sunt determinata ex divina institutione?*

25.  
Ratio du-  
bitandi de  
matrimonio.

26.  
Secunda de  
Baptismo.

27.  
Tertia de  
Ordine.

28.  
De Dia-  
conatu.

Clemens.

Dionys.

*P*RIMA ratio dubit. Trident. sib. 24. cap. 1. de reformat. irritauit clandestinum cōsensum, qui antea eodem Concilio teste, erat sufficiens materia matrimonij; eiusque loco pro necessaria materia substituit publicum contractum, coram Parochio vel alio Sacerdote de ipsis Parochi seu Ordinarij licentia, & duobus vel tribus saltem testibus iunctum. Igitur materia matrimonij non fuit à Christo determinata. 2. Sit de forma Baptismi, quæ alia fuit tempore Apostolorum, quo viri ac mulieres baptizabantur in nomine Iesu Christi. Acto. 8. igitur forma baptismi non fuit à Christo determinata. 3. Sumitur ex materiâ & formâ Ordinis, quæ non videntur à Christo, sed ab Ecclesia instituta, ut expressè docet Innocen. IV. in cap. Presbyter de sacram. non iterandis: *Vnde credimus quod nisi essent forme possee invenire, sufficeret Ordinatori dicere, sis Sacerdos, vel alia equipollentia verba; sed subsequentiis temporibus formas, que seruantur, Ecclesia ordinavit.* Nec solùm videretur loqui de formis, sed etiam de materiis, cum ad validam Ordinis collationem sufficere dicat, sis Sacerdos, nullâ materiæ mentione fadâ.

Præterea nunc materia Diaconatus in Ecclesia Latina est liber Euangeliorum, in cuius traditione cum formâ illi respondente confertur, ut definit Floren. in līte. unio. in primitiâ vero, cum nondum essent conscripta Euangelia, erat sola manus Episcopalis impositione: cuius solius cæremonia in collatione Diaconatûs fit mentio à Patrib. & Concl. Clemens Rom. libr. 8. Constitut. cap. 17. Ego Philippus constituo, ut Diaconum ordines, Episcope, imponendo ei manus presentibus omnibus Presbyteris & Diaconis. Èdem Episc. manus impositione cap. 16. dixerat, Ordinari Presbyterum Dionysius Arcop. de Ecl. Hierar. cap. 5. Præsul ubi sacrarius offertur utroque genu posito ante Altare, supra caput habet à Deo tradita Euangelia, manumq. Pontificis: et que hoc modo à consecrante Pontifice castissimis imprecaitionibus consummatur. Sacerdos vero coram sacro Altari ponens verumque genu, in capite habet Pō-

tificis: dexteram: in hanc modum à sacraute Præsule Sanctissimæ invocationibus consecratur. At vero Minister altero sūtum coram sanctis Altaribus posita genus sacramentis se Pontifice dexteram in capite preferte, atque ab eo perficitur precationibus ad eam rom accommodatis: nec aliud inter consecrationem Præsulis seu Episc. Sacerdotis, missori seu Diaconi assignat discrimen. Damasus Epist. 5. ad Coepisc. medi. damnans Episcopos, qui inualidè consecrati audebant Presbyteros, & alios Ecclesiæ ministros ordinare; propterea, inquit, magis vulnerabant capita, que per manus impositionem tangebant. Quibus verbis aper- te supponit Pontifex, Ordines conferri per manus impositionem. Idem docet Innocen. I. Epist. 22. ad Episc. Macedo. quæ como 1. Concil. pag. 619.

Concilium Carthagi. IV. Can. 4. Diaconus cum ordinatur, solus Episcopus, qui cum benedicit, manum super caput ipsius ponat. Quod loquatur de sufficienâ & integrâ materiâ Diaconatus, prob. nam Cant. 5. immediate sequenti assignat materiâ Subdiaconatus, traditionem calicis & patenæ vacuæ, quæ, teste Floren. est ei propria. Quod si iudicasset, ad materiam Diaconatus pertinere etiam traditionem Euangeli: hoc expressisset, sicut expessit traditionem calicis & patenæ vacuæ in collatione Subdiaconatus. Eadem sola manus impositione pro ad- quatâ materiâ Diaconatus fuit in usu in Ecclesia Anici. usque ad tempus Durandi, qui Præsul illius, vt se conformaret vniuersali Ecclesiæ, iussit (vt ipse scribit in 4. diff. 24. qu. 3. nn. 7.) vt imposterum in ordinatione Diaconi traderetur liber Euangeliorum. Et quod caput est, eundem ritum seruat nunc Ecclesia Græca, quæ tam in collatione Presbyteratus, quam Diaconatus, & Subdiaconatus adhibet solam manus impositionem super caput ordinandi: cum tamen nullus haec tenus de hoc illam erroris arguit. Ultimò Ecclesia Latina ex prescripto Florentini in collatione Presbyteratus vtitur formâ hac: *Accipe potestatem offerendi sacrificium in Ecclesia pro viuis & mortuis: in collatione aliorum Ordinum idem docet, adhibendas esse formas, quæ in Pontificali Rom. prescribuntur.* Greca vero Ecclesia vtitur formâ longè diversâ: *Divina gratia promouet hunc Venerabilem Diaconum in Presbyterum.* Èdem proportionali vtitur in collatione Diaconatus & Subdiaconatus.

Dicendum est, omnes materias & formas sacramentorum esse à Deo, vel à Christo institutas, non tamen singulas quoad speciem, sed aliquas quoad genus tantum, determinandas, quoad speciem ab Apostolis, vel Ecclesiâ: inter quas est materia & forma Ordinis, cuius singulæ materiæ & formæ singulorum Ordinum non fuerunt à Christo de- terminatae in specie, sed tantum in genere, sub ali- quo signo sensibili expressivo potestatis, quæ per ordinem traditur. Prior pars assert. constat: nam ab eo materiæ & formæ sacram. sunt determinatae, à quo sunt sacramenta instituta: ille enim dicitur ipsa instituite, qui materiam & formam ipsorum instituit, quâ essentialiter constat. Atqui non alium sacramentorum auctorem agnoscit Ecclesia, quam vel Deum respectu veterum, vel Christum respectu nouorum: vt de veteribus constat ex Exodo, Levitico, Num. & Deuter. de nobis definit Trident. sib. 7. Can. 1. de sacra. in comm. ea omnia fuisse à Je- su Christo Domino nostro instituta.

Posterior assertionis pars constat 1. de sacra- mento legis naturæ pro parvulis instituto ad origi- nalem peccatum delendum, cuius nulla fuit certa materia in specie à Deo determinata, sed tantum in genere sub ratione signi sensibilis diuini cultus & Reli-

Carthagi.

Aniciensis  
Ecclesie.

Graci.

32.  
Conclusio  
controversie  
difficillima.

38.

34. Quae non habens de terminatam materiam quod p. cta.

de Religionis potestatu; vt infra. 2. De sacramen-  
tis noua legis constat 1. de matrimonio, quod nul-  
lam habet certam formam in specie, sed sequuntur po-  
test verbo, scripto, ac nutu celebrari. Neque est  
certum quoad materiam, cum possit tam contra-  
quod priuato & clandestino, ut ante Trident. & ubi  
Concilium non est receptum, quam publico, ut  
post Trident. & ubi est acceptum. 2. de peni-  
tentiâ, quod sacram. tam attritione, quam contri-  
tione, quæ specie differunt, perfici potest: ut &  
confessione, verbo, scripto, aut nutu expressa. 3.  
de Eucharistiâ, quæ in quâvis specie vini, modò  
de vite sit, confici potest. Idem igitur erit de Or-  
dine, cuius materia & forma non fuit quoad spe-  
ciem à Christo instituta, sed tantum quoad genus  
sub signo aliquo sensibili expressivo potestatis, quæ  
per Ordinem traditur. Quam sent. docet Bellarm.  
lib. de Sacr. Ordinis cap. 9. fine; Credibile autem est,  
Dominum instituisse Ihesus omnes materias Ordinum,  
non quidem in particulari, sed generatim, monendo  
Apostolos. ut Ordines conferrent per ceremonias in-  
strumentorum, quibus significaretur eorum potestas.  
Inter instrumenta autem interhunc etiam manus,  
quæ sunt instrumentorum instrumenta, ac proin-  
de etiam manuum impositione recensenda est inter  
ceremonias instrumentorum, quibus ordinandi  
potestas significatur. Eandem sequuntur Petrus  
Arcadi. de concor. Occiden. & Orient. Eccl. in admi-  
nist. Sacram. libr. 6. cap. 4. & Ioan. de Lugo de Sa-  
cram. disp. 2. seb. 5. Eaque colligitur ex Gregorio  
IX. in cap. Presbyter, ubi tam Presbyterum, quam  
Diaconum ordinari docet impositione manus, ri-  
tu ab Apostolis introduco: non igitur à Christo  
immediatè, sed tantum mediataè, & in genere sub  
taxione signi potestatis expressi determinato.  
Idem Pontifex ibid. statuit, si quid per errorem in  
ordinatione omissum fuit, non esse sacramentum  
iterandum, sed cantè suppleendum, quod prætermis-  
sum fuit. Ergo supponit Presbyteratum, &  
Diaconatum, non conferti per certam ac determina-  
tam materiam à Christo iustitutam: alioqui etiam  
omissa iterari debuisset totum sacram. Nec sat fo-  
rer post aliquod tempus illam tantum supplere,  
cum materia sacramenti debeat moraliter coniun-  
giacum ipsa forma. Sunt igitur Pontifex, Pres-  
byteratum validè conferti, vel per solam tradicio-  
nem calicis cum vino, & patenz cum hostia omissa  
impositione manus, vel per solam impositionem  
manus, omissa traditione calicis cum vino, & pa-  
tenz cum hostia. Eodem modo conferti Diacona-  
tum vel per solam impositionem manus Episcopa-  
lis, omissa traditione Euangeliorum, vel per solam  
traditionem Euangeliorum, omissa impositione  
manus. Idem colligitur ex Floren. & Trident. Nam  
Floren. pro materia Presbyteratus assignat tradi-  
tionem calicis cum vino; & patenz cum hostia: Trid.  
seb. 14. cap. 3. de Extrema-Vultione, supponit Sa-  
cerdotes esse ordinatos per impositionem manuum  
presbyterij.

35. Duplex huius sent. fundamentum: 1. ductum ab  
ipsa varietate formæ & materiæ, quibus diversis  
temporibus usum est Ecclesia ad hoc sacram. confe-  
rendum, ex 3. ratione dubit. Certum autem est, non  
possit Ecclesiam in materijs & formis substantiali-  
bus sacramentorum errare: ergo dicendum est, nul-  
lam materiam, vel formam in specie fuisse à Chri-  
sto determinatam ad hoc sacramentum confiden-  
dum, sed tantum in genere sub aliquo signo sen-  
sibili expressivo illius potestatis, quæ per Ordinem  
traditur. Minor prob. nequit Ecclesia errare in as-  
signandis medijs ad salutem necessarijs: ad hoc enim  
P. Amici Tomm VII.

36. Quæ sunt illi claves cum infallibili Christi promis-  
sione, ut non sint portæ inferi contra eas prævali-  
tar. At Ordo est maximè ad salutem necessarius,  
cum ex eo pondeant ad salutem apprimè necessaria,  
penitentia, & Eucharistia, quæ non nisi à legitimo  
Ministro per veram materiam & formam ordinatò  
confici possunt.

37. 2. Dicitur à Clementis VIII. Bullâ editâ an. 1595.  
die 31. Aug. quæ incipit: Sanctissimus sine, ex Sen-  
tentiâ Congregationis super reformatione Græcorum  
decrevit, declarat mandat, Constituit Reim habendum  
esse Episcopum Græcum Catholicum, qui Græcos Episco-  
pis Latinis Italiæ, & Insularum adiacentium subiectos  
ab Episcopo Græco ordinari volentes, cum illorum di-  
missorijs ad id tantum concedendis ritu Græco ordinet.  
Ex quo assero: Nō potest non esse validus ritus ille  
ordinandi quem P̄bis approbat: nequit enim in  
declarandis medijs ad salutem necessarijs errare:  
At approbat ritum ordinandi Græcorum, quoad  
materiam & formam, licet diuersum à ritu ordi-  
nandi Latinorum: dum enim declarat habendum  
esse ut Catholicum illum Græcum Episcopum, qui  
Græcos subiectos Episcopis Latinis cum eorum di-  
missorijs Græco ritu ordinat, simul declarat, Or-  
dinem per talen ritum collatum esse validum:  
alioqui nec posset cum detrimento animarum pro-  
pria Bullâ talem ritum permittere, nec Catholicum  
Episcopum declarare, qui ab essentiali ritu  
conferendi hoc sacramentum à Româna Ecclesia  
recederet. Ergo idem illum permittit & Catholicum  
Episcopum declarat, qui eo virtutur, quia iudicat illum esse validum. Adde hunc ritum ordi-  
nandi Græcorum à noua Congregatione Româ  
super ea ab Urbano VIII. super Euchologium  
examinandum post longam discussionem approba-  
tum esse, ut nulli dubium deinceps de validitate  
iphus esse possit.

Ritus Ordinandi Græcorum validus.

38. Diversum esseretur constat: nam Græca Eccle-  
sia pro materia in Ordinibus Sacris solam adhibet  
manus impositionem: pro forma hæc verba: Diu- Diversus li-  
na gratia, qua infirma sanat, promovet hunc Sub- ter à Latine.  
diaconum in Diaconum, in Presbyterum. Latina ve-  
rò in Subdiaconatu pro materia adhibet tradicio-  
nem calicis vacui cum patena vacua, & libri Epis-  
tolarum: profectio: Accipe librum Epistolarum,  
& potestatem ea legendi in Ecclesia Dei, tam pro vi-  
nis, quam pro defunctis. In Diaconatu pro materia  
præter manus dicitur & super caput ordinandi im-  
positionem, traditionem libri Euangeliorum: for-  
ma verò est: Accipe potestatem legendi Euangeliū in  
Ecclesia Dei, tam pro vinis, quam pro defunctis. In  
Presbyteratu pro materia duplice adhibet utrius-  
que manus super caput Presbyteri impositionem:  
semel ante, iterum post consecrationem, nec nisi  
calicis cum vino; & patenz cum hostia traditionem:  
forma est: Accipe potestatem offerendi Sacrifici  
cium Deo, Missag. celebrare, tam pro vinis; quam  
pro defunctis: post consecrationem verò pro for-  
ma expressiva potestatis absoluendi à peccatis, sicut  
illa ex Joann. 20. Accipe Spiritum sanctum, quorum  
remissio peccata, remittentur eis, & quorum remissio  
restans sunt. Quæ omnia in ratione signi ma-  
terialis valde differunt, ut per se patet. Ergo neuter  
ritus vel signum est determinatè necessarium,  
sed alterutrum sufficiens ad Ordinis validitatem:  
cum utrumque sit ab Ecclesia approbatum, & ne-  
queat in approbatione substantialium Ordinis er-  
rate Ecclesia, alioqui errare posset in medijs ad sa-  
lutem necessarijs.

39. Respondeat quispiam, alterutrum signum esse  
determinatè necessarium pro sua duntaxat Ecclesia,  
Latinum

Latinum pro Latinâ, Græcum pro Græca. Potuit quippe Christus potestatem Ecclesiæ cōmunicare, ut quod ipsa pro una Ecclesia statuisset, illud tamē pro eâ, & non pro aliâ esset Ordinis materia.

<sup>43.</sup> R. s. Sed contrà: esto Christus huiusmodi potestatē concedere potuisse Ecclesiæ, de facto tamen eam non concessisse manifeste colligimus; tum ex alijs sacramentis, quorum materias & formas voluit Christus esse ubique easdem: cum quia ad Ecclesiæ unitatem, quam Christus in ea instituenda maximè spectauit, non expediebat, ut diuersæ essent materias & formæ substanciales sacramentorum: nam cum Ecclesia maximè dicatur una ex unitate Religionis, quæ in externa sacramentorum profissione potissimum consistit, iuxta illud ad Ephes. 4. Vna Fides, Vnum Baptisma, unus Deus &c. non esset Ecclesia per se & vna, si alia materie & formæ substanciales huius sacramenti essent in Ecclesia Græca ac Latinâ. Sunt igitur hæc signa materialiter tantum diversa in Græca & Latinâ. *Confr. hoc ipso*, quod Bulla Pontificis concedit, ut Græcus subiectus Ecclesiæ Latinae cum dimissorijs Latini Ordinari possit à Græco ritu Græco supponit etiam posse Græcum subiectum Ecclesiæ Latino ritu Latino Ordinari ab Episcopo Latino.

<sup>41.</sup> *Ordo semper validus non obstante singularium variantiæ.* Deducitur 1. quo pacto Ordo semper validè fuerit in Ecclesiâ Dei collatus non obstante signorum varietate, sub quibus pro diuersis temporibus, diversisque Ecclesiis, fuerit, & de facto nunc in Ecclesiâ Græca & Latinâ conferatur: quia cum ex institutione Christi nullum habeat certum signum in specie, sub quo confiri debeat, sed tantum in genere, quareous aliquo modo expressuum est potestatis, quæ per Ordinem traditur cumque hoc in specie determinare sic penes Ecclesiæ, potuisse pro variis temporibus, variisque Ecclesiis, variis signa materialia ad eandem Ordinis potestatem exprimendam determinare. Vnde ante scripta Evangelia in Ordinatione Diaconi adhibebat solam manuum impositionem, quam etiam solam adhibebat in ordinatione Presbyteri, ut constat ex cit. Concil. Carthag. IV. Niceno I. can. 9. ex ritu Græco, maximè ex Sacris Oraclis, in quibus solam mentionem de impositione manuum. Cum n. Apostoli Saulum & Barnabam Presbyteros crearent, tunc ieiunantes, & orantes, imponentesq; eis manus dimiserunt illos. 1. ad Timoth. 5. Manus, inquit, Paulus, cito nemini imponeris & 2. 1. Admoñete, ut resuscites gratiam Dei, qua est in te per impositionem manum mearum: & ibid. cap. 4. Noli negligere gratiam, qua est in te, que data est tibi per Prophetiam cum impositione manus Presbyterij. Hanc eandem seruat nunc Ecclesia Latina in Ordinatione Diacani, & Presbyteri, sed præter eam ad maiorem collatæ potestatis expressionem, adhibet in ordinatione Diaconi traditionem Euang. cum verbis clariis experimentibus potestatē legendi Evangelia in Ecclesiâ Dei: in Ordinatione Presbyteri traditionem calicis cum vino, & patenæ cum hostia, cum verbis clariis significantibus potestatē sacrificandi. Dixi: cum verbis clariis experimentibus aliquia enim verba implicitè latet & confusè Ordinis potestatē significantia semper fuerunt necessaria, cum omne factam. noue legis constare debeat ex rebus & verbis.

<sup>42.</sup> *No potest res qualibet pro materia Ordinis ab Ecclesia substitui.* Deducitur 2. Non posse quamlibet rem pro materia Ordinis ab Ecclesia substitui, sed quæ ex se aliquam proportionem habeat ad Ordinis, qui per tale signum confertur, potestatē exprimendam. Constat 1. inductione reliquorum sacram. quæ materiam à Christo assignatam idoneam per se ha-

bent ad naturam cuiusque exprimendam: Baptismus externam corporis ablutionem ad internam animi emundationem significandam. Confirmatio manūm impositionem, vel in fronte vñctionem, ad denotandum Sp̄itū S. robur quod confirmatus accipit ad fortiter resistendum Tyranno: Eucharistia panem & vinum, ad representandum spirituale conuiuium, quo Christus in hoc sacramento se animæ communicat: Pœnitentia dolorosa peccatorum confessionem ad internam cotundem peccatorum remissionem exprimendam. Extrema-Vnctio externam sensum inunctionem, ad internam animi fortitudinem, quam contra urgentes tentationes inunctus accipit, significandam: Matrimonium mutuam corporum traditionem, ad significandum matrimoniale vinculum. 2. Inductione earum rerum, quas habent Ecclesia adhibuit pro materia Ordinis. Nam in Confusione Ostiariatu adhibet traditionem clavum, ad de singulis ordinandam potestatē, quam Ostiarius accipit, aperiendi & claudendi portas Ecclesiæ: In Lectoratu librum, ad denotandam potestatē, quam lector accipit ad cantandas lectiones in Ecclesiæ: In Exorcistatu traditionem libri continentis Exorcismos, ad significandam potestatē, quam Exorcista accipit ad Exorcizandos Energumenos: In Acolytatu traditionem candelabri cum candela extinta, & vrecolem vacuum, ad significandam potestatē, quam Acolytus accipit ad accendenda Ecclesiæ luminaria, & vinū & aquam in Eucharistia subministrandam: In Subdiaconatu calicem cum patena vacuā & librum Epistolatum, ad denotandam potestatē, quam Subdiaconus accipit ad sacra vasa contrectanda, & Epistolas in Ecclesiæ legendas: In Diaconatu librum Evangeliorum, ad exprimendam potestatē, quam Diaconus accipit legendi Evangelia in Ecclesiæ: In Presbyteratu traditionem calicis cum vino, & patenæ cum hostia, ad significandam potestatē, quam Presbyter accipit consecrandi corpus & sanguinem Christi Domini. Idem constat de impositione manuum Episcopali, quam Græca Ecclesia adhibet in sacris Ordinibus conferendis, quæ ex se apta est ad denotandam potestatē, quam Episcopus Ordinando confert: est enim manus impositio antiquum signum expressum authoritatis eius, qui manus imponit, - in illum, super quem imponit. Dices. Materia Ordinis non tam debet exprimere potestatē Ordinantis, quam ordinati: sed manus Episcopalis impositio non tam exprimit potestatē Ordinati, quam ordinantis. Resp. potestatē ordinati exprimi posse duplicitè, uno modo actiue; quo pacto exprimitur per manus impositionem ut actiue conferenda per Episcopum Ordinantem: alio modo executiue, quo pacto exprimitur per traditionem instrumentorum, quibus ordinatus illam exercet. 3. Coroll. prob. cum sacramenta sint quedam simbola expressiva eorum, quæ per illa getuntur in anima, debent ex se aliquam proportionem habere, ut tanquam idonea signa fideles inducant ad notitiam spiritualium Mysteriorum, quæ per ea exprimuntur.

<sup>43.</sup> *Vt usus sacramentorum vestium per ceremoniam.* Deducitur 3. Ecclesiæ pro materia Ordinis adhibere potuisse ipsum sacrarum vestium usum, quibus in suscepione factorum Ordinum ordinandi induuntur, sicut & in Presbyteratu manūm vñctionem: de facto tamen eas adhibet ut puras cæremonia, & dispositiones dum taxat subiecti ad sacros Ordines melius suscipiendos. Primum constat: quoniam utraque cæremonia de se aperit.

46. Diss.  
47.  
48.  
49.

epia est ad significandam potestatem, quae ordinato traditur, et si minus clare, quam alia, quae de facto Ecclesia adhibet ut materiam. Secundum prob. ex ipsa praxi Ecclesie, & declaratione Concil. habemus, hæc de facto adhiberi ut puras ceremonias & subiecti dumtaxat dispositiones: unde in nullo Concilio hæc recenserunt inter materias Ordinis.

Dicas. Si hæc de se sunt idonea materia ad exprimendam potestatem Ordinis, hoc ipso quod ab Ecclesiis adhibentur, sunt materia Ordinis: unde accessente debita forma, absque alia materia perficietur sacramentum. Sequela prob. si Ecclesia à Christo habet autoritatem designandi quodlibet signum sensibile de se idoneum pro materia Ordinis, hoc ipso quod illud designat, sit materia sacramenti, etiam si non habeat voluntatem illud adhibendi pro materia, cum non pendeat amplius ex voluntate Ecclesie, sed Christi, ut sit idonea materia: Ex voluntate enim Ecclesie solùm pender designatio materia idonea, quæ designata cum debitâ formâ sit sacramentum.

Resp. neg. sequel. Etenim materia Ordinis non pender tantum ab Ecclesia in ratione signi materialis, sed etiam formalis: nisi igitur Ecclesia ex liberali institutione huiusmodi signum imponat ut significandum potestatis, quæ per Ordinem traditur, cum eam potestatem ex se naturaliter non significet, non erit sufficiens materia sacramenti. Quod sit, ut si illud non ponatur ab Ecclesia ut signum expressuum potestatis, quæ per ordinem traditur, sed ut pura ceremony ad molius subiectum disponendum, non concurret ut materia ad sacramentum perficiendum, sed ut pura dumtaxat ceremony. Sicut vox nisi ab habente autoritatem imponatur ad significandam rem aliquam, nunquam illam significabit: quia cum ex se illam non significet, debet ex intentione eius, qui autoritatem habet, illam significare. Nec refert, quod una materia suâ naturâ sit magis apta, quam alia ad hanc potestatem significandam: quia cum hæc aptitudo sit tantum inchoata & imperfecta, non sufficit, ut absque ulteriori institutione Ecclesie illam determinatè significet. Sicut etiam si una vox sit magis apta ad vitam rem significandam, quam alia; quia tamen hæc aptitudo est tantum inchoata, & indifferens ad alias res significandas, eger ulteriore institutione publicâ authoritatis, ut determinetur ad unam prius rem, quam ad aliam significandam.

48. Authoritas  
instituendi  
materiam  
Ordinis est per  
menses Ecclesie.  
49.

Quod autem authoritas instituendi materiam expressuam potestatis Ordinis, sit tantum penes Ecclesiam, constat: quia cum hæc authoritas derivetur à Christo, & Christus illam soli Ecclesie conculerit, penes illam tantum erit. Unde non sufficeret, si tale signum institueretur à publicâ authoritate politica vel ab aliqua Ecclesia particulari, & multò minus ab ipso Ordinante: sed debet institui ab universalis Ecclesia, vel à summo Pontifice. Hinc colligitur discrimen inter materias & formas huius sacramenti: nam materia in significando pendent à sola Ecclesia; formas etiam à publicâ authoritate politica, quia constant ex vocibus, quæ quoad significationem pendent à publica authoritate politica. Unde Ecclesia non imponit significacionem vocibus sed ea supposita, utitur illis ad sacramentum perficiendum. Materias autem quoad significacionem pendent à sola authoritate Ecclesie. Instas: voces ab authoritate politica habent significacionem speculatiuam, practicam vero efficiendi quod significant, ab authoritate Ecclesie vel à Christo eas afflumente ad sacramentum perficien-

dum; quidai habeat partem significacionem materia Ordinis ut eadem sit ratio de materia, ac forma Ordinis? Resp. quidquid sit, an possit politica authoritas res imponere ad significandas speculatiue sacras Ordinum potestates, ut ad eisdem significandas imponit voces, de facto tamen eas nonquam imposuit: quod satis est ad nostrum propositum, qui solum intendimus assignare dipartitatem, quæ de facto intercedit inter materiam & formam sacramenti Ordinis.

Deducitur 4. Ritu Graeco per unicam impositionem manus uticamque formam, duplicem consecrandi potestatem, Subdiacono quidem consecrandi vasas sacra, & legendi Epistolas; Diacono dispensandi corpus & sanguinem Christi ex commissione sacerdotis, nec non legendi Euangelium; Presbytero consecrandi corpus & sanguinem Christi & simul à peccatis absoluendis ritu vero Latino non nisi per duplum materiam duplique formam. Nam potestas consecrandi sacra vasas conferrit Subdiacono per traditionem calicis & patenz vacua cum formâ respondentem, potestas legendi Epistolas per traditionem libri Epistolarum cum alia forma respondentem: potestas dispensandi corpus & sanguinem Christi dependenter à commissione Sacerdotis traditum Diacono per impositionem manus dexteræ super caput Ordinandi cum illis verbis: *Accipe Spiritum sanctum ad robur, & resistendum Diabolo, & tentationibus eius*: Potestas legendi Euangelia per traditionem libri Euangeliorum cum sua forma respondentem: Potestas consecrandi corpus & sanguinem Christi de facto conferitur Presbytero per impositionem manus Episcopi, & traditionem calicis cum vino, & patenz cum pane, cum forma correspondens. Dixi de facto: quia posset per alterum tantum conferri, cum alterutra materia per se sufficiat, ut patet in ritu Graeco: de facto tamen in ritu Latino utique materia concurrit ad integrandum unum signum magis expressuum potestatis consecrandi: non quod alterutra omissa, de facto potestas consecrandi non conferretur, sed quia de facto forma non profertur, nisi post vitamque materiam adhibitati. ante autem adhibitam materiam & formam non conferitur potestas Ordinis. Quo sit, ut si forma adhibeat post alterum tantum materiam, conferatur potestas consecrandi Presbytero. Potestas vero absoluendi à peccatis conferitur per impositionem manuum, quæ ab Episcopo sit post consecrationem: cum verbis illis, *Accipe Spiritum sanctum quorum remissionis peccata, remittuntur eis, & quorum remissionis remissa sunt*. Ratio: potestas non conferetur, nisi adhibita materia & forma implicitè saltem significantur, ut illius Ordinis, qui conferitur, potestatem. Atqui per singulas formas Graecorum una cum impositione manus implicitè saltem significantur potestates unicuique Ordini, qui conferitur, propriæ: nam hoc ipso, quod per quamlibet formam propria voce exprimitur Ordo ipse, qui conferitur, implicitè saltem significatur potestas talis Ordinis: cum igitur quisvis Ordo utramque potestatem includat, dum per singulas formas totus Ordo exprimitur, per singulas formas utramque potestas in Ordine inclusa significatur, ac proinde utramque potestas per vocem formam utramque potestatem implicitè significantem conferitur. Per formas vero Latinorum non nisi una potestas Ordinis, qui conferitur, significatur, licet explicatis, ut patet singulas formas Latinorum expediens: igitur per singulas formas singula tantum potestates confe-

runtur. Quod sit, ut si alterutra forma omittatur, non conferretur potestas illa; quæ per eam exprimitur. Nec refert, quod etiam in ritu Latino sepe exprimatur nomen Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi, ac proinde etiam in ritu Latino implicitè saltem significetur utraque potestas in quo quis ordine inclusa: nam in ritu Latino nunquam id nomen exprimitur in formâ, per quam confertur Ordó, sed solam in cæremonijs accidentalibus, velut in orationibus, quæ pro Ordinandis sunt, vel in traditione vestis Sacerdotis, quæ (ut supra) nō est ab Ecclesia designata materia Presbyteratus, vel alterius Ordinis, sed ut pura cæremonia, & dispositio dumtaxat subiecti; & consequenter nec verba illam experientia etiunt forma ad Ordinis potestatem conferendam concurrens.

Quod in singulis his tribus Ordinibus conferantur diuersæ potestates, nemo negare poterit: cum potestas sit quædam habilitas ad aliquem actum validè & licitè exercendum: ac proinde cum sint diuersi actus, ad quos singuli hi Ordines validè ac licitè exercendos, conferantur, diuersæ quoque erunt potestates, quæ per huiusmodi Ordines conferuntur. Confir. Ideo in pluribus Ordinibus plures conferuntur potestates, quia plures dantur habilitates ad diuersos actus validè ac licitè exercendos: ergo si in eodem Ordine plures etiam dantur habilitates ad diuersos actus validè ac licitè exercendos, in eodem etiam Ordine plures conferuntur potestates. Quod autem possit prior potestas conferti sine posteriori, patet cum in Presbyterato &c. in quo potestas conficiendi corpus & sanguinem Christi conferti potest, non collata potestate absoluendi à peccatis: tum etiam in Diaconatu, cædemque ratio est de Subdiaconatu: potest enim tam Diacono conferri potestas ministrandi in Altari, non collata potestate legendi Euangelia, quam Subdiacono potestas tractandi sacra vata, non collata potestate legendi Epistolas. Quia addo in Diaconatu & Subdiaconatu ceteri possit posteriori potestatem, non collata priori. Colligo ex cit. cap. Presbyter in quo Pontifex præcipit, ut si in Ordinatione Diaconi omissa sit manus impositionis, non debeat totus Ordo iterari; sed solum statuto tempore caute supplendum, quod per errorem omnium fuit. Supponit igitur Pontifex, validè collatam fuisse posteriori potestatem legendi Euangelia absque priori, quæ datur per impositionem manus Episcopi: alioqui non sat fuisset, supplere solam manus impositionem, sed etiam reiterari Euangel. traditio debuisset, si hæc validè conferti non posset, non collata priori. Hæc tamen doctrina non verificatur de Presbyteratu, cuius licet prior potestas conferti possit sine posteriori, ut ex eod. cap. Presbyter constat: non tamen contraria conferti potest posterior absque priori. Quia potestas super eos, us Mysticum Christi supponit potestatem supra verum corpus eiusdem.

Ceterum, an hæc diuersæ potestates in singulis Ordinibus conferantur per diuersos specie charæteres integrantes unum completem validè ac licitè executiū totius Ordinis: an vero per unum, qui tantum inchoetur in priori, & perficiatur ac dilatetur in posteriori collatione, hæc non definitio. Hoc tamen affirmo, utrumque esse sufficiem ad denominandum Ordinatum simpliciter Diaconum, & subdiaconum: præsertim prior, qui in veroque Ordine est præcipius: & consequenter licet in primiua Ecclesia, quando ronduum erant conscripta Euangelia, & Epistolas, posuerit non conferriri posterior potestas Euangelia, vel Epistolas legendi, quia

tamen conferebatur prior assistendi in Altari, & contractandi lacte vata eiusdem, simpliciter dicebantur Ordinati Diaconus & Subdiaconus: sicut simpliciter diceretur Ordinatus Presbyter per solam potestatem conficiendi corpus, & sanguinem Christi, ablique potestate absoluendi à peccatis.

Dixi postea non conferriri: quia duplicitate poterant Diaconatus, & Subdiaconatus ante scripta Euangelia, & Epistolas conferti, vel per formas exprimentes ipsum Ordinem, ut sunt forme ipsæ Graecorū, & cœlquenter implicitè significantes utramque potestatem in quo quis Ordine inclusam: quo pacto etiam ante scripta Euangelia & Epistolas Ordinatus accepissent potestatem ea legendi in Ecclesia Dei, quando forent scripta absque noua Ordinatione: vel per formas exprimentes priorem tantum potestatem contractandi vata lacra, & dispensandi corpus & sanguinem Christi Domini ex communiione Sacerdotis; quo pacto vi talis Ordinatus non accepissent posteriori potestatem, sed debuissent per nouam Ordinationem illam accipere. Sicut de facto in Ecclesia Latina Presbyter per priorem formam exprimentem solam potestatem contractandi, non accepit potestatem absoluendi à peccatis: potuerit tamen utramque accipere per aliam formam utramque potestatem exprimentem: vi de facto illam accipit Presbyter Ordinatus Graeco ritu per formam implicitè exprimentem utramque potestatem.

Deducitur 5. Quod autem possit prior potestas conferti sine posteriori, patet cum in Presbyterato &c. in quo potestas conficiendi corpus & sanguinem Christi conferti potest, non collata potestate absoluendi à peccatis: tum etiam in Diaconatu, cædemque ratio est de Subdiaconatu: potest enim tam Diacono conferri potestas ministrandi in Altari, non collata potestate legendi Euangelia, quam Subdiacono potestas tractandi sacra vata, non collata potestate legendi Epistolas. Quia addo in Diaconatu & Subdiaconatu ceteri possit posteriori potestatem, non collata priori. Colligo ex cit. cap. Presbyter in quo Pontifex præcipit, ut si in Ordinatione Diaconi omessa sit manus impositionis, non debeat totus Ordo iterari; sed solum statuto tempore caute supplendum, quod per errorem omnium fuit. Supponit igitur Pontifex, validè collatam fuisse posteriori potestatem legendi Euangelia absque priori, quæ datur per impositionem manus Episcopi: alioqui non sat fuisset, supplere solam manus impositionem, sed etiam reiterari Euang. traditio debuisset, si hæc validè conferti non posset, non collata priori. Hæc tamen doctrina non verificatur de Presbyteratu, cuius licet prior potestas conferti possit sine posteriori, ut ex eod. cap. Presbyter constat: non tamen contraria conferti potest posterior absque priori. Quia potestas super eos, us Mysticum Christi supponit potestatem supra verum corpus eiusdem.

Ceterum, an hæc diuersæ potestates in singulis Ordinibus conferantur per diuersos specie charæteres integrantes unum completem validè ac licitè executiū totius Ordinis: an vero per unum, qui tantum inchoetur in priori, & perficiatur ac dilatetur in posteriori collatione, hæc non definitio. Hoc tamen affirmo, utrumque esse sufficiem ad denominandum Ordinatum simpliciter Diaconum, & subdiaconum: præsertim prior, qui in veroque Ordine est præcipius: & consequenter licet in primiua Ecclesia, quando ronduum erant conscripta Euangelia, & Epistolas, posuerit non conferriri posterior potestas Euangelia, vel Epistolas legendi, quia

57. Cœlquenter omnia.

58. Varijs temporibus varijs adhibere materias huius sacramenti, varijs tempore irritando priorem, & nouam statuendo. Constat 1. ribus varijs materia ordinis.

2. si ex isto penes Ecclesiam est, materiam huius sacramenti assignare, assumendo illam ut signum expressiu[m] potestatis; poterit pro uno tempore assumere unam materiam pro signo expressuo potestatis, pro alio alijs, priorem irritando, cum illa in ratione signi formaliter significantis pendeat ab Ecclesia, sicut potest Republica pro aliquo tempore assumere certam vocem ad significandam certam rem, pro alio alijs, priori abrogata.

59. Non deinceps Ecclesiæ diversæ materialiter constituant. Non esset una, si in diversis Ecclesijs diuersæ essentialiter essent materiæ.

In tribus Ordinibus conferuntur duplex potestas

Confirm.

Vna confervi potest sine altera.

Rati.

55.

<sup>60.</sup> **materias sacram.** Est autem semper una, etiamsi pro diuersis temporibus varierit materia, quia non variatur in ratione signi formalis, sed tantum materialis. Vnde in ratione signi formalis semper manet eadem: sicut semper manet eadema forma expressiva potestatis, etiamsi varientur voces materiales: nam ita se habent res ad significandas Ordinis potestatem, sicut voces ad significandas res.

<sup>Confir.</sup> **Obijcies 1.** Si materia Ordinis in ratione signi complete significantis penderet ab Ecclesiâ authoritate, posset Ecclesia pro materia Diaconatus, vel Presbyteratus utramque materiam assignare coniunctam, & manus impositionem, & instrumentorum traditionem. Quo posito, potestas non conferretur, nisi utramque materiam adhibita: quia non confertur Ordo, nisi vox cum forma adhibetur materia sufficienter expressiva potestatis, quæ per Ordinem traditur. **Confir.** ex eo, quod materia Ordinis in significando penderet ab Ecclesia, etiamsi in collatione Ordinis adhibeantur aliquæ ceremoniarum, quæ de se aperte forent ad Ordinis potestatem significandam, quia tamen ab Ecclesia non adhibentur, ut significatiæ potestatis, per illas Ordinis potestas non confertur: ergo neque eadem potestas conferretur per unam tantum materiam, etiamsi de se esset sufficiens, si ex Ecclesiâ institutione utramque sit imposita ad significandam Ordinis potestarem. **Resp.** Concedo potuisse Ecclesiam pro materia Diaconatus, vel Presbyteratus utramque materiam assignare, quia assignata, nonnisi per utramque collata fuisset Ordinis potestas: ut argumentum probat: nego tamen de facto utramque ut necessariam materiam assignasse, sed alterutram tantum. Nam posito, quod semel pro sufficienti materia in Græca Ecclesiâ assignauerit unam tantum actionem, hoc ipso illa erit sufficiens pro totâ Ecclesiâ: cùm Ecclesia potestatem non habeat diuersas essentialiter materias pro diuersis Ecclesijs constituendi. Ex his patet ad confir. reliqua enim ceremonias, quæ simul cum materiam & formam in Ordinatione adhibentur, non sunt de facto ab Ecclesia assumptæ in signum potestatis Ordinis, sed vel ut dispositiones subiecti, vel ad maiorem solemnitatem & celebritatem sacram.

<sup>61.</sup> **Obijcies 2.** De facto Ecclesia in matrimonio pro varijs Ecclesijs diuersis utitur materijs essentialibus. Nam vbi receptum est Trident. utitur publico contractu cotam Parochi vel alio Sacerdote de ipsis Parochi vel Ordinarij licentia, & duobus saltibus testibus celebrato. Vbi receptum non est, valida materia matrimonij est etiam contractus priuatus & clandestinus.

<sup>62.</sup> **Resp.** patet non esse rationem Ordinis, cuius materia in ratione signi, quo pacto tantum est materia Ordinis, penderet à sola authoritate Ecclesiâ; quia potestatem non habet assignandi diuersas materias essentials sacramentorum pro diuersis Ecclesijs: Materia vero matrimonij non penderet à sola authoritate Ecclesiâ, sed etiam à politica Reipubl. in cuius potestate est, retinere, vel non retinere tanquam legitimum priuatum contractum ciuilem, qui ad matrimonij sacramentum presupponitur. Quia igitur vbi Trident. non est receptum, à publicâ potestate politica adhuc tanquam legitimus retinetur priuatus contractus clandestinus: contrà verò, vbi receptum est, à publicâ potestate ciuili priuatus contractus clandestinus non habetur amplius ut legitimus, sed tantum publicus, coram Parochi & testibus celebratus: & quia sacramentum matrimonij fundatur in legitimo contractu ciuili, ideo vbi priuatus contractus ha-

betur ut legitimus, est sufficiens materia huic sacram. vbi idem non admittitur ut legitimus, non potest esse eius sufficiens materia, sed solus publicus contractus, qui tantum acceptatur ut legitimus. Quemadmodum, quia voces in ratione signi non solum pendent ab authoritate Ecclesiâ, sed etiam ab authoritate politica, si Ecclesia in forma Baptismi abrogaret hanc vocem Baptizo, auferendo ab illa significationem, quam de facto habet, & loco illius substitueret hanc aliam vocem Induo, tribuens illi idem significatum, quod prior vox Baptizo habebat, vbi talis vocis mutatione à publicâ authoritate recipetur, forma Baptismi non esset valida, nisi è voce prolatâ, in quam commutata esset prior vox Baptizo. Vbi verò à publicâ authoritate talis vocis commutatio recepta non esset, adhuc forma baptismi valida esset priori voce prolatâ, quia adhuc apud talēm communitatēm prior vox suam pristinam retineret significationem.

<sup>63.</sup> **Vrges:** Ut forma sacramenti sit vbiique valida, sat est, ut alicubi sit valida, ergo etiam facta tali mutatione, sufficit, ut alicubi talis vox non abrogetur, ut vbiique in eâ forma sacramenti sit valida. Antec. prob. etiamsi apud Latinos vox aliqua barbara non habeat idem significatum vbiique, modò illud habeat alicubi, forma eâ voce prolatâ esset vbiique valida. **Resp.** concedo Antec. quando vox, eademque ratio est de re, quæ loco vocis ad significandum assumitur, ita in uno loco retinet suum significatum. ut in alio non sit omnino abrogata, & ad diuersum significatum translata: si secus, nego: ibi sc. adhuc permititur suum pristinum significatum retinere, ita & contractus Matrimonij priuatus permititur ut legitimus in loco, vbi Trident. non est acceptatum; penitus verò abrogatus est, & in illegitimum commutatus, vbi Trident. est acceptatum. Hic proinde nec est sufficiens materia sacramenti remota, vbi nec validos in ratione ciuilis contractus.

<sup>64.</sup> **Obijcies 3.** Sequeretur, Ordinem Diaconatus in Ecclesiâ Latinum de facto non conferri per traditionem libri Euangeliorum, in qua tamen, teste Florent. confertur, sed per manus Episcopalis impositionem. **Concilium Florentinum.** Sequel. prob. ante traditionem libri Euangeliorum praecedit manus Episcopalis impositionis, cum debitâ formâ: *Accipe Spiritum sanctum ad robabar, & ad resistendum diabolo & tentationibus eius.*

<sup>65.</sup> **Resp.** cùm potestates dispensandi corpus & sanguinem Christi & legendi Euangelia, sint distinctæ Diaconatus potest vna conferri prius aliâ (ut suprà.) Ceterum potestas cōf. Concilium assignauit solam materiam & formam traditionem potestatis legendi Euangelia, sicut in Presbyteratu libri Eddan. solam materiam & formam consecrandi corpus & gel. sanguinem Christi, reliquæ materiam & formam potestatis absoluendi à peccatis, quæ confertur post cōsecurationem per impositionem manuū Episcopi cum illis verbis: *Accipe Spiritum sanctum quorum remiseris &c.* Cur autem in Diaconatu Concilium potius pro materia assignauerit traditionem libri Euangeliorum, sicut in Presbyteratu traditionem calicis cum vino, & patenæ cum hostia, hanc rationem reddit est. loco Bellarm. quia propositum Concilij fuit, assignare rem aliquam substantiem, ut fecerat in Baptismo, Confirm. Euchar. Extremâ. Vnde. hæc autem in Ordine non est manus impositionis, sed instrumentorum traditio. Alia ratio: Concilium hic intendebat assignare certam materiam, per quam sufficienter etiam in ratione signi materialis unus Ordo distinguunt ab alio, cuiusmodi non est manus impositionis, quæ communis est Diaconui, & Presbyterui, sed diuersorum instrumentorum.

<sup>66.</sup> **Matrimonij materia non penderet ab Ecclesijs.**

strumentorum traditio. licet n. eadem manus impositio per diversam formam applicata, subeat vicem diversæ materiæ, & signi formalis, ut constat in ritu Græcor. Concilium tamen assignare voluit diversitatem Ordinum per signa materialia, quibus Ecclesia Latina vtitur.

67. Obijcies 4. Si ad formam Ordinis sufficit, implicitè tantum significare potestatem, quæ per Ordinem traditur, sufficiet etiam ad formam Baptismi dicere: *Ego te Baptizo in nomine Trinitatis: ad formam Euchar.* *Hic est calix sanguinis mei*, absque illis verbis, qui pro vobis effundetur, quæ tamen in nostra sent. (ut infra) ad sanguinis conuersionem necessaria sunt: item ad Pœnitentiam sat erit peccata in genere tantum confiteri, non explicando speciem & numerum eorum; contra *Trid. sess. 14. cap. 5. & Can. 7.* Resp. neg. sequel. de singulis allatis discrimen est: forma Baptismi est instituta ad profitendam fidem: ergo debuit distingue expimere principale mysterium nostræ Fidei, quod in Trinitate personarum & unitate essentiæ consistit: hoc autem non exprimitur per nomen Trinitatis: cum hoc sit indifferens ad quemlibet alium numerum ternarium significandum. Forma Sanguinis non solum instituta est ad exprimendū hoc sacram. sub ratione sacram. sed etiam sacrificij; sub quâ etiam est instituta Euchar. cuius sacrificij natura cum non exprimatur per Td, *Hic est calix sanguinis mei*, sed per Td, qui pro vobis effundetur, merito hæc verba requiruntur ut substantialiter integratæ formam Euchar. quæ ad vitamque rationem & sacramenti & sacrificij se extendere debet: Pœnitentia autem cum instituta sit ut sacramentale iudicium inter pœnitentem & Sacerdotem, continere debet distinctam peccatorum confessionem, ut possit Sacerdos iuridicum iudicium de illis ferre, proportionatamque pœnitentiam imponere.

68. Enchar. Sacram. panis. 69. Sacram. panis.

Obijcies 5. In omni formâ sacramentali, ut validâ sit, exprimi debet actus ipse ministri. At in formâ Græcorum nō exprimitur actus ministri: verba n. *Divina gratia promouet, seu ordinat hunc in Subdiaconum, Diaconum, Presbyterum*, nullum exprimunt actum ministri, ut per se patet. Maior colligitur ex *Floren. in instruct. Armen.* §. primum: & inducitio ne constat in omnib. sacram. præterquam Extremæ. Vnctionis, quod, quia applicatur per formam deprecationis, actum ministri non exprimit.

70. Adus mi. mstris debet exercitè exprimi.

Resp. 1. negando Min. nam verbum Græcum *τρόποις θέμα*, quo Græci vntuntur ad sacros Ordines conferendos ducitor à verbo *χειρίω*, quod manum ad mouere significat. Vox. n. *χειρ*, à qua vtrunque verbum *χειρίω*, & *τρόποις θέμα* deducitur, manum significat: proinde in ipso verbo importatur principale instrumentum, quo actus ministri erga ordinandum exercetur, quod est manus ipsius ordinantis. 2. Dist. maio. in omni forma sacram. ut valida sit, exprimi debet actus ministri, signatè, nego; exercitè, concedo. Exprimitur autem exercitè actus ministri per ipsam actionem, quam minister proferendo formam adhibet. Atque hæc posterior Responcio melius saluat, quo pacto forma Baptismi Græcorum sit valida, in qua tantum exercitè per actionem ipsam ablutiua actus ministri exprimitur. Nam licet à *Florent. cit. loco*, forma Baptizandi Græcorum referatur vel per verbum imperatiuum *Baptizetur*, vel per indicatiuum *Baptizatur* cum expressione, *Manibus meis*; adeoque prout à Concilio refertur, in ipsa forma signatè exprimitur actus ministri: tamen prout de facto ipsi nunc eā in baptizando vntuntur, illam non proferunt per verbum imperatiuum, sed per indica-

tium, absque praediâ expressione, *Manibus meis*: sic enim habet ut ex eorum Rituali constat: *Βαπτίζεται ὁ δοκ. τὸ Θεῖον, δ. δηνα εἰς τὸ θυματήριον τρόπον, καὶ τὸ θεῖον ἡγεμονεύεται.* Quod à formâ Confirmationis, quam sine coram villo verbo proferunt hoc pacto *τρόπῳ τρόπῳ* τείνεται ἀγάθος. Neque obstat, quod eodem modo sufficeret ad sacrificium in Eucharistiâ exprimendum exercita ac mystica separatio corporis à sanguine, absque verbis sanguinis effusionem significantibus. adhuc n. talis mystica separatio facta sub speciebus est indifferens ad representandum hoc sacram. vel tantum sub ratione perfecti conuiuij spiritualis, in quo cibus distinguitur à potu; vel etiam sub ratione sacrificij, quod tantum per sanguinis effusionem, ad denorandam potestatem, quâ Deus in vitam & mortem habet, exprimitur. Debet n. sacramenti forma, saltem ut coniuncta materiæ, non amplius esse indifferens, sed determinata ad propriam sacramenti, cuius symbolum est, naturam exprimentem. Sunt n. sacramenta certa symbola eorum, quæ per ipsa in animâ geruntur. Cum igitur forma baptismi Græcorum ut coniuncta cum actione ablutiua ministri determinatè, eti non signatè, exercitè saltem exprimat actionem ministri, erit ut coniuncta cum materia sufficienter expressiva naturæ Baptismi. Contrà verò, cum in Euchar. forma corporis & sanguinis, etiam ut coniuncta cum speciebus separatis panis & vini, ne quidem exercitè exprimat determinatè naturam sacrificij, sed potius spiritualis conuiuij, non poterit absque verbo exprimere sanguinis effusionem esse sufficiens forma Eucharistie, prout hæc instituta est in sacrificium. An autem verbum *Absoluo in Pœnitentiâ coniunctum cum confessione peccatorum sit determinatum signum sufficienter expressum principalis effectus huius sacramenti; suo loco.*

71. Patet ad rationes dubit. Ad 1. neg. Ecclesiastem mutare posse materias aut formas sacram. ut formaliter à Christo institutas. Ad prob. neg. Concilium irritando consensum clandestinum, quia ante erat sufficiens materia Matrimonij; mutasse materiam sacramenti, prout formaliter à Christo instituta est. Nam Christus pro materia hucus sacramenti ipsiuit mutuum consensum coniugum, quatenus est legitimus quidam ac civilis contractus; quo in esse quia pender ab humana institutione, Ecclesia mutando consensum clandestinum in publicum, fecit, ut qui ante à ex autoritate humanâ erat legitimus contractus, ex eadem non amplius esset legitimus. Hoc autem Ecclesia facere potuit propter vniuersalem potestatem, quam in ordine ad bonum spiritale animarum supra Christianam Rempubl. in condendis novis, abrogansque antiquis legibus habet. Mutata igitur legitimitate contractus ab Ecclesiâ, statim debet clandestinus consensus esse materia Matrimonij; & solus publicus exigit esse propria materia illius à Christo instituta. Ut quia voces in significando pendent ex humanâ institutione, si hæc voces, *Ego te Baptizo*, publicâ autoritate definerent significare, quod de facto significant, & alia loco ipsarum subrogarentur, quæ idem significant, quod ipsæ nunc significant: tunc non hæc, quæ de facto sunt, sed alia his subrogata esse propria forma Baptismi à Christo instituta: Christus n. instituit illas in formâ Baptismi, presuppositâ earum significatione dependentes ab institutione humana, quâ variata, desineret esse formâ Baptismi à Christo instituta. Ad 2. Respondebat S. Tho. 3 p. 9. 66. art. 6. ad 1. & Scholast. in 4. dist. 3. tunc Apolog. 74. Ad a. res. 3. mm dñb. stolos

**76.**  
**Ad 3. dist.**  
**2. sent.**

rolos ex peculiari dispensatione Dei vsos fuisse tali formâ Baptizandi, ut nomen Iesu, tunc gentibus exosum, venerabile redderetur per hoc, quod ad eius inuocationem Spiritus S. in Baptismo daretur. Ceterum dubitat Scotus in 4. dist. 3. q. 2. fine h. tertio, an etiam nunc talis forma baptizandi esset valida. Quod dubium indecimum relinquit, putatque sic baptizatum sub conditione esse rebaptizandum. Sed omnino dicendum, talem baptismum sub tali forma nunc collatum fore inualidum, adeoque reperendum: cum n. hoc tempore cesseret dispensatio, lex Baptismi obligat sub formâ à Christo Legilitatore primo instituta, *Math. vii.* quæ est in nomine omnium Diuinorum personarum distincte expressum. Eadem ratione nunc inualida esset Confirmatio collata per solam impositionem manus, sicut per dispensationem tempore Apost. conferbatur. Ad 3. abundè patet, materias & formas Ordinis non fuisse à Christo institutas in particulari & in specie, sed tantum in universalis & in genere sub ratione signi sensibilis expressi potestatis, quæ per Ordinem traditur, & per verba hoc ipsum significantia: quod etiam confirmat authoritas Innocentij IV. allata. Hæc me Viennæ Austriz scribente, Româ scriptum est, post longum ac diligens examen iusl Urvani VIII. omnes materias & formas Ordinum, quæ haec tenus in Ritu Græco seruatæ sunt, quæque in eorum Euchologio habentur, confirmatas fuisse, nihilque in eis immutatum.

## S E C T I O V.

### Quæ mutatio facta in sacramentis irritet sacramentum.

**76.**  
**2. sent.**  
**Prædicta**  
**77.**  
**Secunda.**  
**Fund.**

**P**RIMA sent. *S. Tho. 3. p. q. 60. art. 3. Bonav. in 4. dist. 3. art. 2. q. 3. Richar. art. 2. qu. 3. Argent. q. 1. art. 3. Marsil. q. 3. art. 4.* affirmantum, hoc ipso quod minister addit, veldemit aliquid, etiam non necessarium, animo inducendi nouum ritum, irritati sacramentum, non ex defectu formæ, vel materiarum, quando quod additur, vel demitur, non est corruptium formæ, aut materiarum; sed defectu intentionis ministri, qui dum addit, vel demit aliquid formæ, aut materiarum à Christo institutæ animo inducendi nouum ritum, non potest intendere, quod Christus & Ecclesia intendit, sed potius quod ipse errando putat. Movenetur hi aut. Zachar. Papæ, qui cap. *Reueluntur de Consecra.* dist. 4. definit, Sacerdotum, qui hac forma baptizavit: *In nomine Patriæ, Filii, & Spiritus sanctæ*, verè baptizasse, si tantum imperitiæ linguae Latinæ id dixit; secus, si animo introducendi errorem. 2. Sent. Duran. in 4. dist. 3. q. 2. nu. 4. Patud. q. 1. h. tertium princip. Sol. dist. 1. q. 1. art. 8. & dist. 3. qu. 4n. art. 5. assertum, tunc additione, vel subtractione alicuius vocis non necessaria animo introducendi nouum Ritum, irritati sacramentum, quando cum eo animo non manet intentio faciendi, quæ facit Ecclesia; alias priuatus error ministri non officit sacramento. Prob. Græci animo introducendi nouum ritum baptizant illâ formâ: *Baptizentur, seu baptizatur talis seruus Christi in nomine Patris, & Filii & Spiritus sancti.* Consecrant in fermentato: & in formâ Corporis addunt illa verba tanquam necessaria, *Quod pro vobis tradetur*: & tamen Ecclesia Romana declarat, eos verè baptizari, & validè consecrare, vt constat ex Floren. in Decr. de instrucl. Armen. Igitur sola mutatio accidentalis, etiam cum animo indu-

cendi nouum ritum, sacramentum non irritat;

**Nota.** Sacramentum ex eis, *Concil. g. 5. tripli-*  
citer posse irritari. 1. Defectu intentionis Minis-  
tri. 2. Defectu materiarum. 3. Defectu formæ: hoc  
enim tria concurrunt ad sacramenti validitatem,  
primum ut causa efficiens seu applicans, posteriora  
duo ut constituentia. Porro ad sacramenti vali-  
ditatem sufficit intentio virtualis faciendi, quod  
fecit Christus, vel facit Ecclesia.

**78.**

Prædictus  
error cum  
sufficiens  
intentione.

Dico 1. Potest quis cum priuato errore ha-  
bere sufficientem intentionem perficiendi sacra-  
mentum. Fundam. potest quis cum priuato er-  
rore, & animo inducendi nouum ritum circa ac-  
cidentalia, retinere sufficientem intentionem circa  
essentialia sacramenti, vt constat exemplo Græ-  
corum, qui ita validè baptizant & consecrare.  
Ratio: sicut non quiuis defectus materiarum aut for-  
mæ, sed solus substantialis sacramentum irritat, ita  
non quiuis defectus intentionis, sed tantum circa  
substantialia officit sacramento. Est enim inten-  
tio necessaria sacramento propter ipsam mate-  
riam & formam, cum sit earum applicatio.

**80.**

Si redundet  
in substancialia, irri-  
tas sacramen-  
tum.

Dico 2. Quando error circa accidentalia re-  
dundat in substantialia, irritat sacramentum, non  
defectu intentionis circa accidentalia, sed circa  
substantialia. Redundat autem in substantialia 1.  
quando accidentalia putata essentialia ad confi-  
ciendum sacram. non adhibentur. Ut si Græci  
putet verba, *Quod pro vobis tradetur*, essentialia,  
& ea ad consecrandum non adhibeat, deficit ab  
intentione circa essentialia, etiam si nihil essentialia  
omittat: eo quod moraliter nequeat habere inten-  
tione perficiendi sacram. qui sciens & volens  
omittit accidentalia putata essentialia: cum non  
possit quis habere practicam & efficacem intentio-  
nen assequendi finem, qui scienter omittit media  
ad finem necessaria. Dixi moraliter: nam meta-  
physicè posset quis habere hanc voluntatem, volo  
per hæc verba efficere, quidquid per ea effici po-  
test, tametsi ego putem, per ea nihil effici. Quæ  
voluntas sufficeret ad sacramenti validitatem.

**81.**

2. Redundat error circa accidentalia in substancialia, quando verba formæ sunt æquinoca, & ex accommodacione vsl. accipi possunt in verum sensum: ex intentione tamen profertenis detrac-  
quentur ad sensum contrarium significatione verborum factam. Ut verba à Pontifice relata: *In no-  
mine Patriæ, Filii, & Spiritus sanctæ*: quæ prolata  
ex imperitia lingue sufficiunt, quia ex accommoda-  
tione vsl. idem significant apud circumstantes,  
quod hæc: *In nomine Patris, Filii, & Spiritus sancti*. Si vero ex intentione profertenis de torqueantur  
ad sensum falsum, quem verba præ se ferant, sa-  
cramentum est nullum, defectu intentionis circa  
essentialia: quia sic profertens non intendit verum  
significatum, quem adstantes intelligunt. Iuxta  
hanc doctrinam explicatur Doctores primæ sent. &  
definitione Zacharia. Hæc de mutatione intentionis.

**82.**

Si matr  
amittat  
communem  
vsl., est  
mutatio  
substantialis.

Dico 3. Quotiescumque materia ita muta-  
tur, ut moraliter amittat communem vsl., in  
quo principaliter intentio primæ fuit à Christo in-  
stituta, mutatio est substantialis; secus quando ta-  
lem vsl. non amittit. Fundam. Christus mate-  
rias sacramentorum instituit in rebus communib.  
vt essent magis obviæ ministris.

**83.**

Deducitur 1. Validum esse Baptisma collatum  
in aqua sulphurea, lixivio, expressâ ex luto, ex gla-  
cie, quæ fluxit ex latere Christi: nam hæc, vt definit  
Innocent. III. cap. In quadam, de Celebr. Miss. & do-  
cet S. Tho. 3. p. q. 66. art. 4. ad 3. fuit vera aqua: om-  
nes enim istæ aquæ habent eundem communem  
vsl.

vsum ablendi, licet sine accidentaliter alterata: contrà verò non esse validum collatum in aqua toscea, alchimica, sputo, sudore, urina, phlegmate, la chrymis: addit *Sylvestr V. Baptismi q.2. num.7.* neque ex sale resoluta: sed oppositum est probabilius. 2. Non confici Eucharistiam in massa farinæ, aquæ tantum permixta, aut in alio pane, quâm ex tritico, neque in alio vino, quâm ex vite: non n. hæc habent communem vsum panis & vini.

Dico 4. Quociescumque forma variata mutat principale significatum verborum, in quo fuit à Christo instituta, mutatio est substantialis: quia verba sunt propter significata, propter quæ in oratione assumuntur. Secus si principale significatum non mutatur.

Potrd sex modis fieri potest mutatio in vocibus. 1. per commutationem in alias voces, vel materiales diuersi, aut eiusdem idiomatis, idem secundum eandem rationem significantes: & hæc semper est accidentalis. Notat *Sotus*, has voces debere esse publicâ authoritate & vsu receptas, quoniam in his formas sacram. Christus instituit: vnde non essent validæ, si priuata tantum authoritate essent institutæ. Hinc infertur, etiam si forma componatur ex vocibus diuersi idiomatis, modò significatio principalis non varietur, validam esse: ita *Caiet. 3. p. qu. 60. art. 2. Aureol. in 4. dist. 3. art. 2. q. 2. condit. 1. Marfil. qu. 3. art. 4. concl. 2.* Vel mutatio sit in voces formales, diuersa, aut idem, sub diuersâ tamen ratione significantes: & hæc mutatio si fiat circa significatum principale, semper est substantialis. Hinc deducitur, formam Baptismi: *In nomine Genitoris, Geniti, & Spiritus*, non esse validem: ita *Bonau. in 4. dist. 3. art. 2. q. 3. Scot. q. 2. 5. Tertio: Aureol. art. 2. q. 2. condit. vlt. Durand. q. 2. n. 5. Argent. q. 1. art. 3. Marfil. loco cit. Sotus dist. 3. art. 5. contra Caiet. 3. par. q. 66. art. 5.* Ratio: quia variatur modus significandi quo ad principale significatum: exprimit n. personas diuinæ per actus notionales, cum tamen Christus expresserit per proprietates personales. A fortiori nec erit valida illa: *In nomine Trinitatis*: quia confusè & indeterminatè importat diuinæ personas: sicut nec ista: *In nomine Paternitatis, Filiatonis, & Spirationis passiva*: quia mutat concretū in abstractū. Valet tamen hæc: *In nomine Patris, Iesu Christi, & Spiritus Paracleti*: est *Caiet. & Sotis cit.* quia Christus est nomen Filij sub ratione hypostasis: secus, si dicatur, *in quantum homo*: quia tunc significatum formale limitatur ad naturam humanam.

Obijcies 1. Ambrosius lib. 1. de Spir. S. cap. 3. Baptismum collatum tantum in nomine Christi ait esse validum: quia si Christum, inquit, dicas, & Deum Patrem, à quo unctus est Filius, & ipsum, qui unctus est, Filium, & Spiritum, quo unctus, designasti. Bernardus Epist. 340. interrogatus, an validum fuerit Baptisma in hac forma collatum: *Baptizo te in nomine Dei, & Sancta & vere Crucis*: Respondet affirmatiuè. Nicolaus Pontif. cap. à quodam Iudao, de Consecr. dist. 4. consultus, an Baptizati à Iudeo essent rebaptizandi: Respondet: *Si nomine Sancta Trinitatis, vel tantum in Christi nomine, sicut in aliis Apostolorum legitimus, baptizati sunt, constat eos non esse denud baptizandos*. Responsio Scholast. est, Bernardum nomine Dei non excludere personas diuinæ: adiunctionem autem illam, & *Sancta Crucis*, non irritare Sacramentum: quia non ponitur ut modificatus precedentium: Ambrosium verò, & Nicolaum loqui ex peculiari reuelatione Spiritus S. de formâ Baptismi collata tempore Apost. ad venerabile reddendum nomen Christi, ut docet *Catech. Rom. de Baptismo*. Ceterum cum Pontifex ait, Ba-

ptismum collatum in nomine Trinitatis esse validum, personas distinctè explicandas, compendioso nomine *Trinitatis* subintelligit.

Secundò variari potest sacramenti forma per additionem. tunc si quæ adduntur sunt falsa, & principale significatum formæ modificant, mutatio est substantialis. Ut in forma Baptismi Ariani, *Baptizo te in nomine Patris maioris, Filii minoris &c.* Dixi, si sunt falsa: quia si sunt vera, sacramentum non irritant, quia non falsificant significatum formæ: vt si quis dicat: *Ego te Baptizo in nomine Patris ingeniti, Filii geniti*. Dixi, si modificant principale significatum formæ &c. quia si quæ adduntur, solùm apponuntur ut expessiuæ tantum priuati erroris ministeri, sacramentum non irritant: vt si baptizans dicat: *Ego te Baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus S. quos ego non credo*: modò non tollat debitam intentionem faciendi quod facit Ecclesia, verè baptizat. Secus si dicat: *Ego te Baptizo In nomine Patris, Filii, B. Virginis, & Spiritus Sancti*. Nam additum *B. Virginis*, modificant *To In Nomine*: nec solùm intelligitur in virtute Dei, sed etiam Virginis, quod falluum est.

Duo notanda: Vnum, vt quod additur, modificat significatum principale, illudque fallum reddit: alioquin si modificet solidum accidentale, erit mutatio accidentalis: vt si baptizans falsò dicat, *Ego Rex te Baptizo*: quia sicut vox accidentalis potest simpliciter omitti, ita & falsificari, absque praetradicione formæ substantialis. Alterum: vt additum substantialiter falsificariuum reddit inualidam formam, debet illam modificare: sc. quando ex intentione proferentis additum connectitur cum praecedentibus verbis formæ, ita vt fiat una propositio: si prolatâ formâ baptismi addat, & *B. Virginis*: Non n. modificant formam, si quod additur, proferatur vt propositio distincta à forma: quia quando additum modificant formam, extrahit illam à suo significato, facit eam stare pro alio, variat principalem sensum formæ, falsificat formam; quæ cùm sit à Christo instituta propter significationem formalem, si illa essentialiter falsificatur, non poterit esse valida. Confir. Non est valida forma, si ab ea tollatur aliquod significatum essentialiale: ergo nec erit valida, si ipsum essentialiale significarum falsificetur: siue n. à formâ Euchar. tollas, *Corpus meum*: siue illud modificatum per additum, v.g. *Aereum*, transferas ad aliud corpus significandum, quâm ad quod fuit à Christo impositum. Semper falsificatur forma, eaque inualida redditur ad sacramentale symbolum constitendum. Ceterum notandum, non falsificari formam, si proferens priuato errore putet, illâ non significare, id quod reuera significat, sed aliud lôgè diuersum, modo talem errorem voce non exprimat, & vniuersalem saltem intentionem habeat faciendi, quod per talem formam, Christus vel Ecclesia intendit. Nam tunc etiam si proferens erret, quia tamen applicat omnia, quæ ad sacramentum perficiendum necessaria sunt, non irritat sacram.

Dices. Verba, quæ adduntur post formam, inueniunt illam integrè prolatam: ergo non possunt cā inualidare: quia forma sacram. operatur vt causa naturalis; quæ statim ac complete existit, suum effectum producit: ergo verba, quæ post rotam formam prolatam adduntur, non possunt illam inualidam reddere, cùm iam supponant illam suum effectum produxisse. Resp. disting. antec. inueniunt illam integrè prolatam materialiter, concedo; formaliter seu significatiuè, quo pacto proferri debent verba formæ, vt per ea proferens dicatur loqui, nego. tunc n. formaliter seu significatiuè absolutus forma,

<sup>39.</sup>  
Mutatio si  
per addi-  
tum.

<sup>40.</sup>  
Duo in hac  
mutacione  
nota dilige-  
nter.

<sup>42.</sup>

<sup>43.</sup>  
Confirm.

<sup>85.</sup>  
Si forma  
varies prin-  
cipale signi-  
ficatum est  
mutatio  
substantia-  
lis.

<sup>86.</sup>  
Mutatio  
vocâ primâ.

<sup>87.</sup>

<sup>88.</sup>  
Responsio  
communis.

forma, quando absorbitur ipsius formalis significatio. Cum igitur ex intentione proferentis significatio verborum forma connectatur cum subsequentibus verbis addendis, non absorbitur significatio formæ, nisi per verba additas quæ proinde non inueniunt formam absolutam, sed potius suspen-  
sa quoad formalem suam significationem, adeo-  
que ineptam ad causandum, cum non causet, nisi ipsius formalis significatione completa.

**INSTABIS.** In significatione verborum potius ha-  
benda est ratio audiencis, quam proferentis, cum  
verba instituta sint ad significandum alteri: ergo  
formæ significatio non tam accedenda est penes  
intentionem proferentis, eam cōnectentis, vel non  
cōnectentis cum verbis subsequentibus, quam pe-  
nes audientes apprehendentes illam ut connexam,  
vel ut non connexam cum verbis subsequentibus.

**Resp.** Ad falsificandam formam sacram. virtu-  
que requiritur, & intentio proferentis verba for-  
mæ ad falsum sensum detorquentis, & verba ali-  
qua hanc ipsam falsificationem sufficierat expri-  
mentia. **Vnde** si quis solâ internâ mente ea ad fal-  
sum sensum detorqueat, modò cum hac priuata  
intentione virtualem & implicitam retineat inten-  
tionem circa verum sensum formæ, non irritabitur  
sacramentum: quia priuatus error non obstat sa-  
cramento, dummodo ad illud perficiendum adhi-  
beantur omnia necessaria. **Cótra** vero, si verba, quæ  
adductur ex se sunt sufficiens signum falsificationis  
formæ, si tamen falsificatio à proferente nō inten-  
datur, non falsificabitur forma: ut si quis dicat:  
*Ego te Baptizo In nomine Patris, Filiij, & Spiritus  
sancti, & B. Virginis, nō intendendo postrema ver-  
ba connectere cum prioribus, sed illa ut distin&am  
propositionem à priori enunciare, non irritabitur  
forma; ex S. Thos. q. 60. ar. 8. corp. fine: quia for-  
malis significatio verborum pender à proferente, cū  
per ea debet proferens loqui, siue animi sensa  
promere. Vnde non sat est, ea materialiter tantum  
proferre, sed etiam significari & formaliter, inten-  
dendo saltem implicitè & confusè significationem  
ipsorum: alioqui ea non proferret modo humano,*  
quo pāto proferenda sunt ex Christi institutione.

**An ille, qui errat in significatione vocis, ex pri-  
uato errore intendens aliam significatiōnēm cōtra-  
riam veræ, verum confidere possit sacramentum?**  
**Vulgare** exemplum est, si quis ex ignorantia existi-  
meret particulam *Hic*, quæ in formâ calicis ponitur,  
non esse pronomen Christi sanguinem demonstrans  
sed adverbium localem præsentiam significans,  
eamque significationem Sacerdos intendens hanc  
vocem proferat, an verè consecrare possit?

**Negant aliqui:** eo quod hæc particularis intentio  
de falsa significatione formæ stare non potest cum  
vniuersali intentione de verâ significatione eiusdem:  
nam hæc destruit illam, cū illi direc&e oppona-  
tur. **Alii, quibus assentior,** affirmant, posse cum tali  
errore priuato & particuliari intentione de falsa si-  
gnificationis vocis adhuc retineri vniuersalem vir-  
tualemque intentionem, saltem implicitam & con-  
fusam de verâ significatione eiusdem vocis. Non n.  
qui ex priuato errore falsam habet intentionem de  
significatione vocis, hoc ipso retractat virtualem  
intentionem, quam implicitè habet significandi  
per ea verba, quod Christus significari voluit. Ne-  
que necessum est, ad verba humano modo profe-  
renda, explicitè, ac distinctè eorum significationem  
intendere, sed sufficit si tantum implicitè & confu-  
sionem si quis significationem horum, *Ego te Baptizo  
In nomine Patris, Filiij & Spiritus sancti*, prorsus  
ignoreret, ut si ea in Hebreo lingua proferret, qui

aunquam Hebream didicit, modò virtualem in-  
tentionem habeat per ea significandi, quod Christus  
significari voluit, accedente debita materiâ,  
verum confidit Baptismum.

**Tertiò** mutatio fit per subtractionem: & tunc  
diligenter aduetendum est, an vox, quæ substra-  
bitur, collat, aut mutet principale significatum for-  
mæ. **Vt** quia in forma Baptismi principale signifi-  
catum est ablutio animæ in virtute Trinitatis ex-  
presa signatur, si omittatur aliqua ex his patriciis,  
*Te, Baptizo, nomine, Patris, Filiij, Spiritus S.* nullum  
fit sacramentum: secus si omittantur reliquæ. Idem  
iudicamento de ceteris sacramentis; præterim in  
quibus habemus formas in specie à Christo deter-  
minatas. Addo hoc propter ea sacramenta, quo-  
rum formæ non sunt in specie à Christo, sed ab  
Ecclesia determinata. Nam in ijs attendendum est,  
quænam voces Ecclesia assumptas ad significan-  
dam naturam sacramenti, cuius implicita tantum  
significatio sufficit: ut suprà. Hoc autem cognoscit  
potest ex continua praxi & ritu Ecclesiæ, præter-  
tim si in eo utraque Ecclesia Latina & Graeca con-  
ueniant. Non dolunt ex Scholasticis qui dicant,  
si puer, aut minister moriatur ante absolutam  
formam essentialē Baptismi, talem puerum fore  
Baptizatum, suppleone Deo defecutum formet  
quod idem dico, si ante essentialē formam  
absolutionis moriatur poenitens aut Sacerdos.  
Verum cum hæc nobis certa revelatione non con-  
tent, non posunt ut certa asserti, sed tantum ut pia  
credi.

**Quartò** per corruptionem verborum, quæ tan-  
ta esse potest. ut variat sensum formæ. **Quod acci-**  
dit, quando verba neque hæc & nunc in tali mate-  
ria & circumstantijs prolatæ, reddunt verum sen-  
sum apud circumstantes, quod frequenter evenit  
inquit S. Doctor 3. par. q. 60. art. 7. ad 3. quando  
corruption fit initio dictio; secus quando in fine:

**Quinto**, per simplicem transpositionem ver-  
borum, aut constructionis actiū in passiuam, &  
vice versa. Et in hæc, si recitatatur idem sensus, muta-  
tio est accidentalis: ut baptizetur vel baptizari  
seruus Christi, quæ est forma baptizandi Graecorum.  
**Absoluere à peccatis suis**, &c. *In nomine Filiij Patris &  
Spiritus S.* nam licet in diuinis ordo personarum sit  
essentialis, id tamen sufficierat exprimitur per  
nomina ipsa Patris & Filiij, quomodo cumque in  
propositione collocata: ita Scholastici ferè omnes in  
4. diss. 3. Bonan. ar. 2. q. 3. fine. Scot. q. 2 § 4. De quartâ;  
Argent. q. 1. art. 3. Aureol. art. 2. q. 3. Durand. q. 2.  
n. 9 Marsil. q. 3. ar. 4.

**Sextò** per interruptiōnem. Et tunc si interruptio  
tanta est, ut mortaliter non centaurit ex verbis  
antecedentib⁹ & consequentib⁹ componi una  
oratio, fit iterum sacramentum.

Ex his paret quæm falso Innocentius IV. & Belinus  
potent, postle materiam & formam in una Ecclesia suffici in v-  
sufficere, quæ tamen non sufficiat in alia, ut si Latini  
baptizaret in forma Graecorum, aut consecraret suffici in alia  
in fermentato, nihil effecturum: est enim hoc con-  
tra Floren. quia Ecclesia non accepit à Christo potes-  
tatem excellentijs instituendi sacramenta, sed mi-  
nisteriale tantum execuendi, quod Christus in-  
stituit. Efficere igitur non potest, ut sufficiat in alio  
loco ad Sacramentum non sufficit, sufficiat in alio  
loco. Nec dici potest, Christum pro varijs Ecclesijs  
varia instituisse sacramenta. Christus enim instituit  
vnam Ecclesiam Cuius Unus est Deus, Una Fides,  
unum Baptisma, Ad Epb. 4. ergo una omnium in-  
stitutio.

## DISPUTATIO III.

## De necessitate Sacramentorum.

**N**ON querimus de necessitate simpliciter, quia nulla est, cum potuerit alijs vijs ac modis Deus homines ad eternam salutem dirigere; sed de necessitate secundum quid, quia conuenientia dici solet. Potest autem de hac disputari in ordine ad omnes status, in quibus natura humana aut de facto est, aut futura fuisset. Ceterum 1. nullum sacramentum institutum fuisset pro eo tempore, pro quo duravit status innocentiae; quia breuissimus fuit; pro quo si opus sacramento fuisset, id fuisset Matrimonium: hoc autem non fuisset in eo statu sacramentum, infra ostendam. Ne habemus fundamentum id assertendi; quia res ista à sola libera voluntate Dei penderet, quia sine revelatione nobis constare non potest. Ceterum 2. ne quis in statu glorie futura esse sacramenta: cum enim hac inuoluante obscuritatem latentum Mysteriorū, quia sub sensibilibus symbolis credenda proponuntur, repugnare illi statui, in quo cessat obliqua notitia fidei, ei que succedit intuitiva visio Mysteriorum in Verbo. Ceterum 3. quod statutus innocentiae, si per se uerasset, quamvis perfectissimus, capax fuisset sacrorum symbolorum sensibilius, per quorum notitiam homines duci potuisserent in abstractam & obscuram latentum Mysteriorum cognitionem: atque adeò per ea humano modo tali statui non repugnante, de dignis rebus erudiri, & in gratia donisque supernaturalibus per ea suscepitis, quotidie magis ac magis crescere: sicut primi homines conservationem iustitiae originalis, & totius illius statutus felicitatis, tam pro se, quam pro posteris acceperunt dependentes ab abstinentia vnius pomii sensibilis. At cum hæc liberè pondeant à Deo, et in eorum institutione maxima eluceat conuenientia, non hoc ipso affirmare possumus, ea in eo statu futura fuisset: sed duplex assignatur principium, ex quo colligere est, an datā aliquā hypothesi, Deus aliquid in ea facturus fuisset. Primum est, granis autoritas scripturarum, Patrum, aut traditionis: sicut suo loco ostendi, Adamo non peccante, Verbum Incarnandum non fuisset. Alterum est, ex ipso decreto absoluto Dei nobis per revelationem noto, v. g. de Incarnatione, coniectare, quid datā hypothesi Deus circa eandem Incarnationem facturus fuisset, peccato non interveniente, vi aterius decreti connexionem habentis cum decreto praesenti, ut ibid.

## SECTIO PRIMA.

## An in statu innocentiae futura fuissent sacramenta?

**P**RIMA sent. affirmans, eti Verbum Incarnatum non fuisset, prob. 1. Adam in statu Innocentiae præsticuisse nobis, quia Christus de facto nobis præsticit in statu naturæ lapsus: sed Christus promeritus est, ut iustificaremur, & in acceptâ gratiâ cresceremus etiam ex ipsius meritis, & ex opere operario, medio aliquo signo sensibili: ergo idem nobis promeruisse Adam in statu Innocentiae. Maior prob. Adamus fuisset caput posteriorum etiam mo-

ralē ac meritorum quoad transfusionem superaret. gratia: ergo dependenter à meritis eiusdem aucta tuisset originalis iustitia in posteris, per aliquod sacram symbolū. 2. quia non fuissent tunc homines deterioris conditionis, quād sunt nunc quoad augmentum gratiæ & gloriæ: sed non habent media suscipiendo & augendo sibi gratiâ & gloriam etiam per extera symbola sacram. ergo etiam tunc.

Tertid. Adhuc homines in gratia geniti potuissent in eo statu peccare ut prius parētes ergo probabile Tertio. est, sicutem pro ijs instituendum fuisse sacramentū, quo faciliter potuissent à peccato resurgere: perfetto enim illius status postulabat, ne facilitiori remedio recuperandi gratiam carereret.

Confir. hoc tuisset ad maiorem dignitatem capitis, & obedientiam membrorum, quam Deus semper intendit, cum maximè conduceat ad exercitum virtutis, & amorem capitum ac membrorum, ut posteri Adamum agnoscerent morale caput etiam quoad reparationem gratiæ. 4. In eo statu futura fuissent sacrificia, cum hæc sint de ipsis naturæ; & sacerdotes, a quos expectant, Hebr. 5. publicè electi & congregati ceremoniâ sensibili; & quia Dei perfecta sunt opera, non solum fuissent externo signo à reliquis hominibus discreci, sed interno etiam charactere, ut in lege Euangelica.

**S**ECUNDA sent. affirmat, futura fuissent in eo statu sacramenta, posito quod in eo statu futurus fuisset Christus: Suar. disp. 3. seb. 3. Nagn 3. p. q. 61. 4. 2. diffic. posse quod 1. Notat autem ibid. Suar. nulla tunc sacramenta futura fuissent in statu ante aduentum Christi: quia cum ea vim causandi gratiæ habuissent ex meritis Christi, magisque sit rerum naturæ consentaneum, ut virtus instrumentaria non communicetur instrumentis separatis, nisi per organum coniunctum diuinitatis, congruentius est ut nullam vim causandi gratiam habitura fuissent ante aduentum Christi. Vt autem signis sensibilius cogenis & vacuis ad eruditionem tantum, pertinet ad legalem servitatem, ad Galat. 4. quia perfectissimo illi statui repugnabat. Suerat putat, futuram fuisset Eucharistiæ: cum hæc sit maximè expetibilis, à peccato independens, per se primò ordinata ad coniungendos homines Deo: cuius instituendi motivum fuit singulatis amor; nec minori amore Christus dilecturus fuisset homines in statu Innocentiae: ergo manente motivo mansisset decretum. Putat etiam futurum fuisse Ordinem, propter connexionem, quam habet cum Eucharistiæ: non alia sacramenta, quia vel peccatum supponunt, vel connorant. Pro qua sent. citatur Alen. 4. p. q. 1. me. 2. a. 1. Scot. ix. 4. dist. 1. q. 3. a. 3. Durand. q. 2. n. 9. sed alia est illorum mens, ut infra.

**N**agnez concedit etiam sacramentum Confirmationis, quatenus fuisset ad augmentum gratiæ accessus: & Penitentia pro ijs, qui peccaturi fuissent, scilicet si Christus venturus fuisset.

**T**ERTIA sent. aboliitur negat, futura fuisset sacramenta in eo statu, siue Incarnatus, siue non fuisset Christus: Hugo. de S. Pitt. l. 1. de Sacram. p. 9. c. 3. Alen. cit. Bonav. in 4. dist. a. 1. q. 1. S. Tho. 3. p. q. 61. 4. 2. & in 4. dist. 1. qu. 1. art. 2. ad 2. qn. 1. Scot. cit. R. chard. art. 2. qu. 1. Durand. qu. 2. Palud. qu. 3. concl. 2. Argent. q. 2. art. 2. Herv. qu. 4. Gab. q. 2. art. 2. concl. 1. Major. qu. penult. fine, Scot. qu. 2. art. 2. Palud. disp. 2. Caiet. Sylvi. 3. p. cit. Vasq. disp. 130. c. 2. Valente. disp. 3. q. 2. punct. 2.

**H**ec sent. vti communior, ita probabilior: si Christus futurus non fuisset, ab omnibus conceditur, & prob. omnia sacramenta instituta à Christo tu remedium naturæ infirmæ, & in gloriam & exal-

Præ statu  
Innocentiae  
nullū sacra-  
mentū fuit:  
sed esse po-  
tuisset.

Nec in statu  
gloria erit.

2.

Vnde collig-  
possit, an da-  
ta r. hypothesis.  
Dowmaliquid  
facturus  
fuisse.

Ses. affirmat,  
à nullis agi-  
cata probari  
prob. 1.

Second.

Quarto.

10.

Eucharistiæ  
futuræ fuisse  
putat Suar.  
Gc.

11. Ordinis fa-  
ciam.

12.

Negatur vt  
la futuræ  
fuisse sacra-  
mentum.

14

& exaltationem Christi, certum est: Igitur Christo non Incarnato, nulla futura fuissent, ex his, quæ de facto instituta sunt: fundamentum enim ea afferendi, ex præsenti decreto, quo instituta sunt, colligi deberet: at habemus fundamentum potius oppositum afferendi: Nam vi præsenti decreti Deus sacramenta instituit ut instrumenta Passions Christi, in remedium naturæ infirmæ, ut ijs ad gratiam amissam recuperandam iuueretur: & simul in gloriam & exaltationem Christi: quæ omnia motiva, Christo non Incarnato, & Innocentia statu perseuerante, cessarent.

Difficilis est fundamētum assignare, posito quod Christus Incarnatus fuisset. Vsq. hoc assignat disp. cit. c. 3. si Christus tunc Incarnatus fuisset, certè nō in carne passibili, nec pro hominibus moriturus fuisset: ergo quæ ex merito Passions & mortis ipius habuimus sacramenta, non habuissent perseuerante statu Innocentia; sublatâ enim causâ in decreto diuino, sublatus eriam fuisset effectus, qui ex tali causâ definitus fuisset.

Si vero sermo sit de alijs sacram. cum nullam connexionem ex natura sua habeant istæ propositiones, alia futura, vel nou futura fuissent sacramenta in statu Innocentia, cum hac conditione, si Christus Incarnatus, vel non Incarnatus fuisset, neutra propo- positiæ erit vera, sed utraque falsa.

Sed contra primum est: possent aliqua ex his, quæ instituta sunt de facto à Deo, instituta esse ex motu aliquo abstrahente à statu carnis mortalis & passibilis: ut si Eucharistia instituta sit ex motu dilectionis Christi erga homines, hoc motuum mane- re potuisse in statu Innocentia, etiam si Christus Incarnatus fuisset in carne tantum impassibili. Nec refert, quod in eo statu hoc sacram. non fuisset cau- satum ex Passione Christi, vt nunc: hæc enim est causa extrinseca, quæ tolli potuit, non sublato mo- tu in seco, propter quod fuit finaliter institu- tum. Sicut de facto hominum prædestinatio præde- finita est ex meritis Passions Christi, quibus tamen non existentibus, adhuc prædefinita fuisset, licet ex aliâ causâ meritoria. Igitur probare debet Vasquez, nullum motuum ex his, propter quæ hæc sacram. de facto instituta sunt, in eo statu mansisse. Confir. de facto omnem gratiam Deus hominibus confert propter merita Passions Christi: cum tamen falsum sit nullum donum spirituale, quod de facto nunc habemus per merita mortis Christi, tunc homines habituros: quia licet in eo statu cessaret causa meritoria, scilicet mors & passio Christi, non tamen cessaret causa finalis, quæ posset esse eadem nunc & tunc; imò nec causa meritoria originata ex alijs actibus Christi.

Contra secundum est. Quando querimus, an in statu Innocentia futura fuissent alia sacram. si Christus Incarnatus, vel non fuisset, non querimus de connexione consequentis cum antecedenti, sed de simplici dumtaxat coëxistentia utriusque in eodem statu Innocentia, quæ sufficiens est ad fundandam materialem veritatem extreñorum: ut cum querimus, an Petro currente, Paulus legeret: Quod sic prob. Deus ante absolutam futuritionem rerum, imò ante ullam suum decretum actu possum, per ordinem ad solum decretum conditio- natum obiectiuè tantum præsens; certò cognoscit coëxistentiam huiusmodi futurorum conditiona- lium, (vt 10. 1.) igitur talis coëxistentia, etiam si ne villa connexione futuri conditionati cum con- ditione, sufficiens est ad fundandam materialem veritatem ipsorum extreñorum inter se: cum im- pliceret, in Deo esse formalem veritatem circa huius-

modi futura conditionalia disparata, absque obli- gituā veritate eorumdem, cum semper cognitio es- sentialiter supponat suum obiectum.

Vt igitur probem, nullum sacram. ex his, quæ de facto instituta sunt, in statu Innocentia fututum fuisse, si in eo statu Christus Incarnatus fuisset, o- portet probare, nullum motiuum, propter quod de facto illa nunc instituta sunt, in eo statu mansisse: quod sic prob. Motiuum, propter quod de facto sunt instituta sacram. quæ peccatum supponunt, fuit in- ficitas naturæ humana, quæ per peccatum saucia- ta indiguit aliquo efficaci remedio ad amissam sani- tatem recuperandam: ergo cessante hoc motu in statu iustitiae originalis, nullum fuit set saturum sa- cram. peccatum supponens.

Nec pro ijs, qui in eo statu peccassent; tum quia paucissimi tunc peccassent, iisque fatis prouisum fuit de remedio illi statui proportionato, per inter- nos actus cōtritionis & amoris Dei super omnia, cum vberioribus auxilijs ad hos actus excitantibus & promouentibus, ut de facto prouisum fuit pri- mis parentibus post eorum peccatum: tum quia ex eo quod non rora natura Angelica peccauit, non fuit Angelis paratum remedium ad resurgendum: ergo ex eo quod paucissimi homines peccassent, nō fuisset præparatum remedium ijs, diuersum ab interno per merita Christi, supposito, quod eo in statu In- carnatus fuisset.

Motiuum vero, quo de facto instituta est Eucha- ristia, non soluta fuit utilitas nostra, sed etiâ honos & cultus Dei: instituta enim est etiam ut sacrificium, & quidem principalius; cum principalior sit ratio sacrificij, quod immediate respicit Deum, quam ra- tio sacram. quod immediate respicit homines: ex Trid. scff 22. c. & Can. 1. Lnc. 22. Hoc facite in meam commemorationem. At hæc ratio sacrificij in statu Innocentia cessasset: Christus enim non fuisset oblatus Deo in sacrificium, quod requirit victimæ mactationem, cum eo statu Christus fuisset in car- ne impassibili; consequenter cessasset hoc sacram. quod est expressa repræsentatio sacrificij cruentis. Potuit quidem de facto Christus propter singula motua sufficierem moueri ad illud instituendum: cum tamen ratio sacrificij in hoc sacram. sit prin- cipalior, cessante ratione sacrificij, probabiliter cessatura fuisset etiam ratio sacramenti, quæ minus rificia. principalis est.

*Obijcies 1.* Positâ hypothesi, quod Christus incar- natus fuisset, è dignitate ipsius fuisset, per sacra- menta, ut per instrumenta sua, merita communi- care hominib. ultra meritum operantis. Resp. dig- nitatem hanc potuisse alio modo illi statui magis consentaneo suppleri, si Christus sua merita homi- nibus communicasset per vberiora auxilia & illu- striores mentis excitationes, ut ea c. amunicauit Angelis: sunt enim hæc magis proportionata natu- ræ sanz, quæ connaturalius mouetur ad incremen- tum vitæ spiritualis per operationes vitales internas, quam per adiumenta externa: & cōstat de facto: sacramenta instituta esse à Christo ut remedia na- turæ infirmæ. *Dices:* adhuc mansisset ratio exal- tationis Christi, in sacramentis instituendis princi- palior. Resp. mansisset ea ratio, sed per alia media magis tali statui proportionata & quæ ac melius sup- plebilis: & infirmitas naturæ motiuum partiale al- terum omnino cessasset.

*Obijcies 2.* Saltem Matrimonium in statu Innocentia fuit sacramentum: cum quia id docet Pau- lus, *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & Ecclesia:* Tum quia fuit symbolum vno- nis Verbi cum humanitate, Christi cum Ecclesiâ, gratia

16.  
Eridi Christi-  
Rum incar-  
natus fuisset.  
Probas Vasq.

17.  
Secundum.

18.  
Refellitur  
primum.

19.  
Confirm.

20.  
Refellitur  
secundum.

21.

22.  
Quod moti-  
uum fuit in-  
stituendi sa-  
craria que  
peccatum sup-  
ponunt.

23.  
Quod moti-  
uum fuerit  
de facto in-  
stituendi Eu-  
charistia.

24.  
Cessante ra-  
tione sacrifi-  
cij, cessante  
ratio Eucha-  
ristia.

25.  
resp.

26.

27.

28.

Ephes. 5.

29.  
Matrimonium p. quest. 61. art. 2. ad 3. affirmans illud tantum fuisse in officium naturae: & Paulum sumptus nomen sacramenti pro quoque signo significante rem occultam: negat ib. 4. dist. 1. que 1. art. 2. ad qu. 2. ad 3. primum matrimonium fuisse a Deo peculiariter institutum ad significandam coniunctionem Christi cum Ecclesia: sed postquam fuit Ad dei regelatum mysterium incarnationis, ipse per insulam sciens quoniam novae proportionem inter coniunctionem Mariam cum sponsa, & Verbi cum humanitate, sive Christi cum Ecclesia: & ad id significandum regulisse nomen Matrimonij. Verum est, ad id significandum fuisse a Deo institutum, ad rationem etenim, sacramenti hoc non sufficit, sed requiritur, ut principalius significet gratiam saltem futuram, quam illud non significabat. Falsum igitur est illud fuisse symbolum futurae gratiae, vel aliquo modo coniuges sanctificasse.

30.  
In statu Innocentie nulla sacramenta nisi multi peccassent.

Quare, an saltum futura fuisse in statu Innocentie sacramenta, si multi peccassent. Resp. iuxta ea, quae proceduntur. disp. 7. sect. 3. sc. existentibus peccatis & equalibus in plurimis tantum, & non in omnibus, aut secundum omnibus, non fuisse incarnationum Christum; quia ex vi presentis decreti primarij non venit, nisi ad afferendum remedium toti naturae, originali peccato infectae; ita si peccata actualia futura fuisse in omnibus, vel secundum omnibus individuis naturae humanae, futura fuisse sacramenta; secus, si soldam in plurimis; quia tuoc cessaret motuum, propter quod nunc instituta sunt, quod fuit in remedium totius naturae lapsae.

31.

An autem tunc una cum reliquis instituenda fuisse Eucharistia, pendet ex modo, quo tunc Christus incarnatus fuisse: nam si in carne passibili & mortali, ut probabilius existimat, ut hominibus, ad quos salvandos venisset, se magis conformaveret, dicendum, futuram fuisse Eucharistiam, quae habuisset rationem etiam sacrificii: Contra vero si incarnatus fuisse in carne immortali, tunc cessante ratione sacrificii, cessatura etiam fuisse ratio sacram. Euchar. D. 1 c. 5. Si peccatis existentibus, Christus incarnatus fuisse in carne passibili, sequitur, aliquos ex iis, qui ante aduentum Christi peccantes, iustificati postea fuisse propter merita Christi futura, consecuturos fuisse gloriam corporis & animae ante Christum; & alios absque ullo peccato transferendos in celum cum corporib.

32.

Resp. Nullum de ijs, qui nunquam peccassent fore absurdum, sicut de facto Angeli, qui in mea & multorum sententiis gratiam & gloriam habuerunt ex meritis Christi, glorificati sunt ante Aduentum Christi: at qui peccassent, & postea per merita Christi iustificati fuisse, probabile est post mortem deginendos fore in aliquo loco donec una cum Christo triumphante translati fuisse in celum, ut antiqui Patres.

33.

Ad arg. primam sent. resp. ad 1. neg. Maiorem. Nam longe plura ac nobiliora dona praestitit nobis Christus in hoc statu naturae lapsae, quam nobis praestitisset Adam in statu Innocentie: cum infinitudo planorum digniora fuerint merita Christi, ut poterit a persona infinita digna, quam fuisse merita Ad dei Christus. n. merita nobis, ut tanquam membra ipsius condigne satisfaceremus pro offensione contra Deum illata, quod praestare non potuisse Adam, ut poterit persona creata, iis, qui in eo statu peccassent. Ad prob. conced. Adam eo statu futurum fuisse nostrum caput meritorium: quod pri-

mam transfusionem gratiae & iustitiae originalis; ut p. 35. non tam quod factum est demeritorum quoad transfusionem peccati orig. nego, fatorum fuisse meritorium quo ad augmentum gratiae: sicut nec de facto fuit nostrum caput quoad peccata actualia, & penas illis respondentibus: Esse enim meritorium caput etiam quoad incrementum iustitiae, est proprium Christi, qui gratiam accepit absque limitatione, ut naturalis Dominus omnium donorum supernaturalium, qualis non fuisset Adam in statu innocentiae, qui gratiam limitata accepit.

Ad 2. in statu Evangelico longe nobiliora dona, multo uberiora, & efficaciora (vt August. notat) habemus per Christum auxilia, quam in statu innocentiae: Vnde meritum cum Gregorio Magno exstatim in multis clamat Ecclesia, felix culpa, que tantum ac tantum meruit habere redemptorem! Esto status ille superasset hunc quoad naturae integritatem, subordinationemque appetitus inferioris cum superiori, & superioris cum Deo, reliquaque animi & corporis perfectiones. Ad 3. aliqui apud Palat, negant an-

teg. vt Anselm. lib. 1. Cor. Deus homo cap. 8. his non comeduntur verbis: In illa tamen iustitia, in qua erant, nempe se de ligno primi homines, videatur quod sit vicissime, ut non peccata confirmarentur, ita confirmarentur cum omni progenie sua, quod ultra peccata non possent. Verum Scholasticum cum. S. Thom. 1. p. q. 100. a. 2. Affirmat Adam.

vt perfectum viatorem peccare potuisse contra alia praecipua; neque posteros in eadem gratia nascituros confirmandos fuisse. Anselmus hoc tantum assertus opinari, ut patet ex verbo, videtur. Igitur neg. conseq. Ad prob. perfectio illius status exegisset remedium peccati magis consentaneum sibi. Ad confirm. nego, talem autoritatem, vel tantam subordinationem futuram fuisse expedientem, tanta enim dependetia a puro homine potuisse esse occasio, in membris, ut omnem suam spem collocarent in tali capite, agnoscendo illud in omnibus supernis. donis suum meritorium caput; quod non parum derogasset obedientie, quam debuissent Deo authori bonorum omnium. Quae ratio non militat de Christo, cum non sit distincta persona a Deo, Ad 4. concedo, in eo statu futura fuisse sacrificia (vt mox) & consequenter, sacerdotes etiam publico ritu eligendos; nego, illos internos stemmare, vel charactere consignandos, sed sat fuisse, extrinsecus ceremonia ad tale munus eos designare, ut sacerdotes Mosaicæ legis.

Constat ad argu. secunda sent. conced. motiuū, quo de facto instituta est Eucharistia, fuisse sanguinem amorem Christi erga homines; at principalius, singularissimum affectum honorandi, hoc speciali sacrificio Patrem: quod motiuū cessasset: ut est affectus num. 23. & to. preced. dicitur: motiuū exaltationis Christi fuisse dependens a Redemptione humana, & contraria Redemptionem humanam fuisse dependentem ab exaltatione Christi, ita ut alterutra deficiente, facta non fuisse Incarnationis Verbi. Unde ad confir. neg. in eo statu mansurum fuisse idem motiuū ad æquatum, sed tantum partiale huius sacramenti & inadæquatum.

Ceterum nota, non coherenter Suar. Eucharistiam probabiliter in statu Innocentias conceperit, & non Ordinem; at quo tantum confici potest, cum vi presentis decreti, non sit essentialiter connexum cum alio. Coherenter etiam concedere debuisse in eo statu reliqua sacram, quae peccatum supponunt, pro ijs, qui in eo statu peccassent: cum eius ratio scilicet maxima, non minus milites pro illis sacram, quam pro ijs, quae peccatum non supponunt. Nec refert, quod quae supponunt, non

Esi Adam fuisse nostrum caput meritorium quod

40.

S. fuisse Eu- charistia & Ordo institu- debuisse.

41.

non potuerint pro omnibus institui, cum nec nunc singula sacramenta sine institutione pro omnibus, sed matrimonium pro coniugibus tantum; penitentia & extrema uincio pro adultis peccatoribus, sat ergo esset, ut profutura fuissent iis, qui eo statu peccassent; sicut nec omnia nunc prouident omnibus.

Ad au& Scholast. Esto Alensis oppositam opini. probabilem putet, nostrz tamen adhaeres ut probabilius. Scotus solum affirmar, non fuisse congruum conc, sicut nunc sacramenta institui. Durand. distinguit: si sacramenta vocentur quacunque sacra signa protestantia fide de Deo Salvatore & Remuneratore, conferente in presenti sanctitatem, & in futuro salutem, sic sacramenta fuerunt homini expeditentes pro omni tempore, tam innocentie, quam nature lapse: si autem sacramenta solum vocentur sacra signa curacionis spiritualis, sic homo non indiguit sacramentis in statu Innocentie, sed solum post peccatum. Vbi priori significacione nomine sacramenti comprehenditur etiam actus meritorius virtutis: cum proprietate signum sanctificantis gratiae ultra meritum operantis, ex divina ordinatione institutum.

An vero in statu Innocentie fuerint sacramentia? Prima sent. negat: Sotis in 4. dist. 1. que. 2. art. 2. Prob. quinque ex causis sunt nobis congrua sacrificia. 1. Ut pro peccatis satisfaciamus: at nullum tunc fuisse peccata. 2. Ut per ea nostra Religio discriminetur ab alijs sectis: sed tunc omnes homines fuisse eiusdem Religionis, sub uno authore Deo vero. 3. Ut nobis mutuo constaret, omnes eandem Religionem colgeret: tunc omnibus constaret, natos esse filios Dei, in eiusque famulatu & obedientiâ viuere, sicut in caelesti Patria. 4. Ut servemus memoriam beneficiorum Dei: sed tunc ad id non fuisse opus externis elementis; nam cum gratia, in qua hasceremus simul imbuesemur de omnibus necessariis, ipsiusque parentes suos natos de acceptis beneficiis plenè erudiissent, omnesque velut Angeli Deum perpetuo laudassent: alioqui etiam Beati in caelesti Patria sacrificiis indigerent ad coendum Deum. 5. Ut de acceptis donis ei partem rependamus, iuxta illud: Tuas sunt omnia: & qua de manu tua acceptimus, dedimus tibi. At haec vana essent, nisi in usum templorum, & ministrorum cederent: tunc autem nec tempora fuisse, cum aetatis clementia testis non egisset: nec sacramenta, nec eorum Ministri. Accedit, quod tunc omnia fuisse communia: unde nullus posse fuisse quicquam de proprio offerre: nec indigesceret. ut ab alio quicquam sibi suppeditaretur.

SECUNDA sent. affirmat. Aurco. in 4. dist. 1. art. 3. Enarr. disp. 3. sect. 2. Nugg. 3. p. q. 61. art. 2. diffic. 2. Valent. disp. 3. qu. 2. pun. 2. Quia vera est. Fundam. sacrificare Deo, teste S. Tho. 2. 2. q. 85. art. 1. est dictamen naturae: Philos. 5. Ethic. 7. patet, quia est idem apud omnes: nulla namque ratio est, quia aliquod numen non agnoscat, eiique sacrificium non offerat. Ratio: inlatum est homini, aliquod superimum numen agnoscere, quod ex ordine uniuersi, & naturalium causarum subordinatione ad unam primam, à qua cetera pendent, evidenter colligitur, à quo omnia sua bona recognoscant, eiq; & pro acceptis beneficiis gratias agere, & pro impetratis supplicare, & ne accepta subtrahatur, illud placare: at naturale est homini per signa sensibilia interna suas affectiones exprimere: Igitur & Deo sacrificium offerre, etiam in statu Innocentie, in quo maxime lumen naturale vigueret, sacrificia offerenda essent à singulis, & à totâ communitate, ut in acceptis bonis conseruaretur; & ad nova semper promoueretur. Patet ad rationes

Sotis, sacrificia institui etiam ad gratias Deo agendas, cumque coendum: nec esse opus, ut quæ Deo offerantur, in templorum & ministrorum usum cedant, ut constat de holocausto, quod totum cretabatur. Ratio: offerre aliquid in honorem Dei, in recognitionem bonorum, quæ ab ipso accepimus, est per se honestum, etiam si nulla inde utilitas nobis cedat. Beati his sacrificijs non indigent ad Deum coendum, quia non videntur rebus sensibilius sensibiliter, sed modo altiori, & intelligibiliter: eo modo, quo in gloriosis corporibus operationibus videntur sensibilius, & perpetuum Deo sacrificium laudis offerunt.

Cum Deo  
sacrificijs  
sensibilius  
non videntur

## SECTIO II.

## An in lege naturæ fuerint sacramenta &amp; sacrificia?

**P**os t statum Innocentie; qui ob breuitatem non computatur inter status; qui de facto fuerunt, tempus subsequens dividitur in status. 4. In statum legis naturæ, sic dictum, ad differentiam statutum legis scriptæ; in eo homines solo dictamine interioris rationis, supernaturali lumine & gratia illustratae, ad salutem dirigebantur: in hoc obnebulente iam interno lumine rationis, caput Deus per leges scriptas & præcepta positionem homines ad salutem dirigere: & in itatum legis Evangelicas, in quo abundat gratia per Christum: & gloria, in quo sublatu velamine fidei Deum contemplabimur sicuti est, certumque nulla futura sacram. Quoniam vero sacramentum sumi potest largè pro quocunque signo protestatio fidei; quo An in legi pacto à schol. sacrificia, oblationes, & quacunque naturæ fidei externa signa, inter omnia animi fidem protestantia, appellantur sacramenta: Et strictè pro signo sensibili à Deo instituto ad significandam practicè gratiæ, sive presentem, sive futuram, ex opere operato meritorium Christi, in hoc 2. sensu hic disputo.

**P**RIMA sent. Alen. 4. p. qu. 14 me 1. art. 2. §. 2. S. Tbo. in 4. dist. 1. qu. 2. art. 2. ad 2. qu. Richar. art. 3. qu. Negant. 3. Sotis dist. 1. qu. 2. art. 3. concl. 5. & dist. 2. qu. 1. art. 4. §. Alterum vero, Nasquez 3. p. qu. 61. in art. 3. & disp. 165. negant, præter sacrificia fuisse in lege naturæ sacramentum; circumcisio. n. quæ erat sacramentum, fuit potius inchoatio legis scriptæ. Vnde docent, tunc parvulos fuisse iustificatos sola fide parentum, vel eorum, ad quos ipsorum cura spectabat, ad parvulos directæ, solo interioris mentis actu ex divino instinctu concepto, absque ullo externo signo sensibili: vti & adulti ab eodem originali iustificabantur; & nunc, cum deest opportunitas Baptismi, propriæ fidei internæ, quæ Baptismus flaminis dicitur.

**P**rob. 1. nec in scripturâ, nec in Paribus legimus, necessariam fuisse externam actionem cum Prob. 1. internâ fide parentum pro parvulus in lege naturæ iustificandis: ergo absque fundamento illam tequitimus; & nullum verè & propriè sacramentum.

2. Auth. B. Gregor. lib. 4. Moral. c. 2. vbi sic: Quod vero apud nos valeat aqua baptismatis, hoc egit apud veteres vel pro parvulus sola fides, vel pro maioribus virtus sacrificij, vel pro his, qui ex Abraham sapiente prodierant, mysterium circumcisionis. Quod est, sola fide ab originali iustificatos fuisse parvulos: Beda lib. 1. in Luc. cap. 8. in ea: postquam consummata sunt dies octo: Bernard. epist. 77. ad magist. Vgon. de S. Vict. colum. 2. vbi huc: At vero quis nesciat & alia præter Baptismum contra originale peccatum re-

secunda

media

media antiquis non defuisse temporibus? Abrahe quidem & semini eius, circumcisionis sacramentum in hoc ipsum diuinius traditum esse. In nationibus vero quos quoniam inueni fideles sunt: adultos quidem fide & sacrificiis credimus expiatos, parvulis autem etiam solam profuisse, immo & sufficisse parentum fidem. August. libr. 1. de nupt. & concup. cap. 12. sed superioribus, inquit, temporibus omnino modo latius sacramentum iustificationis ex fide: eadem fides Mediatoris salutis iustos faciebat antiquos pusillos cum magnis: At sola interior fides Mediatoris iustos faciebat magnos; ergo etiam pusillos. 3. Probat Sotus: hoc sacram. fuisset ex institutione humana; quod dici non potest, alioqui non fuisset infallibile: aut ex institutione diuina; & tunc debuisset esse unum toti orbi sub precepto propositum, sicut nunc est Baptismus, & in Israël fuit circumcisio in natu omne sacram. ad salutem necessarium annexum habet preceptum: & illud debuisset scripto euulgari, contra statum legis naturae, qui omne preceptum lege sancitum excludebat.

**Affirmare** SECUNDUM sent. affirmat, in lege naturae, praeter sacrificia, fuisset etiam sacramenta: Scoti in 4. dist. 1. q. 3. a. 3. & q. 7. Duran. q. 2. & 8. Palud. qu. 3. concl. 4. & q. 5. art. 5. Arg. q. 2. a. 2. Rub. qu. 3. ar. 1. Shar. disp. 4. sect. 3. & 4. Nugnez in 3. p. q. 61. art. 3. Palat. disp. 2.

Discrepant tamen: Scots enim Durand. Palud. non assignant, quae fuerint haec, praeter illud, quod parvulos ab originali emundabat. Rubio assignat alterum deletium peccatorum actualium: haec putat fuisse sacrificia ipsa, quae cuperunt ab Abele, & oblata Deo cedebant in honorem ipius, & gratiam ritè dispositis conferebant. Suarez cit. sect. 4. concl. 3. praeter hoc originalis remissum, admittit alia ex speciali beneficio Dei concessa eliciunt genti, vel familia, ut oblatio panis & vini facta à Melchisedech, quae simul fuit sacrificium & sacramentum, eo quod ita illam appellant Patres. Argentinas admittit tertium Matrimonium: Nugnez tertium, quo in accepta sanctitate iusti conservabantur, ut nunc est Eucharistia: Palatius admittit cum Scoto, Duran. Palud. certum remedium pro salute parvolorum, quod ex interiori fide Christi venturi, & signo aliquo externo eiusdem fidei protestatio constituisse doceat: licet quae fuerit haec exterior fidei protestatio, incertum sit: renuit tamen illam appellare sacramentum: quia fuit à Deo determinata tantum in genere; in specie, & in individuo determinanda à liberâ voluntate applicantis: nec parvulos iustificabat ex opere operato, sed operantis, & merito applicantis.

**In legi naturae fructu sacra** Dico 1. In lege naturae fuerunt sacrificia, non diuino iure positivo instituta, sed vel diuino instinctu inspirata, vel humana lege determinata. Prior pars est certa ex sacrificio Abelis, Caini, Noë, Abraham, Melchisedech. Posterior prob. si illa fuissent diuino iure positivo instituta, fuissent eadem apud omnes, ut nunc sacrificium Euchar. apud Catholicos. At Abel sacrificauit primogenita gregis; Cainus terræ fructus; Alij alia, ut ex Script. constat. Quia cum sacrificare sic de iure naturae, absque positivo iure diuino, potuerunt primi Dei cultores, vel interno instinctu diuino, vel positivâ lege humana, immediate deriuata ex lege naturali, haec aut illa in particulari determinare.

Dico 2. In eadem lege fuit aliquod remedium pro parvolorum iustificatione à Deo institutum. Ita Scholastici cum Magist. in 4. dist. 1. & omnes qui sua scripta prelo mandarunt, ut disp. 165. cap. 1. norat Vasquez: Vnde miror Recentiores, quos suppresso nomine ibid. citat, ausos contrarium do-

cere; & consequenter fatori, omnes parvulos, qui ante Christi aduentum mortui sunt, damnatos fuisse, cum nec in horum sent. Circumcisio gratiam conculerit. Hi præterquam quod male de diuinâ misericordiâ sentiunt, quæ tot pueros teliquerit absque salutis remedio, manifestis conuincuntur testimonij Gregorij, Bedæ, Bernardi, August. pro. 1. sent. cit. Auctoris de Circumcis. apud Cypria. Sanè originale peccatum, quod à primis parentibus in totam generis huins successionem defluxit, omnitempore aliquibus remedij oportuit expiari: Aug. lib. 3. contra Julian. c. 9. Nec ideo tamen credendum est, ex ante datam Circumcisionem famulos Dei, quandoquidem eis inerat Mediatoris fides in carne venturi, nullo sacramento eius opitulatos fuisse parvulus suis quamvis quid illud esset aliqua necessaria causa scriptura latere voluit: Innocen. III. cap. Maiores de Baptis. Absit ut universi parvuli pereant, quorum quotidie tanta multitudo moritur, quin & ipsius misericors Deus, qui neminem vult perire, aliquod remedium procuraverit ad salutem. Nam etsi ibi Pontifex directè & per te id tantum definiat de parvolorum Baptismo, contra hereticos, indirecè tamen & consequenter id etiam docet de remedio parvolorum pro quo quis statu: eius n. verba generalia se extendunt ad omnem statum; & ratio probat etiam de parvulis in lege naturae: cum omni tempore, & pro quo quis statu Deus voluerit omnes homines salvos fieri, & neminem perire: & confirmat exemplo de Circumcisione, quæ originale delebat, preparatum esse remedium pro parvulis etiam ante aduentum Christi; & ratio planè militat ante Circumcisionem; & pro feminis, quæ circumcidit non poterant, sc. ne tanta multitudo periret.

Prob. hac ratione: Deus vult omnes homines salvos fieri; & neminem perire vult. Noluisset autem hos parvulos ad salutem Deus, si absque remedio pecc. orig. emundat eos reliquerit: nam qui non vult media ad finem necessaria, seu ad salutem, v. g. medium peccati origin. remissum parvulis procurare, non potuisset illis finem seu salutem velle. Confirm. cum certum sit circumcisionem saltem secundariò institutam fuisse ad delendum originale in maribus; nec in scripturâ mentio sit de remedio pro feminis, dicendum est, fuisse aliquod remedium ante circumcisionem commune maribus & feminis, quod pro feminis remansit etiam post circumcisionem usque ad Baptismum.

Dico 3. Eriam parvuli, qui moriuntur in utero matris, sunt antecedente voluntate ad salutem à Deo voliti; cum tamen in utero matris, nullum habeant paratum remedium, sed sufficit, ut possint per causas naturales suo tempore ab utero educti baptizari. Esto igitur parvuli, qui in lege naturae ante adultam aetatem moriebantur, nullum habuerint pro ea aetate salutis remedium, adhuc dicebantur à Deo voliti, quia saltem poterant per causas naturales in adultam aetatem perduci, & in ea proprijs actibus cum auxilio diuinæ gratiae elicitis iustificari. Respondeat Caiet. 3. p. que. 68. art. 11. pueris in utero matris periclitantibus adhiberi posse salutis remedium; quod est oblatio prolis ad Deum, cum benedictione, & iuvocatione Trinitatis. 1. Quia Deus in nullo statu hominem reclinquit sine remedio salutis. 2. Infans in utero matris est capax Baptismi sanguinis; si. n. propter Christum in utero matris occideretur, esset Martyr. cur igitur non erit capax Baptismi flaminis vel fluminis applicatis per aliquod signum cum iuvocatione Trinitatis? Sed Contra: hoc est contra omnes Scholast. Vnde meritò hic Caietan. commentarius.

Maximus  
Innocens. 3.  
aut pindus

60.  
Ratio 1. ad  
Tim. 2. 2.  
Pec. 3.

61.

62.  
Resp.  
Caietan.

63.  
Pueris in  
utero mo-  
tus an illa  
salutis re-  
medium.

mentarius in cit. art. S. Tbo, iussu Pij V. expunctus est in impressione Rom. repugnat n. Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non potest introire in Regnum celorum. Nec est eadem ratio de Martyrio, quia cum operetur ex privilegio, non solum potest se extendere ad matrem, sed unum cum matre etiam ad prolem. Contra verò sacramentum non prodest, nisi suscipienti, quia non operatur, nisi per modum causæ naturalis applicatæ subiectæ: unde cum non possit Baptismus applicari pueru in utero matris existenti, non poterit illi prodesse.

64. Resp. Igitur neg. conseq. vt n. pueri in utero matris dicantur à Deo antecedente voluntate ad salutem voliti sufficit, vt illis sint preparata media humano modo applicanda. Quia autem non potest humano modo medium regenerationis illis applicari, qui adhuc sunt in utero materno: vt enim talis applicatio fiat humano modo, supponit personam perfectè genitam. & in scipsa existentem, cum regenerationis supponat generationem: Ergo nisi quis sit perfectè genitus generatione naturali, quod sic per nativitatem, non censeretur ab antecedente voluntate, quam Deus habet, saluandi homines, exclusus. Contra verò quia potest humano modo parvulis ex utero matris exclusis remedium regenerationis applicari, si in ea ætate nullum haberent medium salutis, censerentur ab antecedente voluntate Dei saluandi omnes omnino exclusi.

65. Secus dicendum de ijs, quibus nulla humanâ industria applicari potest remedium salutis, vel quia deest aqua ad baptizandum necessaria, vel quia non est qui baptizet: nam semper in huiusmodi casibus est potentia humano modo applicandi remedium salutis, saltem remota in aliquâ causâ libera, quæ potuit puerum in tales angustias non adducere.

66. Dico 3. Longè probabilius est, hoc remedium pro iustificatione parvorum institutu, non fuisse solum actum internum, internâ voluntate Ministri ad puerum directum, sed fuisse coniunctum simul cum aliquo actu externo sensibili. Prob. 1. hoc remedium debuisse esse certum, vt a quoque applicatum infallibiliter habiturum esset effectum, cum fuerit remedium necessitatis, vt nunc baptismus, qui effectum in parvulis fortitur, a quoque applicetur cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia. Non fuisse autem certum, si illud fuisse sola fides interna Ministri ad puerum directa: nam sâpe minister caruisset internâ fide explicitâ Messis venturi; & consequenter sâpe defectu interioris fidei explicitæ non fuisse iustificatus puer. Nec dici potest, potuisse tunc ministru per solum internum actum applicare parvulo fidem Ecclesiaz: quia vt reçit Duran. in 4. diff. 1. qvrt. 8. num. 8. fides Ecclesiaz nequit applicari per solum actum internum ministri, cùm hic nequeat Ecclesiaz fidem alteri applicare, per illum actum, sc. internum, supra quem Ecclesia potestarem non habet: Nam per eum tantum actum potest quis applicare Ecclesiaz fidem, per quem potest ab Ecclesia constitui ipsius minister: nequit autem per eos actus, supra quos ipsa potestarem non habet. 2. Hoc remedium debebat humano modo parvulis applicari: at humanus modus postulat, vt per signum aliquod externum sensibile applicetur. Confirm. hoc remedium simul erat practicum signum gratiaz, & consignatiuum atque consecratiuum parvuli Deo: quod commode fieri non poterat absque aliquo signo externo sensibili; hoc: n. ipsum alijs debebat constare. 3. Si sola fides inter-

na ministri intentionaliter tantum ad puerum directa sufficisset, potuisse puer etiam absens iustificari: interna n. directio non requirit presentiam obiecti, in quod tendit: Ex quo sequitur, fidem internam ministri potuisse ad puerum in utero matris existentiam dirigiri eumque ab originali iustificari; cum non fuisset necessaria actio exterior circa puerum exercenda. Ex his sequitur, hoc fuisse verum & proprium sacram. cum haberet omnia ad sacramenti naturam requisita. Nam fuit signum sensibile, & practicum gratiaz sanctificantis, quam practice significabat, applicatum pueru, & simul erat imperfectæ sanctitatis causatum, exterioris consignando & consecrando puerum Deo ac veræ Religioni: fuit etiam à Deo, saltem in genere institutum, vt infra explicabo.

67. 70. Vna vrget difficultas: hinc sequitur, non modò hoc sacram fuisse causam sanctitatis imperfectæ, sed etiam perfectæ in pueru, qui applicabatur, non secus ac nunc Baptismus: quia virumque est practicum signum gratiaz, ad cuius presentiam Deus mouetur ad grariam infallibiliter conferendam: At Florent. in decret. de union. Armen. vniuersaliter negat, antiqua sacramenta causasse gratiam, sed tantum eam per Christum dandam præfigurasse.

71. Resp. neg. sequel. Ad prob. nego, id est nunc Baptismum esse causam gratiaz, quia vel est practicum signum gratiaz, vel ad eius presentiam Deus infallibiliter illam confert. Nam, vt sit practicum Cur Baptis signum gratiaz, non est necesse, vt ipsum causet mis confert gratiam, sed sufficit, vt illam ab alio causandam gratiam. Significet: sicut sacramenta Mosayæ legis erant practica signa gratiaz, quam tamen ipsa non causabant, sed tantum per Christum dandam figurabant. Neque vt sit causa gratiaz, sufficit, vt ad presentiam ipsius infallibiliter ponatur gratia: nam hoc potest puræ conditioni conuenire, vt conuenisse Circumcisioni applicatæ parvulo, infra docebo. Est igitur ad rationem causæ necessitatum, vt aliquo modo sive physicè, sive moraliter in effectum influat: & quia remedium illud egis naturæ pro parvulis institutum nullo modo, neque physicè, neque moraliter influebat in gratiam; contra verò Baptismus eti non physicè, saltem moraliter in gratiam influit, mouendo Deum per intrinsecam aliquam honestatem, quam habet vt actio Christi instrumentalis est, quam honestatem non habebat remedium illud legis naturæ, quia nondum erat à Christo assumptum vt suæ Passionis instrumentum, propterea illud non erat causa gratiaz, vt nunc est causa Baptismus. Quod discrimen magis infra.

72. Dico 4. Probabile est, hoc signum sensibile fuisse actum externum, protestatiuum fidei Messis venturi: ita August. cit. lib. 2. de nupt. cap. 12 Eadem, inquit, fides mediatoris saluos iustos faciebat antiquos pusillos cum magnis: & colligitur ex alijs Patribus, qui dum in remedium peccati orig. pro parvulis assignant fidem, procul dubio intelligunt de fide Christi venturi: cùm cand. fidem requirant in illo, quam nunc in Baptismo: sed in Baptismo omnes requirunt fidem saltem implicitam & obiectuam Christi præteriti: ergo in illo Christi futuri.

73. 2. Sicut decrevit Deus, nullum adulterum absque propriâ fide Christi salvare; ita nullum puerum ab originali iustificare absque parentum, vel alterius fide, saltem implicitâ eiusdem. Pertinuit enim hoc ad dignitatem & excellentiam Christi, vt nulli, nisi per ipsius fidem, pateret ad salutem & iustificationem aditus; sicut per ipsum omnis gratia hominibus datur, iuxta illud: Nec n. aliud nomen sub Actorum 4. calo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.

69. Remedium delictum originale in legge naturæ verum sacramen-

Florent.

74.

Actus exterritus professus nus fidei Messis venturi.

Prob. ratio-  
ne.

Actorum 4.

74.  
Determina-  
tum à Deo  
in genere se-  
gnum.

Dico 5. Hoc signū protestatiū fidei Messis ven-  
turi non fuit à Deo determinatum in specie, sed tā-  
tum in genere, relinquent illud in specie & indi-  
viduo determinandū ad ipso applicante: hoc tamen  
veram sacramenti rationē ab illo nō abstulit. Fund.  
partis I. si illud fuisset à Deo quoad speciem deter-  
minatum, aliqua illius notitia ad nos peruenisset,  
vel per scripturam, vel per traditionē: at nulla per-  
nenit: igitur non fuit in certā specie actionis deter-  
minatum. quod congruentiū fuit illi statui, in quo  
Deus absque vllā legē positiū, per solum interio-  
rem instinctum gratiæ, & priuatæ reuelationis ho-  
mīnes ad salutem dirigebat,

75.  
Vetim sacr.

Posterior pars contra Palat. cit. prob. I. ad veram  
rationem sacramenti sufficit, vt sit prædictū signum  
gratiæ à Deo quoad genericam tantum rationē in-  
stitutum, vt patet de materiā calicis, quæ nō est hoc  
vel illud vinum in specie determinatum, sed vinum  
de vite in genere: materia Matrimonij non est cō-  
traetus his, vel illis determinatis circumstantijs ve-  
stitus, sed legitimus, quibuscunque conditionibus  
firmatus: Ordo vt preced. disp. non fuit à Christo in  
certa determinata materia vel forma institutus, sed  
tantum in genere sub ratione signi expressiū pot-  
estatis, quæ per ordinem traditur.

76.  
Quantis fides  
in nō cessa-  
riæ? Granier  
contron.

Omnis DD. videntur conuenire, aliquam fidem  
Messis venturi necessariam fuisse ad efficaciam ta-  
lis sacram. vt indicant Patres cit. de qualitate fidei  
concernant, an debuerit esse explicita, vel implicita:  
an necessaria supernat. vel sufficiet naturalis:  
meritoriae & charitate formata, an informis sat  
fuisset? an sola fides ministri parvulus profuisset, an  
fides Ecclesiæ necessaria fuisset? an hæc absque illâ  
sat fuisset?

77.  
Vasq. putat  
fidē charita-  
te formatā:

Vasq. cit. disp. 165. c. 4. putat, non modò necessa-  
riam fuisse in applicante fidem supernat. & infu-  
sam, sed etiam meritoriam & charitate formatam,  
tametsi necessaria non fuerit fides Ecclesiæ, sine quâ  
sola fides applicantis profuisset pueru infert, non  
profuisset parvulus remedium illud applicatum ab  
infidelibus, vel à fidelibus peccatoribus, sed solum  
à fidelibus iustis: & ex eius sent. colligitur, fidem  
debuisse esse explicitam, cum requirat illam actu-  
Fundament. lem & meritoriam. Fund. ipsius: hæc fides Christi  
potissimum. venturi non operabatur in parvulis gratiam rege-  
neratium ex opere operato, vt operantur sacra-  
menta nouz legis, sed ex opere applicantis: pro-  
pterea enim nullum ipse requirit in applicante o-  
pus externum: At vt potuerit fides Christi ventu-  
ri prodesse parvulus ex merito applicantis, debe-  
bat esse supernaturalis, & charitate formata: hinc  
sequitur, non fuisse necessariam fidem Ecclesiæ:  
nam ad meritum saltē de congruo pro altero, suf-  
ficit sanctitas operantis: sicut enim hoc sufficit ad  
prometendam gratiam ipsi operanti, ita sufficit ad  
eandem promerendam alteri. Addit, probabile  
esse, Deum iustificare parvulos propter solum fidem  
supernat. infusam informem applicantis, vt  
meritum de congruo, cum talis fides in peccatore  
si præmio supernat. ex gratitudine remunerabilis.  
Probabiliter putat oppositum, propter Patres, qui  
videntur requirere fidem formatam. vt Aug. cit. I.  
5. ton. Iulia. c. 12. vbi hanc appellat fidem famulorum  
Dei: quæ est iustorum, non inimicorum Dei. Præ-  
terea docet, quod etsi sit plausibilis sent. quæ affir-  
mat, fidem adulorum parvulus applicatam ex certā  
lege & promissione Dei illis profuisse, tamen ex  
Patribus colligi, solum imperatoriè illis gratiam  
obtinuisse: quia Patres dicunt, parentes precibus  
apud Deum debuisse parvulus gratiam iustificatio-  
nis procurare.

78.  
Sufficiet e-  
st in formā.

79.

Durand. in 4. dist. I. q. 8. n. 7. affimat, necessariam  
fuisse fidem charitate perfectam, saltē in ipso cor-  
pore Ecclesiæ: quia cū tunc fides non conferret  
gratiam patuulis per modum sacramenti, seu ex o-  
pere operato, sed per modum meriti, vel suffragij;  
cumq; non possit fides aliena prodesse alteri, nisi  
sit charitate formata, ne s̄pē parvuli tunc frauda-  
tentur effectu iustificationis, defecū fidei formatæ  
in ministro, dicendum, illam profuisse parvulis pro-  
pter solum fidem formatam Ecclesiæ, nomine cuius  
parvulus Deo offerebatur.

Durand. in 4. dist. I. q. 8. n. 7. affimat, necessariam  
fuisse fidem charitate perfectam, saltē in ipso cor-  
pore Ecclesiæ: quia cū tunc fides non conferret  
gratiam patuulis per modum sacramenti, seu ex o-  
pere operato, sed per modum meriti, vel suffragij;  
cumq; non possit fides aliena prodesse alteri, nisi  
sit charitate formata, ne s̄pē parvuli tunc frauda-  
tentur effectu iustificationis, defecū fidei formatæ  
in ministro, dicendum, illam profuisse parvulis pro-  
pter solum fidem formatam Ecclesiæ, nomine cuius  
parvulus Deo offerebatur.

Durand. in 4. dist. I. q. 8. n. 7. affimat, necessariam  
fuisse fidem charitate perfectam, saltē in ipso cor-  
pore Ecclesiæ: quia cū tunc fides non conferret  
gratiam patuulis per modum sacramenti, seu ex o-  
pere operato, sed per modum meriti, vel suffragij;  
cumq; non possit fides aliena prodesse alteri, nisi  
sit charitate formata, ne s̄pē parvuli tunc frauda-  
tentur effectu iustificationis, defecū fidei formatæ  
in ministro, dicendum, illam profuisse parvulis pro-  
pter solum fidem formatam Ecclesiæ, nomine cuius  
parvulus Deo offerebatur.

Palud. in 4. dist. I. q. 5. a. 5. concl. I. & Sotus in 4. dist.  
2. q. I. a. 4. 6. In praesentiarum, existimant, nullam ne-  
cessariam fuisse fidem charitate formatam aut expli-  
citam Messis venturi, nec habitum fidei informis,  
vel in ministro applicante, vel in corpore Ecclesiæ,  
sed sat fuisse actum, quo puer offerretur Deo, qui  
actus fuisset implicita tantum & obiectiva fides  
Christi venturi: sicut nunc sola fides implicita  
Christi præteriti sufficit absque vllā fide formatā  
vel in ministro vel in corpore Ecclesiæ ad iustifi-  
candum puerum per Baptis. Notat Sotus, hunc actum  
implicitum fidei, quo debuisset puer offerri Deo,  
non potuisse per solum naturam haberi, sed vel per  
reuelationem, vel suggestionem eorum, quibus  
facta fuisset reuelatio. Fund. tunc sola fides impli-  
cita Christi parvulos ab originali iustificabat, vel  
per modum sacram. & ex opere operato, vt Palud.  
sentit, vel ad instar sacram. & operis operati, vt  
Sotus docet.

Palud. in 4. dist. I. q. 5. a. 5. concl. I. & Sotus in 4. dist.  
2. q. I. a. 4. 6. In praesentiarum, existimant, nullam ne-  
cessariam fuisse fidem charitate formatam aut expli-  
citam Messis venturi, nec habitum fidei informis,  
vel in ministro applicante, vel in corpore Ecclesiæ,  
sed sat fuisse actum, quo puer offerretur Deo, qui  
actus fuisset implicita tantum & obiectiva fides  
Christi venturi: sicut nunc sola fides implicita  
Christi præteriti sufficit absque vllā fide formatā  
vel in ministro vel in corpore Ecclesiæ ad iustifi-  
candum puerum per Baptis. Notat Sotus, hunc actum  
implicitum fidei, quo debuisset puer offerri Deo,  
non potuisse per solum naturam haberi, sed vel per  
reuelationem, vel suggestionem eorum, quibus  
facta fuisset reuelatio. Fund. tunc sola fides impli-  
cita Christi parvulos ab originali iustificabat, vel  
per modum sacram. & ex opere operato, vt Palud.  
sentit, vel ad instar sacram. & operis operati, vt  
Sotus docet.

Dico 6. Non fuit in lege naturæ necessaria fi-  
des explicita, infusa & formata Messis venturi, ne-  
que in ministro, neque in Ecclesia ad parvulos iu-  
stificandos, sed sat erat fides implicita obiectua  
Christi venturi in formis Christi venturi, quæ parvulus Deo  
offerebatur: quæ fides sufficienter continebatur in  
illa voluntate vniuersali faciendi, qnod faceret ve-  
ra Ecclesia: idque nō ex eo, quod talis fides gratiam  
in puer causaret ex opere operato ad instar sacram.  
sed quia illam Deus requirebat vt conditionē sine  
quâ non, quâ posita solus Deus ex certā lege & pro-  
missione infallibiliter per gratiam iustificantem  
puerū ab originali emundabat, intuitu meritorum  
Christi futurorum, vt causæ meritoriaz. A Palud. &  
Sotus discrepo in solā ratione. Ead. sent. est Sotus dist.  
10. sect. I. Prior pars colligitur ex August. lib. I. cont.  
Crescon. c. 31. & epist. 203. medi. vbi docet circum-  
cisionem à Samaritano collatam, fuisse validam,  
non minus quam nunc validus est Baptismus ab  
haeretico collatus: ita nec tunc iterum erat circum-  
cidendus, vel alio signo fidei protestatio Deo con-  
secrandus, qui absque verâ fide fuisset à Samarita-  
no circumcisus, si idem postea voluisse Iudeus sic-  
ri. At eadem est ratio de remedio legis naturæ pro  
parvulis instituto, cui circumcisio successit, vt in-  
frā, & aliqui ex aduersarijs admittunt: ergo vt nunc  
sola fides obiectua implicita Christi præteriti vir-  
tualiter contenta in generali voluntate faciendi,  
quod facit vera Ecclesia, sufficit ad validū Baptism.  
ita in lege naturæ &c.

Sotus dist ad  
sacram fides  
implicita  
Christi ven-  
turi.

Resp. aliqui Recent. August. solum negare, rei-  
terandam fuisse circumcisionem ab infideli colla-  
tam, quoad externum corporis characterem, qui  
etiam si absq; vllā intentione impressus fuisset phy-  
sicè, reiterari non potuisse: tum quoad impleti-  
onem legis; non quoad internam animi iustificatio-  
nem, pro quâ in tali casu applicari debuisse reme-  
diū legis naturæ ad supplendum defectum veræ  
fidei in circumcidente. Sed contrā: tum quia per  
omnia ibi August. circumcisionem comparat Bap-  
tismo, nullā mentione factā de alio remedio appli-  
cando.

Respondens.

84. Respondens.

cando circumcisio ab infideli, docens, illum admittendum fuisset ad veram legem Iudeorum, sicut nunc ad Catholicam Relig. qui absque vera fide ab hereticis baptizati sunt. Tum quia iuxta hanc respons. Aug. non satisfecisset argumento aduersi. quo contendebant supplendum esse aliquid in eo, qui ab hereticis baptizatus ad Catholicam transiueret si dem: si enim aliud sacram. defectu verae fidei applicandum fuisset à Samaritano circumcisio: pari modo obijcere potuisset aduersarius Augustino, defectu verae fidei supplendum esse aliquid in puer ab heretico baptizato: & quia non potest aliud sacram. quam Baptismus puer applicari, reiterandus esset Baptismus cù veræ fide, sicut per aduersi. quia reitterari non poterat circumcisio sine veræ fide collata, applicari debuisse antiquum sacram. legis naturæ cum veræ fide Messie venturi. Eand. assert. indicant Patres eis. qui semper remedium legis naturæ comparant cum Baptismo.

**36.** Prob. 2. Non fuisset antiquis parvulis plenè ac sufficenter de salutis remedio prouisum, si ad eorum iustificationem necessaria fuisset fides explicata, supernaturalis, & formata Messie venturi in ipso ministro applicante: sicut enim haec fuisset in paucis, ita pauci parvuli defectu talis fidei ante adventum Christi ab originali iustificati fuissent: cùm eadem quoque ratio sit de circumcisione, quæ remedio legis naturæ successit, & durauit usque ad Baptismum: nam neque haec in sent. Vafg. 1.2. disp. 130. cap. 5. à peccato orig. parvulos iustificabat, nisi ratione fidei formatæ, per eam parvulis applicatae. At credibile non est, Deum tam difficile medium pro antiquis parvulis instituisse, quod non nisi in paucis effectum habiturum fuisset. Præterea cùm hanc fidem non requirat Deus in Baptismo, absque fundamento assertur, eam requisitum fuisse in sacramento legis naturæ, demù cùm fides Messie venturi non fuerit requisita ut meritum de congruo, quo Deus mouetur ad gratiam parvulis dandam, sed solum ut pura conditio (ut mox) non fuit necessarium, ut esset explicata, supernaturalis, & formatæ cùm non per modum causæ meritoria, sed solum per modum puræ conditionis gratiam cauaseret.

**37.** **Remedium legi naturæ non insufficiens ex opere operato.** Posterior assert. pars prob. velid remedium iustificasset ex opere operato ipsius actus, quo applicabatur parvulo; & tunc idem fuisset iustificare ex opere operato, ac ex opere & merito remedium applicantis: quod confutatur 1. non nisi actus supernat. posset de congruo mereri alteri gratiam: & hoc derogasset meritis Christi; tunc enim causa meritoria iustificationis parvulorum non fuissent sola merita Christi prævisa, sed etiam meritum ministri. Nec est eadem ratio de actione baptismali, quæ est causa instrumentalis meritoria iustificationis parvulorum, quatenus est actio Christi ab ipso assumpta ut instrumentum suæ Passionis: at actio illa ministri, non potuisset esse causa, ut actio Christi, cùm non fuerit à Christo assumpta ut instrumentum suæ Passionis: actio autem non operatur ut morale instrumentum alterius, nisi sit à principali agente in id assumpta. 2. debuisse Deus dispensare in lege omnibus puris creaturis præscripta, de non promerendo infallibilitatem alteri gratiam: licet enim hoc privilegium concessum fuerit Adam, ut capiti omnium posteriorum, nulli tamen alteri, nec ipsi Deiparæ: (et si possit unus alteri per modum impetrations primam gratiam obtinere) nulli, nisi Christo de facto concessum est, posse alteri gratiam infallibiliter promereri, per modum operis operati. Nisi dicere velimus, neque antiquos ministros infalli-

biliter & ex certa lege (ut Vafg. indicat) obtinuisse <sup>93</sup> gratiam suo merito parvulis, sed tantum per modum impetrations, quod est contra communem sententiam, ut ipse satetur.

Veli iustificasset actus ille Christi, quia vim habuisset conferendi gratiam ex meritis Christi, ut sacramenta nouæ legis. At hoc repugnat definitioni Florentini, quâ statuit, antiqua sacram. gratiâ non contulisse, sed tam tantum per Passionem Christi dannata figurasse. Tum quia, auctum ministri gratiam conferre ex opere operato Christi, supponit, talem auctum assumptum à Christo ut instrumentum suæ Passionis, cum quâ moraliter cōiunctus vim habeat iustificandi ex meritis Christi: qualiter assumptus non fuit auctus ministri.

**Dicas.** Actus ministri antiquum remedium applicantis potuerit conferre gratiâ ex opere operando meritorum Christi futurorum. Sed contrâ: nam hoc ipsum luppônit, auctum illum ministri fuisse à Christo assumptum ut morale instrumentum suæ futuræ Passionis (contra Concil.) cùm nequeat instrumentum in virtute & nomine alterius operari, nisi sit ab ipso assumptum & institutum.

Sequitur, antiquum remedium ad parvulorum iustificationem concurrisse ut puram conditionem à Deo requisitam, tum ad celebritatem & notitiam maiorem Messie venturi: sicut ad clariorem notitiam Messie præteriti, voluit, ut omnia sacram. legis Euang. applicarentur per fidem saltem implicataem & obiectivam Christi præteriti: tum in signum protestationum veræ Religionis, & consecratum pueri vero Deo.

**Obijcies 1.** De ratione sacramenti est, esse causatiuum sanctitatis: ergo si tale remedium non causabat sanctitatem, non poterat esse verum sacram. Resp. Disting. antec. de ratione sacram. est esse causatiuum perfectæ sanctitatis, nego; alicuius imperfectæ, & practicæ significatiuum perfectæ, concedo. Ceterò id remedium erat causatiuum imperfectæ sanctitatis in parvulis, cōsecrando illos vera Religioni, & simul practicum signum perfectæ sanctitatis, quam practicæ præsentem à Deo causatam in parvulis demonstrabat.

**Obijcies 2.** Non poterat Deus ut conditionem conferendi sanctitatem requirere auctum malum, qualis interdum erat implicita illa & obiectiva fides Missie ventuti in ministro. Resp. poterat illum requirere per accidens & secundariò; per se & primariâ intentione Deus intendebat diuulgationem & celebritatem Messie venturi, per auctum protestatum illius futuri: quæ diuulgatio fieri poterat actu etiam ab extrinseco fine operantis vitiato; consequenter per illum, non ut per rationem mouentem, sed per conditionem sive quâ non, talem celebritatem intendebat. Sicut cùm Pontifex ad fundatuum pium opus concedit indulgentias, cum conditione erogandi eleemosynas, etiatis si quis in tale opus eas erogeret ob prauum finem, indulgentias lucratur, eò quod primarius finis per se à Pontifice intentus, scilicet clargitio eleemosynæ in pium opus, habeatur etiam per clargitionem prauo fine vitiatam.

**Obijcies 3.** Vel Deus mouebatur fide illa implicita & obiectiva Messie venturi ad dandam gratiam parvulo, vel non. Si mouebatur; ergo illa erat causa moralis inclinans voluntatem Dei ad gratiam dandam, non minùs quam nunc baptismalis auctio. Si non mouebatur; ergo etiam si illa adhibita non fuisset, adhuc Deus gratiam parvulo dedisset; quod enim nullo pacto mouet agens ad operandum, nihil interest, an sit, vel non sit ad ponendam operationem.

95.  
Mouetur  
Deus à con-  
ditio ad  
causandam  
gratiam.

96.

*Actio simus  
diuerso ref-  
pettu bona  
& mala.*

98.

*Alio nō pa-  
tueri esse ho-  
nesta si à  
ministro ob  
prauum fine  
eliciebatur.*

tione agentis. Resp. Dupliciter potest quis ab aliquā re moueri; vel allectus ab intrinsecā bonitate rei; vel ab extrinseco bono, quod ex illa causatur. Sicut motus est Deus ad decernendam mortem proprio filio, non allectus ab intrinseca bonitate mortis, quæ cùm sit priuatio vitæ, nullam habet in se bonitatem, sed potius carentiam bonitatis; sed allectus à bono, quod ex ea erat promanatum. Sic potuit moueri Deus à fide implicita & obiectua Christi venturi ad conferendam gratiam parvulis, non allectus ab intrinseca bonitate talis actus, qui interdum erat virtutus extrinseco fine operantis, sed ab extrinseco bono, quod ex eo etiam sic virtutem causabatur, quæ erat diuulgatio Messiae venturi. Dices. Hæc celebritas erat in actu implicitè protestatio Messiae venturi: ergo si Deus mouebatur propter istam, mouebatur propter actum, qui proinde causabat moraliter gratiam in parvulis. Resp. nego antec. actus enim protestatiuus Messiae venturi erat causa tantum diuulgationis; hæc autem diuulgatio erat ipsa notitia Messiae venturi, quæ ex tali protestatione causabatur in animis hominum, à quā Deus mouebatur ad requirendam protestationem, etiam malo fine virtutem.

Instabis. Neque bonitas, à qua Deus mouetur ad dandam gratiam baptizato, est intrinseca actioni baptis. cùm etiam talis actio interdū sit virtuata prauo fine baptizantis: ergo nec actio baptis. est causa moralis gratiæ regeneratiæ, quæ baptizato cōfertur. Resp. neg. antec. licet enim actio baptis. quæ est ipsius ministri, vt priuata persona est, interdum sit mala: vt tamen est eiusd. quæ publica persona est à Christo instituta vt instrumentum suæ Passionis, eadem actio erit bona: quia vt sic non consideratur quæ virtuata ex propriâ intentione ministri elicentis, sed quatenus à Christo instituta & imperata, mediante ministro, vt proprio instrumento ad causandum effectum bonum & honestum, qualis est sanctificatio baptizandi.

Vrgebis. Etiam actio praua ministri ex prauo fine remedium illud legis naturæ applicantis, erat honesta, quatenus ex institutione Dei erat ordinata ad honestum & bonum effectum causandum, quam honestatem debebat saltem implicitè intendere minister; sicut debet nunc qui baptizat, saltem implicitè intendere honestatem effectus, ad quem ex institutione Christi ordinatur. Sed nego asumpt. Ad honestam enim actionem non sufficit, vt habeat honestum obiectum, & ad illud sit à legislatore ordinata: sed necessum præterea est, vt vel ab ipso elicente talis honestas sit expressè intenta, excluso omni extrinseco fine malo; vel salte vt talis actio sit imperata ab aliquo agente expressè intendente ipsius honestatem, cum quo agente proximum eliciens faciat vnum moraliter. Nam tunc licet actio vt est ipsius elicentis ex prauo fine elicita, sit praua, vt tamen est actio imperantis, honestatem expressè intendenter, erit bona; patet exemplis. Nam eadem actio publici ministri Ecclesiæ ex prauo fine publicas preces & sacrificium exequentis, vt est ipsius ministri elicentis, est praua, vt vero est Ecclesiæ imperantis, & per suum deputatum ministrum, vt per morale instrumentum illam exequentis, est bona, alijsque satisfactoria. Eadem eleemosynæ largitio ob malum finem à famulo facta, erit praua; à Domino ex honesto fine imperata, erit bona. Eadem externa deambulatio, vt imperata ab actu interno malo, est mala; vt imperata ab actu interno bono, est bona. Quia igitur actio illa, qua antiquum sacram, applicabatur parvulo, non exercetur nomine Ecclesiæ, vel alte-

rius expressè intendentis honestatem ipsius, sed ab ipso ministro, vt erat priuata persona, idèò si à ministro ex prauo fine eliciebatur, non poterat esse honesta ex honesto imperio alterius, cum quo illa faceret vnum opus morale. Quod illa actio non exerceretur nomine Ecclesiæ, prob. nullum tunc Ecclesia habebat certum ministrum ad tale munus designatum: sine designatione autem nemo potest nomine alterius opus agere. & cù eo moraliter cōponere vnum operans. Quod nec exercetur nomine alterius, prob. vel exercetur nomine Christi: & dici non potest, cùm illa à Christo non esset in instrumentum suæ Passionis assumpta: vel nomine Dei; & neque hoc, quia cùm Deus non possit esse causa meritoria (mereri enim est inferioris à pud superiori) non potuit illam assumere vt suum instrumentum merendi. Contrà verò, quia actio baptismi. exercetur nomine Christi, per se intendentis talis actionis honestatem, idèò licet illa sit praua ex fine elicentis, erit tamen bona & honesta ex imperio Christi, cum quo facit vnum opus morale: atque adeò vt sic vim habet mouēdi Deum ad dandam gratiam baptizato. Sed de hoc iterum dis/p. seq. Initias: Saltem quando illa actio erat ab homine iusto, & ex honesto fine elicita, mouebat Deum vt causa moralis ad conferendam gratiam pueri, cui applicabatur. Resp. neg. antec. ratio enim sub quā illa requirebatur, debebat esse eadem in omnibus: ergo si in aliquibus non erat requisita vt meritoria, sed tantum vt pura conditio, neque in omnibus. Quod si interdum reperiebatur cum merito, hoc erat per accidens respectu parvuli, cui applicabatur. Adde si mouisset Deum per modum meriti, derogatum fuisset meritis Christi, & Deus dispensare debuisset in communilege, vt supradicatum est.

*Obijctes 4. Vel illud Sacramētum iustificabat parvulos ex opere operato meritorum Christi, vel ex opere operantis ipsius ministri.* Resp. præter hos duos modos, datur tertius per modum conditionis sine quā non quo iustificabantur parvuli.

*Obijctes 5. Ex nostra sent. sequitur, longè melius prouisum fuisse antiquis parvulis per illud remedium legis naturæ, quam per Baptismum: illud enim facilius applicari potuisset à quolibet etiam infideli, cùm non requireret certum actum internum, vel signum externum: Præterea sequitur, potuisse Gentiles suos filios ab originali liberare, applicando illis aliquod signum extēnum cum generali voluntate faciendi, quidquid per tale signum fieri posset. Resp. Esto, illud quoad hoc, quod pauciora requirebat, quam Baptismus, facilius fuerit ad iustificandum: ex alia tamen parte longè melius prouisum est nunc per Baptism. cum proprietate maiorem notitiam legis Euang. ad quam diuulgandam Prælati tenentur ex præcepto: Tunc autem erat obscura & valde tenuis de rebus diuinis notitia, ea quæ in paucis, propter idololatriam, quæ maximè dominabatur. Tum quia maior illa facilitas compensatur vberiori gratiâ, quam confert baptismus. Aliam sequel. concedo; non secus ac nunc possunt parentes cum generali volūtate applicandi baptismum, suos liberos ab eod. originali liberare. Nego tamen id facile accidere potuisse, propter varios errores, quibus Gentiles circa notitiam veri Dei laborabant. Ex dictis.*

Constat, quid ad sent. Vasq: Durand. Palud. Sotii. Ad id verò quod adfert Vasq. Patres non sentire, per antiquum remedium parvulos iustificatos fuisse ex certâ lege & promissione Dei, sed tantum per modum impenetrationis, fallsum est: s̄p. n. dicunt debuisse

*aut inceden-  
tiu honestat*

100.

101.

*An melius  
prouisum fuo-  
rit antiquis  
per medium  
legi nature  
an nobis per  
baptismum.*

102.

*Ad fundam.  
Vasq. propo-  
sum n. 79.  
Resp.*

*Nec extre-  
batur nomi-  
ne Ecclesiæ*

debuisse tunc parentes suis filiis precibus salutem procurare: non quod sentiant, adhuc applicato illo remedio, non infallibiliter iustificatos fuisse parvulos: sed quia posset a parentibus determinari in specie varijs modis, inter quos unus esset, precibus illos Deo offerre.

104.

Contra Duran.

105.

Rep.

106.

In adultus ad originale de- lendum in lege natura necessaria - fuis vel con- trito, vel dilectio Dei super omnia.

Zachar. 1.

107.

108. Confirm. 2.

Ceterum, posito quodd antiqui parvuli iustificati fuissent per modum meriti, probabilior modus defendendi est, iuxta opin. Durand. qui formatam fidem requirebat tam in Ecclesia, non in ministerio: nam iuxta hanc opin. semper antiquum remedium applicatum parvulis cum sola generali voluntate faciendo, quod faceret Ecclesia, fortitum fuisset effectum, cum semper in Ecclesia Dei fuerint aliqui iusti. Nobis autem hic modus non placet, quia tunc ministri non applicabant hoc remedium nomine Ecclesia, cum nullos Ecclesia tunc haberet ad tale munus assignatos ministros, sed nomine proprio. Dices. Si hoc remedium ministri applicabant nomine proprio, non poterant illud applicare per generalem illam voluntatem faciendo, quod faceret vera Ecclesia. Resp. neg. sequel. nam per hanc voluntatem non significabant, se illud applicare nomine Ecclesia, sed solum, se eam intentionem habere, quam haberent ij, qui illud ex certa scientia applicarent. Vellut si quis ignorans, quae conditiones requirantur ad perficiendum validum contractum in aliquo regno, diceret, habeo intentionem faciendo, quod faceret aliquis ex regno regnum meum.

Dico 7. Hoc remedium non fuit pro adultis sufficiens; quia nullam gratiam illis conferebat ultra eam, quam habuissent virtute proprii meriti: Non necessarium, neque ut praecipuum, quia non erat sub certa specie actionis determinatum; seq; ut mediū, quia non conferebat illis primam gratiam, quam adulti sibi procurare debebatur proprio actu, qui vel fuisset contritus, si cum originali habuissent etiam actualia mortalia: vel dilectio supernat. Dei, si habuissent tantum originale: ad cuius remissionē necessarius non fuisset dolor, cum peccatum orig. non sit propriā voluntate contractum. Nec sat fuisset sola fides cum spe venia: quia cum nequeat originale remitti, nisi per gratiam iustificantem, in cuius priuatione essentialiter consistit, ut 3. tom. disp. 25. seq. 2. cumque nequeat, saltem de legē ordinaria, gratiam Deus peccatori infundet, absque conuertione supernat. ipsius ad Deum finē supernat. iuxta illud. Conuertimini ad me, & conuertar ad vos, non potuit, sicut neque nunc potest sola fides cum spe venia ad illius remissionē sufficere, sed necessaria est dilectio supernat. Dei, per quam homo formaliter conuertitur ad Deum finē supernat. Confir. 1. sicut Deus per gratiam iustificantem cōuerstitur ad peccatorē ut supernaturalis amicus ad atnicū, ita de lege ordinaria extra sacram. supponit ex parte peccatoris amicablem conuersionem ad se, ut constat de homine existente in mortali propriā voluntate contracto, ad cuius remissionem de lege ordinaria extra sacram. non sufficit attritio, sed requiritur contritus, quae est amicabilis conuertio peccatoris ad Deum finē supernat. 2. alioqui nunquam adultus accedens ad Baptism. cum solo originali, absq; actuali mortali, cōsequeretur ipsius remissionem vi sacramenti: nam ut dignē accederet ad ipsius effectum consequendum; ad minimum deberet accedere cum fide, & spē consequendi remissionem peccatorum: ergo si sola fides & spes extra sacram. sufficeret ad remissionem originalis; adultus antequā accederet ad sacram. cōsequeretur remissionem originalis. An saltē sola fides cum spe venia sufficiat ad illius remissionem in sacram. disp. seq. 4.

Sed, si homo cum originali haberet sola venialia, an sufficeret sola attritio extra sacram. Rēsp. non sufficeret; licet h. sola sufficiat ad remissionem venialium extra sacram. in hominē iusto, non tamen sufficit in peccatore: quia nequeunt remitti venialia, non remissio originali, vel mortalī, cum quo reperiuntur coniuncta, ut seq. 10. & nequit extra sacramentū remitti originale, vel mortale absque amicabili conuersione peccatoris ad Deum finē supernat. Neque erit necessaria contritio, sed sufficit dilectio Dei supernat. h. est sufficiens conuersio peccatoris in Deum, & simul potest esse virtualis retractatio venialium; quae ad eorum remissionem sufficit, ut seq. 10. Dixi, potest esse, quia non necessariā dilectio Dei includit virtualem retractationē omnium venialium: sed eorum tantum, quae si actu occurrerent, formaliter detestarentur: at fieri potest, ut diligens Deū finē supernat. non omnia venialia, quae actu occurrerent, detestarentur, cum possit ea dilectio manere cum affectu ad aliquod veniale. Quo sit, ut possit quis iustificari ab originali absque eo, quodd iustificetur à venialib. sicut posset quis iustificari à mortalib. absque eo quod iustificaretur à venialib. quia posset utique habere actum, quo vel diligeret Deum finē supernat. vel conteretur de mortalib. absque virtuali retractatione venialium, cum vi talis dilectio. nis, vel contritionis posset homo habere complacentiam venialis peccati.

Dico 8. Præter sacramentum originalis remissiu- 111. mium, nulla fuerunt in lege natura. Fundam. cum remissiu- Preter sacri- mū institutio sacram. pendeat ex voluntate Dei, non originalis, in sūt sine sufficienti auctoritate, aut ratione multiplicanda: quae hic nulla est. Quod si S. Tho. & alij docent P̄cū nūtūtiam fuisse omni tempore ad salutem necessariam, intellige de Penitentia virtute, vt Trident. seq. 14. cap. 4.

Ad argum. 1. sent. Esto ex scripturā & Patrib. ex- Ad primū 1. prese non colligatur, necessariam fuisse cum internā fide parentum exterham actionem ad parvulos iustificando, sufficienter tamen colligitur ex ratione assignata. Ad authoritatem Patrum, Grogory Bernard. Resp. eos non excludere extrinsecum symbolum interioris fidei protestarium, cum docent, solam parentum suffecisse, sed externa dumtaxat opera, quae ad iustificationem parvolorū nihil conducebant. Ad fund. Sotii Resp. Illud fuisse ex institutione diuina, non in specie, sed in genere, dependenter à voluntate applicantis quoad determinationem huius, vel illius signi in specie: quod sacramēti ceteritudini non repugnat, ut patet de Ordine, Concedo, illud fuisse sub præcepto pro parvulis tantum, non positib, sed naturali in ordine gratiæ: nam positā supernat. notitia de peccato orig. & remedio, saltem in genere, pro illo à Deo instituto, naturali iure tenebantur parentes illud suis filiis applicare, vel ij, ad quos parvuloru cura spectabat. Quod remedium non scripto, aut lege, sed maiorū traditione tenebant, ut ex Patrib. & ratione colligitur. Hinc patet ad argum. 2. sent. quatenus sunt contra nostram sent. ad fund. Sotii. quo probat, fuisse alia sacram. præter remedium originalis, nego, oblationem Melchisedech fuisse sacramentum, eo quod non fuit cæmonia stabili lege firmata, licet Patres, appellant illud sacram. largè sumpto nomine sacram. Sacrificium fuit, ut 1. effér. non enim pugnabat sacrificium cum lege natura, quae tantum excludebat præcepta positiva à Deo instituta, non naturalia, vel etiam ab homine publica lege determinata.

De Sacro

## De Sacramenis reliquorum statum.

116.

**D**uo sequuntur status, legis Mosaicæ, & legis Euagelicæ: status n. gloriæ nō est capax sacram.

117.  
Multæ sa-  
cramenta  
e. servant in  
lege noua.

Dico 1. Multa fuēre sacramenta in lege antiquâ, quæ tamen omnia cessarunt in nouâ. Prior pars cōstat ex Exod. Leuit. Numer. Deutero. eamque manifestè supponit Flor. decr. de unione Armen. vbi definiuit Pōtīfex, sacramenta nouæ legis multū differre à sacram. antiquæ; igitur supponit in antiquâ lege fuisse sacramenta. Posteriorem docet Paulus, Translatio Sacerdotio, necesse est, ut & legis translatio fiat. At translatum est antiquum Sacerdotium, & commutatum in nouum Christi: sicut & legis translatio facta est, & in nouam commutata. Ratio: vetera sacram fuerunt tantum figura nouorum ut Florent. testatur: Sed præsentे veritate cessat figura: ergo institutis nouis sacram. in lege Euangel. cessarunt antiqua. Porro cum sacramentis legis scriptæ, cessavit etiam sacramentum legis naturæ, quod de fide consistet. Vsq 3.p. disp. 165.c. 4. ex quo sequitur, opinionem Caius. putantis, remedium legis naturæ applicari posse parvulis adhuc in matrix ytero existentibus, esse contra fidem.

119.  
Quæ sacra-  
menta in lege  
Mosaicæ.

Cæterum antiquæ legis sacramenta ad quatuor reducit S. Tho. 1.2. q. 102 a. 5. ad Circumcisionem, cui succedit Baptismus; Agnum Paschalem, qui fuit figura Eucharistie; Purificationes, quibus responderet Pœnitentia; consecratione Pontificis, & Sacerdotum, quibus respödet Ordo: Confirmationi & Extremæ. Vnctioni nullum respondit in veteri lege: eo quod primum est sacramentum plenitudinis gratiæ, quæ est propria legis Euangel. secundum est immediata præparatio ad gloriam, cuius aditus in veteri lege erat clausus. Matrimonium non erat sacramentum, quia nondum facta erat coniunctio humanitatis cum Verbo, cuius est symbolum, sed fuit tantum in officium naturæ.

120.  
Quæ sacra-  
menta in lege  
Euagelicæ.

Dico 2. Septem sunt nouæ legis sacramenta: Est de fide, à Concil. Florent. sit. decr. & Trid. sess. 7. Can. 1. de Sacr. in comm. expresse definita, eamque antiquis perfectiora, dum docent, nostra gratiam conferre, quam non conferebant antiqua, sed solum eam per Passionem Christi dandam figurasse: & vt August. scribit lib. 19. conc. Faust. c. 13. Sunt nostra virtus maiora, virtute meliora, actu faciliora, numero pauciora. His tanquam proprijs notis dignoscitur vera Ecclesia: Deo cultus tribuitur, & cultoribus Dei gratia confertur. Horum aliqua dicuntur mortuorum, vt Baptismus & Pœnitentia, quia conferunt primam gratiam, quæ est animæ vita; ille simpliciter primam, & idem sacramentum regenerationis; hæc primam post lapsum, & idem à Patribus secunda tabula appellatur. Reliqua sunt viuorum, quia supponunt primam gratiam, eamque solum augent in ordine ad variis fines, ad quos ordinantur. Ex his prima duo sunt necessaria necessitate medij & præcepti simul; Baptismus omnibus; Pœnitentia lapsis tantum: alia sunt necessaria necessitate præcepti, vt singulis adoltis baptizatis Eucharistia. De Confirmatione & Extremâ-Vnctione nondū constat esse præceptum. Matrimonium, & Ordo sunt necessaria communitatæ.

121.  
Sacramenta  
mortuorum.

Congruentiam huius septenarij numeri assignat Florent. cùm sacramenta ordinentur ad perficiendum hominem; & homo perfici possit vel in ordine ad communitatæ, vel in ordine ad se: nam Baptismo spiritualiter regeneramur; Confirmatione augemur, & infide roboramur; renati & roborati, accipimus diuina Eucharistia almonia; informati

per peccatum, Pœnitentiæ sanamur; sicut & Extrema-Vnctione spiritualiter pariter & corporaliter, prout expedit: Ordinat Ecclesia gubernatur & propagatur spiritualiter & corporaliter Matrimonio; Legatur S. Tho. 3.p. q. 65. a. 1.

## DISPUTATIO IV.

De causalitate Sacramentorum.

## SECTIO PRIMA.

An vetera Sacra menta habuerint virtutem iustificandi ex opere operato?

**D**VPLX est modus, quo iustificatur homo: I. primus ex proprio ipsius actu & merito, Iustificatio ex opere operato: qui dicitur ex opere operantis: secundus ex aliquo opere extrinsecus applicato a- rati. liunde valorem habente, qui dicitur ex opere operato: & frequens est apud Scholast. eumque usurpat Trid. sess. 7. Can. 8. de Sacra. in com. primus necessario requirit opus ex se meritorum, intuitu cuius confertur iustificatio, saltem de cōgruo: 2. non necessari dicitur, sed supponit aliunde valorem, propter quem conferatur iustificatio: vt in Baptismo, gratia regenerans confertur baptizato, nō tam propter merita vel baptizandi, vel baptizantis, quād ex meritis operatis Christi, ex quibus actio baptis. haberet suum valorem. Præsens controu. non est de 1. modo, nam vetera sacram. quatenus erant opera honesta, iuxta legem à Deo præscriptam, & ex auxilio diuino facta, erant vel imperatoria priuæ gratiæ, vel meritoria secundæ; sed de posteriori tantum. De quo

PRIMA sent. affirmat: Scot. in 4. diff. 1. q. 6. §. de potentia. Aureol. q. 6. a. 1. Bon. a. 1. q. 5. Palud. q. 6. a. 4. Afferunt ut. Durand. q. 7. Rubio. q. 3. Argent. q. 3. a. 3. ad 2. Marfil. q. 2. a. 1. concil. 2. Scotus, Argent. putant, minorem gratiæ causa ex operato. contulisse Circumcisionem, quād Baptismum; Marfil. aequalē Fund. cùm in omni lege necessarium fuerit sacramentum remissum peccati orig. pro parvulis, & hoc remitti nequeat sine gratia iustificante, sequitur antiquos parvulos per tales sacram. iustificatos fuisse, non virtute operationis propriæ, cuius capaces non erant, sed virtute sacramenti extrinsecus applicati, quod non ex se, sed aliunde vim habebat iustificandi pueros: igitur iustificabat ex opere operato.

SECUNDA sent. negat: Magist. in 4. diff. 1. S. Tho. 3. p. q. 62. art. 6. & q. 70. art. 4. Capr. in 4. diff. 1. Negant pre- qu. 2. art. 3. Richard. art. 6. qu. 3. Herna. diff. 1. qu. 1. §. batilius. Resp. Albert. art. 8. & 9. Gabr. q. 3. art. 2. Palat. disp. 4. & 5. Sot. diff. 2. q. 1. art. 4. §. videtur, Alens. 4. p. q. 3. memb. 4. art. 1. Sylvi 3. p. cit. communis Recent longè probabilior. & post Florent. videtur omnino certa, saltem de sacramentis legis scriptæ, inter quæ, & legis Euangel. assignat discrimen: illa non consabunt gratiam, sed eam solum per Passionem Christi dandam esse figurabant: hec verò nostra & continens gratiam, & ipsam dignè suscipientibus conferunt. Vbi nota tè solum, vt nō modò excludat infusionem gratiæ per se, vt omnes concedunt, sed etiam per accidentem, quod nonnulli negant: nam quomodo cūque gratiam ultra meritum suscipientis contulissent, nō potuisse dici, eam solum per Passionem Christi dan- dam figurasse. Eandem sent. docet Paulus antiqua ad Gal. 4. sacramenta

Sacmenta appellans infirma & egena elemēta: quia, ut in hunc locum Anselmus, per se non valent cultores adiuuare: & quia egent auxilio gratia, que prius fortia. Et veluti quandam firmitatem dantis s̄eterant, dum Judeos adhuc comprimerent, & cohortarentur ad iustificationem fidei, & ad maiorem Dei notitiam paulatim promouere: & erant dirīa, dum locupletarent eos, dando quandam ipsiſ apud homines iustificationē, ut non punirentur, ut nihil malū paterentur: h̄is diuitiæ illorū sacram. teste in hunc locū etiam Hieron.

*Dificilmen  
tis ex baptis-  
tum & sa-  
cramenta  
antiqua de-  
betis origi-  
nab.*

Difficultas non modica est in assignando distincione inter Baptismum & antiquum remedium originalis p. remissuum; eadem ratio est de Circumcisione, quæ eandem vim habebat: tam n. antiquum remedium, quām Baptisma applicatum parvulo, originale remittit virtute sacramenti. Nec placeunt qui tantum sacramentis legis Mosaicæ hanc vim iustificandi ex opere operato negant, non legis naturæ, vel Circumcisioni, quæ ipsius loco successit: nam & definitio Concilij vniuersalis est, nullum antiquum sacramentum excludens; & verba Pauli ad ea omnia se extendunt.

*Originalis sine  
gratia.*

Primus modus est *Magistri in 4. diff. 2. cap. penult. assertentis*, per Circumcisionem solum deletum fuisse originale, non collatam gratiam. Sed contrā, vt recte S. Tho. 3. par. q. 62. art. vlt. ad 3. & q. 70. art. 4. & suppono ex 10. 3. nequit sine gratia peccatum deleri; & nemo sine gratia saluatur. Unde si talis moreretur, ex una parte deberet carere omni pœnā tam sensus, quām damni, cūm nullum haberet peccatum: ex alia, cūm non haberet gratia, deberet carere visione beatificā, quæ non debetur nisi habenti gratiam: & non carere, quatenus nulla ei debita esset pœna, nec priuatio visionis beatificæ, quæ est maxima omnium pœna.

Secundus Bonav. in 4. diff. 1. art. & q. vlt. docētis in Baptismo pleniorē gratiam conferri, quæ etiam potentias habilitat ad operandū; in Circumcisione minimam, quæ tantum sufficiebat ad pacatum delendum. Sed contrā: hanc minimam negant Paulus & Concil. dum dicunt, sacramenta illa fuisse infirma & egena, gratiamque non constituisse, sed solidam per Christū dandam figurasse: item, vt recte S. Tho. qui hunc Bonav. modum aliquando sequutus, in summa retractat, quælibet vel minima gratia sufficit etiam ad habilitandas potentias ad quocunque præceptum seruandum.

Tertius S. Tho. 3. p. q. 70 art. 4. Richard. in 4. diff. 1. art. 6. q. 3. Sol. diff. 2. q. 1. art. 4. Vag. cit. cap. 2. docētum, antiquos pueros fuisse iustificatos virtute solius fidei internæ parentum, non vi externi signi sensibilis, in quo ratio sacram. consistit: Nunc autem iustificari virtute sacramenti exterius applicati, adeoque ex opere operato; non tunc. Sed contrā: falsum est, vt preced. disp. antiquos pueros iustificatos fuisse sola fide interna parentum.

Quartus Capreoli, & Nugnez 3. p. q. 70. art. 4. dub. 2. affirmantium, idē Circumcisionem non constituisse gratiam ex opere operato, quia illam non causabat actiū, vt Baptismus; sed tantum passiū, quia ad positionem illius solus Deus illā causabat, vt in remedio legis naturæ, ex opere operato passiū; videtur sent. S. Tho. in 4. diff. 1. q. 2. art. 6. ad 1. q. ad 2. vbi admittit, Circumcisionem iustificasse parvulos quasi ex opere operato, quia iustificabat, non in quantum, erat actus persona, sed ex parte illa, qua respiciebat obiectum suum, scilicet Christum, quod erat medicina totius naturæ, in quo habebat quendam similitudinem cum sacramentu nostris, in quantum iustificabat ex obiecto, quasi ex opere operato, non autem ex opere operante. Sed contrā: multi probabiliter pu-

tant sacramenta nouæ legis moraliter tantum causare gratiam; cūm tamē de fide sit, ea gratia conferre ex opere operato, vt definit Trid. 7. Can. 8. de Sacram. in com. Igitur conferre gratiam ex opere operato, non est idem ac physicè conferre.

Quintus putantium, antiqua sacram. non iustificasse ex opere operato, quia etsi gratiam conferabant, non tamen ianuam Paradisi aperteabant. Sed contrā: hoc non impedit, quin saltem gratiam contulerint ex opere operato: nec, vt recte Scot. cit. §. Ex istis, hoc fuit defectu Circumcisionis, sed ratione temporis, in quo nondum erat solutum pretium: nām si quis per Passionem Christi veteri lege nondum abrogata, Circumcisus fuit paradisum introiit. si quis vero baptizatus ante mortem Christi obiit, non statim paradisum introiit.

Sextus Recentiorum, qui docent Circumcisionem consideratam sūz institutionis, nullam habuisse vim iustificandi; ex voluntate verò patentum eandem applicatam parvulis, loco remedij legis naturæ iustificasse illos, vt medi umptissimum ad fidē Messie venturi protestandam. ita putant, se conciliare Scripturas, & Concilia, quæ omnē vim iustificandi negant, de Circumcisione formaliter sumptā, & vi sūz institutionis, quā tantum fuit instituta vt character discretius populi Israēl à reliquis; & Patres, qui de ea loquuntur materialiter acceptā, quatenus ex voluntate parentū applicatur infantibus loco remedij legis naturæ. Hunc probabilē censet Suarez disp. 5. scđ. 1. Sed contrā, i. hic modus saltem admittit antiquum sacram. legis naturæ ex se habuisse vim iustificandi parvulos, cūm hoc negent Scripturæ & Patres, dum vniuersaliter docent, ea solum fuisse umbram futorum, ad Gal. 4. & ad Coloss. 1. Nec dici potest, Paulum loqui, vel de antiquis post promulgationem legis Euang. vel de legis scriptis, nam de Circumcisione sic scribit, Quæ utilitas Circumcisionis? multum per omnem modum, primum quidem, quia credita sunt illæ eloquia Dei. Si autem loqueretur de eā post promulgatū Euang. non posset dicere, quod habuisset haec utilitatem, vt ratione illius credita essent eloquia Dei Circūcisis: cūm post Euang. hanc utilitatē amiserit. denique verba Apost. se extendunt etiam à fortiori ad tempora legis naturæ, quæ appellat à Deo despēcta. Arguo 1. idē isti reiçiunt modum, qui docet, antiqua sacram. fuisse ad iustificandum inutilia, quia fuerunt puræ conditions ad gratiam: eo quod iste modus non saluat Scripturas & Concilia, quæ affirmant, antiqua sacram. fuisse simpliciter inutilia suscipientibus: qualia non fuissent, si illos iustificasset saltem vt puræ conditions: nam parum fuisset ad suscipientium utilitatem, quod illi iustificati fuissent per antiqua sacram. vt per causas, vel vt per conditiones, modò ad applicationem illorum suscipientes infallibiliter fuissent iustificati. Atqui hoc argu. fieri potest contra hunc modum: non n. saluat Scripturas & Concilia, quæ docent, antiqua sacram. simpliciter fuisse suscipientibus inutilia: cūm iuxta hunc modum Circumcisio saltem materialiter, vt ex voluntate parentum loco remedij legis naturæ applicata parvulis, eos à peccato iustificasset, ac proinde non fuisset illis inutilis. Sicut non dicitur simpliciter inutilia verba coniugum ad gratiam sacram. illis causandam, esto ea materialiter tantum ex voluntate coniugū, non formaliter ex vi institutionis Christi ad gratiā causandam cōcurrant: cūm vi institutionis Christi non minus possint coniuges ad suum consensum manifestandum vti nutibus, scripto, vel quocunque alio signo externo interioris consensus expressiō.

Contrā,

10.  
Contrā.

11.  
Contrā.

12.  
Contrā.

13.  
Autr. 7.

Ad Rom. 13.

Ad hominē.

14.  
Argo. 3.

3. Falsum est. Circumcisionem ex sola parentum voluntate, & non ex institutione saltem secundariâ Dei fuisse necessariam ad iustificandos paruulos: quod cum Magist. in 4. dist. 1. & S. Tho. 3. p. q. 70. 4. docent Scholastici, ut S. Tho. testatur. Idque colligit Aug. l. 16. de Ciuit. c. 27. & l. 2. de nupijs & concupis. c. 11. ex illo Gen. 17. Masculus, cuius praputij caro circumcisâ non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. Ex quo enim. inquit, instituta est Circumcisio in populo Dei, quod erat tunc signaculum iustitiae fidei, ad significationem purgationis valebas & paruulis originalis veterisq. peccati, scit & baptismus ex illo valere caput ad innovationem hominis, ex quo est institutus. August. Secuti sunt omnes terè posteriores Patres: & quod caput est, Innocentius III. de Baptis. c. Maiores: Quoniam et si, inquit, originalis calpa remittebatur per Circumcisio mysterium, & damnationis periculum vitabatur. Quod autem sentiat Pontifex, hoc habuisse Circumcisionem vi suæ institutionis, & non ex merita voluntate applicantium, apercè colligitur ex eo, quod hanc vim tribuit Circumcisio ex eis. Genes. 17. ex quo illam colligit August.

15.  
Modus 7.  
probabilissi-  
muss omnium.

Seprimus, & probabilissimus modus est; idèò antiqua sacram. non contulisse gratiam ex opere operato, quia nondum erant instituta instrumenta Passionis Christi, sed erant puræ conditions, sine quibus Deus suam gratiam non contulisset paruulis. Concilia enim ipsa, quæ docent, nostra sacram. conferre gratiam ex opere operato, simul affirmant, ea esse instrumenta Passionis Christi, ut de Baptismo testatur Trid. sess. 6. c. 7. Ratio: ut S. Tho. 3. p. q. 62. a. 5. Nostra sacram. operatur in virtute Passionis Christi, sunt enim instrumenta illius, cui in iustificando successerunt: instrumentum autem, præsertim morale, ut sacramenta, non potest operari in virtute causæ principalis nondum existentis: quia requirit ipsius consensum, per quem in eius locum substitutum vices ipsius agat. Cum enim ex se talem vim non habeat, habere illam debet à principali agente mediante ipsius consensu. Quia igitur in lege naturæ & scriptâ non erat Incarnatio, non poterant sacramenta operari in virtute Passionis, & consensûs Christi instituentis illa ut instrumenta: quæ requirebat Deus ( et si per illa ad gratiam conferendam moraliter non moueretur ) ut signa protestatiua fidei Messiæ venturi; cuius aduentus celebritatē per ea signa intendebat, ut præced. disp. hunc modum indicat S. Tho. 4. p. q. 62. a. 6 ubi docet, idèò vetera sacram. non potuisse iustificare propriâ virtute, sive ex opere operato, quia non habebant virtutem derivatam ex Passione Christi nondum existente, quam habent noua.

16.  
Cur antiqua  
sacram non  
fossint dici  
causæ fægra-  
tiæ ex meri-  
tis Christi.

Dices 1. Vetera causare poterant ex meritis Christi futuris: eadem enim proportio est præteriti ad præsens, ac futuri ad præsens. Resp. neg. præteritum enim supponit existentiâ causæ principalis, ex cuius consensu institui potuit instrumentū: futurum vero nullam supponit: vnde quod fuit, potest moraliter perseverare in suo instrumento: at quod nondum est, non potest: quia ut instrumentum moraliter operetur in virtute causæ principalis, prærequirit consensum illius.

17.

Dices 2. Eodem modo mouetur Deus nunc ad dandam gratiam ex meritis Christi præteritis, sicut mouebatur tunc ex meritis Christi futuris. Resp. eodem modo ex parte meritorum Christi, non ex parte sacramenti: quia nunc non solum ex parte meritorum Christi, sed etiam ex parte actionis sacram. ut actionis Christi, ab ipso institutæ & imperataæ, & à proprio ministro executioni mandataæ,

moueret Deus moraliter ad gratiam conferendam) Tunc autem solùm mouebatur à meritis Christi futuris, non ab actione sacramentali, nondum à Christo institutâ & imperataâ, & à proprio ministro executioni mandata.

Ad author. Pauli, Flor. & Patrum, qui negant vim iustificandi Circumcisio, eamque appellant vacuam, egenam, inutilem, & umbram figuramque fututorum, Resp. id idèò ab ijs negari, quia Circumcisio adhuc positâ institutione diuinâ, nullam in se habebat iustificandi virtutem, quâ moueret Deum ad gratiam conferendam, sed erat pura conditio. Contrà Baptismus, cui Patres Circumcisionem opponunt, in se habet virtutem iustificandi, quia positâ institutione Christi actio Baptis. est facta a actio Christi, quæ à baptizante exercetur nomine & vice Christi. Cum Paulo, & Patribus negantibus Circumcisio vim iustificandi, conciliantur alij, eidē vim iustificandi paruulos concedentes: nimis illi contra Iudæos disputantes, qui suam fiduciam ponabant in his sacram. Circumcisio considerarunt variuersaliter in ordine ad omnes, & secundum virtutem, quam etiam positâ diuinâ institutione, in se non habebat ad paruulos iustificandos. Alij cum Aug. disputantes contra Pelag. qui peccatum orig. negabant, Circumcisio considerarunt, saltè quatenus fuit conditio à Deo requisita ex secundariâ intentione ad paruulos dumtaxat iustificandos, ut hinc probarent peccatum originale, ad quod delendum ex secundariâ saltem institutione Dei ordinata fuit Circumcisio.

Nec eit nouū. Concilia & Patres circa eand. rem, secundum diuersos sensus, & per oppositionem ad varios errores consideratam, diuersa statuere dogmata. Exemplum sit de potestate humani arbitrii: de quo Arausic. II. disputans contra Pelag. qui humana no arbitrio plus quam par erat, tribuebat, Can. 20. habet hanc propos. Nulla bona facit homo, que non Deus praefet, ut faciat homo. & Cano. 22. Nemo habet de suo, nisi mendacium & peccatum. & Aug. sapè ait, Liberum arbitrium sine gratia Dei non nisi ad peccandum valere. Contrà verò Pius V. & Gregorius XIII. contra oppositos errores huius temporis damnant has propos. Baij: Liberum arbitrium sine gratia, & Dei adiutorio, non nisi ad peccandum valet: & Pelagianus est error, dicere, quod liberum arbitrium valet ad ullum peccatum vitandum. Et: Cum Pelagio sapit, quod boni aliquid naturalis, hoc est, quod ex natura solis viribus ortum ducit, agnoscit: Quæ cortice tenus confidatæ, videntur opposita propositionib. Arausic. & Aug. si tamen hæc in sensu à Pontificibus damnatae, & illæ à Concilio assertæ considerentur, non opponuntur inter se Nam priores negantur à Concilio & August. in eo sensu, in quo à Pelagio asserebantur, nempe liberum arbitrium valere ad bonum operandum, & malum vitandum in ordine ad salutem: Postiores, quæ materialiter sunt eædem cum prioribus, damnantur in eo dumtaxat sensu, quo illæ ab authore asserebantur, sc. nec ad bonum honestum naturale humanum arbitrium ex se sine gratia vices habere. Ead. ratione, qui Circumcisio vim iustificandi negant, id negant in sensu à Iudæis intento, qui putabant, illam habuisse vim iustificandi omnes, & per intrinsecam virtutem. Contrà verò, qui illi vim iustificandi concedunt, solùm illam concedunt per modum puræ conditions, & solùm in ordine ad paruulos contra Pelagianos, qui asserebant, nullo medio indiguisse paruulos ad salutem.

18.

Cœcilianus  
Patres, qui  
negant Cir-  
cumcisio  
vim iustifi-  
candi, cum  
alij.

Conciliorum  
& PP. dog-  
mata quo-  
modo dñm

## SECTIO II.

An sacramenta nouæ legis sint causa  
gratiae?

21.  
Hæretici  
buus temp  
bagent.

**N**egant hæretici, affirmantes ea esse pura signa & cæremonias fidem, quæ sola per se iustificat, excitantes per modum pietatum: ita Calvinus lib. 4. Institut. cap. 14. fine n. 19. Sacra menta merito dicere possit ceremonias esse, quibus exercere vult populum suum Deum ad fidem iustus fidei mandam, excitandam, confirmandam: Et num. 17. sacramenta id sunt nobis à Deo, quod ab hominibus rerum latarum nuntij, vel arriba, in pœnitentiis fidei mandatis, ut pote que non à se largiantur aliquid gratiae, sed renuntient & ostendant, atque ut sunt arriba, & tesserat rata apud nos faciant, que diuina largitate nobis data sunt: eaque comparat art cui cœlesti, qui non fuit causa, sed signum tantum fidei inter homines & Deum. Et n. 14. acerri me invenitur contra Catholicos, qui assertant, sacramenta esse causas nostræ iustificationis. Sed contraria: nā si tantum excitant fidem, cur applicatur infantibus, qui fidei capaces non sunt? Cur non possunt etiam astantibus, quibus etiam fidem excitant?

**Dico 1.** Dogma fidei est, sacramenta nouæ legis esse causas non principales, sed instrumentales gratiae: prior pars definitur à Concil. Flor. in decreto de unic. Hec nostra sacramenta & continent gratiam, & ipsam dignæ recipientibus conferunt; & à Trid. sess. 7. can 6 de Sacram. Posterior pars statuitur à Trid. sess. 6. cap. 7. vbi Baptismum sit esse instrumentale causam nostræ iustificationis: atqui eadem ratio est de reliquis sacramentis, de quibus vniuersaliter testatus, ea esse gratia instrumenta Concil. Moguntinum Cap. XI. an. 1549. Doceant etiam Pastores nostris, septem esse Ecclesia sacramenta diuinius instituta, per qua velut apta remedia atque instrumenta & peccatis nostris mederi, & sua gratia munera nobis im partiri Dens voluerit.

Colligitur ex Scripturâ & Patrib. apud Bellar. lib. 2. de effectu Sacram. Tertullum. lib. de Resurrec. carnis: Caro abluitur, ut anima consecratur: Caro signatur, ut anima maniatur: Caro manus impositione adumbratur, ut anima spiritu illuminetur: Caro corpore brisi & sanguine vestitur, ut anima de Deo sanguinatur: August. trall. 80 in Ioan. (quem tamen pro se citat Calvinus) unde tanta virtus aqua, ut corpus tangat, & cor abluat? Fundam. est diuina instru tio, revelatione manifestata. Congruentia est: ut certius, efficacius, facilius adhibetur saluti nostræ remedium, soluto Passione Christi pretio: alioquin nullum foret inter nouam & antiquam legem discrimen contra Paul. Epist. ad Rom. cuius scopus est, ostendere eam differentiam, sc. quod Mosaica peccatum tantum ostendebat, vires obseruantibus non addebat: contra lex Euang. abundantem gratiam per Christum subministrat suis cultoribus: Quod sacramenta nouæ legis non sint causa principales, sed instrumentales gratiae prob. nullus effectus excedit virtutem cause principalis: sed gratia sanctificans excedit virtutem sacram. Hoc sacramenta considerentur ut causa physica, ut patet, & huc morales gratiae; nam actiones sacram. ex se non sunt condigne meritoria gratiae sanctificantis: cum sape exerceatur à peccatore; & esto sit aliqua condigne meritoria exercenti, non tamen alteri.

**Dico 2.** Dogma fidei est, sacramenta nouæ legis esse causas gratiae ex opere operato, ex Trident. sacra gratia sess. 7. can 8. de Sacram. Fundam. instituta sunt à

Christo ut instrumenta sua Passionis, ut Concil. sess. 6. cap. 7. igitur ex Christi institutione moraliter cōtinente Christi merita, ac proinde virtutem habent mouendi Deum ad causandam gratiam dignè suscipientibus, non ex merito aut ministante, aut suscipientis, sed Passionis Christi, quam ex pacto Christi continent: at causare gratiam ex opere operato, est causare illam virtute operis extrinsecus applicati, aliunde quam ex merito applicantis, aut suscipientis suum valorem habentis. Confirm. conserunt gratiam, vel nullâ dispositione requisita in subiecto, ut in patuulis; vel si aliquam requirunt, ut in adultis, gratia non conferunt iuxta proportionem dispositionis, siue quia talis dispositio ad gratiam non sufficit, ut attrito ad gratiam culpæ remissiæ; siue quia non sufficit ad tantam, quanta virtute sacramenti conferunt: plus .n. gratia confertur iusto attrito per sacram. Pœnitentia, quā conferretur sine illo. Præterea ad esse & cum sacramenti nulla necessaria est dispositio ex parte ministri, præter solam intentionem faciendi, quod fecit Christus.

**Dico 3.** Nostra sacramenta vna cum gratia sanctificante causant etiam habitus gratiam consequentes: definitur in Trident. sess. 6. cap. 7. vbi de iustificatione adulti per Baptism. in ipsa, inquit, iustificatione, cum remissione peccatorum hac omnia simul infusa accipit bono per Iesum Christum, cui inservit, Fidei Spem, & Charitatem, & cum his etiam intelliguntur reliqua dona infusa: de quibus intentio cap. dixerat, ea ad iustificationem consequi, quæ non est sola peccatorum remissio, sed & sanctificatio, & renovatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiae & donorum. Fundam. gratia co fine nobis datur, ut eā mediante per opera condigna consequamur æternam vitam: ut gratia non est operativa per seipsum. sed per habitus & virtutes infusas, quæ sunt veluti naturales potentiaz, quibus mediante gratia operatur. ut 10. 3. mos habitus supernat. post primam infusionem, sacramenta cum augmentatione gratiae simul augent, iuxta eam proportionem, quā intendunt gratiam, cum habitus infusi sint proprietates gratiae sanctificantis, & omnis proprietas connaturaliter potuerit proportionari essentiaz, cuius est proprietas.

**Dico 4.** Singula sacramenta sunt per se ordinata ad speciales virtutes gignendas & conservandas, ut Baptismus & Confirmation ad fidem, Eucharistia ad charitatem, & sic de ceteris: ergo singula speciales gignent & augebunt eas virtutes & habitus, ad quos ex diuina institutione sunt ordinata. Resp. neg. conseq. sufficit .n. ut ad eas virtutes, ad quas sunt specialiter ordinata, specialiter conferant auxilia ut mox. Iustas, & sape sacramenta defacta dispositionis ex parte subiecti ad gratiam requisitæ, gratiam non conferunt, & tamen conferunt habitus supernat. Fidei & Spei, qui esse possunt etiam cum peccato: ut constat de adulto accidente ad Bapt. & Confirm. cum dispositione sufficiente ad habitum Fidei & Spei, & non ad remissionem actualium pecc. cum .n. sacramenta operentur in istar causarum naturalium, quando operati non possunt omnes suos effectus, operantur quos possunt, ut in eo casu charakterem, vel augmentum Fidei & Spei, non receptio augmentatione gratiae. Resp. ita est, nil tamen contra nostram assert. quæ intelligenda tantum est, quando sacramenta simul cum huiusmodi habitibus, vel augmentatione ipsorum conferunt gratiam, vel incrementum eius: alias habitus isti non possunt intundi, vel augeri iuxta proportionem gratiae, cum non confertur, sed dispositionis ad eales habitus, quæ si esset in homine iusto, simul esset dispositio ad augmen-

Contra.

Dogma fidei.

23.

Baptismus  
affectionis.

24.  
Sacramenta  
nouæ esse  
causæ  
meritoria  
instrumenta  
les cons. s.  
gratiae.

25.

De fidei cas.

Præter grā-  
tiam habi-  
int illam  
consequentias.

29.  
per gratia  
& habitus  
augmentis.

30.  
resp.

31.  
Institut.

32.  
resp.

ad augmentum gratiae, & habituum supernaturalem, non solum Fidei & Spei, iuxta mensuram arietum gratiae. Quare tali casu dici possit, augmentum Fidei & Spei negatius salutem non conferri ultra augmentum gratiae, quod vi talis dispositionis conferretur, si subiectum esset iustum.

Dico 4. Præter gratiam habitualem & virtutibus infusis, unumquidque sacramentum confert subscripti propriam gratiam sacramentalem: S. Tho. 8. p. 9. 62. art. 2. & in 4. dist. 1. q. 1. art. 4. ad 3. q. 8. & Scolast. Fundam. unumquidque ordinatur ad proprium finem, propter quem institutum est, ut Baptismus ad regenerationem spiritualem, Confirmationem ad gigni robur, Eucharistia ad nutrimentum spirituale, Pœnitentia ad sanacionem animæ, Extrema uincio ad peccatorum reliquis abstergendas. Ordo ad spirituale regimen animacum, Matrimonium ad sedandam concupiscentiam, & motus coniugum onera patientes ferenda: ergo singula speciales conferunt gratias ad proprios fines, quæ sacramentalis dicitur, estque unicuique propria:

### SECTO III.

#### Quo modo gratia sacramentalis differat ab habituali & virtutibus infusis?

<sup>34.</sup> Opinio diff. 1. **Sent.** affirmat, non differt ab habituali & reliquis virtutibus, alsi penes agens extrinsecum: Est aliquorum apud Aureol. in 4. dist. 1. q. 3. art. 4. & Palud. dist. 2. q. 3. Fundam. quidquid præstat gratia sacramentalis, præstat gratia extra sacramentum accepta: quia nihil potest homo efficerre per unam, quod non possit per alteram: solum differt, quia ut sacramentalis connotat pecuniaris agens, nempe sacramentum, à quo est producata, quod non connotat gratia extra sacramentum,

<sup>35.</sup> Differe w. 2. **Sent.** assertit, differre ut peculiarem habitum reparatiuum defectus, contra quem specialiter ordinatur sacramentum: ut in Baptismo infunditur fides ad credendum; in Confirmatione virtus septiformis ad robur; in Eucharistia specialis caritas, & amoris incendium erga Deum; in Pœnitentia spiritualis mundities & pulchritudo; in Extremâ. Vnctione roboratio spei; in Ordine, scientia ad recte gubernandum & dignæ obeundas functiones facetas; in Matrimonio spiritualis castitas & continencia ad cori fidem seruandam: Est Aureol. & Palud. cit: Fund. in susceptione vniuersiisque sacramenti homo manet habilis ad peculiarem illum effectum, ad quem sacramentum ordinatur; ergo per inherenterum habitum distinctum à gratia, ceterisque virtutibus infusis; cum hic modus sit connaturalis sc. per inherenterem formam.

<sup>36.</sup> Differe p. 3. **Sent.** docet, gratiam sacramentalem addere supra gratiam communem, perfectionem modalem permanentem; quia homo fit recte mobilis ad recipiendum auxilium diutinum in ordine ad proprias operationes, tali sacramento correspondentes: Est Nugnez 3. p. qu. 62. art. 2. Probat 1. ex S. Thom. qui cit. qu. 62. art. 2. ad 3. ait, gratiam sacram. habere se ad gratiam communiter dictam, sicut speciem ad genus: sed hanc est qualitas permanentis; ergo illa addit aliiquid permanens, quia semper differentia addit aliiquid proportionatum generi. 2. Gracia in Christo licet in ratione habitus sit eadem cum nostra, in ratione tamen naturalis potentie differt; quia in nobis est accidens communis, in Christo propria passio: proinde in ipso participat rationem potentie, quam non participat in

nobis. Cum igitur gratia, quam ex opere operato producunt sacramenta, sit specialis effectus gratiae Christi, participabit ab illa ratione etiam potentia.

<sup>40.</sup> Confit. Si gracia sacram. supra communem non adderet, nisi extrinsecum auxilium, non possent illam habentes semper uti, cum vellent: sicut quia gratia prophetarum, & miraculorum consistit in extrinsecu auxilio, non semper sancti prophetant, aut miracula faciunt, cum volunt. At habentes gratiam sacramentalem semper ea uti possunt, cum volunt: ergo in intrinsecu habitu consistit.

<sup>41.</sup> 4. Sent. affirmat, gratiam sacram. differre à communem per ordinem ad peculiares effectus sacram. Differre per ordinem ad peculiares effectus. ad quos praestans gratia communis ordinatur per specialia auxilia Dei: Alen. 4. p. 9. 5. me. 4. art. 2. S. Tho. q. 62. art. 2. & q. 72. art. 7. ad 2. Caiet. Sylvi. ibid. Bonan. in 4. dist. 1. art. 1. q. 6. & dist. 7. art. 2. q. Ricbar. dist. 1. art. 4. q. 4. Sot. q. 3. art. 2.

<sup>42.</sup> Dico 1. Gracia sacramentalis differt aliquo modo à gratia communis virtutum. Si enim non differt ab communis, non differt gratia ipsæ sacramentales inter se, quod fallum est, nam alias sacramenta non distinguuntur specie penes significationem terminis formalis. 2. Hæc differentia non est tantum penes agens extrinsecum: alioquin sacramenta non differt inter se; differunt enim penes significationem & causalitatem termini formalis: qui si non differt, nisi penes sacramenta, nec ipsa differt possunt per terminos formales significatos & causatos, nam hi non possunt ea diversificare, nisi independenter ab illis diversificentur inter se: aliis committentur circulus vitiosus, si termini discriminarentur à sacramentis, & ratus sacramenta ab ipsis. 3. Gracia sacram. non est specialis habitus distinctus à reliquo infusis: quia est suo perpetuacaneus, cum omnis effectus saluari possit per gratiam donorum & virtutum cum speciali auxilio Dei. Leg. Ockam. in 4. q. 9. art. 3. qui hanc

<sup>43.</sup> Non tan- 44. Non est spe- 45. Non per ag- 46. Sed ipso gracia tam- 47. Gracia se operativa per auxiliis munis est. 44. Non per agens exrin- 45. Non per agens exrin- 46. Sed ipso gracia tam- 47. Gracia se operativa per auxiliis munis est. 44. Non per agens exrin-

Aureoli opin. latè impugnat. 4. Neque est perfectio modalis permanens distincta à gratia & auxilio Dei; quia superflua; & ab aduersi. ponitur ut principium operatiuum specialium effectuum sacram. cum nullus modus possit esse talium operatiuum: nec est explicabile quid sit: nam vel est intentio; & hæc neque sufficit, & haberi potest extra sacramenta, vel aliquis modus heterogeneus: & sic gratia accepta per sacramentum, augeri non posset à gratia accepta extra sacramenta: & contraria.

<sup>45.</sup> Dico 2. Gracia sacram. est ipsa communis virtutum: quatenus includit peculiare auxilium Dei, ratione cuius eadem sit proximè causativa specialis effectus ad quem sacramentum ex divina institutione ordinatur. Fundam. S. Thom. sicut gratia, quæ perficit essentiam animæ, extenditur ad perficiendas potentias eiusdem per virtutes superadditas, quatenus per eas sit operativa propriorum actuum earum: ita per auxilia superaddita, eadem gratia & virtutes determinantur ad quosdam peculiares effectus sacram. ergo sicut virtutes adduit supra gratiam gratum facientes: ita gratia sacram. addit supra gratiam, & virtutem. Qui S. Thom. discutitus fundatur in hoc: Gracia cum sit participatio divini esse, non est de se immediata operativa: sit immediata operativa per virtutes additas, proximiū vero per auxilia: sicut anima sit proximè operativa per potentias, potentias per obiecta, à quibus ultimè determinantur in operando: interest autem inter virtutes & auxilia: quod ista sunt qualitates in anima permanentes, hæc transiunt: consistunt enim in quibusdam mentis illustrationibus, quibus anima sit proximè potens ad operandum.

Gratia

Gratia ergo sacramentalis supra gratiam gratior facientem & virtutes, addit hęc peculiaria auxilia ordinata ad effectus sacram. que Deus ex pacto subministrat sacramenta suscipientibus; non quidem permanenter & statim, sed transiunt, & dātā opportunitate: vt qui Confirmationem recipit, simul cum gratia & virtutum augmento accipit suo tempore peculiare auxilium ad fidem coram Tyranno proficendam. Dices. Hęc auxilia, cūm sint necessaria ad proximam potentiam operandi, offeruntur omnibus, qui gratiam & virtutes accepterunt; exigunt enim ab ipsis: Resp. offerri omnibus; at non ita copiosę & infallibiliter, vt sacramenta suscipientibus: ijs. n. dantur opportuno tempore hęc auxilia, si obicem non apposuerint, eadem infallibilitas, quā datur gratia iustificans ipso instanti, quo sacramentum rite suscipitur: cūm non minus ex pacto teneatur Deus ad unum, quād ad aliud: utrumque n. meruit Christus infallibiliter.

49. 1. Deducitur, gratiam propriā vnius sacramenti specie discriminari à gratiā alterius propriā, non ratione substrati, quā est ipsa sanctificans, sed ratione auxiliij connotati, quod est proprium vniuersi cuiusque sacram. S. Tho. 3. p. q. 72. art. 7. ad 3. Fundam. hęc auxilia specificantur ab effectibus, ad quos vt proxima principia ordiuantur: sed species effectus bi specie different inter se, cūm penes ipsos sacramenta discriminantur: igitur & hęc auxilia inter se descriminantur species.

50. Rogas, an hęc specialia auxilia, quā vnumquod. Main diff. que sacramentum ex ordinatione diuina infallibiliter confert obicem ad ea nob̄ ponenti, exigantur peculiariter à gratiā habituali per sacramentū collatā? Ratio dubit, pro affirm. parte est: hoc modo melius saluatur discernere inter gratiam sacram. & non sacramentalē: sc. non solum per extrinsecam connotationem talium auxiliorum, sed etiam per intrinsecam exigentiam eorumdem. Confirm. sicut vnum humen gloriā per intrinsecam exigentiam, repräsentatiā harum creaturarō, individualiter differe inter eand. speciem, ab alio lumine exigente representationem aliarum: ita posset gratia sacram. per intrinsecam exigentiam horū auxiliōrum intra eand. speciem individualiter differe à gratia nō sacramentali, quā ab intrinseco non exigit hęc.

51. 2. Auxilia illa non exiguntur à gratia sacramentali, quā non sit in quāeunque alia gratia. Fundam. hęc auxilia sunt ordinata ex diuinā institutione ad specialem virtutem supernat. at nulla gratia sacram. habet intrinsecam exigentiam specialis virtutis, quā non habeat quācunque alia gratia: ergo nulla gratia sacram. habet peculiarē exigentiam auxiliorum, quā non habeat alia: nam auxilia specialia sunt proximum complemētum virtutis specialis: quā si nulla, nulla erit exigentia peculiaris specialium auxiliorum. Minor prob. quāvis gratia sacram. ex eo quod est participatio diuini esse, intrinsecè exigit habere omnes habitus & virtutes supernat, tanquam proprietates, & proxima principia operandi.

52. 3. Conſirm. vel talis gratia sacram. haberet solam exigentiam illius virtutis, ad cuius actum exercendum hęc auxilia diriguntur; vel cūm exigentia omnium haberet specialem huius virtutis; Non primum: talis n. gratia ad minimū spēcie differret ab omni alia habituali non sacramentali: quippe specificatiū illius esset ea tantum virtus, quam ab intrinseco exigeret: specificatiū verò huius de facto sunt omnes virtutes supernat. Vnde talis gratia est longè imperfectior quācunque non sacramentali, cūm tamen in hoc sent. debeset esse pe-

cūliatis participatio illius habitualis; quā est in Christo perfectior, aut saltem non imperfectior gratia, quā est in nobis. Non secundum: ham talis gratia plus quam individualiter differret à non sacramentali, siquidem primarium specificatiū ipius esset illa tāndem virtus, quā specialiter exigetur, quando n. plura non & quā primū ab aliquā formā exiguntur, illud solet formam specificare, quād forma per se primū respicit; id est, ad quād per se primū peculiariter ordinatur, vt per se patet: Vnde singulā gratia sacram. specie differrent inter se; nam singulā per se primū ordinarentur ad diversas species virtutis. Contrā verò specificatiū gratia nō sacramentalis & quā primū sunt omnes virtutes infusa, quas omnes respicit vt proprietates sibi debitas. Nec obstat, quod una virtus sit perfectior aliā: quia hoc non collit, quin illas & quā primū respiciat, vt ad quād specificatiū sui sub aliquā ratione communi: 2. esto gratia nō sacramentalis vt primarium specificatiū sui respiciat perfectissimam virtutem, charitatem, adhuc sequitur, illas gratias sacram. quā per se primū ordinantur ad alias virtutes à charitate, specie discriminari à gratia non sacramentali, quā pro specificatiū sui habet charitatem.

Ad Confirm. formale specificatiū luminis gloriarū non sunt creaturā, vt i. to. sed Deus. Quod fit, vt possit manere idem formale specific. qui est Deus, mutatā exigentia harum, vel illarū creaturā, quā sunt tantū obiectū secundarium & materiale. Formale verò specificatiū gratiae habitualijs vel sunt omnes virtutes infusa, vel omnium perfectissima charitas: hoc autem necessariō mutaretur, si gratia sacram. per se primū respiceret peccatiārē virtutem. Concludo, gratiam sacram. species discriminari à non sacramentali, non per intrinsecum prædicatum, sed per extrinsecam connotationem specialium auxiliorum, quā auxilia gratia sacramentalis importat, non per exigentia intrinsecam sed per extrinsecum decretum Dei.

Ad fundam. 1. sent. neg. antec. nam per gratiam in sacram. acceptam ex diuina promissione præparantur nobis infallibiliter, si obicem non posuerimus, uberiora & illustriora auxilia, quibus certius, faciliusque assequamur finem, in ordine ad quem institutum est sacramentum, quād assequemur alia per gratiā extra sacram. nobis collatā: quod non teprugnat gratia præstare in ordine ad particulaarem effectū ex institutione Dei. Ad prob. copedo nihil nos simpliciter posse per gratiam in sacram. acceptam, quod non possimus per gratiam extra sacram. collatā; posse tamen certius, certius, ac facilis: nam licet hunc operandi modum impetrare possimus per merita extra sacram. non tamen cum ea infallibilitate, quā illum habemus vi sacram. sc. ex institutione & certā Dei promissione.

Ad fundam. 2. sent. Resp. nihil, præter gratiam iustificantem, & virtutes consequentes permanenter infundi sacramentum suscipientibus. Ceterū maiorem illam habilitatem ad effectū sacram. consequendum non prouenire ex habitu permanente, sed ex uberiori & illustriori auxilio trāscendit quod oportet recipimus in occasionibus occurrētibus.

Ad 1. tertie sent. Resp. cum Caiet. in eo art. gratiam communiter dictam appellari à S. Thom. gratiam commonem ad habitualē & actualem, sanctificantem & auxiliantem; vt gratiam sumpt. 1. 3. q. 110. ar. 1. & 2. utique n. est effectus gratiatus diuine voluntatis: proinde gratia sacram. ut poterit in auxilio formaliter cōsistens, differt vt species à specie, à gratiā virtutum, quā in habitu consistit.

40.  
Graia non  
est physica  
passio Chri-  
sti.

sistit; à gratiâ communiter dicitur differt ut species à genere. Ad 2. Nego, gratiam Christi differre à nostrâ per modum physicum intrinsecum, sed solum moraliter. Nego etiam, illam in Christo esse passionem physicam, sed tantum moralēm, quatenus ei debita est ratione vniōnis h̄y post. à quā tamē physicā non promanat, quod est de ratione physicā passionis, & naturalis potētis. Ceterū per sacram. gratia non communicatur secundūm moralēm illam perfectionem, quam in Christo habet, quia h̄c derivatur ex perlonā in cœratā vnitā naturæ habenti gratiam; sed secundūm physicam entitatem, in quā gratia nostra essentialiter conuenit cum gratia Christi. Ad confirm. neg. sequel. Ad prob. Resp. disparitatem esse; nam Propheta, aut miracula partantes, non semper habent ad prophetandum & miracula facienda paratum auxilium, vt habent qui sacramenta suscepunt; quia hi habent paratum auxilium ex pacto & promissione; illi ex purā & metā voluntate Dei.

61.

## S E C T I O I V.

Quam dispositionem requirant sacramenta  
nous legū in adulcis, ut gratiam  
conferant?

62.  
Sacramen-  
ta grā-  
tiam  
conferant  
dispositionē  
requiriunt.

63.  
Obex pos-  
tūm &  
negatiūm:  
Quodlibet  
peccatum  
moralē non  
retractātur

64.  
Retractatio  
perfecta, &  
imperfecta

65.  
Fundam.

Confirm.

Certum est, aliquam dispositionem requirere, ex Florent. & Trident. sc̄f. 7. Can. 6. quā docent, sacramenta nouæ legis gratiam non conferre, nisi dignè suscipientibus, & obicem non ponentibus: necessaria est igitur dignitas suscipientis, & obicis remotio. Duplex obex, positius est peccatum; negatiūm est defectus dispositionis, ad peccati condonationem requisitum. Certum autem est, peccatum mortale non retractatum impedire gratiam sacram, nam quod maius impedimentum quam peccatum, id quod opponitur per se gratiæ non est sacramenti fructu dignus, qui illi irreuerentiā interrogat. Controuertitur, quā peccati retractationem requirant sacramenta, ut gratiam conferant; num præter illam requirant aliam dispositionem?

An sacramenta mortuorum, ut adultis gratiam confor-  
mant, perfectam requirant peccati retractationem?

Dplex est peccati retractatio: perfecta, est de-  
testatio peccati propter Deum summè dilectum, quā contritio dicitur. Imperfecta, dicta at-  
tritio, quā concipitur ex motiuo infra Deum; quā aut est naturalis, si motiuum sit naturale; aut su-  
pernaturalis, si motiuum supernat. Item alia est in  
re, quando re ipsa talis est; alia purata, quando re  
ipsa talis non est, probabiliter putatur esse talis.

1. Sent. affirmat: Magist. in 4. dist. 4. & 18. Alen. 4. p. quæst. 8. mem. 7. art. 2. & 9. 14. me. 2. art. 1. & 9. 16. me. 2. & 9. 17. me. 3. art. 4. Bonau. in 4. dist. 18. art. 2. qu. 1. Argent. dist. 16. quæst. 1. art. 1. & dist. 18. qu. 1. art. 3. Oebam. qu. 8. 9. Quantum ad secund. Capreol. dist. 6. qu. 2. art. 3. ad 7. Gabr. dist. 4. & 14. q. 2. art. 2. Mar-  
gl. qu. 12. art. 2. dub. incidenti, Joan. Medin. de Con-  
fess. qu. 38. 9. Est alia; & qu. 20. 9. Secundum dictum.  
Quam opī. Gabriel ait fuisse communem apud  
antiquos. Fundam. attritio non sufficienter tollit  
obicem, cum non retractet peccatum, quā Dei  
offensa est, sub quo motiuo, naturali iure tenetur  
illud retractare, cum iure naturali tenebam, Deo  
pro offensa satisfacere. Confirm. Trid. sc̄f. 6. cap. 6.  
ad baptismum adulcorum requirit conditionem

propter Deum summè dilectum. Et sc̄f. 14. cap. 4.  
docet, contritionem, quā quouis tempore neces-  
saria fuit ad impenetrādā veniam peccatorum,  
bonum post baptismum lapsum preparare ad  
remissionem peccata in sacram. Pœnit. obtinendam.

2. Sent. assertit, requiri contritionem saltem pro-  
babilitate putatam: Victor relect. 1. de poteſt Eccle. Secund. ſc̄t. 3. Cordab. lib. 1. Theol. qu. 9. 2. 9. Quarta: Neuar. in ſum. cap. 1. num. 39. Veg. lib. 13. in Trid. cap. 39. fine: Sol. de Sacra. Panis. in 4. dist. 6. queſt. 1. art. 7. poſt 5. concl. & dist. 1. 2. qu. 1. art. 4. 9. Obſerua, & diſp. 17. queſt. 2. art. 5. concl. 2. & diſp. 18. qu. 3. art. 3. 9. Argui. Dixi de sacramento Panis. ad Baptismum enim luſ-  
ſificere putat attritionem etiam cognitam.

Fundam. ea diligētio est necessaria, & lufficit ad gratiam in sacram. recipiendam, quā tollit obi-  
cem peccati, saltem in conscientiā ſuscipientis: ta-  
lis est contritio probabilitate putata, quia per illam homo videtur fecisse quantum in ſe fuit.

3. Sent. docet, ſufficere attritionem ex super-  
naturali motiuo conceptam, etiamſi non putetur timia-  
contritio, ſed cognoscatur ut attritio: S. Thom. in 4.  
diſp. 6. queſt. 1. art. 3. ad qu. 1. ad 5. & diſp. 18. qu. 1. art. 3.  
ad 1. qu. 1. & 3. par. 9. 6. 8. art. 4. Sylvi. ibid. & q. 80. art.  
4. ad 2. Scot. in 4. diſp. 14. qu. 4. art. 3. & diſp. 4. qu. 5. 9.  
Resp. Richar. diſp. 18. art. 2. qu. 1. Durand. diſp. 5. qu. 2.  
num. 7. & diſp. 18. q. 2. nu. 6. Palud. diſp. 4. q. 1. & diſp.  
19. qu. 1. art. 2. in fine. Sol. quoad ſolum Baptiſ. diſp.  
6. qu. 1. art. 7. poſt 5. concl. Palat. diſp. 4. diſp. 5. & diſp.  
18. diſp. 2. Tolci. in ſum. lib. 2. cap. 21. & lib. 3. cap.  
10. Neuar. 3. par. tom. 3. diſp. 7. ſc̄t. 4. 9. Occurrebas, &  
diſp. 28. ſc̄t. 2. diſp. 2. & de ſacra. Pœnit. diſp. 20.  
ſc̄t. 2. Valenc. diſp. 4. queſt. 3. punct. 3. 9. Sed queſtio, &  
diſp. 7. qu. 8. punct. 3. 9. Est ſigillat certa Valsquez diſp.  
15. 8. cap. 4. Nugnez 3. p. qu. 62. art. 1. diſp. 3. concl. 4.  
Qvar. 2. a. eſt. Soli in 4. cit. diſp. 18. qu. 3. art.  
3. 9. Aliqui meminiffe, existimantis, contritionem 4. ſc̄t.  
ſolius naturæ viribus elicitam ſufficere ad eſſe.  
& cum horum sacramentorum conſequendum.

Dico 1. Ad conſequendam gratiam ſacra-  
mentorum mortuorum non ſufficit ſola voluntas  
recipiendi ſacramentum: Eſt communis: Oppoſita  
ſent. tribuitur Scoto in 4. diſp. 14. qu. 4. art. 3. vbi  
obſcurè loquitur; aperte nobiscum ſentit. diſp. 4. qu.  
5. Fundam. vel ad h̄c ſacramenta accedit cum  
peccato personali, & ſic necessaria eſt aliqua dete-  
ſtatio, quā tollatur obex; nam quamdiu peccatum  
non retractatur, tamdiu censetur moraliter perse-  
uerare: vel cum ſolo originali, ut contingere adul-  
to ad Baptiſtum accidenti abſque peccato per-  
sonali, & tunc neceſſarius eſt ſaltem actus fidei &  
ſpei, quo firmiter credas, & ſperas, te in amici-  
tiam & filiationem Dei ex meritis Christi recipien-  
dum; oportet n. accidentem ad Deum credere, quia  
eſt, & inquirentibus ſe remunerat, Hebr. 11.

Dico 2. Non ſufficit ad conſequendum effi-  
cium horū ſacram. qui uis dolor de peccatis perso-  
nalibus commiſſis, ſed requiriſſit supernaturalis:  
ex Trid. sc̄f. 6. c. 6. & Can. 3. & sc̄f. 14. cap. 4. Vbi  
dolorem ad h̄c ſacram. requiriſſit, appellat Spi-  
ritus S. impulſum ad eumq; requiriſſit gratiam per  
Christum, & Spiritu ſancti adiutorium.

Fundam. cum hic dolor fit diſpofitio ad gra-  
tiam in ſacram. recipiendam, cumq; omnis diſ-  
pofitio debeat eſſe eiusdem ordinis cum forma, ad  
quā diſponit, neceſſariò eſt ſupernaturalis &  
eiusdem ordinis cum gratia. Neque eſt ratio, ut  
dicamus, talem dolorem ſolidum requiri ad iuſti-  
ficationem, quā diſponit extra ſacram. cum Conci-  
lium loquatur de dolore ad ſacram. requiriſſito. Nec  
ſufficit, quod inuincibiliter putes, te accedere cum  
dolore

Non ſufficit  
ſola voluntas  
recipiendi  
ſacramentum  
tum mor-  
Hebr. 11. 8.

Requiriſſit  
dolor ſupera-  
naturalis,

73.

dolor supernat. hoc n. solum facit ut non pecces, non ut gratiam consequaris: cum hoc non ex tua opinione, sed ex Christi institutione pendeat.

74.  
Ad remissio-  
dā originale  
non requiri-  
tur dolor  
formulu.

Dixi De peccatis personalibus: nam pro originali nullus est necessarius formalis dolor, cum illud non sit propriâ voluntate commissum; proinde non debet propria voluntate retractari. Vnde adactus cū solo orig. ad Baptis. accedens, cum solo actu fidei & spei consequeretur remissionem ipsius & rametis hi actus non sufficiant ad consequendam remissionem originalis extra Baptismum, sed necessariò requiratur dilectio Dei finis supernaturalis, ut præcedente disp. sect. 2. affer. 2.

75.  
Dolor super-  
naturalis ad  
Sacramentum  
mortuorum.

Dico 3. Dolor ad effectum horum sacram. consequendum debet esse supernaturalis quoad substantiam: nec sufficit quod modum. Fund. dolor ad effectum horum sacram. consequendum requisitus, debet elici ex motu supernat. omnis autem dolor ex motu supernat. elicitus est supernaturalis quoad substantiam: nam mortuum formale specificat actu, eleuando illum intra eundem ordinem, in quo est mortuum. Maior ostendit, ut hæc sacramenta conferant gratiam, requirunt supernaturali notitiam fidei Christi, Authoris bonorum supernat. sine qua fide nulli patet ad salutem aditus. Hæc autem necessariò includit motuum supernat. ipsam scilicet authoritatem Dei reuelantis. Porro peccator habita notitia Dei Authoris supernat. ternerur ad ipsum accedere cum affectu supernat. adeoque peccatum retractare ex motu supernat. quia ternerur per affectum saltem implicitum illud retractare, quatenus est contra Deum auctorem supernat. At dolor supernat. quoad modum tantum, non se extendit ad motuum supernaturalem, sed solum ad naturale, cum sit quoad substantiam naturalis.

76.  
Testimonium  
Trid. expoun-  
ditum 1.

Eadem assert. non obscurè colligo ex Trid. sess. 6. can. 3. vbi docet ad iustificationem adultorum per Baptis. de quo cù sess. præcipue agitur, regredi actus fidei, spei, dilectionis, & pœnitentie, ex inspirationis & adiutorio Spiritus S. sicut oportet, elicitos; id est, non solum inspirationem, sed etiam adiutorium; non solum cogitationem congruam ex parte intellectus, per inspirationem significantem, sed etiam concursum supernat. ad entitatem actu, per adiutorium Spiritus S. importatum. 2. Expendo, eodem modo Concilium ad iustificationem per sacram. require fidem, ac spem, dilectionem, & pœnitentiam. At certum est, ad iustificationem, siue per sacramenta, siue extra sacram. non sufficere fidem quoad modum tantum supernaturalem, sed requiri fidem supernat. quoad substantiam; sc. Dei ut Auctoris ac Remuneratoris supernat. quæ nunc revelacione diuina, ut motiu formalis assentiendi ergo etiam tali actus, quos Concilium requirit, erunt supernaturales quod substantiam. 3. Particulæ illæ, sicut oportet, non obscurè indicant, posse alios actus etiam honestos fidei, spei, dilectionis, & Pœnitentie ab homine exerceri, qui tamen non sunt sicut oportet ad iustificationem requisiuti. Nec dici potest, Concilium per actus fidei, spei, dilectionis, & Pœnitentie sicut oportet ad iustificationem requisitos, intelligere quoscunque ex honesto fine elicitos, esto non ex motu supernat. solumque excludere actus huiusmodi ex præcepto fine vitiatos; nam de vitiatis nulla poterat esse difficultas: vnde potius excludere volentes actus, qui licet ex honesto, non tamen ex supernat. fine eliciti essent.

78.  
Tertiud.

Dico 4. Non est necessaria contritio; sed sufficit contritio ad effectum horum sacram. consequendum;

P. Admisi Tomus VII.

ita puto ex Trid. manifestè deduci, vt oppositum sic ad effectum mortuorum. nequeat hoc tempore sine nota defendi: loquens, n. de attritione sess. 14. cap. 4. Quamvis, inquit, sine sacramento Pœnitentia per se ad iustificationem perducere peccatorem nequeat, tamen cum ad Dei gratiam in sacramento Pœnitentia disponit. A fortiori colligitur attritionem sufficere ad effectum Baptis. ad quem minor dispositio requiritur, quia maior præcedit ignorantia rerum.

Nec obstat, quod Concilium dicat, illam tandem disponere ad gratiam in sacram. impetrandam: quia non negat, illam in sacram gratiam conferre, sed explicat modum, quo concurrit, sc. ut dispositio ex parte pœnitentis. Nam è ratione Concilium affirmat, attritionem in sacram. ad gratiam concurrere; quæ negat, illam ad gratiam concurrere extra sacram. sed non negat extra sacram. concurrere disponendo, & impetrando (nam etiam extra sacram. hoc modo disponit ad gratiam) sed per se iustificando, ut partem sacramenti: igitur hoc modo affirms, attritionem ad gratiam in sacram. concurrere. Ratio sumitur ex natura horum sacram. quæ cùm sint per se primò instituta ad vitam spiritualem conferendam, quæ propriea mortuorum dicuntur, non debent vitam illam per se supponere: per se autem illam supponerent, si ad suum effectum præstandum necessariò requirent contritionem: quia per se supponerent subiectum præiuncta contritione iustificatum, ac proinde vivum. Maior patet: quia si per se vitam supponerent, non possent per se vitam conferre, sed solum augmentum vitae, quia non possunt alium effectum conferre, nisi quem ipsa possunt inducere, posita dispositione subiecti: sed recuperata vita per contritionem, non possunt ipsa, nisi augmentum vite conferre.

Quod hæc sacram. per se primò instituta sint ad vitam, non ad augmentum vite spiritualis, constat sacramenta 1. ex scripturâ & Concilijs, in quibus per Baptismum dicimus renasci & regenerari; per Pœnitentiam, ad vitam resurgere: 2. ex formis, quibus constituitur: Ego te baptizo; Ego te absolvō: quorum illa significat gratiam sordium emaculatiuam; hæc peccatorum remissiua: at sacramenta nouæ legis efficiunt quod significant: ergo ipsa per se debent efficer sordium emundationem, & peccatorum remissiū. Item, quam significant: alioqui tales formæ non verificantur, cùm iam supponerent per actum, quod ipsa significant. 3. Si baptizans & absoluens supponerent subiectum à peccatis purgatum, nō bene dicerent, te baptizo, te absolvō: nam baptizare & absolvere significant, conferre gratiam emundatiuam, & à peccatis remissiū. 4. Ex axiome Theolog. quod hæc sacramenta faciunt ex attrito contritū: præstant autē hoc non formaliter, mutando intrinsecè attritionem in contritionem, sed effectuè conferendo attrito gratiam, quæ quoad effectum aquivaleat contritioni. 5. Alioqui arduior esset via ad salutem nunc, quam in lege naturæ, in quæ sufficiebat sola contritio cum observantia tantum iuris naturalis: cùm nunc requiratur etiam observantia iuris positivi Sacram. Vnde ea protius nobis obseruent, quam prodessent.

Dicis. Eadem gratia, quæ nobis per contritionem datur, adscribitur his sacramentis, in quorum voto illa nobis datur, ut Trident. sess. 14. cap. 4. Sed contritæ: hoc non est aliud, quam hæc sacram. ad contritionem concurrere ut præcepta suo tempore seruanda, ut concurrerint alia præcepta; sicut etiam in veteri lege concurrerint præcepta naturalia. Ex eo enim quod contritio est efficax dete-

D 2

statio

79.  
Infini. criti-

**Ratio peccati, necessariò dicit voluntatem amplius non peccandi, & præcepta omnia seruandi.**

**Dico 5.** Ad consequendum effectum horum sacram. sufficit attritio, etiam cognita attritio. Fund. ea dispositio, etiam secundum prudentem estimationem sufficit ad effectum sacram. quæ ex institutione Christi censeretur sufficere ad finem sacram. conformatur enim institutione Christi, quæ est regula omnis dispositionis: atqui attritio etiam cognita atertio ex institutione Christi censeretur sufficere ad finem horum sacram. quia hæc ex institutione Christi ordinantur ad conferendam primam gratiam, ad quam contritus non est necessaria, sed potius illam destruit: nam hoc ipso quod illam prærequisitum non possent ipsa primam gratiam conferre, dum collatam supponerent per contritionem. **Confirm.** Vel hæc probabilis estimatio attritionis ut contritionis requiritur, ut non interroges iniuriam sacramento, accedendo cum sola attritione cognitâ: atqui nullam interrogas iniuriam, dum accidis cum dispositione à Christo requisitâ. Vel quia Christus ipse hoc instituit, ut atertio purata esset sufficiens dispositio ad effectum horum sacram. Et contrâ: nunquam Christus obligat ad habendam maiorem dispositionem secundum estimationem, quam ex ipsa necessaria sit, quia nunquam obligat supra naturam & exigentiam rerum: multò minus contra suam voluntatem, quæ dum hæc sacram. ordinavit ad conferendam primam gratiam, non potuit pro dispositione requirere in subiecto contritionem, neque realē, quia hoc repugnat primæ voluntati; neque putatam, quia hæc non exigitur à natura horum sacramentorum.

**Ad fund. primæ sent. neg. antec.** licet enim attritio non tollat peccatum, tollit tamen effectum peccati, qui solus est obex ad effectum horum sacram. **Trid. sess. 14. c. 4.** vbi loquens de attritione, ut est dispositio ad Pœnitentiâ, si voluntatem, inquit, peccandi excludat. Ratio: alioqui hæc sacram. nunquam possent conferre effectum, ad quem sunt à Christo instituta, sed semper illum necessariò supponerent collatum. Ob eamdem rationem non tenemur ad consequendum effectum horum sacram. retractare peccata, quatenus Dei offensæ sunt explicitè & formaliter, sed sat est illa retractare, quatenus Dei offensæ sunt implicitè & materialiter; explicitè vero & formaliter, quatenus mala nostra sunt ex aliquo supernat. motu, non excludendo positiuè illa ut Dei offensæ sunt. **Quod si interdum teneamus iure naturæ illa retractare, quatenus Dei offensæ sunt, hoc non erit formaliter ex natura horum sacram. sed aliunde, ut seq. 10. de pœnit.** **Ad Trid. Resp.** in priori loco 1. declarat modum, quo viuenter aliqui possint peccatores ad iustificationem se disponere, vbi utrumque actum explicat, attritionis, & Contritionis. 2. Eamdem doctrinam applicat ad modum, quo adulti se disponunt ad iustificationem per Baptism. Vnde necesse non est, ut doctrinam applicet iustificationi, quæ sicut per Baptism. quoad actum contritionis, sed solum quoad actum attritionis. In posteriori vero, codem modo agit de contritione tam perfecta, quam imperfecta: de perfecta dum docet illam quo quis tempore necessariam fuisse ad impecrandam veniam peccatorum: de imperfectâ, dum ait, illam in homine post Baptismum lapsi preparare ad remissionem peccatorum. Vel certè dici potest, quod in idem redit, ibi Concilium agere de contritione, quæ non solum necessaria est ad remissionem peccatorum cum sacramento, sed etiam in voto sacramenti Pœnitentiaz.

Ad fund. secundæ sent. neg. per attritionem etiam cognitam non tolli obicem ad hæc sacramenta. Nec tenemur ad hæc accedendo, facere quantum possumus, sed quantum sufficit ad effectum horum sacramentorum recipiendum, iuxta Christi institutionem.

**Quam dispositionem requirant sacramenta viuorum ut gratiam conferant adultis?**

**P RIMA sent. Durand. in 4. dist. 11. q. 4. nn. 6.**

**Affirmantis**, ad consequendum effectum Eucharistie præter statum gratiae requiri actualem devotionem; ad effectum ceterorum sacram. sufficere statum gratiae. Idem sentiunt quoad effectum Euchar. **Aleij. 4. p. 9. 10. memb. 8. art. 3. 5. 2. Bonav.** in 4. dist. 12. art. 4. qu. 1. S. Tho. qu. 2. art. 1. qu. 3. & ad 3. **Palud. qu. 1. art. 2. Sylvest. V. Euchar. fine. Casiet.** qu. 79 art. 1. qui consequenter docet, peccata venialia, quæ talem devotionem tollunt, impedire effectum Euchar. & augmentum gratiae, quod defectu actualis devotionis in susceptione sacram. impeditur, dari postea recedente fictione. **Fund. Eucharistia** datur per modum cibi & potus, qui viuentem non nutrit sine proprio actu vitali viuentis; reliqua vero quia solum dantur per modum corporalis augmenti, gratiam augere possunt sine proprio actu sumentis. **Confirm.** si ad augendam gratiam Eucharistica a actualem devotionem non requireret, tot Sa. cerdores quotidie celebrantes, magnum cumulum gratiae acquirerent: hoc autem est contra experientiam; cum enim gratia sit operativa, deberent quotidie seruientes evadere. 2. **Sent. Suar. 3. p. disp. 7. sect. 4. Nugnez 3. p. q. 62. 4. 1. dub. 3. concl. 5. Negan-**

**tiuum, vllum sacramentum viuorum, ut gratiam habitualē adaugeat, requiriere, præter statum gratiae, actualem devotionem.** Idem docent de Euchar. S. Tbo. 3. p. q. 79. 4. 8. **Cordnal. 1. q. 8. Valent. disp. 6. q. 8. punct. 3. Vasp. disp. 206. c. 2. Tolos. 1. 6. c. 16. & alijs. Fund.**

**aliqua ex his sacram. conferri possunt pueris & phæneticis, si ante petierunt.** 26. q. 6. c. Is qui, ergo ut gratiam conferent, non requirunt nisi statum gratiae.

**Distinguenda est duplex gratia, quæ sacramenta per se conferunt; altera habitualis, actualis altera, quæ & sacramentalis dicitur; & consistit in aliquâ sanctâ cogitatione intellectus, & piâ motione voluntatis ad melius faciliusque consequendū finem, propter quem sacramentum institutum est.**

**Dico 1.** Ut sacramenta viuorum gratiam sacram.

**conferant, non sufficit status gratiae habitualis, sed** **Dispositio ad** **requiritur præterea**, ut ad illud accedatur sine **gratia faci- viuorum, mul- la abuela di- stractio.** **actuali distractione mentis.** **Fund.** cum hæc gratia consistat in aliquâ sanctâ cogitatione ex parte intellectus, & piâ affectione ex parte voluntatis, impeditur per quamcumque mentis distractiōnem: occupata enim mens circa alia obiecta disparata, non est capax piâ motionis, quæ naturaliter supponit potentiam, à quâ vitaliter est elicenda, liberam ab omni aliâ disparatâ operatione. **Dixi, sine actuali distractione mentis:** quia non est necessaria positiua mentis deuotio ad recipiendam gratiam sacram. nisi per accidens, vel quatenus nequit mens humana esse sine aliquâ vitali operatione; & consequenter dum ad sacram. non accedit cum bonâ, necessariò accedere, debet cum malâ, aut disparatâ operatione, quæ ipsam occupat, quo minus possit suscipere celestes influxus, quos Deus per sacram. paratus erat conferte: vel certè quatenus sacramentum susceptarū habet aliquod peccatum veniale non re- tractatum

## Disp. IV. De causalitate Sacramentorum. Seccio IV.

tractatum contra finem, propter quem sacramentum est institutum: nam peccata venialia, præteritum contra finem sacramenti, quod suscipitur, sunt obex ad huiusmodi auxilia recipienda. Ceterum extra hos casus non est per se necessaria positiva deuotio ad gratiam sacram. horum recipiendam: cum quia qui sic accedit, accedit sine obice ad gratiam sacram. Vnde cum operentur ad instar causarum naturalium, necessariò conferunt omnem effectum, in ordine ad quem non inueniunt obicem. Tum quia vel haec positiva deuotio esset aliqua pia motio in ordine ad eundem finem, propter quem sacramentum est institutum; et tunc non posset esse effectus sacram. cum nullus effectus presupponatur ad suam causam: vel esset aliquis alius pius affectus; & neque hic est necessarius (vt probatum) alioqui gratia sacram, non tam datur vi sacramenti operantis ex meritis Christi, quam vi operis & meriti sacramentum suscipientis; cum talis actus à persona iusta elicitus sit dignus huiuscmodi auxilio, quod à sacramento conferri dicitur.

**Dispositio ad augmennum gratiae habitu-**  
nalis statu gracia.

Dico 2. Ut haec sacram. conferant augmentum gratiae habitualis, sufficit status gratiae cum voluntate virtuali recipiendi sacramentum, ut tale: quæ voluntas ad minimum includit fidem, quæ creditur tale sacram. à Christo institutum; & spem, quæ illud ut nobis fructuosum speramus. Fundam. haec sacram. gratiam conferunt obicem nō ponentibus, sed qui ad illa accedit in statu gratiae, etiam cum mentis distractione, & peccato veniali, non accedit cum obice, quia nullum veniale opponitur gratiae habituali, sed tantum actuali; ergo. Confirm. haec sacram. remittunt mortale inuincibiliter ignoratum, (vt infra) cum igitur aliquis accedit ad Euchar. cum actuali distractione & mortali inuincibiliter ignorato, vel consequitur remissionem mortalis, vel non, si primum, ergo mentis distractione non impedit gratiam habitualem; si secundum, ergo posset hoc statim mori & damnari. quod est contra Casier. affirmantem, qui sic distractus ad Euchar. accedit, non priuari ceterum augmento gratiae. Ad hoc inclinat Alens. in resp. ad penult. Existimò quod in iustitia accedens ad communionem, licet negligens fuerit in preparando se modo debito & sufficienti, dum modò non cedat iustitia, assequatur aliquo modo effectum principalem huius sacramenti, scilicet unionem firmorem cum capite & membris.

**Voluntas recipiendi sacramentum.**

Quod autem requiratur voluntas recipiendi sacramentum ut sic, prob. sacramenta sunt instrumenta meritorum Christi, quæ non commutantur, nisi liberè cooperantibus. Quod haec voluntas includat fidem & spem, patet: quia dicit assensum fidei supernat. ex testimonio Dei cum desiderio cōsequendi aliquod bonum supernat. Quod sufficiat virtualis, constat; alioqui non possent haec sacram. ministrari mente capitis, qui antea petierunt. Ratio: haec virtualis voluntas sufficit ad transigenda negotia humana: nec est putandum, Christum maiorem diligentiam ad sacramenta requirere, quam ad negotia humana transigenda requiratur, cum ea instituerit in actionibus humanis, ab homine nomine Christi exercendis.

**Obicies.** Si veniale actuale non impedit gratiam sacram. posset esse dispositio ad recipiendam gratiam in sacram. quia posset quis accedere ad sacram. cum sola voluntate inanis gloria. Concedunt aliqui, veniale esse dispositionem ad gratiam sacram. quia haec non responderet dispositio, sed Christi merito: sed neg. sequel. ad prob. dico, quod vel hic actus inanis gloria esset tantum concomitans actu recipiendi sacram. & sic non insiceret illum, prop-

ter quem daretur gratia in sacram. vel obiectu aut circumstantia illius, & sic in eo decesserit sufficiens voluntas recipiendi sacramentum, quia haec debet esse supernaturalis ex motu fidei, unde nequit esse ex motu prauo; quia requirit auxilium supernaturale per Christum, quod non datur ad actus prauos.

Deducitur, à fortiori veniale non impedire gratiam, quæ datur per sacramenta mortuorum: nam potest quis esse dispositus ad illam per attitionem supernat. & simul concomitante habere actum inanis gloria, quæ primam gratiam non impedit.

Ad fund. primæ sent. Resp. sufficere voluntatem virtutalem recipiendi sacram. Ad confirm. hoc ipsum est contra Casier. qui vult illud augmentum gratiae, quod in susceptione sacramenti impeditur, dati postea recedente fictione: nam etiam contra eius sent. procedit ipsius argum. quando recedente fictione datur augmentum gratiae, quod ab initio impeditum fuit. Resp. 2. rationem, cur talis gratia sic acta, non operetur quotidie feruentius, esse, quia illa non est proxime operativa per se ipsam, sed per auxilia, quæ ob mentis diuagationem negantur: nam (vt supra) ad haec auxilia est obex etiam veniale pecc. ordinantur enim ad familiaritatem cum Deo, quæ impeditu, etiam veniali: quia licet hoc non opponatur diuinæ amicitiae, quæ fundatur in gratia habituali; opponitur tamen diuinæ familiaritatæ, quæ habetur per specialia auxilia Dei, ut fuisse seq. ro. Ceterum falsum est, augmentum illud gratiae dari recedente fictione: sequeretur enim Circa Casier. si quis cum mortali ad Euchar. solâ contritione purata distractus accederet, postea extra sacramentum, recedente fictione illum iustificatum iri: quia cessante distractione, sine novo actu rediret gratia, quam accepturus erat in sacramento, si ad illud distractus non accessit.

## S E C T I O V.

An sacramenta viuorum vim habeant conferendi primam gratiam?

**P**RIMA sent. negat de Euchar. & à fortiori de reliquis; Bonau. in 4. dist. 9. art. 2. qu. 3. & dist. 12. Negant. p. 2. art. 1. q. 2. Rubion. dist. 9. q. 2. Gabr. cùdem dist. 9. 2. art. 2. concl. 1. Vasqu. 3. p. disp. 105. cap. 4. Fund. 103. Vasqu. nullum effectum ex opere operato tribuere debemus sacramentis, qui vel ex eorum institutione & natura, vel ex Ecclesiæ aut Patrum authoritate non colligatur. 2. Sent. affirms de Euchar. nullam mentione faciat de alijs: Alens. 4. p. q. 11. me. 2. art. 103. 2. q. 2. fine, qui non sibi contradicit q. 10. me. 8. art. 1. q. 2. vbi tantum negat, Eucharistiam conferre primam gratiam per se; non negat. illam interdum conferre per accidentem, & in easu, ut loquitur ad 3c. Est etiam Scotus in 4. dist. 9. q. dicendum, Richar. art. 2. qu. 1. & dist. 12. art. 5. qu. 1. Palatij dist. 9. disp. 10. alias 4. Petri Sotis sent. 12. de Eucharistia, Sylvest. V. Eucharistia fine, Vega in Trident. lib. 9. cap. 34. Tole. lib. 6. cap. 15. inclinat Durandus in 4. dist. 9. quast. 4. num. 7.

**T**ERTIA affirms de omnibus, speciatim vero de Confirmatione, Eucharistia, & Extremâ-vunctione: S. Thom. 3. p. qu. 72. art. 7. ad 2. & qu. 79. art. 3. & in 4. dist. 7. qu. 2. art. 2. ad 2. qu. & dist. 12. quast. 2. art. 1. ad qu. 1. & dist. 23. qu. 1. art. 2. ad 1. qu. Casier. qu. 72. art. 7. in fun. qu. 1. Capreol. in 4. dist. 2. art. 1. concl. 2. Sotis dist. 7. quast. vn. art. 7. q. Quid si scisciteris, & dist. 12. qu. 1. art. 4. concl. 2. Suarez D 3 disp. 7.

disp. 7. sect. 4. §. Occurrebat, & disp. 6. 3. sect. 1. Henr. l. t. de sacram. Pœnit. c. 2. Nugh. 3. p. q. 62. a. 1. diff. 2. Pro explicatione huius sent.

<sup>105.</sup> *Sacra*menta viuorum non sunt per se pri-  
mò instituta ad conferendam primam gratiā. Fund.  
per se non sicut instituta ad vitā spiritualem gignē-  
dam, sed ad illā dumtaxat nutriendam & augendā;  
māgratiā. propterē enim dicuntur sacramēta viuorum, quia  
ut gratiam conferant, requirunt vitam. Ratio, est  
voluntas diuina. Congruentia, ut docet Florent.  
decret. de unione; omnia sacramenta nouæ legis or-  
dinantur ad hominem in vitā spirituali perficiendū.  
Vnde sicut quædam sunt, quæ vitam naturalē pro-  
gignōunt; alia quæ genitam nutriunt & consecuant:  
ita aliqua sacram. quæ vitam supernat. generant;  
alia, quæ genitam nutriunt, & conseruant.

<sup>106.</sup> *Illā* conferunt  
*per accidens.* Dico 2. Omnia sacramenta viuorum per atcidēs  
& secundariò vim habent conferendi primam gra-  
tiam, & consequenter delendi mortalia. Fund. om-  
nia sacram. ex se vim habent conferendi gratiam  
obicem non ponentibus: ex Trid. sect. 7. can. 6. & 7.  
de sacr. in comm. vt si quis accedat ad illa cum pe-  
ccato inuincibiliter ignorato, putans se probabiliter  
contritum; ergo recipit gratiam virtute sacramenti  
conferentis gratiam obicem non ponetis: peccatum  
enim non est obex, nisi quatenus est in conscientiā  
seu notitiā peccatoris. Confir. Si iustus accedat ad  
hæc sacram. cum putat conscientiā peccati, ponit  
obicem, & gratiam non recipit: ergo è contrario,  
si peccator accedat cum putat conscientiā contri-  
tionis, non ponit obicem, & gratiam recipiet, quia  
moraliter fecit, quantum in se fuit. Nec tenetur ad  
maiorem diligentiam, quia non tenetur ad diligē-  
tiam per quam contitutio re ipsa ponatur; sed per  
quam ponatur secundum probabilem conscientiam  
& notitiam peccatoris: nam hæc est diligentia mo-  
ralis, ad quam tantum tenetur peccator, ne obicem  
ponat sacramento.

<sup>108.</sup> Dicss. Iplum habituale non remissum, esse obice  
ad effectum sacramenti. Sed contrà, quia illud non  
censemur moraliter obex, quod non est in probabili  
conscientiā peccatoris. Probabile enim est, hæc sa-  
cramenta, cùm gratiam causent ad instar causatum  
naturalium, respicere subiectum secundum mora-  
lem dispositionem actualem, quam habet ille, qui  
ad hæc sacram. accedit cum probabili conscientiā  
status gratiæ. Hoc enim congruit & diuinæ largi-  
tati, & humanae imbecillitat. & virtuti sacra-  
mentorum nouæ legis; quæ efficaciam habent ex meri-  
tis Christi iam exhibitis.

<sup>109.</sup> Denominatio &um intelligibile se extendere. Resp. Differentiam  
prima non est intrinsecā  
gratia. hanc non esse intrinsecam in entitate gratiæ, sed  
extrofsecam ratione connotati. Prima enim dicitur,  
quia aliā non supponit: Secunda, quā supponit  
aliā: sicut primus calor dicitur, qui nullum aliū  
in subiecto supponit; secundus, qui aliū ante se  
supponit: vnde si ille, qui productus fuit secundo  
loco, productus fuisse primo; ille, non hic diceretur  
primus; suppono enim gradus homogeneos. Nec  
refert, quod prima gratia sit remissua peccati, quia  
hoc non est peculiare illi gratiæ, quæ dicitur prima;  
sed commune omnī: habet enim hoc quælibet gra-  
tia ex eo, quod est amicitia & filiatio ad optimam Dei.  
Vnde exemplum de visu & intelligibili non est si-  
mile; quia visibile, quod est obiectum proprium vi-  
sus, essentialiter differt ab intelligibili, quod est  
obiectum intellectus,

<sup>110.</sup> Obijcies 2. Sequeretur nos posse esse certos, quod  
simus in gratia, contra Trid. sess. 6. c. 9. Nam potest  
quis esse certus, quod ad sacram. accedat cum pro-  
babili conscientiā bullius mortalis; ergo potest  
esse certus quod ex vi sacramenti iustificetur. Resp.  
neg. sequel. tum quia nostra sententia non est cer-  
ta, sed tantum probabilis: tum quia præter bonam fidem, sapè requiritur attritio supernaturalis,  
cuius certitudinem habere non possumus, cùm  
pendeat ex motu & auxilio supernaturali. Tum  
quia non sumus certi, an sufficienter nos discusse-  
imus.

<sup>111.</sup> Dico 3. Ut hæc sacram. conferant primam gra-  
tiam, & remittant mortalia in inuincibiliter igno-  
rata, requirunt in subiecto attritionem supernat.  
quæ vniuersaliter cadat super omnia peccata, si ea  
nunquam sint retractata, si autem illa sint aliquā-  
do retractata, & postea inculpabiliter obliterata, talis  
attritio non requiritur, sed sufficit bonâ fide ad sa-  
cram. accedere cum conscientiā status gratiæ. Pri-  
mum probo: quia ut suppono, peccatum remitti non  
potest sine proprio actu peccatoris; ergo si ea nun-  
quam fuerint retractata, ut possint virtute sacram.  
remitti, requiritur attritio, quæ saltem sub generali  
ratione peccati illa retractet. Secundum ostendo:  
nam hæc attritio non requiritur ut materia sacrami-  
quo pacto requiritur in sacram. pœnit. cuius abso-  
lutio cadere debet supra peccata confessa & dete-  
stata; sed ut conditio sine quā gratia infundi, & pec-  
catum remitti non posset: ergo si semel illa fuerint  
retractata, sufficit, ut per gratiam virtute sacramenti  
causatum remitti possint.

Ad fundamentum primæ sententiaz. Resp. Hoc  
probabiliter colligi ex eorum naturā & institutio-  
ne, quā teste Tridentino, gratiam conferunt obicem  
non ponentibus:

## S E C T I O VI.

An sacramenta equalē gratiam conferant  
equaliter, in equalē verò inquali-  
ter dispositi.

<sup>112.</sup> *P*rima sent. negat: Palud. in 4. disp. 4. quest. 1.  
*M*ayr. qu. 2. Gabr. qu. 2. art. 2. concl. 7. Caiet. quest.  
64. art. 1. in resp. ad 2. inclinat Scotus in 4. disp. 4. q.  
7. & probabile putat Maior qu. 3. licet Gabriel. Ca-  
iæt. Scot. afferant, maiorem illam gratiam, quæ vni-  
baptizato p̄t alio confertur, non dari virtute sa-  
cram. quæ in omnibus operatur equaliter, sed vel  
ex benevolentia Dei, ut Gabriel; vel ex deuotione  
ministri, ut Caiet. & Scot. vel ex prædestinatione  
ad maiorem gloriam, ut idem. Prob. 1. homines  
futuri sunt æquales Angelis in beatitudine, quippe  
quorum debent sedes restaurate: atqui omnes An-  
geli sunt inæquales in beatitudine; nam quod sunt  
natura nobiliores, et in gloria sunt sublimiores &  
sunt autem omnes specie, adeoque naturā differen-  
tes: ergo homines, qui illis futuri sunt in gloriæ  
æquales, erunt inter se in eadem inæquales: gloria  
autem inæqualis supponit gratiam inæqualē; er-  
go cum multi infantes moriantur ante vsum ratio-  
nis, in quo possint proprijs meritis inæqualē gra-  
tiam acquirere, debent eam gratiæ inæqualitatem  
recipere in Baptismo, ad quem omnes accedunt  
æqualiter dispositi. 2. Prædestinato ad altiorem  
gloriam, maior debetur gratia: ergo in susceptione  
sacram. interdum maior gratia datur vni, quam  
aliceri, etiam si ad illud æqualiter accedant. Confir.  
<sup>113.</sup> Prob. 2. <sup>114.</sup> Prob. 3. <sup>115.</sup> Prob. 4.

<sup>116.</sup> prius ratione Deus prædestinavit homines ad diuersos gradus gloriæ, quæ sacramenta instituerit; cum ille sit finis, hæc media: ergo ordinato ad maiorem gloriam rationabiliter maior gratia conferri potest per susceptionem sacram. quæ ramen major gratia non datur virtute sacram. sed prædestinationis.

<sup>117.</sup> Probatur 3. Nec minister ministrando, nec suscipiens recipiendo sacram. sit deterioris conditionis; sed posset minister extra sacram. maiorem gratiam impetrare suscipienti; ergo & in ipsa susceptione; ergo æqualiter dispositi ex inæqualitate ministrantium inæqualem possunt gratiam in sacram. recipere: vnde probabilitate infert *Scotus*, <sup>118.</sup> *Nicolaus*. effectum illum, quo S. Nicolaus adhuc infans, bis in hebdomadā, vñā tantum contentus erat lactatione, fuisse ex peculiari gratiâ illi à parentibus impetrata.

<sup>119.</sup> Secunda Fundamenta. 2. Sent. *Alens*. 4. p. q. 8. mem. 8. a. 3. §. 3. affirmantis primam partem quæst. negant secundam. Fund. sacramenta ex institutione Christi sunt ad certum gradum gratiæ determinata; ergo semper illum invariabiliter conferunt obicem non ponentibus: ergo siue æqualiter, siue inæqualiter ad ipsa sint dispositi accedentes, semper æqualem gratiam recipiunt ex opere operato, quamvis inæqualem ex opere operantis.

<sup>120.</sup> Tertia amplecenda. 3. Sent. *S. Tho*. 3. p. q. 69 a. 8. (*Sylvi*. *ibid.*) & in q. dist. 4. q. 2. a. 3. ad q. 3, & 4. *Bon*. a. 1. q. 3. *Richar*. a. 3. q. 3. *Argent*. q. vn. a. 4. *Capre*o dist. 5. q. 1. a. 1. concl. 2. *Soti* dist. 6. q. 1. affirmantum vitramque quæst. partem, quæ verior. Cæterum quæstio non est de sacramentis specie diuersis, an ex gr. æqualem gratiam conferant Baptismus & Pœnitentia, sed de diuersis numero.

<sup>121.</sup> 119. De his prob. prior pars. Sacramenta sunt instituta ad instar causarum naturalium, quæ quantum est de se; semper & omnibus gratiam conferunt: ergo sunt determinata ad certum gradum gratiæ omnibus æqualiter dispositis conferendum: vrumque enim est de ratione causa naturalis.

<sup>122.</sup> Non angetur <sup>123.</sup> *Posterior* colligitur ex *Trid. suff*. 6. c. 7. vbi docet, gratiam sacram. dari secundum mensuram propriæ dispositionis & cooperationis. Fund. quo magis subiectum per meliorem dispositionem appropinquat ad causam, eò meliorem recipit effectum: at sacramenta sunt causa gratiæ: ergo. *Confir*. hic modus fauer deuotioni, quam sacramentis debemus. Notat autem *Scotus*, hanc gratiam sacram. quæ respondet meliori dispositioni, non respondere arithmetice & ad æqualitatem, sed geometricè & proportionaliter.

<sup>123.</sup> Infertur, 1. nunquam gratia sacram. augetur per meliorem dispositionem ministri, ut ex *Aug. contra Cresco*. definitur de Consecratione dist. 4. can. si inter bonos. Ratio: mereti immediate gratiæ, vel augmentum ipsius, est proprium Christi; quia cum gratia sit principium gloriæ, & gloria non detur nisi ex meritis proprijs, aut Christi, nemo poterit immediate illam alteri mereti: possumus impetrare, ut Deus in adultis excite bonum motum, quo sibi vel de congruo primam, vel de condigno secundam gratiam mereantur; non possumus impetrare ipsam gratiam sanctificantem immediate. 2. nec per altiorem prædestinationem subiecti; cum quia hoc congruentius fieri potest per propria merita subiecti: tum quia participationis quis dicit, Deum inæqualem gratiam ex opere operantis tribuere propter eumdem actum virtutis vni, quam alteri, ob prædestinationis inæqualitatem. Vnde hanc sententiam *Scotus* appellat don tutam.

*Obs* i. Omne sacram. est determinatum ad mi-

nimum gradum gratiæ, quem cōfert omnibus obiecto non ponentibus; ergo & ad maximum, quem cōfert etiā inæqualiter dispositis. *Resp. neg. conseq.* quia cum minimâ gratiam non conferat sacramentum iuxta mensuram dispositionis subiecti, led. virtute propriâ sibi à Christo communicata, potuit & debuit determinari voluntate Christi: Maiorem verò minimâ confert, quia iuxta mensuram dispositionis subiecti, cumque hæc determinata non sit ad maximum, nec gratia sacramentalis illi respondens erit determinata ad maximum.

<sup>124.</sup> Deducitur 1. Omnes pueros recipere æquale gratiam in Baptismo, quia omnes ad illum accedunt æqualiter dispositi; maiorem tamen quam recipiebant in circumcisione, quia meritum Christi exhibitu est validius ad salutem, quam præuisum; semper tamen adultus vberiore recipit gratia baptismi, quam infans; quia adultus oportet ut accedat cum proprio motu fidei & spei & formalidolore de peccatis. Dices. Infans accedit cum solo orig. aduktus etiam cum actuali: ergo melius dispositus accedit infans. *Confir*. Si infans accederet ad Baptism. iustificatus in vtero matris, accederet melius dispositus, quam adulitus existens in peccato: ergo tunc maiore gratiam Baptism. recipere, quam adulitus. *Resp.* Accedere melius dispositum negatiuè, quia cum paucioribus impedimentis, non positiuè, quo pacto melius dispositus accedit adulitus. Porro gratia ex opere operato, non responderet intensior maiori dispositioni negatiuè, sed maiori positiuè; negatiua enim non disponit subiectum melius ad formam, sicut positiva. Nam quodd subiectum fuerit magis vel minus frigidum, non facit, ut nunc illud sit magis vel minus dispositum ad formam ignis, ex sola remotione magis aut minus intensi frigoris: ergo etiam plura præcesserint impedimenta in adulto ad gratiam recipiendam; quia tamen omnia illa propriâ attritione remouentur, non censerur minus dispositus, quam intans, qui cum solo accedit originali. Non sic autem dispositio positiva, quæ sicut positiuè subiectum disponit, ita positiuè illud habitat ad formam recipiendam.

<sup>125.</sup> Ad *Confir*. *Resp.* In eo casu Baptism. maiore gratiam cōferre puero iustificato, ob meliorem dispositionem positivam habitualem; ab vero maiorem, quæ adulto accedenti cum peccato, pender ex proportione, quæ talis gratia habituialis infantis habet ad dispositionem actualem adulti, quæ cæteris partibus semper est potior in ratione dispositionis.

Deducitur 2. Èadem proportione, qua infunditur gratia, infundi etiam habitus & virtutes supernat. cum haec infundantur ut proprietates gratiæ, quæ sunt naturaliter commensæ essentia.

<sup>126.</sup> *Dic Es*. Interdù gratia, quæ confertur virtute sacra, est remissior virtutibus; ergo non semper virtutes infunduntur secundum proportionem gratiæ. *Anic*, prob. habens quis gratiam ut sex, & eadem proportione fidem & spem, si postea gratiam amitteret, & iterum illam recuperaret ut quatuor, non accipit fidem & spem eadem proportione cu gratia, quia gratiam accipit ut quatuor, fidem & spem retinet ut sex, ut antea, cum illas per peccatum non amiserit. *Resp.* Semper gratiam recuperati intensiorem amissam, & semper virtutes, quæ amissæ gratiæ remanserunt, augeri. *Ratio*: cum pœnitentia reuiuiscit tota gratia præcedens, & alia de novo per pœnit. acquiritur. An autem detur casus, quo virtutes non augeantur iuxta proportionem gratiæ, *romo*. 3.

<sup>127.</sup> Ad 1. prima sent. neg. maior: neque verum est, homines creatos fuisse ad restaurandas Angelorum sedes, ita ut si illi non peccasset, homines creati non fuis-

non fuissent, cum sint per se beatibiles, independenter ab Angelis: neque, si eo tempore sine creati fuissent, necessariò sequitur, futuros fuisse illis in beatitudine aequales. Ad 2. neg. conseq. nam potest maius gratia dari extra sacram. ex opere operantis; unde si duos ad inaequalem gloriam Deus ordinaverit, ceteri, ut qui ad maiorem gloriam est ordinatus, tandem peruenier ad etatem, in qua proprijs meritis maiorem gratiam acquirat. Ad confirm. esto prius homines fuerint ad gloriam praedestinati, quam illis fuerint remedia salutis per sacram. preparata; nego praedestinato ad maiorem gloriam maiorem dari per susceptionem sacram. seu per propria merita. Ceterum ad Dei prouidentiam spectabit, ut qui sunt ad maiorem gloriam praedestinati non prius moriantur, quam ad debitam etatem perueniant, in qua proprijs meritis valeant maiorem gratiam acquirere. Ad 3. nego, posse ministrum, sive in, sive extra sacram. gloriam sanctificantem immediatè impetrare, sed solum impetrat bonum motum voluntatis, cuius infantes capaces non sunt. Ad fund. 2. sent. nego, sacramenta esse determinata ad maximam gratiam, licet sint determinata ad minimam, quam aequaliter conferunt obiectu non ponentibus: nam haec obicis remotio negativa est, & aequalis omnibus. prater obicis autem remotionem, est positiva dispositio, cui è maior gratia responder ex opere operato, quod ipsa fuerit maior.

## S E C T I O V I I .

*An sacramenta gratiam conferant in voto,  
an actu tantum suscepit, & quando?*

Ratio dubij 1. est: multa sacram. iustificare dicuntur in voto tantum suscepit; unde quando ea non possumus actu, tenemur in voto suscipere, ut de Euchar. docet Trid. sess. 13. 6. 8. eam in voto susceptam suum fructum conferre.

Nullum sacramen-  
tum gra-  
tiae est ex  
opere opera-  
to nisi actu  
susceptum.

Assertio: nullum sacram. gratiam confert ex opere operato, nisi actu suscepit: Sotii in 4. dist. 11. qu. 2 art. 1. §. Ex hoc solus. & dist. 12. qu. 1. art. 1. fine, Smar. 3. p. 10. 3. disp. 8. sect. 1. &c. Colligitur 1. ex Scriptura, in qua semper promissio sit sacramentis actu suscepitis, ut qui baptizatus fuerit: qui manducat meam carnem: quorum remiseritis peccata: vngentes oleo. 2. Si sacramenta voto tantum suscepit gratiam conferrent ex opere operato, conferrent etiam alios effectus, cum non sit maior ratio de uno quam de alio: atqui alios effectus non conferunt, nam nec Baptismus voto susceptus characterem imprimit, alioquin non posset re ipsa suscipi: nec de lettoram penam, nec gratiam confert in solo voto attritionis suscepitus, ut illam confert re ipsa suscepitus: nec reliqua sacram. voto tantum suscepit iustificant attitios, bona fide putantes se contritos. Confirm. hoc pertinet ad maiorem reverentiam sacram. si enim tota gratia sacram. haberi posset ex solo voto illius, mera ceremonia postea foret, illud actu suscipere, & non nisi precepti seruandi causa ad illud accederemus. Ad rationem dubit, dicitur sacramenta in voto suscepta iustificare, non quia ut sic suscepta gratiam conferant ex opere operato, sed quia contritio, ad cuius intuitum & mensuram datur gratia, includit propositum suscipendi sacramenta tempore suo, tenemur autem illi in voto suscipere, quando non possumus actu; quia si tunc iustificari volumus, tenemur aeternam contritionis elicere, qui illorum propositum includat. Ad Trid. dico, illud intelligi de utilitate, non quia responderet sacra-

mento ex opere operato, sed merito & voto operantis: hoc enim modo sacramentum ad gratiam concurrit non causatiue, sed terminatiue, ut cocurrunt cetera obiecta honesta: ita S. Tho. 3. p. q. 66. a. 11. & 68. a. 2. & 73. a. 3. & q. 80. a. 1. ad 3. docet, nos per votum sacram. consequi rem & effeatum sacram. nempe aequivalenter, quatenus in ordine ad iustificationem præstat idem, quod præstat gratia susceptra per sacramentum.

Ratio dubij 2. sc. quando sacramenta actu suscepit conferant gratiam, est; quia sacramentum non confert gratiam antequam sit completum in ratione sacram. cum nulla res causet, antequam sit in seipsa completa: sacramentum autem, cum sit ens successuum, excepta Eucharistiæ, non potest habere esse completum, neque in instanti, quia in eo desinit esse motus, & consequenter sacramentum in motu consistens: neque in tempore: quia in eo producitur sacramentum; dum autem ens successuum producitur, non potest habere esse completum, cum non habeat omnes suas partes actu; sed partim præteritas, partim futuras. Propter hanc difficultatem varij excogitati sunt modi.

Quando sa-  
cramenta a  
actu suscep-  
ta gratiam ob-  
seruantur,

Primus affirmat, gratiam conferti in tempore indeterminato ante instanti, in quo extrinsecè compleatur sacram. Fundam. datur instanti, in quo valet dicere, nunc primò non est sacram. immediate ante erat: sed rō immediate ante, dicit tempus indeterminatum minus & minus in infinitum versus instanti, cum nulla pars se tota immediate coniungatur instanti: sacramentum autem gratiam confert, quando est. Confirm. Potest gratia amitti ante instanti: ergo & acquiri. Antec. prob. potest iustus habere preceptum diligendi Deum ante instanti mortis, qui si toto hoc tempore non diligat, amittit gratiam, & non instanti mortis, quia non amittit gratiam, nisi quando peccat; peccare autem in instanti mortis non potest, quia mors est primum non esse hominis, in quo cessat preceptum: neque in aliquo instanti ante instanti mortis, quia mediat tempus determinatum, in quo adhuc preceptum impleri potest. Sed contrà 1. talis pars indeterminata per me non datur: implicat enim dari partem in continuo diuisibilem, in alias partes indeterminatas infinitas, quam Deus sua cognitione non signet. 2. sequitur, hoc tempus, quod ponitur indeterminatum, fore determinatum, quippe quod clauderetur instanti signato A, in quo gratiam immediatè ante producta primò conservaretur, & altero instanti intercedente, quod diuidetur non esse gratia ab ipso esse gratia. Item gratia producta immediatè ante hoc instanti potest hoc instanti corripi: ergo tempus, quod cadit medium inter hoc instanti, quo primò conservatur, vel desinit esse gratia, & instanti, in quod ultimò peruenit, non esse gratia, est determinatum. Ad fund. nego in illo immedietè ante conferri gratiam. Ad confir. dico, moraliter non posse hominem tale preceptum servare, nisi tempore determinato: quia homo operatur cum discursu, qui tempus requirit. Unde si ante aliquod tempus breuissimum, preceptum non impleuit, incurrit peccatum, & gratiam amittit, quia moraliter non potest illo breuissimo tempore, quod superest, preceptum servare. Loquendo autem de potentia absoluta, dico, peccatum contrahi, & gratiam amitti instanti extrinseco mortis. Ratio: peccatum omissionis non contrahitur, quamdiu durat tempus implendi preceptum, sed cum primù illud cessat, quia tunc contrahitur hoc peccatum, quando homo sit sua culpa impotens ad preceptum seruandum.

Vix modi  
excogitati.  
Primus.

139.

Partes inde-  
terminatae  
non dantur,  
nec distincte  
actu, nec  
etiamsi.

141.

Secundus

140.  
Modus.

**S**ecundus asserit gratiam conferri tempore indeterminato immediatè post instans, quo valeat dicere, nunc non est completum sacram. immediatè post erit completum. Fundam. ens successuum compleetur in tempore: non determinato; qualibet in parte priori sacramentum erat completum; ergo indeterminato; non immediatè ante instans, quia ipso instanti adhuc est incompletum: ergo immediatè post, per particulam indeterminatam motus. Sed contrà: 1. sacramentum completur, quando compleetur eius moralis significatio; sc. in instanti, nam adhuc non sequutā particulā motus immediatè post, significatio sacramenti moraliter percipitur; nec potest moralis significatio impediri defensu partis indeterminatae. 2. gratia est indivisiibilis; ergo non postulat connaturaliter produci tempore divisiibili.

**T**ertius Sotii in 4. dist. 9. qu. 2. art. 7. Nugnez p. 9. 62. art. 1. diff. 5. docentium, gratiam conferri instanti extrinseco, quo primò non est, & immediatè antea erat sacram. Fundam. ens successuum non habet esse completum, nisi quando primò non est; nam quamdiu est, semper habet aliquas partes futuras, per quas adhuc est compleendum, cùm motus essentialiter constet paribus præteritis & futuris. Sed contrà: hic modus non saluat physicā causitatem sacram, qualem sustinent Thomistæ; cùm nequeat physicē causare, quando non est.

**Q**uartus suares disp. 8. sect. 2. affirmantis, gratiam conferri instanti intrinseco, quo sacram. ultimò perficitur per indivisiibile reale positivum: supponit. n. in quolibet ente successu dari aliquod indivisiibile reale positivum, quod producitur instanti terminatio motus, ultimo coramplene illum, quod in tempore dicitur instans; in motu muratum esse. Sed contrà: 1. hanc indivisiibilia non dantur. 2. supponit sacramentum iam factum; consistit enim in ente successu, quod desinit instanti: vnde dari posset casus, quo quis sumpto sacram. gratiam non reciperet, vt si instanti terminatio motus baptizatus moteretur, defensu indivisiibilis, quod instanti extrinseco produceretur, in quo subiectum non est capax gratiæ sacramentalis.

147.  
Gratia con-  
feretur in si-  
stis negatiis,  
quæ morali-  
zatōrē comple-  
tus signifi-  
catur sacra-  
mentum.

**Q**uintus probabilissimus; gratiam conferri instanti negatiuo, quo moraliter compleetur significatio sacramenti. Fundam. gratia producitur cùm primū completur sacramentum, seu moralis significatio ipsius, tam ex parte formæ, quam ex parte materiali, cùm ex veraque constet essentialiter; sc. aliquo instanti, non positivo, quia non datur: ergo negatiuo. Suppono autem, in quo quis sacram. dari particulam motus, quæ sit extra essentiam sacram. & consequenter sacramentum essentialiter perfici ante huiusmodi particulam, vt in Baptismo postrema syllaba *Ti*, est extra essentiam sacram. nam prolatà syllabâ *Sanc*, censetur moraliter completa significatio sacram. gratia autem non producitur in ea syllabâ *Sanc*, vt diuisibilis est in partes priores & posteriores, sic n. gratia produceretur diuisibiliter; sed vt dicit negationem vltioris motus subsequentis, quo pacto habet rationem indivisiibilis & instantis negatiui: nec obstat, quod sit instans negatiuum, quia gratia non producitur physicè, sed moraliter à sacram. (vt infrà.) Collige, gratiam interdum produci in fine prolationis formæ, interdum in fine productionis materiali; quia cùm sacramentum essentialiter constet materia & formæ, non producitur gratia, nisi completo sacram. ex parte vtriusque; interdum autem ultimo completur per formam, interdum per materiam. Atque ex his patet ad rationem dubitandi.

148.  
In fine ma-  
terie, vel  
forma.

*An omnia sacramenta gratiam conferant  
recedente fictione?*

**F**icerio est obex seu impedimentum ad sacram. quod duplex est, alterum ad essentiam sacram. alterum ad effectum sacram. prius facit, quod sacramentum sit nullum, posterius ut sit tantum informe et sine principali effectu, qui est gratia. Accedit cum obice ad sacram. quando accedit cum facta voluntate recipiendi sacram. Accedit cum obice ad effectum sacram. quando non Accedit cum dispositione requisita ad gratiam: nam major dispositio requiritur ad effectum, quam ad essentiam sacram. Ratio controversiæ: quando tollitur obex, sacramentum non est: ergo non potest tunc gratiam conferre, etiam si antea fuerit.

**P**RIMA sent. est *Glossa in cap. tunc valere, de con-*  
*secrat. dist. 4.* negantis de Baptismo, ac proinde o-  
*mni. sacram.* Videtur Alenç. 4. p. 9. 8. me. 12. fin. 150.  
dum dicit gratiam impeditam per fictionem Bap-  
tismi recuperari per poenitentiam. 2. Sent. S. Tho. 1. Sen.  
in 4. dist. 17. 9. 3. art. vlt. ad q. 1. Catec. to. Lopus. tract. 151.  
3. cap. 5. Henrig. lib. 1. de Sacr. cap. 2. 5. Nugnez p. 9. 62. Secunda.  
diffic. 6. affirmantium de omnib. sacram. Suar. disp. 28.  
Sect. 6. Coninck q. 62. dub. 5. excepta Euchar. Fundam.  
multa sacram. iterari non possunt, vt quæ charac-  
tem imprimit, Matrimoniu, & Extrema vñatio,  
in eadem infirmitate: at, s̄epe hæc suscipiuntur in  
mortali: ergo ne subiectū perpetuū priuent gratias  
quam continent, debent illam recedente fictione  
conferre. Poenitentia autem etsi iterari possit, non  
semper tamē tenemur peccata siq. confessa, iterum  
confireti, vt cùm illa confessi sumus cum dispositio-  
ne sufficienti ad sacram. non autem ad effectum sa-  
cram. ne igitur hæc peccata remaneant indeleta, de-  
bet sacramentum Poenit. recedente fictione, gra-  
tiati remissuam conferre.

**T**ertia Palud. in 4. dist. 4. q. 5. art. 3. ahre med. & dist. 152.  
17. q. 8. in modo 3. concl. 4. Capreol. dist. 7. art. 1. concl. 2. Tertia.  
& art. 3. ad 1. & dist. 17. q. 2. art. 1. concl. 2. affirmantum de sacram. Poenit. & reliquis im-tingentibus charactere: probabile etiam putat de Circumcisione  
dist. 1. q. 1. ar. 3. ad 7. Durandi contra 4. concl. quæ per  
externum characterem materialiter operabatur recedente fictione, teste S. Tho. in 4. d. 1. q. 2. ar. 4. ad 1. q.  
ad 3. Sicut in Baptismo manet character spiritualis,  
ratione cuius filius deposita fictione effectum recipit Ba-  
ptismi ita manebat character exterior in Circumcisione.  
qui hoc idem efficiebat. Quarta Bonau. in 4. d. 4. ar. 2. 153.  
9. 3. S. Tho. q. 3. a. 2. ad 3. q. ad 3. Ricba. ar. 1. q. 2. Gabr.  
dist. 17. q. 1. ar. 3. dub. 2. Ioan. Mod. de confess. q. 20. alle-  
reutiū. de sacramentis imprimentibus characterem.  
Fundam. character est proxima dispositio ad gratiæ,  
ergo remoto obice, gratiam producit, nam omnis  
causa, remoto impedimento, effectū suum producit.  
Quinta Duran. in 4. d. 4. q. 4. n. 8. & d 17. q. 13. n. 7. 154.  
Canis relect. de Poenit. par. 6. affirmantium tantum de Quinina.  
Baptismo. & Poenit. quia hæc duo tantum sunt ne-  
cessaria ad salutem Sexta Sotii dist. 6. q. 1. art. 8. q. 5. 155.  
nihilominus. Vsq. disp. 161. c. 2. affirmantium tan- Sistia.  
tum de Baptismo: quia solùm de Baptismo nobis  
certa autoritate constat, quod suum effectum rec-  
cedente fictione nobis conferat.

**D**ico 1. Certum est, Baptismum suum effectum 156.  
operari recedente fictione: Scot. in 4. d. 4. qu. 5. §. Baptismus  
Resp. Argent. q. 1. art. 3. Altisid. lib. 4. tract. 3. cap. 2. gratiæ habi-  
& reliq. eis. Constat de confes. d. 4. cap. 42. Tunc recedente fi-  
ctione incipit ad salutem Baptismus, cùm filio veraci tione.  
confessione recesserit, quod sumptum ex August. lib. 1.  
de Baptis.

*de Baptis. c. 12. Fund. effectus Baptismi non potest aliunde supplex; scilicet remissia peccati originalis & actualium, quae ante Baptismum sunt commissa, & condonatio totius penitentiae: illa enim non sunt subiecta clavibus: ergo cum Baptismus iterari non possit, debet effectus isti virtute Baptismi suscep-  
157. tari, recedente fictione, conferri. Dicēs. Posse recuperari virtute Contritionis. Sed contra: Contrito non condonat totam penitentiam: maximè vero præter contritionem dari debet aliquod sacram. vicuius hæc peccata deleri possint; alioquin non esset saluti hominum plenè prouisum.*

*Dico 2. Nullum aliud sacram. confert gratiam habitualem recedente fictione, præter Pœnitentiā, si ea informis dari potest. Fund. primi: nulla est auctoritas aut conueniens ratio: nam quodd multa iterari non possunt, id non probat, nisi de Baptismo, cuius tantum gratia est ad salutem necessaria, & per aliud sacram. suppleri non potest. Ceterorum gratia non est per se ordinata ad remissionem mortaliū, & per alia sacram. habeti potest. Neque character est physica & necessaria causa gratiae, ut impedimento temoro statim gratiam causet. Fund. secundi: in ea opinione peccata facta confessio non remaneat amplius confiteri, cum semel validè clavibus subiecta sint: ergo ne remaneant sine ullo sacramenti remedio perpetuo irremissibilia, debent virtute præteritæ confessionis, cum primū recedit factio, remitti.  
158.*

*Dicēs 1. Remitti posse subseciente confessione formatâ. 2. actu contritionis sine voto ea iterū confandi. Sed contra primum: post confessionem informem potest nulla subsequi confessio, vel quia instat mors, vel quia non est copia confessarij, & nulla stimulat conscientia mortalis. Contra secundum: reddit difficultatem viam salutis, quæ fuit in lege veteri, cum præter præceptum confessionis ponat necessariam contritionem. Ceterum an ea informis & valida dari possit sequentis.  
159.*

*Omnia sacram. recedente fictione operantur gratiam sacram. Fund. hæc consistit in quibusdam auxilijs ordinatis ad finem sacram melius consequendum, quae cum sint propria viuis cuiusque sacram. non possunt haberi saltem cum ea certitudine, infallibilitate & abundantiâ per alia sacram. ergo recedente fictione, & recuperata gratiâ habituali per alia sacram. conferuntur virtute proprij sacram. iam præteriti: ut contraxit quis Matrimonium in peccato, non accepit gratiam; condonato vero peccato per confessionem, vel contritionem, eiusque virtute habituali gratiâ recuperata, conferatur illi virtute præteriti Matrimonij peculiare auxilium ad onera Matrimonij sustinenda. Iuxta hanc concl. Interpretor authores secundæ sent. de qua tantum procedunt argu. Ad rationem dubit. nego conseq. Ad prob. concedo, id quod non est, non posse physicæ effectum causare; potest moraliter, ut infra.  
160.*

## SECTO VIII.

*Qualis dispositio requiratur, ut tollatur obex, & sacramentum suum effectum operetur?*

*Obex possit  
nisi vel ne-  
gari possit.*

*D*upliciter obex opponi potest sacramento. Unus positivus & culpabilis, ut cum quis ad sacram. accedit cum affectu peccandi, aut formaliter, ut cum actuali proposito furandi, aut virtuali, ut si aduer-

*tens accedat sine sufficienti dolore peccatorum: Alter negativus & inculpabilis, ut si sacramentum suscipias sine sufficiente dispositione ad gratiam ex ignorantia invincibili. Prior obex aut est tantum concordans, aut etiam subsequens sacram. ut si post indignam susceptionem faciam. alia peccata etiam committas. Quæstio est, an ad tollendum obicem sive positivum, sive negativum sive cōcipientem, sive subsequentem, ut eo sublatu sacramentum conferas gratiam, requiratur contritio, an sufficiat sola attritio. Nota, hanc quæst. fieri tantum de Baptismo, de quo solùm est certum, suum effectu operari recedente fictione.  
Quæstio de  
Baptismo.*

*PRIMA sent. est Palud. in 4. dist. 4. q. 5. affirmantis, sufficere attritionem ad quemlibet obicem tollendum, quo sublatu Baptismus cōfert gratiam, quam à principio contulisset, si nullum obicem invenisset. Fund. licet sola attritio non sufficiat ad tollendum Fundamentum obicem mortalis in susceptione Baptis. vel post cōmissi, sufficit tamen in virtute Baptis. suscepti mortaliter in suo charactere perseverantis; cum enim Baptismus vim habeat gratiam conferendi attrito, & deleodi peccata, quæ ante ipsum sunt commissa, cumque unum mortale deleri non possit sine alio, hoc ipso, quo facta baptizatus atteritur, sufficienter disponitur ad recipiendam gratiam baptis. quæ direcțe tollit peccata antea commissa, indirecțe etiam post Baptis. commissa. Confirm. nec Pœnitentia per Confessio. se est instituta ad delenda peccata non confessi; nec Eucharistia ad delendum mortale; & tamen indirecțe id fit. 2. Sent. Vag. disp. 161. c. 2. requirentis Secunda. contitionem, vel attritionem unâ cum sacram. Pœnit. ad quemlibet obicem etiam negativum & inculpabilem tollendum. Fund. oppositum neque Augu- Fundam. stinus, qui de Baptismo, recedente fictione, suum effectum operari docuit, neque villus antiquus docto assertuit.  
161.*

*TERTIA sent. est Henr. I. I. de sacram. c. 24. Sua. 3. p. 3. 3. Sen. 10. 3. disp. 28. sect. 5. Cominc. a. 1. dub. 6. affirmantium, ad Sequenda. tollendum obicem negativum & inculpabile sufficere attritionem; ad tollendum positivum & culpabile requiri contritionem, vel attritionem unâ cu sacramento Pœnitentia.  
162.*

*Hæc sent. probabilior: prior pars prob. ea dispositio sufficit, ut præteritum sacram. suum effectu operetur, quæ sufficeret, ut cum ea præsens sacram. cunctum effectum operaretur; sed ad hoc sufficeret attritio: ergo. Maior. prob. tota ratio, cur impeditus fuerit esse factus sacram. fuit negatio debitis dispositiōnēs: ergo ea tantum posita, & nullo alio impedimento apposito, producitur effectus præteriti sacr. quia præsens dispositio supplendo defectū præteriti sacram. illud quasi retrahit, & facit, ut nunc sit productum, quod ante non erat. Confirm. sufficit attritio tempore præcedens, ut sacram. postea suum effectum conferat: ergo sufficit attritio tempore subsequens, ut sacram. postea suum tribuat effectum; est enim eadem ratio. Posterior pars est Scoti in 4. dist. 4. qu. 5. Gabr. q. 1. art. 3. dub. 3. culpabilem. Scoti dist. 6. q. 1. art. 8. in resol. argu. & relig. scholast. qui loquuntur de obice culpabili. Fundam. attritio non sufficit delere mortale, nisi in virtute alicuius sacramenti: ergo sola attritio non sufficit ad tollendum fictionem, & reliqua peccata Baptismum subsecuta.  
163.*

*Dicēs. Ea deleri in virtute præteriti Baptismi. Sed contra: Baptismus non se extendit ad peccata post ipsum commissa: hæc enim teste Trid. sess. 14. cap. 1. subiiciuntur clavibus, cum sint hominis insigniti charactere baptis. per quem sit subditus Ecclesiæ: proinde illa non sunt amplius obiecta Baptismi.  
164.*

167. tissimi, sed confessionis. Instas. Etiam peccata ante Baptisi commissa sunt extra sphēram Pœnitentiaz, & tamē hæc indirectè ad illa se extendit, quia cū solā attritione non solum deler peccata post, sed etiam ante Baptisi commissa quæ fidele baptizatus, si dignè accedat ad confessionem, non solum consequitur peccatorum veniam post, sed etiam ante Baptisi commissorū. Resp. Nego, peccata ante Baptismum deler virtute Pœnitentiaz, sed Baptisi mihi, qui sublato obice per Pœnitentiam, statim reuiuit, delectus omnia ante ipsum commissa, quæ delueris, si nullum à principio obiceris inuenissem. Solum ergo Pœnitentia tollit obicem, quæ sunt peccata post Baptisi, quo sublato, Baptismus deler peccata ante ipsum commissa: Patet: Nam sacramentum Pœnitentiaz sine Baptismo peccata non deler. Quare utrumque sacram, concurrit, alterum ad delenda peccata post Baptisi, quæ erant obex, ne Baptismus gratiam conferret: alterum ad delenda peccata ante Baptisi sufficit ergo attritio cum Pœnitentia ad delenda peccata ante Baptisi, quia adiuuatur à Baptisi, non sufficit Baptismus fidè suscepimus cum solā attritione ad delenda peccata post Baptismum, quia non adiuuatur à Pœnitentia, cuius est delere peccata post Baptismum.

168. Instas; hinc sequeretur, dimidiari veniam peccatorum; nam neutrum sacram, tribuit perfectam remissionem peccatorum, sed dimidia habetur ab uno, dimidia ab altero. Resp. Nego sequel. Ad prob. dico, aliud esse, neutrum sacram, per se habere vim remittendi omnia peccata; quod verissimum est, quia non ad omnia delenda ordinatur quodlibet sacram. Aliud posse in re haberi dimidiatam peccatorum remissionem; quod falsum est, & impossibile: quia implicat unum mortale remitti sine alio; & ideo nec Baptismus delers potest peccata ante ipsum commissa, sine Pœnitentia delente peccata Baptismum subsequuta: nec Pœnitentia delere peccata post Baptisi, sine Baptismo remittente peccata ante ipsum patrata. Vnde in hoc casu prius ratione confertur gratia pœnitentialis, quam baptismalis, quia prius ratione intelligitur remitteri obex, quam Baptismus operari; sed obex remouetur per gratiam pœnitentialem: ergo:

169. Dicas. Non intelligitur subiectum capax gratiæ pœnitentialis, nisi prius sit regeneratum per gratiam baptisi. ergo prius ratione confertur gratia baptismalis. Resp. neg. antec. sufficit n. vt sit insignitum charaktere baptisi, qui sicut facit subiectum subditu Ecclesiz, ita & capax gratiæ sacram, quamvis sub respectu regenerationis gratia baptisi sit prior pœnitentiali; esto sub alio respectu remouentis obicem, prior sit gratia pœnitentialis.

170. Sequitur i. non modo attritionem cum sacram. Pœnit. sed etiam contritionem puram cum aliquo sacram. viuorū, tollere obicem culpabilem Baptismi. 2. Ad remouendum obicem confessio nis informis, si dari potest, semper sufficere attritionem: quia contritio requiritur ad tollendū obicem culpabilem; at hoc ipso, quod obex est culpabilis, confessio est nulla defectu doloris, qui est pars integrans sacram. 3. Quando Baptismus & Pœnitentia simul concurrunt ad delenda peccata commissa ante & post Baptisi, peccata ante Baptisi, remitti quoad totum reatum, non peccata post Baptisi. Est S. Tho. 3. p. qu. 69. art. 10. ad 3. Ratio: illa remittuntur virtute Baptismi, cuius est peccata quoad totam poenam remittere; hæc virtute Pœnitentiaz, quæ eam virtutem non habet. 4. Recepiente fictione, Baptismum remittere peccata ante ipsum commissa non solum quoad poenam, licet

quoad culpam supponatur remissa per constitutio nem tollentem obicem: Nam Baptismus simul cum contritione, vel cum Pœnitentia concutit ad gratiam remissiā omnium peccata: eadem n. gratia ut remissiā peccatorum ante Baptisi, est à Baptismo; ut remissiā peccata post Baptisi, est à Pœnitentiā, vel contritione, sub diversa prioritate, vel posterioritate. 5. Cum charactere informi baptisi non infundi charitatem; quia hæc inseparabiliter comitatur gratiam; infundi tamen fidem & spem: Caiet. 1. 2. qu. 62. art. 4. Fundam. fides & spes non repugnant cum peccato fictionis: solum enim illæ virtutes pugnant cum infidelitate & desperatione. Quoad fidem docet Trident. sess. 6 Can. 28. & eadem ratio est de spe: ergo simul infundentur cum charactere, tum quia recte Caiet. sic baptizatus est verè fidelis: efficiunt autem fideles habitu fidei: tum quia sacramenta agunt ad instar causarum naturarum, quæ statim confertur, quidquid conferte possunt.

171. Pater ad fundam, primæ sent. Ad confitm. dispa ritas est: quia tam peccata confessa, quam mortale inuincibilité ignoratum, sunt commissa ante sacram. ergo aliquo modo sunt intra sphēram sacramenti. Vnde potest indirectè saltem se ad illa extenderet. Peccata post Baptisi sunt omnino extra sphēram Baptisi. vnde neque indirectè potest se ad illa extenderet. Ad fundam. secundæ sent. licet nec August. nec veteres Doctores de obice inculpabilitè expressè disputant, id tamen ex eorum dictis colligitur: nam omnes docent, id est sacramentum à principio gratiam non conculisse, quia erat obex: ergo, eo sublato per attritionem, statim illam confert.

## S E C T I O I X.

*An sacramenta nouæ legi sint physica, an moralia instrumenta gratia?*

172. P. Rix. sent. 3. Tho. 3. p. q. 62. art. 3. & 4. & ferè omnium Thom. affirmat, sacramenta non esse physica stra esse physica instrumenta gratia. Probant: 1. prob. 1. quia Scriptura, Concilia, & Patres docent, sacramenta emundare, sanctificare, confinete, conferte gratiam. August. tract. 80. in loan. Unde ista tanta virtus aquæ, ut corpus tangat, & cor abluer, nisi faciente verbo? Hæc autem physicam causalitatem important: 2. Alioqui non verificantur formæ sacrament. Ego te baptizo. Ego te absuelo. Si solus Deus in baptizato & confidente gratiam produceret, formæ fuerat mentalis. 3. Quod est fundam. S. Tho. si solus Deus ad presentiam sacram. gratiam infundet, sacramenta non transcendenter rationem signi: hoc autem est contra Concilia & Patres, qui addunt rationem causæ. Florent. in decret. Pontif. 9. 5. assignans differentiam inter vetera & noua sacram. Illa, inquit non causabant gratiam, sed eam solum per Passionem Christi dandam esse figurabant: hec verò nostra & continent gratiam, & ipsam dignè suscipientibus confundunt. & Trident. sess. 7. can. 6. de Sacram. Si quid dixerit, sacramenta nouæ legis non continere gratiam, quam significant; aut gratiam ipsam non ponentibus obicem non conferre, quasi signa tantum exterha sint accepta per fidem gratia, vel iustitia, & nota quedam Christiana professionis, quibus apud homines discernuntur fideles ab infidelibus; anathema sit. 4. Christus per suam humanitatem ut per instrumentum coniunctum physicè causat in nobis gratiam: ergo eandem physicè etiam producit per sacramenta ut per instrum.

Pecata ante Baptisi, mutuam commissam Pœnitentiam removit.

173. Ref.

Ref.

Contra Gabriel.

per instrumentum separatum. Quia instrumentum debet conformari causa principali. Ad te. c. Trid. fess. 6. cap. 16. vbi docet, Christum iugiter virtutem influere in ipsos iustificatos, ut caput in membra. & vitam in palmires. Porro caput, & vitas non mortaliter. sed physice virtutem influit in membra, & in palmires. Adde, quod verbum, insinuit, quo Trid. vicitur, physicam causalitatem importat. 5. Adam per seipsum tanquam per instrumentum separatum physicè in posteros peccatum transfundit: ergo à fortiori Christus per sacramenta, ut instrumentum separatum physicè gratiam in sua membra influit 6. Ignis tartarus physicè torquet animas damnatas ut ro 2. disp. vlt. sett. 7. ergo sacramenta physicè illas sanctificant. Nam si Deus ad torquentes animas vtitur physicò instrumento, à fortiori eo vtitur ad easdem animas sanctificantas. 7. Si sacramenta nouæ legis physicè gratiam non producerent, non differerent à Circuncisione, quæ gratiam infallibiliter conferebat applicata patrulis, ut moralis causa, à qua mouebatur Deus ad conferendam ihs gratiam: contra Floren. docens, sacramenta antiquæ legis non contulisse gratiam 8. Conferre physicè gratiam facit ad maiorem dignitatem sacram. & ostensionem omnipotentis Dei: ergo non est nostris sacramentis dñegandum 9. Si non causarent physicè gratiam, sed solus Deus ad illorum presentium eam conferret, non magis essent causa gratie, quam verba malitiei habentis pactum cum dñmone sint causa eorum affectuum, quos dñmon ad presentiam talium verborum operatur: sunt. n. causa moralis talium effectuum, mouendo voluntatem dñmonis ad eos causandos.

Cæterùm authores huius sent. sunt diuisi. Paludan. in 4. disp. 1. qu. 1. concil. 2. Capro. q. 1. concil. 3. Ferrar. 4. con. Gen. cap. 57. 5. Ad eviden. prim. dub. Ioan. de Neapol. q. 33. punct. 2. docent, sacramenta non esse immediata instrumenta gratie, sed characteris, vel ornatus physicè disponentis ad gratiam, quæ etiam fuit sent. S. Tho. in 4. disp. 1. qu. 1. art. 4. qu. 1. & de veritate qu. 27. art. 4. ad 7. Fynd. gratia creaturæ; ad creandum creatura assumi non potest: ergo nequeunt sacramenta esse immediata instrumenta physica gratie. Maior est S. Tho. 1. 2. qu. 110. art. 2. ad 3. & poren. qu. 3. art. 8. ad 3. & in 1. disp. 14. qu. 3. Quia gratia non est educibilis de potentia animæ, cum sit forma supernar. nec continetur in potentia actuæ, aut palliæ creature. Minor est eiusd. 1. p. q. 45. art. 5. Scorus in 4. disp. 1. qu. 3. art. 1. 5. Igitur ad argu. putat, sacramenta esse immediata instrumenta non gratie; quia creaturæ; neque ornatus, quia superflaus, sed hominis gratia, hoc est unionis gratia cum anima, ad eum modum, quo homo attingens unionem animæ cum corpore est immediata causa hominis, mediata animæ. Caiet. 3. p. qu. 62. art. 1. & q. 78. art. 4. Nugnæ qu. 62. art. 1. diff. 7. Bellarm. libr. 2. de Sacram. cap. 11. Henrig. lib. 1. de Sacram. ca. 16. & 17. Suar. disp. 9. sed. 2. Valen. disp. 3. qu. 3. pu. Vega lib. 7. in Trident. cap. 11. 12. 19. Sylvi. 3. p. q. 62. art. 3. qu. 3. affirmant esse immediata instrumenta gratie: quia gratia cum sit accidens, non creaturæ, sed educitur. Vega eti cap. 13. putat gratiam creari, adhuc tamen censet, eam physicè attingi à sacram. cum possit creatura à Deo assumi ad creandum.

SICUNDA sent. negat, sacramenta esse physica instrumenta gratie, aut qualitas ad gratiam physicè disponentis. Huius authores diuisi in modo loquendi: omnes conueniunt, sacramenta non concurrent physicè ad gratiam, vel ad qualitatem

illam physicè disponentem ad gradienti.

Bonau. in 4. disp. 1. art. 1. q. 4. ad 5. infine. Richard. 190. Bonau. diff. 1. art. 4. qu. 2. Rubis. q. 1. art. 2. & ad 2. dub. Major. diff. 6. q. 3. & 4. Maris. qu. Lart. 3 in 3. p. art. culpi: Alijod. lib. 4. art. 4. cap. 3. iustio. absolute negant, sacramentes esse causas effectrices gratie.

Durand. in 4. disp. 1. qu. 4. nn. 19. Gabr. diff. 1. qu. 3. art. 2. concil. 7. Ocham. qu. 1. Aliacen. qu. 1. art. 1. concil. 3. loq. Medin. cod. de confessione qu. 20. med. vocant sacramenta causas sine quibz non, quia sine illis Deus gratiam non confert. Dicuntur tamen causa per se, quia ad illa infallibiliter sequitur effectus ex pacto & promissione Dei. Solus Durand. diff. 4. q. n. n. 1. n. causam sine quâ non contundit cum causâ per accidens: quia sicut se habet lex vetus ad nouam, ita sacramenta nova ad vetera; sed lex noua non causat, sed solus Deus in ea causat, quod vetus promitterebat: ergo nec sacramenta nova causant, sed solus Deus in eis, quod vetera figurabant.

Scorus diff. 1. qu. 5. §. Ad primam, Petr. de Aquila qu. 3. Argent. diff. 2. qu. 1. art. 1. concil. 4. Alen. 4. p. q. 5. me. 3. art. 3. §. 3. appellat causas disponentes non physicè, sed morabiles, qua rite suscepta ex diuinâ institutione disponunt subiectum ad gratiam. Aureol. diff. 1. qu. 1. art. 4. causas applicantes, quia applicant virtutem diuinam ad efficiendam gratiam, quâm alioqui non efficerent.

Canus redct. de Sacra. in gen. p. 4. Ledes. in 1. p. 4. 192. Camus. q. 3. art. 3. Molin. 1. p. qu. 43. art. 8. fine Vasqu. in 3. p. disp. 132. q. 5. Coninc. qu. 62. art. 4. causas morales instrumentales. Cuius sent. putat Vasquez fuisse Villoriam, à quo docti suæ Camus & Ledes. hanc docere voluit Sors, pricipiè ratione 3. quam in confirm. sive sent. muratur ex Scoro: quia sicut meritum, inquit, est causa premij, ita sacramentum gratiarum est meritum est causa moralis premij: ergo & sacramentum gratie. Idem re ipsa sent. Palat. in 4. diff. 2. disp. 4. dum docet, sacramenta non esse causas influxuas, sed causarum dispositivas. quatenus reddunt subiectum capax gratie, eo modo quo meritum dicitur causa premij, non quia efficit premium, sed quia disponit subiectum ad premium recipiendum. Cæterùm immittere contendit non esse dicendas causas morales; ed quod causa moralis, inquit, est, ad quam non semper & infallibiliter sequitur effectus. Falsum quippe est, causam moralem esse, ad quam non semper & infallibiliter sequitur effectus, cum, ipso etiam facte, meritum sit causa moralis premij, ad quod tam infallibiliter ex diuina promissione sequitur premium. His presuppositis.

Dico 1. Sacramenta non sunt physica instrumenta characteris, vel alterius qualitatis supernar. ad gratiam disponentis. Prob. 1. ista qualitas superflua est, nec à gratia exigitur, ut constat in eo, qui iustificatur extra sacram. hic n. gratiam, vel incrementum gratie accipit absque prævia qualitate. 2. hæc explicari non potest in Eucharistiæ, in quæ absque prævia qualitate supernat. vi verborum sacram. panis eti substaniatur in corpus, & vinum in sanguinem Christi: neque enim illa deseruit ad expellendam substaniam panis & vini, siquidem illa expellitur ab ipso corpore & sanguine Christi succedente loco substaniæ panis & vini. 3. Ideo Adversarij ponunt hanc qualitatem, quia putant, gratiam reportare supernat. non educi, sed creari, ad quod nulla creatura assumi potest: sed etiam hæc qualitas est supernat. ergo creaturæ. Adde, quod falsum est, non posse creaturam assumi ad creandum obedientialiter, ut 2. 20. disp. 2. sett. 4.

Dico 2. Sacramenta nos attingunt physicè unionem 194.

190. Bonau.

191. Durand.

192. Scorus.

193. Camus.

194. Palat.

Non esse est  
ratio causa  
moralis  
in quid se  
quiesca  
libilitate  
est.

195. Sacramenta  
non sunt  
physica in-  
strumenta.  
charakteris.

Adversarij.

194.

Nec anima-  
gratia physica  
vniuersitatem  
gratia.

vniuersitatem gratia cum anima; et hoc n. sit possibile, supponendo inherentiam à parte rei distingui ab accidente, solum Deum producere gratiam esse. Quod, sacramenta solam vniuersitatem informatiunam gratia cum subiecto tamen hoc non requiritur, ut sacramentū dicatur vera causa physica gratiae: nam homo attingit vniuersitatem animae cū corpore, tamen non dicitur causa physica animae: 2. Si semel sacramenta ponuntur physica instrumenta, potius ponenda sunt productiva gratiae, quam vniuersitatis; nulla enim est repugnancia ex parte termini; quia gratia cum sit accidentis, non creatur, sed educitur de potentia obedientiali animae. Nec refert, quod si supernaturales actus enim charitatis, & viro beata sunt forma supernata. medio tamen habent supernat. eliciuntur ab anima.

Dico 3. Sacra menta non sunt physica instrumenta gratiae: colligo ex Concil. Mogunc. an. 1549. cap. 11. Ego non esse ricus simplices, quod quidam impunè confingunt, sed sacra menta signacula & officia signa, quarum ea suscipientes, gratiam eis conferendo, sanctificant; gratiam verbi sacramentorum non ex ipsa exteriorum rerum viritate, nec ex moris ministeri; sed ex interna & divine operatione virtute affirmandam offero. Quibus Concilium gratiam tribuit, non ex externo symbolo sacram. sed interne virtuti & operationi diuinæ. Quod, cum intelligi non possit de causalitate morali, alioqui gratiam non consergent, contra Concil. intelligi debet de causalitate physica, quæ ex sola virtute diuinâ procedit.

Prob. 2. Idem sacramenta ponuntur physica instrumenta gratiae, quia Patres, Concilia, & Scripturæ testantur, eas esse veras causas gratiae: qui ad hoc saluandum sufficit causalitas moralis: quia non minds scriptores docent, Passionem Christi esse causam nostræ salutis, i. Ioan. 1. Sanguis Christi emundat nos ab omni peccato: Apoc. 1. & 5. Lanx nos à peccatis nostris in sanguine suo redemisti nos. Deus in sanguine suo, quam sacramenta gratiae: sed Passio & sanguis Christi sunt moralis causa nostra salutis; quod enim non est nunc, non potest physicè causare nunc. Respondet Nuguet ad 8. argu. manent nunc Christi Passionem in quinque stigmatibus, ut in suo effectu reali, per quæ etiam nunc physicè influat in nostram salutem. Sed contra; stigmata, quæ nunc manent, non sunt propria Passio, sed effectus Passionis: Scriptores autem nostram salutem tribuant Passionem.

Prob. 3. Multi Patres physicam causalitatem expressè negant nostris sacram. & solum triboune mortalem. Cyprianus serm. de Bapt. Christi initio: Quoniam remissio peccatorum sine per Baptismum, si ne per alia sacramenta donetur, proprio Spiritu sancto est, & ipsi soli buini efficientia primitum manet: verborum solemnitas, & iacri innocatio Nomini, & signa institutionibus apostolicis Sacerdotum ministrii attributa, visible celebrant sacramentum, rite verbis ipsam Spiritum sanctum format & officiit, & consecrationibus visibilibus inuisibiliter manum totius honestatis Amicor apponit, & plenitudinem gratiae utilitatem divina pinguedo sanctificationibus officiis infundit, & rem sacramenti consummat & perficit. Et infra: Propria fidei omnipotens Dei regnes hunc effundit. Quo quid pro nostra sent. expressius i. Ambrosius lib. de dignit. Sacerd. c. 5. fine: Homo manum imponit, & Deus largitur gratiam, in sacram. Ordinis. Sacerdos n. imponit supplicem dexteram, & Deus beatitudinem potest dexteram. Idem lib. n. de Sacram. cap. 5. Baptismum comparat aqua Iordanis emundantis & lepram Naaman Syrum; at emundatio illa moralis fuit, non physica. Hieronymus in p. 1. ad. Homo P. Adm. Tercum VIII.

zantem aquam tribus, Deus autem Spiritum sanctum. Augustinus Epist. 23. ad Bonifa. init. Aqua exhibens s. Augustinum sacramentum gratiae, & Spiritus operans intrinsecus beneficium gratiae, soluent vinculum culpe, reconcilians bonum natura, regenerat hominem in uno Christo, ex uno Adam generatum. Idem explicat Bernardus serm. de Canna Domini exemplo libri, baculi, annuli, quibus inuestitur Canonicus. Abbas, Episcopus. Trident. sess. 6. cap. 7. assignans causam Trinitatis nostre iustificationis, quæ sic per Baptismum, efficiencie assignat solum Deum, meritioriam Christum, instrumentarium Baptismum; hunc à generis physica causalitatibus excludens. 4. Sapientia sacramenta gratiam causant, quod non sunt ergo non sunt Propter. 45. physicas causas gratiae: quando n. non est, non potest physicè causare, & tamen dicitur causa gratiae ergo non ex eo, quod physicè illam causer. Antec. contrahit; quando recedit fictio, sacramentum non est; & producitur gratia nec dici potest, tunc gratiam produci à charactere, vel ornatu relicto a sacramento. hic enim ornatu nec ab omnib. aduersi. admittitur: & impropositum sumitur effectu; sacram. pro sacramento. 5. Evidenter in sacram. Matrimonij, quando contrahitur per Procuratorem: tunc enim producitur gratia in contrahebitibus, quando in ipsis non est materia & forma sacram. sed consensus principalis contrahendit, qui consensus & verbis procuratoris ut conditio sine qua non alteri coniugi notificatur: eadem autem est materia & forma Matrimonij inter presentes & absentes; sc. mutuus consensus contrahendum; alioqui non foret idem Matrimonium. Cum ergo sapientia accidat, ut quando procurator absolvit verba, quibus adstrictus consensu principalis, consensus principalis, qui solus est sacramentum, desicerit esse, non poterit tunc sacramentum physicè gratiam producere.

Admittunt plerique ex aduersi. tam hoc, quam alia sacram. interdum gratiam causare moraliter. Et concedunt, hanc causalitatem sufficere ad salvandum, quod sacramenta sunt verae causæ gratiae: negant, id contingere, quando sunt omnia ad physicam causalitatem requisita, cum hoc non debeat nostris sacram. negari. Alij negant, vlo casti moraliter gratiam causare, & ad exemplum Matrimonij respondent, gratiam physicè causari in contrahentibus per verba procuratoris, in quibus moraliter perseverat consensus contrahendum. Sed contra; non dicitur contrahens physicè agere per physicam actionem procuratoris, sicut nec mandans per physicam actionem mandatarii. Ratio: operatio sequitur esse; sed procurator non facit unum esse physicum, sed morale tantum cum principali contrahente: ergo non potest contrahens denominari physicè agere, per physicam actionem procuratoris. Confirm. verba procuratoris non spectant ad materiam & formam Matrimonij, & hæc salutat in sensu principalium contrahentium, sunt n. verba procuratoris sola conditio: ergo non potest dici, quod Matrimonium ipsum physicè operetur per verba procuratoris, ut per aliquid sui.

Prob. 3. Sacra menta non solum sunt causa gratiae habitualis, quæ infunditur tunc, quodido sacramentum actu causat, sed etiam gratia sacram. quæ est propria vniuersitatis: sed hæc regulariter non datur, quando sacramentum est, sed quando non est: quia cum consistat in quibuslibet motibus & illustrationibus per se ordinatis ad consequendum proprium finem vniuersitatis sacram. non datur, nisi quando urgent occassiones: at hæc urgent, quando sacramentum non est, velut auxilia debita coniugibus ex vi Matrimonij ad onera patientes serenda,

397.  
Nec sunt  
physica in-  
strumenta  
gratiae.

398.  
Vt sunt  
causa mora-  
li, physica  
superficiis.

399.

400.  
Cyprianus.

401. Amb.

402. Hieron.

403.  
In Matrimo-  
niis ne-  
quidi gratia  
procedit phys-  
ica.

404.

405.  
Non per pris-  
cavatioris  
verbis.

406.  
Gratia sa-  
cramentalis  
non a nihil  
causa.

ferenda, dantur post contractum Matrimonium, quando urgent occasiones: Cum igitur sacramenta non possint esse nisi moralis causa gratiae cuiusque propriæ ac distinctiæ, dico posse ea esse veras causas gratiae, esto physicæ non capient.

**Dico 4.** Sacra menta non sunt conditiones sine quibus non, aut causa tantum per accidens gratia. Fundatæ: conditio nullo modo influit in effectum: & sacramenta non transcenderent rationem signi, contra Concilia, quæ docent, ea esse etiam causas gratiae: nam ex Trid. sess. 7. cap. 6. gratiam, quam significant, continent & conferunt, obicem non ponentibus. Multò etiam minus dici possunt causa per accidens: hæc n. neque influunt, neque ad eas infallibiliter sequitur effectus; siquidem per accidens coniunguntur cum causa per se, ut albedo cum musico. Vnde oppositam sent. Capr. in 4. dist. 1. q. 1. fine appellat temerariam & presumptuosaam.

**207.** Ad fundam. Durand. neg. conseq. loquendo de lege formaliter: quia legis tantum est, obiectum dirigeret. Vnde perfecta erit lex, si perfectè dirigatur: sacramenti verò est, sanctificare; nec erit perfectum sacram. si sanctitatem aliquo modo non causet.

**Dico 5.** Sacra menta non sunt causa extrinsecè tantum disponentes subiectum. Hæc n. extrinseca dispositio reducit ad conditionem sine qua non; cùm nihil influat in intrinsecam sanctitatem animæ. 2. Alioqui tota efficacia sacram. teneret se ex parte materiae, non ex parte formæ: 3. materia tantum, non forma recipitur in subiecto: Dispositio autem non disponit nisi afficiat subiectum, quod disponit, vnde solis actibus pœnitentis, non verbis absoluenter tribueretur tota vis pœnitentie, contra Trid. sess. 1. q. cap. 3. vbi præcipuum vim sacram. tribuit absolusioni: 4. Dispositio non potest saluari in transubstantiatione panis & vini in corpus & sanguinem Christi, ad quam nulla præcedit dispositio in substantiâ panis & vini recepta.

**Dico 6.** sacramenta nouæ legis sunt moralia instrumenta gratiae reliquorumque donorum, quæ suscipientibus conferunt. Prob. 1. ex Conciliis sunt verae causa gratiae; alioqui non differunt à puro signo: non physicæ, ut ex iisd. & Patrib. probatum; ergo morales; non principales, tamen principalis causa moralis sit Passio Christi, virtute cuius operantur; ergo instrumentales. Quod autem causalitas moralis sufficiat ad veram rationem cause constituantem, patet: causa moralis est vera causa: finis n. est vera causa, & tamen non causat, nisi moraliter mouendo agens ad agendum. Præterea elemosyna in scripturâ dicitur liberare nos à morte, purgare & redimere à peccatis; cùm tamen hæc non nisi moraliter præstet: vnde recte Aureol. quædam causa dicitur agere in effectum, ut physicæ, quædam dicitur in agens principale, quod mouent & inclinant ad effectum causandum, ut morales: sacramenta igitur non agunt immediatè in gratiam, sed in Deum, mouendo & inclinando moraliter illum ad gratiam conferendam.

**210.** Prob. 2. sacramenta sunt instrumenta Passionis Christi; sunt enim signa rememorativa illius; sed Passio Christi est moralis tantum causa gratiae, teste Trid. sess. 6. cap. 7. ergo & sacramenta. Quia instrumentum debet proportionari suæ cause principali, & eodem concursu in effectum influere; quod fieri non posset, si instrumentum esset physicum, agens principale morale; illud n. influeret concursu physico, principale morali; qui concursus, cùm sint diversi generis, nequeunt in unum indivisiibilem concursum conuenire. Confirm. Trident. statim post assignatam Passionem Christi vt

causalitatem, assignat Baptismum; vt causalitatem instrumentalem illius: ergo non poterit aliud genus causa Baptismo ut instrumento Passionis Christi assignare, quâ illud ipsum, quod assignavit eidem Passioni Christi, ut causa principalis.

**Dico 7.** Sacra menta sunt morsalia instrumenta gratiae, quatenus voluntate Christi assumpta sunt ut instrumenta suæ Passionis; cùm quâ moraliter coniuncta, mouent diuinam voluntatem ad gratiam dignè suscipientibus conferendam. Explico. Duo sunt ad instrumentalem causalitatem necessaria. Instrumentum ipsum, & virtus aliqua causalitativa saltu inchoata, à virtute principalis agentis conditincta, alioqui elevari non posset, ut vna cum principali agente effectum causaret. Nam, ut infra, elevario non ponit, sed supponit virtutem, quæ cum principali agente effectum concausare debet: non est tamen necesse, ut hæc virtus in instrumento sit completa, sed sufficit quæcumque vis inchoata & incompleta, complebilis per associationem cum virtute principalis agentis, à quo ad effectum concausandum assumitur; alias si nulla vis causalitativa supponeretur in instrumento, quod ad causandum assumitur, sed tota vis causalitativa esset in solo principali agente, non posset verum & propriè instrumentum dici re ipsa causare, nisi tantum extrinsecè ab extrinseca causalitate principalis agentis, quod ad verum & proprium instrumentum non sufficit. Porro virtus principalis meritoria in sacram. est Passio Christi, ut definit. Trid. sess. 6. cap. 7. & Ambr. lib. 4. de Sacram. c. 4. Quæ virtus ob infinitam suam dignitatem & valorem coniuncta moraliter ex institutione Christi cum operatione sacram. compleat inchoatam bonitatem illius, ut vna cum meritis Christi permouere valeat voluntatem Dei ad gratiam dignè suscipientibus conferendam.

Quare difficultas est maxima de hac virtute inchoata instrum. quæ presupponi debeat in operatione sacram. cùm n. ista debeat esse aliqua bonitas seu honestas moralis, ratione cuius sit aptum meritorie mouere Deum ad gratiam retribuendam, & nihil valeat meritorie Deum mouere, nisi moralis honestas, non videtur hæc in quovis sacramento assignabilis. Patet 1. in Bapt. ob finem malum infanti collato, qui tamen validus est. 2. In sacerdote absolutionem impendente ob præsum finem, & de reliquis sacram. quæ ut valida sint, non cur. requirunt, ut ex honestâ actione ministri procedant, modò virtuale intentionem faciendi, quod facit Ecclesia, in ministro non excludant.

Ob hanc diffic. nostræ sent. authores nullam requirunt in actionibus sacram. moralem bonitatem, sed sufficere aiunt, ut per modum chyrographi continant merita Christi pro nobis exhibita, ad quæ respiciens Deus, quoties illa per sacramenta, ut per chyrographum præsentamus, gratiam nobis conferat, & peccata condonet: Vel per modum clumenæ pretium nostræ redemptionis continentis, ut quoties sacramenta suscipimus aliquid nobis solvatur de pretio redemptionis, ut à peccati captiuitate liberemur. Verum hæc & metaphorica sunt, & moralem causalitatem in sacram. non salvant, quæ tamen necessaria est ad moralem causalitatem instrum. si n. sacramenta sunt ad instar chyrographi, aut regiarum litterarum continentium maiorum merita in regis obsequium exhibita, cum promissione ipsius regis, ut quoties tales litteræ præsententur, detur præsentanti præmium, non poterunt dici veræ & propriæ causæ gratiae, sed puræ conditions, & mera signa rememorativa Passionis Christi.

Gramor  
quomodo  
inclinet  
moraliter  
Deum.

Ratio instru-  
mentali  
causa.

Inchoate  
bonitas in-  
strumenti  
non effiga.

212.

213.

Christi, sicut chyrographum, aut regis litteres non sunt causas mouentes regem ad præmium dandum, sed puræ conditiones & signa rememoratiua laborum impensorum in regis obsquium, qui tantum mouent regem ad præmium retribuendum; eodem modo non crumena, cùm comparatur actio sacramentalis, sed pecunia in crumena contenta, cui Christi Passio assimilatur, à captiuitate liberat.

Est igitur ad veram & propriam causalitatem moralem saluandā aliqua honestas moralis in actio-  
ne, quæ sacramentum essentialiter constituit, ne-  
cessaria; quæ simul cum morali bonitate operum Christi Deum meritorie moueat ad gratiam conser-  
rendam. Ratio: causalitas moralis est per modum  
actionis imperatoriaz, quæ essentialiter fundatur  
in aliquâ bonitate morali: igitur probandum, in  
quâvis actione sacram. reperi honestatem mora-  
lem, saltē incompletam & inchoatam, in quâ  
fundari possit causalitas moralis sacram. quæ per  
modum inchoati meriti, simul cum meritis Chri-  
sti mouere valeat Deum ad gratiam retribuendam;  
cùm n. a. actio sacram. debeat esse instrumentum  
Passionis Christi, ut principalis causa in ratione  
meriti, etiam actio sacram. dederit esse causa instru-  
mentalism in ratione meriti; alioqui non conueniret  
instrumentum cum causa principali.

Hoc sic probo: Omnis actio sacram. vt sit vali-  
da, habere debet ex institutione Christi, obiectum honestum ob quam honestatem saltē implicitè &  
virtualiter fieri debeat: nam omnis actio sacram. vt  
ex institutione Christi sit valida, debet saltē im-  
plicitè & virtualiter ordinari ad sanctificationem  
subiecti, cui sacramentum ministratur; nisi n. mi-  
nister, quicumque ille sit, habeat voluntatem fa-  
ciendi per sacram. quod Christus vel Ecclesia fa-  
cere intendit, id est nullum: atque talis honestas  
sufficit ad moralem causalitatem instrumenti cùm hac  
bonitas ex obiecto sit aliqua moralis bonitas: ergo  
sufficit ad moralem causalitatem instrumenti obe-  
dientialis: ad hanc enim sufficit quæcunque virtus  
eiusdem generis cum virtute principalis operantis:  
nam sicut ad causalitatem physicam instrumenti  
obedient. sufficit quæcunque vis productiva, vt  
cum virtute principalis agentis c. ncurrete valeat  
ad effectum ipsius principalis: ita ad causalitatem  
moralis instrumenti obedient. sufficit quæcunque  
moralis bonitas, vt cum bonitate principalis  
mouentis mouere valeat ad effectum ipsius prin-  
cipalis. Ratio: quidquid ad effectum causandum  
obedientiali instrumento deest, suppletur per vir-  
tutem principalis operantis, à quo obedientiale  
instrumentum ad causandum assumitur: ergo quæ-  
cunque virtus in instrumento supponatur, sufficit  
vt in genere causæ, in quo assumitur, possit à prin-  
cipali compleri, & vna cum eo effectum causare.

Quod autem hæc bonitas ex obiecto, ex quo  
procedere debet omnis actio sacram. vt sit valida,  
sit aliqua bonitas moralis, prob. hæc est prima bo-  
nitas ab omni alia bonitate finis & circumstantia-  
rum præsupposita; hæc est quæ tribuit primam  
speciem moralem actui, pròpter quod primordia-  
lis & originaria à Theol. nuncupatur: nec tollitur  
per prauam intentionem ministri; nam licet hæc  
inficiat actionem sacram. quatenus actio priuata  
personæ est: non tamen eas inficit, vt actio publicæ  
personæ est à Christo instituta: potest n. vna &  
eadem actio ab eadem personâ priuata ob malum  
finem exercita esse mala, & simul ab eadem vt pu-  
blicâ pròpter honestatem obiecti implicitè saltē  
& virtualiter elicita, esse bona. Potest n. Respub.  
vel Princeps statuere, ne priuata malitia personæ

irritet actionem, ab eadem vt publicâ persona, pròpter obiectum honestum lege prescriptum, exercitam: vt leges Romanæ statuerant, ne priuatus defectus Magistratus irritaret publicos contra-  
etus, & actiones ab eod. vt publicâ persona, iuxta legum solemnitates celebratas, vt constat ex legib[us] Barbariuss. de officiis prætoris, in qua statuitur, ne contractus & actiones à ficto & putato prætore celebratas sint irritas, sed validæ & efficaces, ac si à vero & legitimo ministro celebratas essent. Po-  
teriori iure potuit Christus statuere, ne priuatus defectus & malitia ministri inficeret actionem sa-  
cram. à se, propter honestum finem & obiectum institutam, sed non obstante priuata malitia minis-  
tri, adhuc perleueraret in actione sacram. à minis-  
tro, vt à publicâ persona exercita, moralis hone-  
stas ex obiecto desumpta. Confirm. 1. sicut vna &  
eadem actio externa tribuendi eleemosynam, vt  
imperata ab herbo ad finem bonum, est honesta &  
meritoria; vt executioni mandata à seruo ob malum  
finem, est mala & demeritoria; vel contraria ita vna  
eademque actio sacram. assumpta & imperata à  
Christo ob finem bonum, est honesta & meritoria  
coram Deo; vt executioni mandata à ministro ob  
prauum finem, est mala & demeritoria. 2. Potuit  
Deus cum Adam pactum inire, vt per solam exter-  
nam obseruantiam præcepti de non comedendo  
ligao prohibito prouenteretur iustitiam origina-  
lem posteris, & tunc etiam ex externa illa præcepti  
obseruatio ex obiecto honesta ab Adam exercita  
fuisse ob prauum finem, adhuc fuisse in territoria  
nobis propter honestatem obiecti, licet noua meri-  
toria Adæ, vt priuata persona, potest igitur eadem  
actio sacramentalis ex obiecto honesta, ad malum  
finem à ministro elicita, esse meritoria nobis, de  
meritoria elicenti. Ratio: actio sacram. non mo-  
uer Deum ad conferendam gratiam, vt actio mi-  
nistri est, sed vt Christi per ministrum, vt per in-  
strumentum executioni mandata: ac proinde vt sic  
includit imperium Christi assumptis actionem il-  
lam vt suam. Contra hanc nostram rationem,

Obiectus 1. Nullam moralem bonitatem tribuit  
obiectum honestum actu humano; quando est a-  
liquâ circumstantiâ malâ infectum. 2. Nulla ho-  
nestas obiecti refunditur in actu, nisi expresse,  
& per se intendatur; sed vt actio sacram. sit valida,  
necessaria non est, vt per eam expresse & per se in-  
tendatur honestas obiecti, ad quod ex Christi in-  
stitutione ordinatur: igitur nulla ex tali obiecto  
refunditur honestas in actionem sacram. Resp. ad 1.  
Antec. esse verum, quando a. ab eadem perso-  
na elicetur & imperatur: talium, quando à diuersis.  
Constat in exemplo heti & serui ad eand. ex-  
ternam eleemosynam concurrentium: Ad 2. Mai-  
or intellig. de actione ab eadem persona elicita  
& imperata, non à diuersis: quia tunc potest abeli-  
ciente quoad moralem bonitatem inchoari, ab im-  
perante completi: Constat e. d. exemplo: si famili-  
lus implicitè intendat honestatem eleemosynæ, quæ  
expresse per actuim imperantem intendit herus,  
eadem externa actio eleemosyna, erit inchoatiæ  
honestæ ex voluntate elicentis, & completa bona  
ex voluntate imperantis. Ratio discriminis: quan-  
do eadem est persona imperans & eliciens, nequit  
externa actio suam bonitatem vel malitiam desu-  
mers aliunde, quæ ex actu eisd. videlicet si ille est  
ob malum finem, actio externa erit mala; si ob  
bonum, bona; quando verò alia est persona imperans  
ab eliciente, ambaque conuentient ad eandem  
actionem excedentem, potest eadem actio ex vol-  
untate elicentis esse mala, ex voluntate verò im-  
perantis.

217. Confirm. 1.

sic.

219. Cetera b. b.  
nostram ra-  
tionem.

220.

221. Post obiecti  
res, obiecti  
refundit in  
actum, licet  
non expresse  
intendatur,  
quando  
actus ille à  
diuerso im-  
peratur. Et  
diuerso  
excus oxi-  
datur.

214.  
Necessaria  
est bonitas  
moralis.

2 priori.

215.  
Responsum  
ille in ab-  
ne sacra-  
mentis.

216.

Actio mala  
vt à priu-  
ta persona,  
bona vt à  
publica.

perantis bona; & è contra; nam actio exteriora dicitur moraliter bona, vel mala extrinsecè ab actu imperante bono, aut malo: ergo quando pendet à duplice imperio personaliter distincto, potest respectu unius esse mala, & solum inchoari quoad honestatem obiectivam; respectu alterius quoad eandem honestatem consummari, & esse bona.

**Dicēs.** Hoc modo ne quidem implicitè necessum foret, ut minister intenderet honestatem obiecti à Christo instituti, sed sat esset si tantum exterioram actionem sacram. exerceret, quæ habet inchoatam bonitatem ex obiecto, ad quod ex institutione Christi ordinatur, & ex imperio eiusdem. in eadem bonitate consummatur. Sed neg. sequel. Christus n. actiones sacram. instituit humano modo à ministris exercendas; sc. saltem implicitè eliciendas ob finem & obiectum, ad quod est à principali institutore ordinata.

**Obiectus 3.** Actio sacram. habet moralem bonitatem & valorem ex voluntate Christi illam instaurantis, & ordinantis ad bonum finem; ergo non ex se. Resp. habet ex eo efficienter: non totam bonitatem formaliter, sed completive tantum à voluntate Christi, inchoatiè verba voluntate ministri, ut persona publica, quæ implicitè saltem debet obiecti honestatem intendere.

**Obiectus 4.** Sequitur, etiam Circumcisionem fuisse moralem causam gratiæ, contra Florent. definiens, antiqua sacram. tantum figurasse, non dedisse gratiam. Circumcisio n. potuit mouere Deum ad conferendam gratiam propter merita Christi prævisa. Resp. neg. sequel. vt n. Circumcisio potuisse ut instrumentum Passionis mouere Deum ad dandam gratiam, non sat fuisse Deum gratiam contulisse Circumcisio, propter merita Christi: sic n. sola merita Christi causarent moraliter gratiam, non Circumcisio, quia non fuisse assumpta ab humana voluntate Christi, ut instrumentum sua Passionis morale: quod ut valeat in virtute alterius operari, debet ex voluntario consensu illius substitui: cum n. ex se sufficientem operandi virtutem non habeat, debet illam per moralem communicationem alterius, medio libero consensu iphius, habere. at quando erat Circumcisio, non erat humana voluntas Christi, ut illam posset vicariam sua Passionis substituere. Dices. Potuit. Deus moueri ex Circumcisione, ut assumenda ab humana voluntate futuræ, sicut addandam gratiam antiquis Patribus. motus est meritus Christi futuris. Resp. est contra naturalē modum operandi causæ, ut quando debeat causare, non habeat virtutem causandi: cum igitur instrumentum morale suam completam virtutem causandi habeat à libero consensu principalis operantis, non potuit Circumcisio connaturaliter causare, ut instrumentum Christi, antequā esset assumpta per liberum consensum ipsius. Nec sat fuisse, ut in præscientia Dei simul fuerint, Circumcisio & virtus communicata ab humano consensu Christi futuro: quia per hoc non tollitur innaturalitas, quod causa, ut connaturaliter causet, non debeat reipsa tempore separari à sua virtute causandi. Aliud est de meritis Christi sc. causam prævisam futuram causare estendum præteritum, non est contra modum connat. causæ meritorum, quæ causat mouendam voluntatem præmiantis ad retribuendum præmium; ad quod sufficit, meritum esse præsumum aliquando futurum; ut præmians moueri possit ad præmium quounque tempore retribuendum. At causam præteritam causare per virtutem futuram, est contra modum connat. causæ: cum n. virtus causandi debet esse aliquo modo

intrinseca, causæ, siue per identitatem, siue per inhaerentiam, siue per denominationem, connaturale non est, ut causet per virtutem tempore distatum. Merita autem Christi futura non caularunt gratiam præteritam, ut per suam virtutem cauasdi; hanc n. non habuerunt à gratiâ præteritâ, sed à seipisis, ut à personâ, à quâ fuerunt prævisa procedere: quare etiam ut futura præuidebantur cum intrinseca virtute præsente; Circumcisio verba prævisa fuisse cum extrinsecâ virtute futurâ.

**Obiectus 5.** Nequit in Euchar. assignari instrumentum morale mouens Deum ad gatiam dignæ suscipienti conferendam. Non Christus, quia est causa principalis: non species sacram, quia haec non sunt capaces bonitatis moralis, quæ in libera actione fundatur: non actio ministrandi, aut manducandi: tum quia neutra est essentialis huic sacram. ut infra: sacramentum autem est morale instrumentum per aliquid sibi essentiale, aliâs conferri posset totum esse instrumentum sacram. & nihilominus suum effectum dignæ suscipienti non conferre, defectu conditionis accidentalis, per quam constitueretur causatiuum gratiæ, quod est contra Concilia, quæ definiunt sacramenta gratiæ conferre, obicem non ponentibus: si autem sacramentum non conferret gratiam per id, quod essentialiter constituit in ratione sacram. posset, obicem non ponentibus gratiæ non conferre, cum esse instrumentum sacram sit ipsu: tum quia posset infanti baptizato, vel ameti Eucharistia dari: quo casu augeret in infante, vel in amente gratiam: tamen nec actio amoris, nec manducatio infantis esset moralis causa instrumentalis gratiæ, cum neutra esset actio libera, in qua omnis moralis causalitas fundatur. Resp. In hoc sacram. ad gratiam conferendam Deum non ut in instrumento separato, sed tantum coniuncto, quod est corpus & sanguis Christi, quatenus fuerunt immediata instrumenta passionis & mortis Christi, in qua meritum redemptionis consummatum fuit.

**Obiectus 6.** ex Soto. Causa moralis non est instrumentum eius: qui mouetur, sed alterius: sacramenta sunt instrumenta Dei ad gratiam producendam: ergo non sunt causa moralis. Resp. propriè esse instrumenta Christi, qui virtutem sua Passionis illis communicavit, quæ propterea dicuntur signa rememorativa Passionis Christi, ex Soto in 4. dist. 1. qu. 2. a. 3. circa principium. Dicuntur instrumenta Dei, quâ subordinantur Deo ad gratiam producendam.

**Obiectus 7.** Merita Christi semper sunt actu præsentia Deo: ergo continuo mouent eius voluntatem: ergo non possunt denud per sacramenta fieri præsentia Deo, eiusque voluntatem mouere ad gratiam conferendam. Resp. esse continuo præsentia, non tamen continuo mouere diuinam voluntatem ad gratiâ producendam, nisi speciali modo applicata per actiones sacram. ut per instrumenta à Christo instituta: sicut merita Christi, & sanctorum, sunt Deo continuo præsentia, non tamen semper monent Deum ad gratiam retribuendam, nisi peculiari modo applicata per orationes aliorum.

**8. Deducitur 1.** Sacramenta non conferre gratiam, vel ex opere operantis subiecti, ut patet de parvulis: velex opere operantis ministri, ut constat de ministro conferente sacramentum ob manu finem: sed ex opere operato meritorum Christi, quia operatio ministrorum causat moraliter gratiam, quæ ipsius operatio, sed quæ actio Christi ab ipso infinita in instrumentum sua Passionis: unde per accidens est ad gratiam conferendam, quod actio ministri, quæ priuata persona est, sit bona.

**2. Quo**

Cur Circ. tisio non posuerit esse moralis causa gratia.

Instrumen- tium morale quid requiri?

115.

Resp.

De Euchar. peculiare datum.

527.

528.

529.

Gratia na- quis dei conserbi ex opere operantis mi- stris.

231. *Sacra menta causant, & continent gratiam.*

232. *No nuntia pura signa.*

233. *Ad 1. prime sent. citatas authoritates ins-*  
*fere. n. 177.*

234. *non est nisi moralis causa nostræ salutis. Ad 2. Suf-*  
*ficit causalitas moralis ad verificandas formas sa-*  
*cram. sicut verè dicitur Passio & sanguis Christi*

235. *emundare & lauare nos à peccatis, & pecunia re-*  
*dimere nos à captiuitate. Ad 3. neg. sequel. quia*

236. *signum nec physicè, nec moraliter continet ali-*  
*quid, ratione cuius possit inclinare voluntatem*

237. *agentis ad conferendum esse&stum: sacramenta ve-*  
*ro continent bonitatem, latèm incompletam, ex*

238. *obie&to honesto refusam, merito eius mouere*

239. *possunt voluntatem Dei ad gratiam rite suscipienti-*  
*bus conferendam. Ad 4. neg. antec. humanitas*

240. *enim Christi solidum moraliter & imperatorie mira-*  
*cula patrabat, vt 10. 6. disp. 22. Concilium autem*

241. *intelligitur de influxu morali, qui est vera & pro-*  
*pria causalitas, vt probatum. Neque necessarium*

242. *est, vt verbum, influit, intelligatur de causalitate*

243. *physicà, cùm & què benè intelligi possit de morali:*

244. *præsertim, cùm Concil. ead. sess. a. 7. expresse dixerat,*

245. *Christum ad nostram iustificationem concurrere vt*

246. *causam meritoriam. Ad 5. nego, priuationem*

247. *gratiz, in qua originale peccatum formaliter con-*

248. *sistit, physicè causari ab Adam, sed tantùm moraliter.*

249. *Ad 6. neg. conseq. ignis enim tartareus non est*

250. *aptus causare moraliter pœnam damnatorum; sed*

251. *inclinare voluntatem alterius, vel propter bonita-*

252. *tem ad præmium, vel propter malitiam ad pœnam*

253. *inferendam; cùm malitia, propter quam Deum mo-*

254. *uveat ad pœnam damnatis inferendam, sit tantùm in*

255. *peccatis, quæ damnati commiserunt. Ad 7. neg.*

256. *conseq. Circumcisio n. non erat causa moralis, sed*

257. *pura conditio, sine quâ Deus gratiam non conculis-*

258. *set; eo quod illa nondum erat à Christo in instru-*

259. *mentum sue Passionis assumpta. Ad 8. neg. antec.*

260. *nam ad dignitatem sacram magis facit, quod cau-*

261. *sent moraliter, quam quod causent physicè. Causa*

262. *enim moralis causat per intrinsecam bonitatem.*

263. *Vnde non quodlibet ens aptum est ad hanc causa-*

264. *litatem, sed solum quod fundatur in morali hone-*

265. *stare: causa physicà causat per physicam potentiam,*

266. *quæ reperiri potest in ente imperfectissimo, & de*

267. *se malo, nam ad talem causalitatem Deus vt po-*

268. *test etiam actu peccaminoso. Ad 9. neg. sequel. Ad*

269. *prob. neg. verba malefici esse causam moralem re-*

270. *spectu effectuum, quos dæmon ad prolationem il-*

271. *lorum ex pacto operatur; nulla enim in ijs est vir-*

272. *tus intrinseca mouens dæmonem ad effectus cau-*

273. *sandos, quæ est in sacram. saltēm inchoata mouens*

274. *Deum ad gratiam conferendam. Causa verè mora-*

275. *lis, vt conditio à pura conditione, mouet agens ad effectum causandum per intrinsecam vir-*

276. *tutem in se existentem. Dæmon autem propter verba malefici, ne partialiter quidem & insæquatè mouetur, vt Deus ab honestate actionis sacram. ad gratiam conferendam, sed propter alia motiva: vnde verba sunt tantum conditio.*

277. *Dices, moueri dæmonem à verbis malefici, qua-*  
tenus includunt obiectuā malitiam, cùm nō ope-  
rentur, nisi vt prolata saltēm ex implicito pacto dæ-  
monis. Resp. neg. assump. nam etiā talia verba pro-  
ferrentur ex bono fine, talisque prolatio haberet  
obiectuā honestatem, adhuc dæmon ad prolationem  
illorū operaretur effectus, experientiā teste:  
quæ evidens signum est, dæmonem non moueri ex  
obiectuā malitiā verborum.

278. *Ceterū S. Thomam nonnulli explicant de cau-*  
saliitate morali: sed falsò, quia cùm ad hanc causa-  
litàm saluandam, ponat virtutem spiritualem trā-  
seuntem, à Deo sacramentis impressam, ad instar  
motū artificiosi, vt ratione illius fiat productuum  
instrumentum, 3. p. q. 6. 2. a. 4. & 9. 6. 6. a. 1. intelligi  
non potest de causalitate morali, quia cùm hæc vir-  
tus sit physicā, & ab ipso ponatur ad causandam  
gratiam, vt instrumentum Dei, non potest ponit ad  
causandam illam moraliter, sed physicè.

279. *S. Thomas.*  
*Sensit gratia*  
*physicè cau-*  
*sari à sacrâ.*

## DISPUTATIO V.

### Dépotentia Obedientiali.

280. *H*Anc potentiam hæc explicant, qui docent  
sacramēta nouæ legis physicè causare gra-  
tiam; cùm nulla causa causare possit sine  
aliquâ virtute causalitati: & qui nobiscum  
sentiunt, esse veras causas morales gratiz. Nam &  
in causa morali supponi debet vis moraliter incli-  
natiua voluntatis alterius; nec sacramenta semper  
habent hanc vim, quâ moraliter mouere valcent di-  
uinam voluntatem ad gratiam supernat. retinuen-  
dam, at vnde hæc vis in sacramenta doriuatur? ple-  
na notitia huius rei per necessaria est ad grauius magis  
Theologiz difficultates enodandas. Sitigit univer-  
salis quæstio.

### SECTIO PRIMA.

*Au in rebus creatis detur potentia obedien-*  
*tialis, & quid illa sit?*

281. *N*omine hoc Scholastici intelligunt potentiam,  
per quam creatura nata est obedire suo crea-  
tori in ordine ad effectus naturæ vites excedentes: *Quid sit po-*  
282. *vnde malè Aureol. in 1. dist. 4. 2. a. 3. §. in 2. ingnis. po-*  
tentiam obedien. confundit cum obiectuā, quâ  
creatura dicitur esse in potentia obiectua, antequâ  
sit; hæc enim non est potentia realis, per quam crea-  
tura cooperari valeat Deo ad effectus naturæ vites  
excedentes, cùm omnis potentia realis fundari de-  
beat in entitate reali; quam creatura antequam sit,  
nullam habet, adeoque nullam realem potentiam,  
sed puram non repugnantiam ad essendum:

283. *PRIMA sens. negat, dari potentiam obedien-*  
in creaturis, per quam natæ sint positiuè obediens i. sens.  
Deo ad concusandos effectus naturæ vites ex-  
cedentes: *Aureol. cit. vbi docer, potentiam obedien.*  
in creatura non esse propriæ potentiam, sed meta-  
phorice, cùm non consistat in positivo, per quod  
apta fisi cooperari Deo, sed in purâ negatione resi-

stantis, per quam ap ea est non resistore Deo operanti. Probat 1. Omnis creatura antequam su , dicitur in potentia obedien, ad esseendum, cum non sit aliquid positiuum, sed pura negatio repugnans: ergo neque potentia, quā creatura dicitur obedire Deo operanti, est aliquid positum, sed pura negatio resistentiz. 2. Si potentia obedien, effec quid positum in creatura, cum hoc positum sit creatura, fundaret potentiam obedien, positum; & hæc, cum sit creatura, fundaret alias potentiam obedien, & sic in infinitum. Vnde infest, nonquam creaturas exequi effectus imperium Dei, cum aliquid circa illas supra naturas leges Deus operatur, sed Deum per suam potentiam actionum suum imperium exequi circa creaturas, quæ sibi obedire dicuntur.

**SICVND** sent. negat, in creatura esse potentiam obedien, in ordine ad actum, aut formam receptibilem, sed solum in ordine ad agens supernaturaliter operans: *Scoti in prologo qu. 1. §. Ad quæst. & ad argum. princip.* Fundam. omnis potentia comparata ad actum, aut est naturalis, si respiciat illum ut perfectum sui; aut violenta, si ut destruendum; aut neutra, si neque ut perfectum, neque ut destruendum sui illum respiciat. Comparata verò ad agens, vel est naturalis, si respiciat illud ut naturaliter impremissum formæ; vel obedientialis, si ut supernaturaliter producendum actus: vel poterū receptiva beatitudinis comparata ad actum beatitudinis, est naturalis, quia respicit illum, ut perfectum sui; comparata ad Deum, est obedientialis, quia respicit illum, ut supernaturaliter impremissum talis actus. Confit. quevis potentia naturaliter inclinat ad suam perfectionem; & quod maior est perfectio, eo magis ad illam inclinat: ergo maximè ad supernaturalem, quæ est omnium maxima: ergo respectu perfectionis supernat. receptibilis non datur potentia obedien. Vnde August. lib. 1. de prædest. Sanct. c. 5. Posse, inquit, habere fidem sicut posse habere charitatem, naturæ fidei hominum: habere autem fidem, quemadmodum habere charitatem, gratia est fidelium. Ergo nulla pot. obed. actus receptibilis.

**TERTIA** sent. affirmat, dari potentiam obedien, non tantum negatiuam non resistendi imperio Dei, sed etiam positum, non modò in ordine ad Deum supernaturaliter operantem, sed etiam in ordine ad formas supernat. receptibiles: *S. Thom. 3. p. q. 1. ar. 3. ad 3. & q. 11. art. 1. & de potentia q. 1. art. 3. ad 1. & q. 6. art. 1. ad 18. & 1. dist. 4. 2. ar. 2. ad 4. Palud. in 4. dist. 49. q. 8. art. 2. Capr. qu. 2. prologi ad 1. contra 6. concl. & in 1. dist. 42. art. 1. concl. 4. Caiet. 1. p. q. 1. art. 1. §. Ad eiusd. & 3. p. q. 13. art. 2. §. Ad eiusd. & qu. 62. ar. 4. & 78. art. 4. & in episc. to. 3. tract. 3. q. 2. Ferrar. 1. con. Gent. cap. 5. fine. & 3. c. 13. 6. §. Ad eiusd. Marsil. in 4. qu. 13. art. 1. Coroll. post. 3. concl. dubi⁹ incid. Gabr. in 4. dist. 1. q. 1. ad 3. dub. 2. ante med. Bannez. 1. p. q. 12. ar. 1. dub. 1. ad 2. fine: *Suar. 3. p. tom. 1. disp. 31. sect. 6. Vag. 1. p. disp. 176. c. 3. & 3. p. tom. 2. disp. 132. c. 3. Sylva. 3. p. cit. & ferè omnium recentiorum.**

**DICO 1.** Datur in creaturis potentia ad actum & imperium creatoris obedientia in ordine ad omne id, quod contradictionem non inuoluit: assertio nem censio de fide, ex Eccle 42. *Omnia obediunt ei: & March. 9. Qualis est his, quia venti & mare obediunt ei:* In quem locum Hieron. *Ex hoc, inquit, loco intelligimus, quod omnes creature sentiantur creatore, quas enim increpauit, & quibus imperauit, sentiunt imperare, non errore hereticorum, quoniam praudentia animalium, sed manifesta conditionis quæ apud nos insensibili, illi sensibili sunt.* Quigates Hornil. 6. in

diuersos sine; bi qui prudentia & intellectus experitos sunt, inclinantur iubenti, quibus neque loqua, neque sermo obediunt. Hanc veritatem exemplis & ratione fusc probat Augst. lib. 9. in Genet. ad lxx. c. 17. & 18. Neque potentia temeraria, sed sapientia virile & omnipotens est: & hoc de unanymque re in suo tempore facit, quod ante in ea fecit, ut possit. Alius ergo est rerum modus, quod illa herba sic germinat, illa sicc, illa etas parit, illa non parit, homo loqui potest, pecus non potest. Horum & talium modorum rationes non tantum in Deo sunt, sed ab illo etiam rebus creatis indeat, arque concreata. Ut autem lignum de terra excisum, aridum perpolitum sine radice ultra, sine terra, & aqua repente floreat, & fructum gignat, ut per iuuentam steriles famina in senectute pariat, ut a sīna loquatur, & si quid huiusmodi est, dedit quidem naturis, quas creauit, ut ex eis, & haec fieri possent, neque enim ex eis, vel ille faceret, quod ex eis fieri non posse, ipse prefigeret, quoniam scipso, non est nec ipse potentior, veruntamen alio modo dedit, ut non hoc haberent in motu naturali, sed in eo, quo ita creata essent, ut eorum natura voluntati potentiori amplius subiaceret. Habet ergo Deus in seipso absconditas quorundam factorum causas, quas rebus conditis non inseruit easq; implet, non illo opere prouidetie quo naturas substatuit, ut sine, sed illo, quo eas administrat, ut veluerit, quas ut voluit, condidit. Hac Aug. quæ profundè potentias obedien, naturam declarat. Fundam. datur in Deo potentia imperativa in ordine ad omne id, quod contradictionem non inuoluit: Deus n. haber perfectissimum dominium supra creaturas: ergo datur in creaturis potentia executiva in ordine ad omne id, quod contradictionem non implicat, atque adeo potentia ad nutum creatoris obedientia: creatura n. est perfectè subiecta Deo: ergo exequi potest quidquid sibi sibi à Deo imperatur.

**DICO 2.** Potentia obedien, est vera & propria, non metaphorica potentia. Hanc etiam puto de si de sc. humanum arbitrium diuinâ gratiâ excitatum potentia. actiue cooperari ad suam iustificationem, ex Trid. sess. 6. cap. 5. & Can. 4. Sed ad suam iustific. non concurredit ut potentia naturalis, quippe quod concurredit ut eleuatum à gratia ad opus, quod naturæ virtibus attingere non posset, ut idem Can. 2. & 3. docet: ergo ut potentia obedien, ergo est vera & propria, non metaphorica potentia: cum ipsa actiue concurredit ad effectum, ad quem eleuatur. Prior conseq. prob. ea omnis potentia, quæ ad effectum attingendum eget peculiari virtute & auxilio sibi indebito, ut ex cit. Conc. eget humanum arbitrium ad suam iustific. dicitur obedientialis; cum nequeat esse naturalis, nam haec sine virtute & auxilio sibi indebito attingit effectum; nec violenta, nam haec comparatur ad effectum, ut ad destruendum sibi, iustificatio autem est maximè perfectiva hominis; Nec neutra, nam neque haec comparatur ad effectum ut perfectum sibi; nec sit excogitabilis alia. Confirm. anima non modo actiue concurredit per intellectum & voluntatem ad actus supernat. Fidei, Spei, Charicatis, & visionis beatæ, sed etiam subiectiue ad eosd. sustentandos: ergo potentia obedien, est vera & propria potentia etiam sustentativa.

**DICO 3.** Potentia obedien, non est sola non repugnantia ad resistendum imperio Dei, sed positiva virtus, in suo genere cooperans omnipotentis obedientialis Dei. Sequitur ex præced. assert. nam si haec potentia actiue & sustentativa cooperatur Deo, iustificanti hominem per dona supernat. non poterit formaliter constere in solâ non repugnaciâ, quæ nequit eleuari ad agendum, vel sustentandum. Id quæ confirmat Augst. exemplo de ligno arido sine radice,

4.  
2. Sent.5.  
3. Sent.6.  
3. Sent.7.  
De side eff. daris potentiam obedientiam non nō implicans.8.  
Fundam. assertio.9.  
En vere

10.

radice, & aqua florente fructumque gignente sc. actinè, alioqui floridum fieri, fructusque recipere dicideberet.

**Dico 4.** Hæc potentia non solum est respectu Dei supernaturaliter operantis, sed etiam respectu formæ supernaturaliter receptibilis. *S. Tho. q. 1. de poten. art. 3. ad 1.* In creaturis distinguuntur duplex potentia una naturalis ad proprias operationes, vel motus; alia obedientia dicitur ad ea, quæ à Deo recipiunt: ex cit. testimonio August. in quo quæ in creatura supra visitatum rerum cursum sunt, ea dicuntur nō haberi in motu naturali creaturæ; ut haberentur, si ad ea naturalem potentiam haberet. Fund. assert. potentia naturalis est tātū ad ea, quæ natura proprijs viribus cum solo generali concursu sibi debito consequi potest: nequit igitur ad eas formas comparari ut naturalis potentia, quæ proprijs viribus cum solo generali concursu consequi non potest. Antec. prob. cum quia naturalis potentia dicitur, quæ suā naturā commensa est formæ, ad quam naturaliter inclinat: cum quia actus supernat. respicit subiectum ut perfectio excedens illud; idē n. dicitur supernaturalis, quia est supra naturam, & capacitatem illius: ergo è conuerso, subiectum respicit illum ut perfectionem excedentem propriam capacitatem: ergo nequit respicere illum, ut potentia naturalis respicit suum actum naturale: nam hæc mutuo sese respiciunt ut perfectivum & perfec-tibile in eodem ordine. *tum quia, ex Arist. 3. de ani. c. s. omnipotencie naturali responderet aliqua potentia activa naturalis, à quā possit ad actum reduci: atqui nulla datur potentia activa naturalis, quæ creaturam reducere valeat de potentia ad actum supererat.* ergo nulla datur potentia passiva naturalis ad actum supernat. Confirm. non solum datur potentia obedien. passiva ad recipiendam formam supernat. sed etiam activa obedien. ad producendum actum supernat. vñ cum Deo, supernaturaliter cooperante, ut constat ex 1. assert. sed potentia obedien. activa non solum est respectu Dei supernaturaliter cooperatis, sed etiam respectu actus supernaturaliter à creatura cooperabilis: ergo potentia obedien. passiva non solum erit respectu Dei supernaturaliter agentis, sed etiam respectu formæ supernaturalis receptibilis.

**Obijcies 1.** Potentia obedientia correlatiæ respicit potentiam imperatiuam; nam ab ea formaliter specificatur, eiusque imperium exequitur: at imperatiua non est in forma receptibili, sed in agente formâ exequendam imperante: igitur potentia obedien. nō est respectu formæ receptibilis, sed Dei formam supernat. exequendam imperantem. **Resp.** Potentia obedien. imperiat in creaturâ innata promptitudinem ad exequendum imperium Dei, & simul in proportionem ad actum imperatum exequendam. Esto igitur ratione primi respiciat tantum Deum imperantem: ratione secundi respicit etiam actum imperatum, ad quem exequendum eget peculiari elevatione sibi indebitâ.

**Obijcies 2.** Accidens supernat. naturaliter, nō obedientialiter respicit subiectum naturale: omne enim accidens essentialiter, adeoq; naturaliter respicit aliquod subiectum; non supernaturale, quia hoc dari nō potest, ex 1. 10. disp. 9. s. 6. ergo naturale: ergo patiter subiectum naturale naturaliter respicit accidens supernat. quia cùm informatum & informabile sint correlatiæ, debent sibi mutuo responder: igitur si datur informatum naturale, dari debet etiam informabile naturale.

**Resp.** neg. conseq. vlt. Potest enim quod est superioris ordinis, naturaliter respicere, quod est infe-

rioris: ut potentia Del, quæ est supremi ordinis, naturaliter respicit quodcumque creatum infimi ordinis: & potentia intellectiva superior naturaliter respicit obiectum potentiae visuū inferioris: nō potest autem quod est inferioris ordinis naturaliter respicere, quod est superioris, quia superius potest eminenter continere inferius; non contrā. Ad prob. Resp. Informativum supernat. & informabile naturale esse correlativa, non eiusdem, sed diversi ordinis: nam vnum est informativum naturale, alterum informabile obedientiale: sc. accidens supernat. est naturaliter informativum subiecti naturalis; subiectum naturale obedientialiter informabile accidente supernat. ut per aduers. potentia passiva & activa naturalis creaturæ, & activa supernat. Dei, sunt correlatiæ non eiusdem, sed diversi ordinis, obedientialis vna, naturalis altera.

**Ad 1.** Aureoli, neg. conseq. creatura enim antequā sit, quemadmodum nullam habet entitatem, ita nullam ipsa habet realem potentiam: postquam est, sic cur habet realem entitatem, ita realem potentiam ad cooperandum Deo supernaturaliter agenti. **Ad 2.** neg. conseq. vel enim potentia obedien. non distinguatur ab entitate creaturæ: & tunc sicut creatura per seipsum obedientialiter respicit Deum supernaturaliter agentem; ita non sequitur, quod potentia vna obedien. fundet aliam; sed solum, quod quilibet creatura se ipsa sit potentia obedientialis. Vel distinguitur ab entitate creaturæ: & neque tunc sequitur, quod si creatura fundet potentiam obedient. ad Deum, quod vna obedien. fundet aliam obedientiam: quia vna ratio formalis non eget aliâ ratione formalis eiusd. generis, ut fiat talis, cùm sit per seipsum formaliter talis: cùm igitur potentia obed. seipso obedientialiter respiciat Deum supernaturaliter operantem, non eget aliâ.

**Ad fundam.** Scotti, neg. anteced. nam præter potentias assignatas, datur obedientialis ad actus supernat. Ad contra. concedo. antec. de perfectione commensâ naturæ; quia cùm naturalis inclinatio sit propensio naturæ ad bonum sibi commensum, non potest se extendere ad bonum excedens naturam: nego autem de perfectione excedente naturam. Neque August. est contra nos: quia licet hæc potentia non sit naturalis terminatiæ, quia ut sic respicit terminum supernaturale, est tamen naturalis subiectu, quia fundatur in naturâ rei creaturæ, ut infra ostendam.

## S E C T I O II.

*An potentia obedientialis reperiatur in omni genere causa?*

**P**RIMA sent. affirmat. reperiuntur tantum in genere causæ materialis: *Zamel so. 3. varia. disp. 1. s. 1. 1. concl. 2. & alij. Thom.* Fundam. obedire oportet imperare: sed imperare est agere; ergo obedire est pati: igitur potentia obedien. quæ opponitur imperatiu, est tantum passiva. **2.** Secund. docet, illam reperiunt in solo genere causæ efficientis: *Vas. quez 1. p. disp. 176. fine.* Fundam. Potentia obedien. est, per quam creatura à Deo assumitur ut instrumentum ad aliquid causandum: in solo autem genere causæ efficientis assumi potest: nec enim materia assumi potest ad recipiendum, nec forma ad informandum: ut instrumentum sicut assumi ut instrumentum, est assumi ad causandum in virtute ipsius assumendi, ut principale causa: sed materia & forma sunt primæ ac principes causæ in suo genere;

12.  
Eiusmodi respe-  
ctu forme  
super natu-  
raliter rece-  
ptibiles.

13.

14.  
Confirm.

15.  
16.  
Potentia obe-  
dientialis  
duo imper-  
tata.

17.

18.  
Accidens su-  
per natu-

naturaliter  
respicit subiectum  
etiam naturale,  
non contraria.

Ad 2.

Ad fundam.  
Scotti.

1. Sem.

2. Sem.

3. Sem.

nere: igitur nequeunt assumi ad causandum ut instrumenta Dei iassumentis 3. Sent. ait, reperiri in genere causæ materialis & efficientis: *Bannez* 1. p. 9. 12. a. 1. *dub.* 1. ad 2. fine, *Gabrer.* 3 p. q. 1. a. 1. *disp.* 6. *dub.* 6. §. 3.

Quanquam dici potest, quod etiam materia & formæ, cùm eleuantur, addatur auxilium indebitum, *Esi id dic* nempe ipso concursus, seu unius sustentatiua in materia, & concursus seu unio informativa in formâ, per quam ut per causalitatem tam illa recipit formam sibi indebitam, quam hæc informat subiectu sibi improportionatum. Neque propterea cessant esse cause principales in suo genere: quia nec materia in sustentando, nec forma in informando, institutæ virtute Dei ut principalis sustentantis atque informantis, quia Deus in hoc auxilio præstanto, non concurreat cum materia vel forma in genere causæ materialis; vel formalis, sed efficientis tantum: sc. eadem unio est materialis, aut formalis causalitas materiae & formæ, & simul efficientis causalitas respectu Dei: eandem enim causalitatè supernat. respectu formæ indebitæ materia recipit & causat in suo genere ut causa principalis.

*Dicūs.* Materia & forma ut eleuantæ, causant effectum in virtute auxilij sibi indebiti: ergo causant ut *Dicēs.* instrumenta. *Resp.* neg. conseq. quia non causant in virtute auxilij ut causa principalis, sed ut causalitatis materialis vel formalis, efficienter tantum à Deo producunt: quod non est causare ut instrumentum, quia hoc est tantum per ordinem ad causam principi. non ad causalitatè propriam, quam etiam in suo genere materia & forma principaliter causant: siquidem in ea materialiter aut formaliter causando nituntur virtute propriâ.

*Obijecies* 2. Anima informata gratia habituali connaturaliter recipit habitus infusos: sicut & forma habens duas uniones, connaturaliter informat duo subiecta: ergo non datur potentia obedientia in genere causæ materialis & formalis. *Resp.* neg. conseq. nam esto & anima informata gratiâ, connaturaliter recipiat habitus supernat. & forma habens duas uniones, connaturaliter informat duo subiecta: nego tamen, vel animâ connaturaliter recipere gratiam, vel formam duas uniones: nam potentia obedientia non est, ut positâ intrinsecâ elevatione, creatura obedientialiter operetur; sed est ad ipsam elevationem, quam creatura suâ naturâ non postularat, licet ea positâ connaturaliter operetur effectum, ad quem ut elevata intrinsecâ ordinatur, ut constat de causa efficiente, quam elevata per habitum intrinsecum, connaturaliter producit actum supernat. ad quem per habitum intrinsecâ ordinatur, licet habitum obedientialiter recipiat.

*Instas:* nunquam materia & forma attingunt effectus, ad quos eleuantur obedientialiter, sed connaturaliter: quia ad nullum effectum vel recipiendum, vel præstandum elevari possunt, quin prius ratione eleventur per concursum uniuersum indebitum, per quem non obedientialiter, sed connaturaliter attingunt effectum. *Resp.* 1. Hanc diffic. non esse propriam causa materiali & formalis, sed etiam efficienti: quam ut attingat effectum excedentem propriam virtutem, debet prius ratione elevari per actuum concursum sibi indebitum, per quem non obedientialiter, sed connaturaliter attingit effectum. 2. neg. antec. nam esto causa materialis aut formalis, vel etiam efficiens, ratione concursus, & ut *Quo*, non attingat effectum, ad quem elevarunt obedientialiter: ratione tamen sui, & ut *Quod* attingit tam concursum, quam terminum concursus, ad quem elevarunt, obedientialiter: quia ut sic tam ad concursum, quam ad terminum concursus materia & forma, & quævis alia causa comparatur ut ad aliquid indebitum & excedens propriam virtutem.

*Prob.* 3. *Du* causa efficiente, ex S. Thom. in 4. *disp.* 8.

4. Reperi in genere causæ materialis, fortassis, efficientis: *Suarez* 3. p. 10. 1. *disp.* 31. *sett.* 5. Quæ est omnium probabilissima, si addatur etiam genus causæ meritoriae. *Prob.* 1. de causa materiali. Omnes res creature sunt perfectæ subiectæ Deo; ergo per dien. inge- se aptæ sunt recipere quemcumque effectum excedente causæ materiali propriam naturam, ut constat de anima rationali recipiente dona supernat. Confirm. recipere obedientialiter, est recipere aliquid quod à se non exigitur; nam recipere obedientialiter oponitur recipere connaturaliter, quod est recipere aliquid subiecti commensum & debitum. 2. De causa formalis: potest forma assumi ad informanda plura subiecta, & corpus ad occupanda plura loca, & anima ad informandum maius corpus, quam ex se apta est informare: (si vera est opinio, posset suppositum humanum eleuari ad suppositandam natu- ram Angelicam) sed hoc est obedientialiter informare, sc. supra naturalem exigentiam. Neque est necesse, ut semper potentia obedientia respectu efficiens ad quem assumitur, comparetur ut instrumentum, quippe quæ comparari potest ut causa principalis de se improportionata, ut *Vasquez* cit. *disp.* n. 17. concedit de intellectu & voluntate respectu visionis & amoris beatifici. Ratio: potentia obedientia non repugnat cum causa principali; cum sit capacitas ad effectum indebitum, ad quem naturalem proportionem non habet: causa vero principalis est, quam in eo genere non habet priorem, in cuius virtute ad causandum nitatur, sed ipsa est in eo genere prima: non repugnat autem, ut aliqua causa sit in aliquo genere causandi prima, & nihilominus naturalem proportionem cum effectu, ad quem causandum eleuatur, non habeat: quod proprium est earum causarum, quam seipsis immediate causant, quales sunt causæ materialis & formalis. Nam quatenus se ipsis immediate causant, non nituntur in causando virtute alterius: quatenus vero causant effectum, ad quem naturalem inclinationem non habent, obedientialiter causant.

Obijecies 1. Implicat materiam recipere, vel formam informare, nisi ad quod habet naturalem exigentiam & inclinationem. Confirm. materia recipit seipsa; forma seipsa informat: ergo nequeunt ad recipiendum, & informandum eleuari: quia eleuari additum rei eleuabile ultra propriam entitatem auxilium indebitum, quo res fiat potens ad causandum alium, quem propria virtute non posset: sed materia & forma seipsis causant, nullo medio auxilio indebito. ergo. *Resp.* neg. antec. ad confirm. neg. conseq. Ad probat. dico, elevationem addere rei eleuabile vel auxilium indebitum, ut in causa efficiente, vel formam aut subiectum indebitum, ut in causa materiali & formali. Esto igitur materia, quando eleuatur ad recipiendam formam supernat. non addatur auxilium indebitum, quo formaliter, recipiat, additur tamen illi forma indebita, quam recipit; similiter cum forma eleuatur ad subiectum indebitum, vel ad informandum modo indebito, additur illi non auxilium, quo formaliter & immediate informet, cum seipsis immediate informet; sed subiectum, vel modus informandi indebitus. Eleuatio igitur supra entitatem rei eleuabilis addit aliquid indebitum, sive illud sit auxilium, sive quodcunque aliud, ad quod non est res, quam eleuatur, suâ naturâ ordinata.

diff. 8. qu. 2. art. 3. ad 4. Nulla creatura potest agere, quae sunt supra naturam, quasi principale agens, potest tandem agere, quasi agens instrumentale à virtute increasare motum, quia sicut creatura inest obedientia potentia, ut in ea fiat quidquid creator disposuerit, ita etiam ut ea mediante fiat. Fundam. nulla est repugnantia, ut creatura per virtutem sibi innatam, cooperetur Deo ad effectus ipsius naturales vires excedentes, ut constat de anima, quae non solum eleuantur passim ad recipiendum, sed etiam actiuè ad eliciendos actus supernat. fidei, spei, charitatis & visionis beatæ, qui cum sint vitales necessariò debent à suis principijs vitalibus actiuè procedere: igitur darunt potentia obedient. actua: quia cum huiusmodi actus sint in essentia supernaturales, non possunt elici à potentia naturali: ergo ab obedient.

37.  
Ex de causa  
meritoria.

Prob. 4. De causa meritoria: nam metitum puri hominis, quatenus Christi membrum est, eleuantur à meritis eiusdem Christi, ad condigne promerendam remissionem peccatorum, quam de se condigne mereri non valeret; & in sacramentis moralis honestas actionis sacram. assumpta à Christo ut instrumentum sua Passionis, condigne meretur alteri gratiam sacram. quam de se condigne mereri non posset. Tum quia nulla actio, quantumvis bona & honesta, de se aperte condigne mereri alteri gratiam sanctificantem, nisi sola actio Christi; cum sola sit actio capitum ac perfecti Domini omnium donorum supernat. adeoque communicativa talium alijs, ut membris. Tum quia sèpè actio sacramentalis vel non est quoad omnes circumstantias honesta, vel certè non est honesta honestate supernaturali, quae ad condignitatem in ordine ad effectum supernaturalem requiritur.

38.  
Non dari  
in genere  
causa finalis.

Prob. 5. Non dari in genere causæ finalis potentiam obedient. nam catenus in hoc genere daretur, quatenus finis ignobilior eleuantur à fine nobiliori, mouere posse ad effectum ac desiderium finis nobilioris: sed eo ipso tunc finis ignobilior non moueret ut finis, sed ut medium ad effectum & desiderium finis nobilioris, quia non mouet ultimè propter se, sed propter finem nobiliorem, cui finis ipse ignobilior subseruit, ut medium ad illum consequendum, proinde amitteret rationem finis, & transiret in rationem medijs.

39.  
Ad fundam.  
secunda.

Ad fund. primæ sent. Resp. obedire opponitur impetrare, quia imperare est à se agere, obedire est pati, vel agere motum ab alio. Ceterum sicut non omne imperium est de repatienda, sed etiam de re agenda: ita non omne obedire est pati, sed aliquando obedire est agere, quamvis non à se, sed ex imperio & motione alterius. Ad fundam. secundæ senten. patet: ut enim creatura dicatur assumi, necesse non est, ut assumatur per modum instrumenti, sed sufficit, ut assumatur ad effectum indebitum excedentem capacitatem naturalem, esto ad illum assumatur, ut causa principalis.

### SECTO III.

An potentia obedientialis actua fit superaddita vel congenita naturis rerum?

41.

Conueniunt omnes potentiam obedient. passim non esse superadditam naturis rerum, sed esse res ipsa secundum proprias entites, secundum quas aptæ sunt recipere quamcunque formam non destruentem Propriam; eademque ratio est de potentia obedient. informativa; & suo etiam modo de imperatiua. Sola controu. est de

actiuè, an sit congenita. Ratio dub. omnis effectus supponit virtutem proportionatè in causa, à qua producatur: igitur effectus supernat. ad quem producendum res naturalis eleuantur, supponere debet in re naturali virtutem supernat. at hæc nequit esse congenita, quia nil supernat. potest esse congenitum rei naturali: igitur debet illi extrinsecus addi. Iu oppositum est: ad actus supernat. eleuantur etiam potentiaz vitales: igitur si tota vis producendi hos actus est extrinsecus addita, nil ad eos per se immediatè influunt potentiaz vitales, quod est contra naturam actus vitalis, præsertim liberi, qui quoad produci, & non produci penderet, à libera potentia viraliter operantis: libertas n. non saluat nec in virtute actiuè, nec salvari potest in virtute superaddita, à quæ non liberè, sed necessariò actus produceretur: quia illa non ageret ex deliberatione, sed mere naturaliter.

Quid de hac re S. Thom. Thomista &c.

Dico 1. Certum est in doctrina S. Tho. nullam rem eleuari posse ad effectum excedentem proprias vires sine aliqua virtute superaddita inherente, proportionata saltem per modum instrumenti effectui producendo. Conueniunt omnes Thomista Palud. in 4. diff. 1. q. 1. conc. 3. Caprof. q. 1. art. 1. concl. 4. Sors 9. 3. art. 4. Gai. 3. p. qu. 6. 2. art. 4. S. Aduerte, & qu. 13. art. 2. Sylvi. ibid. Ferr. 3. con. gen. c. 54. ad 1. Banner 1. p. q. 12. art. 1. dub. 1. ad 2. fine. Med. 3. p. qu. 13. art. 2. §. proposit. nota, Neguez q. 62. art. 1. diff. 7. ad 5. Vnum excipe Almeric. qui relect. de Christi gra. q. 6. pag. 804. opinatur S. Thom. docuisse, tantum regulariter ita Deum creaturem assumere. Pto. 1. Omnes scholastici S. Thomæ posteriores hoc sensu illum intelligunt, & impugnant, deducto ex principijs ipsius. 1. Hanc sententiam additam ponit in omni instrumento physico artificiali & causa 2. quæ attingit esse, quod est proprius effectus causæ 1. quod esse natura attingit ut instrumentum Dei. De instrumento physico sic habet 1. p. q. 118. ar. 1. Ex anima generantis derivatur quadam virtus actua ad ipsum semen animalis vel planta sicut & à principali agente derivatur quadam vis motiva ad instrumentum. Ex quo explicat Axioma, sol & homo generant hominem: quia in semine non solum est inclusa vis animæ, sed etiam colorum, virtute quorum illud agit, & q. 3. de potentia ar. 11. ad 6. sed semen, inquit, non mouetur ab anima generantis per imperium, sed per cuiusdam virtutis transmutationem, que in semine manet etiam postquam fuit decisa. Eandem virtutem ponit in motu celesti, communicatam ab Angelo mouente, in voces impressam à proferente in causis sublunaribus derivatam ab orbibus celestibus, in 4. diff. 1. q. 1. a. 4. q. 2. ad 4. & 3. p. q. 62. a. 4. ad 1. & q. 3. de potentia ar. 7.

De causa secunda.

De causa 2. ut instrumento Dei ad attingendum univeralissimum effectum essendi, inclusum in quolibet esse particulari, sic habet q. 3. de potentia ar. 7. ad 7. dicendum, quod virtus naturalis, quae est rebus naturalibus, in sua institutione collata, inest eis ut quedam forma habens effectum & firmum in natura, sed in quod à Deo sit in re naturali, quod actualiter agat, est ut intentionis sola habens esse quoddam incompletum, per modum quo colores sunt in aere, & virtus artis in instrumento artificis; sicut ergo securi per artem dari potuit acumen, ut esset forma in ea permanens, non autem dari ei potuit, quod vis artis esset in ea, quasi quadam forma permanens, nisi habeat intellectum in aere naturali potius conferri virtus propria, ut forma in ipsa permanens, non autem vis, qua agit ad esse, instrumentum primo

primaria causa, nisi daretur ei, quod efficit universale essendi principium. Nec ictus virtus naturali conferre potuit, ut moueret scipsum: unde sicut patet, quod instrumento artificis conferri non potuit, quod operaretur absque motu artis: ita rei naturali conferri non potuit, quod operaretur absque operatione diuina.

De instrum. artificiali sic scribit ibid. art. II. ad 5. Dicendum, quod instrumentum intelligitur moueri à principali agente, quamdiu resinet virtutem à principali agente impressam: unde sagitta tamdiu mouetur à projiciente, quamdiu manet vis impulsus projicientis. Ex his à fortiori sequitur, hanc virtutem à S. Tho. requiri in quolibet instru. obed. in ordine ad effectus supernat. ad quos producendos eleveruntur.

2. Semper hanc virtutem S. Th. explicat exemplo virtutis artificialis, quae communicatur instrumento artis; sicut hoc non agit, nisi motum ab artifice; ita nec illud, nisi motum à Deo. Ita 3. p. qu. 62. ar. 4. & in 4. dist. 1. qu. 1. ar. 4. qu. 2. & sep̄ alibi. At instrumentum artis non agit opus artis, nisi per virtutem inherentem ab arte impressam: ergo nec instrumentum obedientiale agit opus supernat. nisi per vim inherentem à Deo communicatam.

3. Docet, hanc virtutem esse spiritualem, ac supernat. nec repugnare, spirituale modum entis incompleti & fluentis recipi in subiecto corporeo, in eoque existere: 3. p. qu. 62. art. 3. ad 3. & art. 4. ad 1. & in 4. dist. 1. q. 1. ar. 4. qu. 2. & q. 27. de verit. ar. 4. ubi in 4. argu. obijcit: Si sacramenta sunt causa gratiae, non per propriam virtutem, quia sic quilibet aqua sanctificare, sicut aqua Baptismi: nec per virtutem super additā, quia omne quod recipitur in altero, recipitur in eo per modum recipientis, & sic cum sacramentum sit materia elementum, ut Hugo de S. Victore dicit, non recipiet nisi virtutem materialem, que non sufficit ad productionem formae spiritualis. Ad quod argu. responderet, quod sacramenta non operantur ad gratiam per virtutem propria formae, sic enim, inquit, operarentur per se agentia; sed operantur per virtutem principalis agentis, scilicet Dei in eis existentem: quaque quidem virtus non habet esse completum in natura, sed est quid incompleteum in genere entis: quod patet ex hoc, quod instrumentum mouet, in quantum mouetur, motus autem est actus imperfectus secundum Philosophum. Unde sicut illa qua mouent, in quantum sunt iam quasi in termino motus assimilata agenti, mouent pro formam perfectam: ita illa qua mouent, prout sunt in ipso moueri, mouent per virtutem incompletam; quo pacto docet, sacramenta mouere ad gratiam producendam. Vnde concludit, quod non est inconveniens, quod virtus spiritualis sit in re materiali. Nec intelligere potest, quod talis virtus sit spiritualis, & supernaturalis terminatio in ordine ad effectum: sic enim non esset spiritualis tantum fluenter, ut ipse ait: nec cessaret cessante motu agentis principalis, ut cessat vis impressa in instrumento artis, cessante motu artificis.

Quarto, implicat in doctrina S. Th. intellectum creatum elevari ad videndum Deum sine lumine inherente, saltem fluente: ergo rem creatam elevari ad effectum excedentem propriam naturam sine virtute superaddita. Ideo n. in eius doctrina nequit intellectus creatus absque lumine inherente elevari ad videndum Deum, quia ex se non est actius visionis Dei, adeoque indiget fieri actius medio lumine gloria: sed nulla res creata ex se actua est effectus excedentis propriam naturam. Antec. constat. 2. 2. q. 17 s. a. 3. ad 2. Dicendum, quod divina essentia videtur ab intellectu creatus non potest, nisi per lumen gloria, quod dupliciter participari potest: uno modo per modum formaliter agentis.

sic beatos facit Sanctus in Patria: alio modo per modum cuiusvis passionis transcurrentis, ut fuisse in Paulo. Et 3. com. gen. c. 53. impossibile est, quod Essentia Dei fiat intellectibilis forma alicuius intellectus creatus, nisi per hoc, quod aliquam diuinam similitudinem intellectus creatus particeps: hoc igitur diuinam similitudinis participatio negotia est, ad hoc, quod Dei substantia videatur. Est autem haec diuinæ similitudinis participatio, ut ibid. explicat lumen gloriae roborans & confortans intellectum in actu I. ad eliciendam visionem Dei. Idcirco docet Capro. in 4. dist. 49. qu. 4. art. 1. concl. 2. & art. 3. ad 1. Scoti con. 2. concl. Palud. q. 1. art. 3. concl. 3. ubi quamvis affirmet, posse beatum videre Deum de potentia absoluta sine lumine, id tantum docet supponendo, visionem beatam effici posse à solo Deo. Ceterum si debeat intellectus actuad illam concurrens, oportet, inquit, preintelligere, quod primum heatur à Deo ad illam eliciendam. Caiet. I. p. qu. 12. art. 5. ad 3. Ferrar. 3. con. gen. cap. 54. ad 1. Sotus in 4. dist. 49. qu. 2. art. 4. 5. arguit Scotus Bannez t. p. qu. 12. art. 5. dub. 3.

Quinto in doctrina S. Tho. sacramenta, quae egent materiam consecratam, ut confirmatio, extrema-  
49. vatio, Eucharistia, habent vim actuam superadditam permanenter, etiam post usum sacramenti, ut constat q. 27. de verit. a. 4. ad 10. In sacramentis, que indigent materiam sanctificata, manet virtus sacramenti in materia post usum sacramenti partialiter, licet non completa, quia nimis difficulter etiam virtus partialis verborum: atqui haec virtus in sacra-  
mento permanens post usum ipsius explicati non potest, vel de actuali motione, per quam sacramentum ipsum influit in effectum supernat. quia haec motio solidum est, quando instrumentum actu causat effectum, cum tamen haec tunc etiam post effectum causatur; vel de virtute congenita: nam illam negat in reliquis sacram. quae non egent materia celestata: In sacramentis que non indigent ma-  
teriam sanctificata, nihil remanet post sacramenti usum:  
vnde aqua, in qua celebratur est Baptismus, nihil plus habet, quam alia aqua: virtus autem congenita est in omnibus sacram. quia illa non pendet ex infusione Dei, sed ex naturis rerum. Dices q. 22. de verit. a. 8. S. Thom. docet, duplicitate posse Deum immutare voluntatem creatam, uno modo per formam illi impressam, alio absque formam illi impres-  
sa: ergo ex sent. S. Thom. simpliciter non implicat, creaturem à Deo elevari ad producendum effectum excedentem proprias vires absque qualitate addita inherente. Resp. S. Thom. per formam impres-  
sam intelligere qualitatem habitualem permanen-  
tem, statim enim illam explicans subdit, sicut sine appositione alicuius habitus quandoque facit, ut homo velit hoc, quod prius non volebat.

Dico 2. Controversum est inter Thomistas, an haec virtus addita in doctrina S. Tho. sit per modum potentiarum in actu I. productiarum, an per modum actualis motionis in instrumento receptarum, probabilitatem tamen in sent. ipsius eam esse per modum potentiarum in actu I. productiarum. Primum constat, nam Palud. & Capro. locis cit. contendunt esse per modum qualitatis in actu I. produc-  
tiorum: Caiet. & Sotus per modum actualis motionis, quam Caiet. 3. p. q. 13. art. 2. & q. 62. art. 4. ap-  
pellat motum virtuosum, quia constituit instrumentum formaliter actuum effectus Dei principalis agentis. Nuncupat etiam usum passum, quia est, quo Deus veitur ad effectum supernat. producen-  
dum, quem tamen recipi volunt in instrumento, sicut motus, quo mouetur instrumentum artis, re-  
cipitur in ipso: iudicant ex hoc probant eam non esse qualitatem

qualitatem productivam, sed actualem motionem, quia sicut instrumentum artis non recipit nisi motum artificis, quo motum mouet ad effectum artis: ita creature non recipiunt a Deo, nisi motum, quo moveant ad opus Dei. Neque contra arguas, inquit Sotus in 4. disp. q. 3. ar. 4. quod sicut dum quis sagittam emittit, non tantum motum, sed vim imprimat motuum: nam licet hoc verum sit de instrumento separato, nullum est de coniuncto; cui tantum motus imprimitur: creature autem respectu Dei, omnes sunt ut instrumentum coniunctum; & ideo non recipiunt nisi motum, quo moveant ad effectum excedentem propriam naturam.

Secundum prob. 1. Quia falsa est distinctione Sotis de instrumento coniuncto & separato; eod. enim modo mouens communicat suam virtutem utique instrumento. 2. S. Thom. illam vocat principium actionis, virtutem causatiuam; quae sunt proprietatis potentiarum productiarum, non aequalis motionis. 3. Ut supra, illam ponit permanenter in sacramentis, quae requirunt materiam consecratam: ergo per modum actus 1. cum iam searetur ab actu secundo. 4. Hanc vim ponit S. Thom. in principio libero ad operandos actus supernaturales in quo necessariis debet esse in actu 1. alias non saluaretur libertas: talis h. motio imprimitur a Deo independenter a libertate creatarum: ergo si non esset motio in actu 1. sed tantum in actu 2. non relinqueret libertatem in voluntate: quia motio in actu 2. inuoluit motionem voluntatis, a qua non distinguitur; sicut motus artificiosus serre non distinguitur a motu proprio ipsius, qui est scindere.

Dico 3. Certum est in doctrina S. Thom. præter vim additam supernaturalem supponi vim congenitam in creaturis, quae actuata per illam virtutem, sic formaliter productiva effectus supernaturales. Conuehiunt Doctores Thomistæ, Caprol. in 4. disp. 49. q. 4. ar. 3. ad 1. Scotti contra 2. concl. 6. dicitur 3. Caser. 1. p. qn. 45. ar. 5. Ferrar. 3. con. gen. ca. 54. ad 1. Sotus in 4. disp. 49. q. 2. ar. 4. Bannez 1. p. q. 12. ars. 1. ad 2. fine, & ar. 3. dub. 2. ad 1. jdque expressè docuit S. Thom. qn. 3. de poten. ar. 7. fine corp. & aperte prob. ex principiis ipsius hanc n. virtutem additam ut necessariam agnoscit in omni instrum. naturali, artificiali, & causa 2. respectu primi in ordine ad uniuersalissimum effectum essendi: sed in his præter virtutem additam supponitur congenita; alioquin instrumenta & cause 2. nihil agerent, sed solus Deus per virtutem additam, quod est contra S. Thom. & rationem. 2. De hoc instrum. obedien. 1. p. qn. 45. ar. 3. expressè doceat, in eo præter virtutem participatam a Deo, necessariò supponi vim propriam congenitam: Ex quo principio deducit 1. non posse dari instrumentum ad creandum, quia nulla vis congenita ad creandum supponi potest in creatura. 2. Non quodlibet instrumentum elevari posse ad quodlibet; quia non qualibet virtus innata instrumenti proportionatur qualibet effectui.

Tertio in sent. S. Doct. intellectus & voluntas actiū concurrunt ad actus supernaturales non possunt autem actiū concurrere, nisi in se habereat vim innatam, quae actuata per habitum supernaturalem hos actus eliceret: unde 1. p. qn. 12. ar. 3. cùm docet, intellectum creatum ad videndum Deum egere lumine addito, non ait, hoc lumen esse totam rationem videndi, sed requiri ut confortans & fortificans potentiam, quae ex se sola ad videndum Deum non sufficeret: supponit ergo in intellectu vim congenitam remotam videndi Deum, quae actuata lumine sit proximè potens ad videndum: ut inquit

Caser. 1. p. q. 79. art. 2. circa 2. dub. intellectus actiū inclinatus, fit actiū completere per speciem.

4. In sent. S. Thom. & omnium Thedol. voluntas est libera, etiam in ordine ad actus supernaturales. Quodlibet aliqui per illos mereri non possit; non esset autem libera, si tota vis producendi actus supernaturales essent habitus infusi; nam libertas essentialiter consistit in potentia actiū, quae sola potest producere, & non producere suum actum; non in passiuā, in cuius potestate non est recipere, vel non recipere. Falso igitur aliqui Recens. Thomista totam vim agendi in instru. obedien. tribuunt formas additæ, cùm in hac sent. saluari nequeat libertas in actibus supernaturales, quia cùm forma, quae additum non sit in agendo libera, non potest in ea tantum saluari libertas. At dicunt, libertatem saluari, quia forma superaddita pendet in agendo à voluntate libera. Sed contra: nequit forma addita liberè in agendo pendere à voluntate, nisi voluntas actiū concurredit cum illa; etenim enim potest talis forma in agenda liberè pendere à voluntate, quatenus actiū potest à voluntate ad agendum, vel non agendum applicari: ad hoc autem necessariò requiritur, ut voluntas actiū concurrat cum additam formam ad actum, cùm non possit liberè illam ad agendum applicare per solam passiuam receptionem illius, sed actiū cooperationem ad eundem actum producendum vel non producendum. 2. Hoc est contra principia ipsorum expressæ, qui volunt per hanc additam qualitatem potius applicari voluntatem, & quamlibet causam 2. ad operandum, quam à voluntate qualitatem applicari: ideo n. illam adducent, quia putant, nullam causam 2. operari posse, nisi per huiusmodi qualitatem applicatam à prima, quippe cùm nulla causa 2. valeat se ipsam ad agendum applicare.

Dico 4. Implicat in doctrina S. Thom. creaturam per hanc vim congenitam actiū concurrens ad effectus excedentes propriam naturam, nisi ei addatur vis instrumentalis proportionata effectui producendo, quia repugnat, aliquid agere sine forma agendi; ut aliquid esse sine forma essendi: sed nulla creatura ex se habet vim producendi effectus supernaturales, ut igitur illos producat, addenda est ei vis supernaturales proportionata. Hoc de sent. S. Thom. Hanc virtutem additam ante S. Thom. docuit A. lens. 4. q. 5. m. 3. a. 3. & alibi, cui ut primo authori tribuit Aureol. in 4. disp. 1. qu. 1. eamque ut opinio bacer sententia nem magnorum Magist. refutat. Bonav. ar. 1. que. 4. sciret reb. Reliqui illam impugnant ut superfluam, ut Bonav. & Aureol. cit. Scottus in 4. disp. 1. qu. 5. Richard. art. 4. q. 2. Gabr. qn. 1. ar. 1. Argent. disp. 1. q. 1. art. 2. Mayo. disp. 6. qu. 3. & 4. Mars. q. 1. in 3. p. ars. 3. non tamen aperiè declarant, an in creaturis decurvis vis congenita, qua possint cooperari Deo supernaturales agentes, quamvis multi eam videantur supponere: dum docent, posse intellectum absque lumine gloriarum elevari ad videndum Deum, ut Argent. in 4. disp. 49. qu. 2. ar. 1. Durand. q. 2. n. 24. Scottus in 3. disp. 13. q. 4. ad 4. qu. nisi quod Scottus & Durand. putent, intellectum habere naturalem potentiam ad videndum Deum, positam præsentia obiecti, & sublatu impedimento ex parte intellectus.

Quoad Recentiores Theologos, in primis S. Mar. 3. p. 10. 1. disp. 31. sect. 6. Vaf. qn. 10. 2. disp. 132. ca. 3. & 1. Quod de p. 176. disp. c. 3. confutata huicm. virtute additam, ut impossibili, agnoscunt solam vim innatam incompletam in creatura, quae elevara per extrinsecam virtutem Dei attingere potest effectus excedentes proprias vires. Ceterum S. Mar. hanc vim agnoscit in omni ente & modo creato, etiam si ex se natura hinc

liter actius non sit. Unde affirmat, quodlibet eleuari posse ad quodlibet, quod contradictionem non involuit. Fundam. quodlibet ens creatum perfectè subiicitur Deo in ordine ad omne, quod contradictionem non involuit. Idem docet Vega lib. 7. in Trident. c. 13. Vizquez contrà, non in omni ente creato hanc vim obedico. actiuam ad producendos effectus supernat. agnoscit, sed in eo dumtaxat, quod non tantum genericam, sed etiam specificam proportionem habet cum effectu producendo, solumque eget, ut natuua eius virtus compleatur ad producendum illum, quâ supernaturalis est.

Infert, solum intellectum & voluntatem posse eleuari ad producendos actus supernat. quia tantum potentia suâ naturâ respiciunt actus intellectus & volitionis secundum ultimam differentiationem earum, solumque egent eleuari, ut natuua virtutes earum compleantur, ut possint illos producere, quâ supernaturales sunt. Cetera verò entia, etiò actuitatem habeant in ordine ad suos effectus naturales, quia tamen illa sufficiens non est ad attingendam ultimam differentiationem in effectu, ad quem dicuntur assumi, sed solum communem aliquam & genericam rationem entis, qualis esset v.g. in aquâ ratio producendi frigiditatis, quæ quia ut adiquatum effectum suis actuitatis respicit hanc determinatam qualitatem, quæ non nisi genericè conuenit cum qualitate supernat. nequit ad illam producendam eleuari. Confirmat. omnis intellectio & volitio postulat fieri ab intellectu & voluntate, at non omnis qualitas postulat fieri ab aquâ: possunt igitur intellectus & voluntas adiutare auxilio supernat. elicere intellectu & volitionem supernat, quia ad eas eliciendas solum egent, ut compleantur virtute supernat. non potest aqua adiutare vicente diuina producere qualitatē supernat. quia nec omnis qualitas postulat fieri ab aqua, nec aqua solum eget compleri virtute supernat. Ut illam quâ supernaturalis est, producat. Eandem sent. sequitur Coninck de Sacram. qu. 62. art. 4. conel. 1. Cabrer. verò 3. p. qu. 1. art. 1. disp. 6. conel. 2. negat omnem vim actiuam innatam ad effectus supernat. in creaturis, solumque concedit in eis potentiam passuam ad recipiendam diuinam motionem, quâ formaliter sunt actius effectuum supernat. Fundam. hæc virtus innata ad effectus supernat. non potest esse naturalis, cum non sit proportionata effectui; nec supernaturalis, cum nil supernaturale possit esse congenitum rei naturali: ergo nulla, cum inter naturale & supernaturale non deretur medium.

### Authoris Sententia explicatur.

<sup>61.</sup>  
Datur po-  
tentia obe-  
dientialis  
alibus com-  
gencias,

Dico 1. Datur potentia obedientialis actiuam congenita in solis, & omnibus entibus suâ naturâ productiuis. Primum constat ex cit. August. 9. in Genes. cap. 17. qui post adducta exempla ligni aridi ad Dei nutum florentis, fructumque gignentis, sterilis fœminas in senectute patientis, asinus loquentis, concludit: *Etsi quid eiusmodi est, dedit quidem naturis, quas creavit, ut ex eis & hac fieri possent, & alio modo dedit, ut non hoc haberent in motu naturali, sed in eo, quod ista creata essent, ut eorum natura voluntatis potentiori amplius subiaceret: quo agnoscit August. hanc vim in rebus congenitam, non per ordinem ad motu naturalē, sed ad omnipotentem voluntatem Dei, cui res cunctæ creare subiaceant.* Demum, ut suprà, non saluaretur vitalitas & libertas in actibus supernat. intellectus & voluntatis, cu actus vitales & liberi essentialiter postulentes, ut actiū procedant à suo principio intrinsecō egenito,

<sup>64.</sup>  
Secundum expressè docet Caist. 1. p. qu. 45. art. 5.  
§. Ad evident. Et colligitur ex S. Thom. ibid. qui ad omne instrumentum requirit virtutem agendi, a-  
lloqui frustra adibetur ad agendum, nec oportet esse determinata instrumenta determinatarum actionum,  
sì quodlibet ens etiam non actiuam assumi possit  
ut instrumentum ad agendum. Prob. 1. à pari. Im-  
plicat, assumi materiam ad informandum, modum  
ad sustentandum, actionem intrinsecè malam ad merendum sc id quod naturâ suâ non est informa-  
tum, sustentatum, aut meriti capax: ergo nec ad agendum, quod naturâ suâ actiuum non est. 2. ab absurdo. Si posset res non actiuia eleuati ad effectū supernat. producendum, daretur potentia in crea-  
tura per se primò specificata ab effectu supernatu-  
rali: hæc autem esset quoad essentiam supernatura-  
lis, ut habitus infusus, qui per se primò specificantur  
ac effectibus supernat. ad quos per se primò ordi-  
nantur: specificatū n. trahitur ad ordinem sui spe-  
cificantis. creaturam verò habere potentiam super-  
nat. congenitam, est confundi ordinem naturalem  
cum supernaturali. Sequel. prob. Omnis potentia  
debet habere aliquod specificatium, nullum au-  
tem posset assignari huius potentiaz, præter effectū supernat. quia specificatium potentiaz est id, ad quod potentia per se primò ordinatur, ut indu-  
ctione constat in omnibus potentias, tam naturalib.  
quam supernat. id autē ad quod per se primò hæc  
potentia ordinaretur esset effectus supernat. nō ad illū ratiōnē esset ordinata, cum ex se nullius effectū  
naturalis supponeretur producendus. 3. Elevatio non  
ponit, sed supponit potentiam eleuabilem: ergo nisi  
res sit ex se actiuia, non poterit ad agendum eleuari:  
quia nequit creatura agere, nisi in ea sit vis agendi,  
aliо qui non ipsa, sed Deus ageret: ergo si hanc non  
habet ab ipsa eleuatione, præ habere debet ex se an-  
te eleuatione. Antec. prob. eleuatio non mutat  
intrinsecō rem eleuabilem, sed illam extrinsecō  
tantum coniungit cum Deo principali agente, in  
ordine ad effectū producendum: sicut cum ele-  
uatur instrumentū naturale à suo principali agen-  
te per eleuationem non mutatur instrumentū  
intrinsecō, sed solum extrinsecō in ordine ad effec-  
tū producendum. Qui modus supponit in in-  
strumento vim motuam attingendi effectum prin-  
cipalis agentis: aliо qui si tota vis producendi effec-  
tū esset virtus principalis agentis, nullo pacto  
effectus produceretur ab instrumento: aut igitur  
eleuatio supponit vim actiuam in creatura per se  
primò specificatam ab effectu naturali, cuius sup-  
ponitur producendus, & habetur intentum: aut sup-  
ponit vim ordinatam ad producendum tantum ef-  
fectum ex imperio Dei, & talis virtus cum non  
supponatur aliunde specificata ab effectu naturali,  
cuius sit res producendus, per se primò specificata ab  
effectu supernaturali esset, & quoad entitatem su-  
pernaturalis, adeoque congenita.

Dicres. Nullum datur ens creatum neque mo-  
dale, quod non habeat aliquam actuitatem: cum  
etiam modale sit intelligibile, adeoque actiuam  
vim habeat producendi speciem: ergo nullum da-  
tur ens creatum, in quo non repertatur hæc poten-  
tia obedien. actiuia. Resp. 1. si supponatur omne  
ens naturâ suâ producendū, nihil contra nos. 2. Neg.  
antec. ad prob. neg. conseq. nam ut ens sit intelligi-  
bile, non est necesse, ipsum producere speciem  
intelligibilem sui, sed sufficit, ut intelligi possit per  
speciem intelligibilem producendam à Deo; sicut la-  
pis est intelligibilis ab Angelo, & unus Angelus ab  
aliо, esto nec sit producendus speciei intelligibilis.  
A fortiori constat, non posse ad effectū realiter  
canendum.

causandum assumi ens negarium, vel impossibile, vel etiam possibile, dum manet in statu possibilitatis; neque ens rationis, aut extrinsecam denominationem: hæc n. omnia vti nullam habent realem enitatem, ita nec realem vim producendi.

6.  
Quilibet  
naturæ pro-  
ducendum  
posse.

A paritate  
intellectus  
contra Vag.

Tertium assertum: quod hæc potentia sit in omnibus entibus suâ natura productivis, colligitur ex notato testimonio Aug. fundantis hanc potentiam obedien. actiua non in proportione rei ad effectum producendum, sed in subiectione ad voluntatem creantis. Prob. 1. Ita se habet intellectus naturalis ad producendam intellectiōnem supernaturalem, sicut vis frigefactiua aquæ, ex gr. ad producendam gratiam: ergo si potest ille auxilio supernat. adiutus intellectiōnem supernat. attingere, poterit hæc virtute supernat. eleuata gratiam supernat. producere Antec. prob. tam intellectio supernat. vt cōtracta per differentiam supernaturalitatis, est supra capacitatē intellectus creati, quām gratia est supra capacitatē potentis frigefactiū aquæ. Quod autem intellectus ex se intingere possit quamlibet intellectiōnem natur. aqua verò attingere non valeat quamlibet qualitatē naturalem, non facit, quin intellectio supernat. sit supra capacitatē intellectus naturalis: & quod plures gradus in intellectione supēnat. respondeant intellectui naturali, quām in gratia p. tentia frigefactiū aquæ, non probat, nisi quod maiore elevatio requiritur in aqua ad supplendam maiorem virtutem respondentem pluribus gradibus producendis in gratia, quām in intellectu ad producendam intellectiōnem supernat. Ceterum tam est extra naturalem capacitatē intellectus, ultimus gradus intellectiōnis supernat. quām plures gradus gratiæ sunt extra naturalem potentiam frigefactiū aquæ: ergo si potest naturalis potentia adiuta virtute supernat. eleuari ad unum, poterit robora majori virtute supernat. eleuari ad plures. Tota enim diffic. est, vt eleuari possit ad gradum, qui sit extra sphæram potentia natur., quod hic sit unus vel plures, non variat diffic. sed auget intra eand. sphæram.

70.  
A priori.

2. Nullus est effectus supernat. qui non participet genericam rationem entis: ergo nulla est virtus actiua naturalis, quæ eleuata ad illum non possit aliquam rationem in illo cauare; quia nulla est, quæ in se non continet genericam rationem entis. Cum n. hæc sit ratio prima à reliquis essentialiter p̄cipi-supposita, necessariò reperitur in omni virtute actiua: in quâ sicut continetur aliqua determinata ratio producibilis, ita necessariò continetur ratio genericā entis, essentialiter inclusa in omni ratione particulari: atqui ad aliquam rationem in effectu producendam nil aliud requiritur; quām vt talis ratio continetur in causa, & effectus sit talis rationis capax; igitur ad quemlibet effectum supernaturalem producendum eleuari potest quæcunque virtus actiua naturalis.

71.  
Triplic diffi-  
cultas 1.

Contra hanc nostram rationem est difficultas 1. causa non attingit unam rationem bne alia, quia sicut attingit totam entitatem effectus, ita omnes rationes inclusas in effectu: ergo nisi causa virtute continet, quidquid continet effectus, non potest illum producere. 2. Nulla virtus creata continet intra sphæram suæ activitatis genericam rationem entis, sed determinatam duntur & particularetur: alias enim obiectum illius estens utens; quod tamen est obiectum omnipotentis Dei: atqui nullus effectus supernat. est capax illius determinatae rationis, cuius est productiva virtus naturalis: non n. gratia est capax frigiditatis vel humiditatis, quod cum tantum est productiva aqua: ergo nulla virtus

P. Amici Tom. VII.

naturalis eleuari potest ad effectum supernat. 3. Ratio genericā entis, cuius est capax effectus supernat. est supernat. virtus autem naturalis non continet rationem genericā supernaturalem, sed naturalem, quæ sola constat: igitur nullam rationem potest virtus naturalis eleuata in effectu supernat. produtere, quia per elevationem non mutatur virtus intrinseca creature: nec ipsa potest communicare effectui supernat. nisi quod habet in se, sc. naturale, cuius tamen ille non est capax. Major. prob. Illius solum rationis potest effectus supernat. esse capax, quæ comp̄ssibilis est cum effectu supernat. sola autem ratio entis supernat. comp̄ssibilis est, cū effectu supernat. repugnat quippe, eandem entitatem effectus constitui ratione naturali, & supernat. Confit. Quod potentia obedien. producit in effectu supernat. non est distincta ab entitate effectus supernat. alioquin non eleuaretur ad producendum effectum supernat. sed tantum ad producendum illud, quod cauaret ut distinctum ab effectu supernat. quod vel esset supernaturale, & recurreret difficultas: vel naturale, & sic non eleuaretur ad effectum supernaturalem.

72.  
Reff ad t.  
Sufficere si  
causa ha-  
beat specifi-  
cam propo-  
nem.

Ad 1. diffic. neg. conseq. vt n. vna causa associata cum alia producere possit omnes rationes, quæ sunt in effectu, sat fuerit, si eas continet associata cum alia causa, cum non debeat totus effectus ad æquatē contineri in singulis causis, quando plures ad illum concurrunt, sed torus ad æquatē in omnibus simul, vt inductione constat in causis partialib. non n. quidquid est in actu vitali continetur vel in sola specie intentionali, vel in sola potentia vitali, cum nec vitalitas continetur in specie, nec expressio obiecti in potentia, sed sufficit, vt ambae continentur in utrâque simul, vt torus effectus physicæ quodam omnes rationes dicatur produci ab unaquaque causa. Esto igitur sola potentia obed. non continet, quidquid est in effectu supernat. Ut tamen illum physicæ dicatur, quoad omnes rationes attingere, sufficit, vt totum continet associata causæ superiori. Ad 2. disting. Maior. Nulla virtus creata continet intra sphæram suæ activitatis genericam rationem entis, vt obiectum formale per se primum illam specificans, concedo; vt obiectum materiae necessariò inclusum in obiecto formalis specifico, nego. Primo modo est tantum obiectum omnipotentia divina: Secundo cuiuscunq; potentia actiua creata: huius n. formale & specificum obiectum, est aliquis effectus realis producibilis: in omni autem effectu reali producibili essentialiter includitur ratio entis, proinde qualibet virtus creata intra sphæram suæ activitatis materialiter continet rationem communem entis.

Ad 3. distingo maior. ratio genericā entis eius est capax effectus supernat. non est naturalis, Ad 3. concedo: est tantum supernaturalis, nego; est n. ratio genericā entis à naturali & supernat. præcisa, licet imperfetta, cuius capax est effectus supernat. & quem causare potest quælibet virtus & actiua naturalis: sunt n. naturalitas & supernaturalitas differentiaz entis; ratio vero entis quamvis re ipsa nunquam reperiatur, nisi cū alterius à differentiâ coniuncta, potest tamen ab una causa formaliter produci, esto ab eadem formaliter non producatur, secundum ultimam differentiam, secundum quam formaliter producitur ab aliâ causa, cum qua coniungitur ad effectum causandum. Explico exemplis. Ratio expressiva obiecti semper reperiatur id estificata cum vitalitate, & tamen potest species associata potentia vitali formaliter attingere explicationem obiecti, non attingendo formaliter vitalitatem

Exempla.

75.  
Prob. 2.  
Ratione.

tatem actus. Ratio qualitatis in specie intelligibili, semper est identificata cum spiritualitate, & tamen potest phantasma materiale formaliter attingere rationem qualitatis, non attingendo formaliter rationem spiritualitatis. Ratio supernaturalitatis & intellectio reperiuntur identificatae in visione beatâ, & tamen nec lumen gloriae formaliter attingit, rationem intellectio, nec intellectus rationem supernaturalitatis: ergo licet ratio entis in effectu supernat. semper sit identificata cum supernaturalitate, potest tamen virtus naturalis associata causâ supernat. formaliter attingere rationem entis, non attingendo formaliter rationem supernaturalitatis. Prob. 2. Nulla est virtus naturalis, quæ non habet aliquam conuenientiam saltem genericam entis cum quolibet effectu supernat. ergo nulla, quæ habere non possit aliquam actionem in effectu supernat. nam actionis proportionatur entitati, quippe quæ in ea fundatur: ergo qualis est proportio entitatis cum entitate, talis est virtutis actionis cum effectu producibili, non quod possit virtus naturalis suam actionem in effectu supernat. scilicet à causa supernat. exercere; nam ut dissociata à causa supernat. non potest nisi naturalem ratio in entis producere, quia cum re ipsa nequeat solam genericam rationem entis producere, sed determinat ad aliquam differentiam, cumque dissociata à causa supernat. nequeat illam producere, ut determinat ad differentiam supernaturalitatis; necessariò illam produceret ut determinat ad differentiam naturalitatis. Associata igitur cum causa supernat. poterit rationem supernat entis producere, quia miscendo suum concursum, non quidem adæquatè & secundum rationem specificam, sed inadæquatè & secundum genericam cum concursu supernat. causæ superioris eleuantis, poterit rationem supernat. entis in effectu supernat. producere: cuius ratio præcisa entis formaliter respondeat virtuti natur. ratio supernaturalitatis virtuti supernat. sicut miscendo intellectus suum genericum concursum intellectio supernat. luminis gloriae, poterit attingere supernat. intellectio; cuius intellectio ratio formaliter respondeat intellectui, supernaturalitas lumini gloriae unde non sequitur, quod virtus naturalis communicet effectui supernat. quod non habet in se; nam ipsa per se formaliter non communicat rationem supernaturalitatis, quam sola causa supernat. formaliter communicat, sed præcisam rationem entis, quam in se habet; & licet illam in se non habeat, ut præcisam à naturalitate, potest illam communicare ut præcisam à naturalitate, quia potest illam communicare non medio concursu naturali causa 1. sibi debito, quo posso illam communicare ut contractam ad naturalitatem, sed medio concursu supernat. causæ eleuantis sibi indebito, quo pacto illam communicat ex se quidem, ut præcisam à naturalitate, simul vero cum causa eleuante, ut contractam ad supernaturalitatem. Quod autem possit una causa associata alteri non causare in effectu rationem, secundum eam differentiam, quæ illam continet in se, sed quæ continetur in causa superiori, constat exemplis. Nam nec calor producens cum igne ignem; nec phantasma producens cum intellectu agente spaciem intelligibilem; nec intellectus beati cum lumine gloriae visionem gloriosam, causant in effectu rationem, secundum eam differentiam, quæ illam continet in se, sed quæ continetur in causa superiori. Nam & differentia ignis est substantia. & speciei intelligibilis spiritualitas, & visionis gloriae su-

pernaturalitas, quæ tamen non continetur in calore, phantasmate, intellectu beati, sed in igne, intellectu agente, lumine gloriae. Patet ad prob. maior.

77.  
Al confirm.

Ad coadju. concedo, id quod in effectu supernat. producit potentia obedient. non est ab effectu distinctum; nego tamen, non posse ab illâ, ut eiusdem à causa supernat. produci. Nam quod producitur à potentia obedient. vel consideratur ut re ipsa physice unum cum effectu supernat. & ut sic non responderet soli potentiae obedient. scilicet sumptu, sed ut simul coniunctæ cum causa supernat. produciturque à potentia obedient. & causa supernat. eodem indivisiibili concursu, ab verâque procedente; vel ut formaliter distinctum à ratione supernat. & ut sic quamvis formaliter sumptum responderet soli potentiae obedient. re ipsa tamen non attingitur à solâ potentia obedient. nisi ut coniuncta cum causa supernat. quia cum illud, quod formaliter in effectu supernat. responderet potentiae obedient. non sit re ipsa distinctum, vel contrarium ad differentiam naturalitatis, sed supernaturalitatis, non potest scilicet, sed coniunctim cum causa supernat. à potentia obedient. attingi: sicut quod formaliter in specie intelligibili responderet phantasmati, non potest à solo phantasmate attingi, sed ab illo simul cum intellectu agente, quia siue illud nequit produci absque differentiam spiritualitatis. quod responderet soli intellectui, ita nequit absque intellectu conciliante spiritualitatem à phantasmate produci.

78.  
Tenuis effec-  
tus super-  
naturalis at-  
tingitur, ut  
omnis ratio  
formaliter.

Hinc colligitur, quo pacto verum sit, & quod potentia obedient. re ipsa physice producat totum effectum supernat. & nihilominus in illo formaliter non attingat, nisi rationem entis, aut qualitatis, quam hæc potentia obedient. habet in se, & cuius capax est effectus supernat. Verum est primum, quatenus potentia obedient. coniuncta cum causa supernat. eodem indivisiibili concursu, procedente ab verâque physice tendit in totam entitatem effectus; quia unaquaque causa dicitur totum effectum producere, non tamen totaliter, nec partim producitur ab una, partim ab aliâ, sed ab unaquaque causa, cum opere & auxilio alterius; non producitur totaliter, quia non quilibet causa dat tantum quantum sat est ad totam entitatem effectus. Verum est secundum: quatenus consideratur non totum id, quod re ipsa attingitur eodem indivisiibili concursu procedente ab verâque causa, sed quatenus consideratur solum id, quod præcise respondeat virtuti productiva.

79.  
Dices 1. Repugnat; Deum producere effectum in ratione specificâ supernaturalitatis, & non generica entis: ergo implicat, ad eundem effectum creaturam concurrens in ead. ratione generica entis, cum tali concursu nulla respondeat ratio in effectu. Resp. dist, antec. repugnat, Deum non producere effectum in ratione generica entis saltem inadæquatè, concedo, cum hæc ratio sit creata; generica adæquatè, ergo cum enim hæc ratio sit metaphysicè divisibilis, potest attemporato concursu non sufficiere ad totam rationem producendam attingi, adeo quod partialiter à Deo, & creaturâ.

80.  
Dices 2. Si potest virtus naturalis cum virtute supernat. producere effectum supernat. poterit vice versa, virtus supernat. simul cum virtute naturali producere effectum natur. Id est enim potest virtus natur. una cum virtute supernat. producere effectum supernat. quia potest virtus natur. causare solam genericam rationem entis non causatà differentiam naturalitatis in effectu supernat. ergo etiam potest virtus supernat. causare solam genericam

76.  
Causa infe-  
rior associata  
superiori  
quid possit?

Virtus supernaturālē in naturālē invenit se. rationem entis; non causata differentia supernaturalitatis in effectu naturali: ergo. Resp. Cōcedo totum; sicut enim virtus naturalis, quia continet cōmūnē rationem entis, potest illam in effectu supernat. vñā cum causa supernat. producere, ita quia virtus supernat. continet eandem communē rationem entis poterit illam vñā cum causa naturali in effectu naturali producere.

Cæterū quod de facto, potius virtus supernat. vñā cum virtute naturali semper producet effectum supernat. quām virtus naturalis vñā cum virtute supernatur. producet effectum natural. ea est ratio, quia naturaliter semper principalior causa assimilat sibi effectum, quia fortius agit, ut inductione constat in omnibus causis principalib. agentib. cum suis instrumentis: principalior autem causa est virtus supernat. respectu effectus suū erat. vel enim est causa principalis, vel instrumentum connaturalē; hæc verò semper est instrumentum obediēt. diuinitū autem non implicat, ut virtus supernat. vñā cum virtute naturali, attemperato concurrit, influat in effectum natur. in ratione entis, non influendo secundū differentiam supernaturalitatis, quā incompossibilis est cum differentia naturalitatis. Vnde in tali euentu virtus supernat. non ageret connaturaliter, sed obedientialiter, quia non ageret per concursum adæquatum, connaturaliter sibi debitum; nam hic non est tantum ad communē rationem entis, sed etiam ad differentiam supernaturalitatis.

Dico 2. Potest hæc vis obediēt. actiua sine virtute intrinsecū addita, per solam coniunctionem extrinsecam ad omnipotentiam Dei, quæ sit per extrinsecum imperium ipsius eleuari ad producendos effectus excedentes propriam naturam. Fund. posito, quod non tota vis producendi effectum supernat. sic virtus superaddita, sed etiam ionata creaturæ, potest hæc ad producendum effectum supernat. compleri non solum virtute intrinsecū addita, sed etiam extrinsecū assistente. Ratio: virtus actiua, ut actiua formaliter, non eget compleri nisi in ordine ad effectum: cū sit tota ad effectum: ad hoc autem sufficit extrinseca coniunctio cum causa supplete defectum virtutis intrinsecæ in ordine ad productionem effectus. Quia ut actiue dicitur attingere effectum, non est necesse, ut illum completere & adæquate contineat in se, sed sufficit si tantum inadæquate & incompletè aliquā ratione genericā: quācunque enim ratione illum contineat, poterit cum alia causa supplete reliqua, quæ ad completam productionē effectus requiruntur, illum attingere. Ratio: virtus adæquate productiua, non est necesse, ut sit vna indiuisibilis, existens in eod. subiecto; sed potest constare ex pluribus virtutib. partialibus existentib. in distinctis subiectis. Contrā vero, quia effectus unus est, & indiuisibilis, non. n. in eo ratio, quā attingitur ab vna virtute, distinguitur à ratione, quā attingitur ab alia, sed utraque coalescit in vnam indiuisibilem entitatem, non potest ab vna causa inadæquate attungi vñā ratione, quin attingatur secundum omnes, licet non seorsim, sed coniunctim cum alia causa: quo fit, ut quamvis effectus non contineatur ex adæquate pérfectione in quālibet causa, sed inadæquate in vñā & aliā, verè tamen & propriè dicetur totus effectus produci à quālibet, ob indiuisibilem entitatem; ergo quamvis effectus supernat. non contineatur adæquate in potentia obed. actiua creaturæ, quia tamen continetur aliquā ratione genericā, poterit verè & propriè ab illa produci, si adiuvetur extrinsecā virtute sup-

plente reliqua, quæ ad completam productionem requiruntur.

Obijc̄ies 1. Nulla res potest effectum producere, nisi supponatur potens ad illum producendum; omnis. n. actus 1. supponitur ad 2. at nulla res naturalis de se est potens ad producendum effectum supernat. quia nullā forma naturalis est proportionata effectui supernat. ergo debet fieri potens per intrinsecam formam. Nam esse potens ad producendum, est denominatio formalis intrinseca, quæ nequit suppleri per formam extrinsecā. Resp. dist. minor. nulla res naturalis est potens ad producendum effectum supernat. proximè & completem, in ultimā differentia supernaturalitatis, concedo; remotè & incompletè in genericā saltem ratione entis, nego. Sicut nec phantasma est proximè potens producere speciem intelligibilem in ultimā differentiā spiritualitatis, sed remotè secundū genericam rationem qualitatis. Ita actus 1. supponitur ad 2. sc. adæquatus supponitur in causa principali & instrumento simul; inadæquatus tantum in instrumento, ut ratio eius postular. Ad prob. conced. maior de proportione adæquata & naturali, neg. de inadæquata & obediēt. in remotā aliquā ratione. Ita esse potens partim est denominatio intrinseca sumpta à virtute intrinseca, partim extrinseca desumpta à virtute & concausa extrinseca: constat in omni causa 2. quā dicitur potens producere suos actus, tum à forma intrinseca, tum à virtute extrinseca Dei, parata concurrere concursu generali ad omnem effectum causæ 2. sine qua nulla causa 2. est potens producere suum effectum. Dicitur igitur creatura potens tum à virtute intrinseca, tum ab extrinseca, à qua completer ad effectum supernaturalē producendum; non dicitur autem simpliciter potens in ordine ad effectum supernaturalem sola virtute intrinseca, quia illa est tantum genericā & remotā.

*Eff. potens.  
ad producē-  
dum est par-  
tum denomi-  
natio intrin-  
seca, partim  
extrinseca.*

8.

Obijc̄ies 2. Nequit forma incompleta compleri per extrinsecam formam: ergo nequit potentia obediēt. actiua incompleta, compleri per extrinsecam virtutem Dei. Quia licet ea potentia sit efficiens res, etiū effectus, est tamen formalis respectu subiecti: sed posito imperio Dei creatura dicitur formaliter potens, cū anteā non diceretur potens, ergo per extrinsecam virtutem additam. Resp. neg. conseq. Ad prob. dico, posito imperio Dei, creaturam denominari potentem ab intrinsecā virtute, connotatā coniunctione cum extrinsecā potentia Dei, sicut calor dicitur potens producere carnem, connotatā extrinsecā coniunctione cum viuente.

Obijc̄ies 3. Non potest effectus formalis variari, invariata formā; sed variatur effectus formalis potentis producere: nam posito imperio Dei, creatura sit potens, quæ anteā non erat. Resp. Non posse effectum formalem variari, invariata formā, vel in se, vel in suo connotato; posito autem imperio Dei variatur potentia obed. in suo connotato, nempe in coniunctione cum extrinseca potentia Dei; quā posita sine intrinseca variatione virtutis, creatura denominatur potens producere effectum supernat. quem anteā non poterat; sicut causa 2. dicitur formaliter potens, posito extrinseco decreto Dei de concurrendo cum illa: Et agens dicitur absolutē potens posita capacitate passi, quā sublatā idem agens dicitur ablolutē impotens. Ratio: potentia simpliciter expedita in suo effectu formalis includit proximum ordinem ac virtutem ad effectum producendum. Ut autem sit proximē producīuā pendet à multis extrinsecis, à concausa, à passo;

85

*Posse effectū  
formalem va-  
riari fo-  
rmatā  
nosato.*

86.

à passo, à conditionibus: ergo aliquo ex his deficiens, non potest denominari subiectū simpliciter potens: ergo sola fādā variatione extrinsecā, potest variari effectus formalis intrinsecus, qui præter intrinsecam formam requirit extrinsecā connotata: quoniam igitur sola virtus innata creaturæ non est nisi remotè & genericè potens ad effectū supernat. non potest illam denominare simpliciter potētem, nisi positā extrinsecā coniunctione per imperium diuinum ad virtutem supernat. Dei; quā sit proximè operativa effectus supernaturalis.

**Obijcies 4.** Creatura per potentiam obed. debet concursu supernat. attingere effectū supernat. hoc implicat per potentiam entitatiē naturalē. Resp. implicat attingere seorsim, non coniunctum cum virt. ure diuina; sicut implicat, instrumentum naturale seorsim, non coniunctum cum causa principali, attingere effectum causæ principalis.

**Obijcies 5.** Si potentia obed. est naturalis & innatā creature: igitur debet illi respōdere aliquis effectus; cūm omnis potentia respiciat aliquem effectum, & consequenter debitus est illi aliquis concursus. Resp. potentiam obed. considerati. entitatiē; prout est aliqua naturalis exigens concursum viueralē Dei ad effectum sibi proportionatum, & ut sic respondeat illi effectus naturalis. 2. formaliter, prout connotat extrinsecam coniunctionem per imperium diuinum ad virtutem supernat. Dei, & ut sic respōdet illi effectus supernat. debitusque est ei concursus supernat. quia ut sic non dicit solam virtutem naturalem, sed etiam extrinsecā supernat. ratione cuius debitus est illi effectus supernat. sicut calori per se sumpto debitus est concursus calefactius, coniuncto verò cum animali, debitus est illi concursus carnes. Quivus.

**DICES.** Creatura essentialiter est obeditiva Deo; ergo essentialiter exigit imperium Dei, adeoque concursum supernat. ad effectus supernaturales. Resp. esse essentialiter obeditiam remotè, non proximè.

**Dedicitur 1.** Discrimen inter potentiam obed. & naturalem: nam hæc naturaliter exigit concursum ad effectum sibi commensum; illa vero non exigit concursum supernat. ad effectus supra naturā. Quia potentia naturalis est intrinsecā completa ad effectum naturalem: obedientialis ad effectum supernat. est complenda per extrinsecā coniunctionem cum virtute supernat. quam non postulat naturaliter, cūm sit compleuentum excedens propriam naturam. **DICES.** Instrumentum naturale exigit naturaliter concursum ad effectum causæ principalis:

ergo & instrumentum obed. concursum ad effectū supernat. Resp. neg. conseq. quia instrumentū naturale est naturalis potentia causæ principalis, sine quā illa operari non potest: obedientiale non est naturalis potentia Dei, sine quā Deus non posset naturaliter operari, sed est instrumentum voluntarium, quo Deus liberè vtitur ad effectum, quem voluerit. 2. Creatura non dicitur potens ad effectus supernat. per extrinsecā dumtaxat elevationem, quia nulla res dicitur potens per solam virtutē existentem in alio, sicut nec agere per solam actionem alterius, sed per intrinsecā potentiam, positā tamen extrinsecā coniunctione cum omnipotentia Dei, sine qua hæc non esset proximè operativa effectus supernat. 3. Potentia obed. non solum se extendit ad effectus supernat. sed etiam ad naturales, ad quos non est per se ordinata; ut si aqua eleuetur ad calefaciendum. Quia potentia obed. est ad omne id, ad quod causandum creatura eget auxilio indebito: at eget ad effectus etiam naturales, ad quos non est de se ordinata. ergo.

Acceptio pot-  
tentia obed.  
entitatiē,  
& formalis.

Discrimen  
inter poten-  
tia obed. &  
naturalis:

Inser in stru-  
naturale &  
obed.

Deducitur  
2

Terrib.

## SECTIO IV.

An hac qualitas naturi rerum addita, ab aduersariis asserta, sit possibilis?

**E**X dictis sett. preced. constat, hanc qualitatem naturis rerum additam esse superfluā, cūm omnia, quæ de potentia obedientiali Scholastici tradunt, saluari possint per innatam virtutem rebus congenitam. Ut videamus an sit possibilis, videndū, quo pacto illa ab aduersi. adstruantur, & ob quem finem. Hic est, ut actuē & applicet vim creatam ad operandum: prout enim nullam vim creatam extre posse in actum etiam sibi cōmensum, nisi actuētur & applicetur à Deo mediā huiusmodi qualitatē, ut instrumento Dei: ad eum modum, quo instrumentum artis non potest in opus artis extire, nisi ea elevetur, per artificiosum motum sibi ab artifice impressum, vel reddatur ad operandum applicetur. Consequenter hanc qualitatē non solum ponunt in sacramentis ad gratiam, vel ornatum producendum, & in Christi humanitate ad miracula patranda, sed in omni virtute creatā, siue sit naturalis & cōgenita rebus, siue supernat. infusa, ut sunt habitus supernat. qui, ut in actum excent, debent hac qualitate actuari & applicari, alioqui de le impotentes erunt ad operandum. Necesitas huius qualitatis est essentialis subordinatio creaturarum in operando ad Deum, quæ in eo consistit, ut non valcent seipſas ad operandum, nisi præmorū & actuaz à Deo; quocirca ponunt illam fluentem, quæ transire transiente actu, in ordine ad quem datur; alioqui si eis permanēs, etiam ipsa indigeret præmotione ad agendum. Ceterum, ut precedentē sett. non ponunt illam ordinariē per modum actus 2. sed primi proximi, quo virtus creata compleatur in ordine ad actum secundum producendum.

**F**RIMA sent. negat, hanc qualitatē esse possibilem. **S**uar. 3. p. 10. 1. disp. 31. sect. 5. Quia non videatur possibilis virtus quæ producere possit tot diversos ac mirabiles effectus, cuiusmodi sunt Christi miracula, & effectus omnes tam quoad modum, quam quoad essentialiam supernaturales. 2. Sent. affirmat, illam esse possibilem. Distinguēdus duplex effectus supernat. alter quoad modum, alter quoad substantiam; proinde duplex distinguenda virtus, altera productiva effectus supernaturalis quoad modū, altera quoad substantiam.

**D**ico 1. Implicat virtus creata, quæ per modum connaturalis instrumenti sit productiva effectū supernat. quoad modū. Fund. 1. Implicat virtus creata naturaliter operans supra aut contra leges naturæ; talis autem virtus naturaliter ageret supra, aut contra leges naturæ: ageret enim independenter à spatio, à dispositione subiecti, à concursu causarum naturalium siquidem ageret in distans, in subiectum non dispositum, non exigentibus causis naturalib. Maior est S. Tko. in 3. dist. 1. 6. q. 1. art. 3. Solius eius est imminutare legem & cursum natura impositum, qui naturam instituit & ordinavit, quod solius Deus facit, & idē neque aliqua virtus corporalis, nec spiritua lis, aut anima, aut Angeli, nec etiam anima Christi potuit ad immutationem legis natura imposta diuinatus, nisi per modum orationis, aut intercessionis. Et prob. implicat, ut virtus creata naturaliter exigit operari supra, aut præter id, quod ipsius natura postulat, alioqui naturaliter exigeret operari, plus quam naturaliter posset.

**DICES.** Hoc ad summum probat de virtute **Objicies 1.** permanentē,

94.

1. Sōnt.  
Fundamenta.

2. Sent.  
Controversia  
explicatio.

97.

98.

Fundamen.  
duplex 1.

permanente, non de transiente: hæc n. cùm sit instrumentum Dei, non repugnat, operari supra leges naturæ cùm ratio instrumenti sit actio causa principalis. 2. Neque hoc probat de virtute permanente, cùm non repugnet, proprium modum operandi Dei per formam accidentalem permanentem connaturaliter participari à creatura, vt constat de visione Dei per modum actus puri, qui modus permanenter connaturaliter participatur à Beatis per lumen gloriæ. Confirm. potest proprius modus operandi vnius naturæ, per formam accidentalem permanentem connaturaliter participari ab aliâ, vt operatio calcificandi propria ignis participatur ab aquâ, per formam accidentalem caloris, saltum ad tempus in ea permanentem.

Respo. ad 1. neg. antec. connaturaliter n. operari supra leges naturæ repugnat enti creato vt sic; eo ipso n. quod ens creatum est, subiectur tam in essendo, quâm in operando legibus entis creati; cùm igitur etiam virtus transiens instrumentaria sit ens creatum, non poterit ei talis modus operandi connaturaliter competere; sicut quia esse independens à Deo repugnat enti creato vt sic, ne instrumentaliter quidem communicari potest creaturæ. Nec refert, quod operatio instrumenti non tribuitur instrumento, sed causa principali: quia instrumento tribuitur instrumentaliter. At hoc ipsum repugnat, tribui instrumento connaturaliter modum operandi supra leges naturæ: obedientialiter non repugnat: hoc n. non supponit in creatura naturalem exigentiam operandi supra leges, quibus ipsa, vt ens creatum naturaliter subiectur.

Ad 2. disp. est ratio de reliquis modis operandi proprijs Dei, qui per formam accidentalem connaturaliter communicari possunt creaturæ: quia illi non repugnant enti creato vt sic, sed solum enti creato substantiali: sicut non repugnat, aquæ accidentaliter communicari modum operandi ignis; repugnat communicari, substantialiter: ita nec repugnat, creaturæ accidentaliter communicari proprium modum cognoscendi Dei; repugnat communicari substantialiter, quia tunc natura creata mutaretur in naturam Dei: sicut si propria operatio ignis substantialiter communicaretur aquæ, deberet natura aquæ mutari in naturam ignis. Leg. I. T. o. disp. 9. sett. 6. Ex his patet ad Confirm.

2. Fundam. si daretur instrumentum naturaliter productivum effectuum supernat. quoad modum, necessariò foret causa principalis: hæc implicat; & in omnium sent. est propria Dei, incommunicabilis creaturæ. Sequel. prob. Quod habet adequatam proportionem cùm effectu, non est instrumentum, sed causa principalis: sed si daretur instrumentum naturaliter productivum effectuum supernat. quoad modum, haberet adæquatam proportionem cùm effectu: ergo non esset instrumentum, sed causa principalis. Major prob. In hoc discriminatur instrumentum à causa principali, quod non habeat adæquatam proportionem cùm effectu ultimato, alioqui ad illum producendum non egeret concursu causa principalis; hæc verò habet adæquatam proportionem cùm effectu; nec egeret concursu sui instrumenti, vt causa superioris eleuantis, sed vt potentia inferioris sibi naturaliter subordinata. Minor. prob. Ratio specificans virtutem instrum. connaturalem & principalem in effectibus supernat. quoad modum, est eadem: ergo non potest specificare illam vt instrumentum cónaturale, quin simul specificet vt causam principalem: virtutes n. quæ non habent diuersas rationes specificantes, nequeunt habere diuersas rationes causæ instrumen-

talis & principalis. Antec. ostendo. Ratio specificans virtutem productivam effectuum supernat. quoad modum, sive principalem, sive instrum. non est encitas ipsa effectus producibilis, in qua metaphysicè distingui possent plures gradus & perfections maiores, & minores, pœnes quas sumi possit diuersa specificatio virtutis principalis & instrum. vt in specie intelligibili ratio spiritualitatis specificat virtutem principalem intellectus agentis; ratio verò representationis quidditatris materialis specificat virtutem instrum.phantasmatis; sed est ipsa attingibilitas effectus independenter, ex gr. à spatio, dispositione subiecti, & reliquis causis naturalibus; hæc autem ratio, cùm sit indiuisibilis (conscitio n. in modo attingendi effectum per negationem spatiij, dispositionis, conditionis, subiecti, vel exigentia causalium naturalium) non potest diverso modo specificare instrumentum, & virtutem principalem: quia virtus productiva effectus supernat. quoad modum, non est supernaturalis ratione entitatis effectus, qui semper est quo ad entitatem naturalis, vt ignis genitus in distans, sanitas inducta sine dispositione subiecti, oculus productus absque exigentia causalium naturalium, sed tantum ratione modi attingendi; qui consistit in indiuisibili, ac totaliter responder tam instrumeto naturali, quâm cause principali: proinde nulla poterit esse diuersitas in virtutibus specificatis.

Dico 2. Hæc virtus productiva effectus supernat. quoad essentiam, prout ab aduersi. adstruitur, *Virtus prod.* non modò est super eius, vt constat, verum in multis casibus impossibilis; in multis nec aduersario-*casibus supernat.*rum principijs cohærens; ponunt n. illam per modum fluentis virtutis; eamque implicare aiunt per modum permanentis qualitatis, cùm tamè in multis casibus illam admittere cogantur per modum qualitatis permanentis: 1. ad visionem & actum beatificum producendum: 2. ad agus, quibus Angelus seipsum continuò naturaliter cognoscit & diligit; 3. ad apprehensionem, quâd damnati pœnas suorum scelerum sine intermissione apprehendunt: 4. ad actionem, quâd quævis natura creata suas naturales proprietates permanenter conseruat; nam cùm hanc virtutem ipsi. vt necessariam applicationem causalium 2. à primâ ad quemlibet eorum effectum producendum conseruandum ve adstruant, cumq[ue] enumeratas causæ continuâ perennique actione suos effectus producant atque conseruent, continuâ quoque perennique virtute ipsas ad operandum applicante indigebunt: cùm non minus causa 2. egeat applicatione ad effectu conseruandum, quâm ad producendū: nam idè per aduersi. ad producendum eger applicatione, quia alioqui non saluaretur eius essentialis subordinatio in operando ad causam 1. at non minus causa 2. essentialiter subordinatur causa 1. in eo conserando; ergo egebit etiam ad conseruandum. Nisi forte dicatur hæc virtus continuò variari, & vna alteri continuò succedere, ad eludendum argumentum.

Quod in nonnullis casibus sit etiam impossibilis, prob. 1. illam ponunt spiritualem in sacramentis ad gratiam, vel ornatum in instanti producendum, nec tantum illam ponunt productivam gratiam in rebus, sed etiâ in verbis sacram. at implicat, ens successuum, vt verba producere in instanti effectum permanentem, vt infra. 2. Illam ponunt in *Ledit liber.* voluntate creata ad suos actus meritorios eliciendos: at implicat per hanc virtutem, saluari usum libertatis ad meritum requisitum: hæc enim virtus ab aduersarijs ponitur, vt prius naturâ ad operandum applicans voluntatem, quæ seipsum applicare

care non valeret: at hæc applicatio recipia est vna Secundum cum actione voluntatis: alioqui, adhuc voluntas maneret indeterminata & inapplicata ad suam actionem eliciendam; nam id est talis virtus ponitur, ut ultimè determinet & applicet voluntatem ad suam actionem, ad quam non potest per seipsum applicare: ergo nequit talis actio respectu voluntatis esse libera: applicatio n. ad operandum, quam in voluntate causat hæc virtus, non est voluntati libera: sc. applicatio, quam in voluntate causat hæc virtus, non penderit à voluntate; non n. est in potestate ipsius illam habere, vel non habere: sed in sola potestate Dei, illam dare, vel non dare: nec in potestate voluntatis est, illam ad operandum applicare, vel non applicare, cum potius ipsa debeat per eam ad operandum applicari: ergo nec actio voluntatis erit ipsi libera, quia si applicatio voluntatis non liberet ab ipsa, nec liberet ab eadem erit ipsius actio, quam talis applicatio recipia indivisibilitatem inuoluit.

103. **Dicitur.** Posita applicatione voluntatis ad operandum, non potest actio voluntatis non sequi in sensu composito, potest tamen non sequi in sensu diuiso. Sed contraria: quia vel posita applicatione, potest actio voluntatis non sequi in sensu diuidente ab applicatione, vel ab actione voluntatis. Primum ad libertatem non sufficit: nam libertas requirit, ut voluntas possit non agere, non ex defectu aliqui principijs actiui, quo pacto dividendo ab applicatione, voluntas per aduersum non posset agere defectu principijs actiui ad agendum necessariò requisiti, cum hæc virtus ab ipsis ponatur ut proximum complementum virtutis actiuarum. Sed debet posse non agere ex propria potestate, quam cum omnibus ad agendum requisitis habet; alijs modo saluat libertas etiam cum virtute necessitate ad actum: Nam etiam voluntas diuidendo à virtute necessitate ad actum, potest non agere; unde amor beatificus in Patria foret liber, quia voluntas diuidendo à visione beata, ad amorem necessitatem, posset illum non elicere. Secundum supponit aliquod instantis temporis, vel naturæ, in quo voluntas, antequam eliciat suam actionem, possit illam non elicere: quia cum actualis libertas essentialiter requirat, ut voluntas positit omnibus ad agendum prærequisitis, possit agere, & non agere, ut possit talis libertas saluari, debet tale instantis assignari: sed posita applicatione voluntatis ad operandum, nullum potest tale instantis assignari, quia cum applicatio ipsam voluntatem præueniat, eiusque actionem necessariò inuoluit, non poterit voluntas, posita applicatione, suam actionem non elicere, adeoque non poterit diuidendo à sua actione, in sensu aduersus, voluntas esse libera; quia ut sit libera, debet posita applicatione, adhuc posse non ponere suam actionem, quod est esse liberum in sensu diuiso à propria actione. Confir. Ut actio sit libera, debet aliquo modo potuisse non ponni, sed non datur in hac sententia instantis temporis, vel naturæ, in quo potuerit actio voluntatis non ponni: non autem applicationem, quia tunc non erant omnia ad agendum requisita; non post, quia ea posita, voluntas non potest suam actionem non ponere, cum ipsius actio recipia non distinguatur ab applicatione, quæ necessariò & independenter à voluntate ponitur.

104. **3. Hæc virtus adstruitur ut infallibile medium exequendi efficax decretum Dei:** at id impossibile est, ut simul relinquit liberum usum voluntati creatæ: illa n. est infallibiliter connexa cum effectu futuro ex natura sua, independenter ab omni praescientia Dei; at nequit natura sua esse infallibiliter

connexa cum effectu futuro; nisi sit necessariò cum illo connexa: Infallibile n. est, quod non potest non esse, seu quod opponitur fallibili: fallibile est quod potest esse, & non esse: Porro quod non potest non esse, aut est ex suppositione futuræ determinationis, adeoque ex suppositione alicuius scientie certò prouidentis talem suppositionem futuram, vel ex natura sua: sed tale medium ab aduerso non ponitur infallibile ex scientia Dei certò prouidentis futuram suppositionem voluntatis: sed ex natura sua; quod autem non potest non esse ex natura sua, est necessariò futurum; quia quod non est necessariò futurum, potest non esse futurum; quod potest non esse futurum, non est natura sua infallibiliter futurum, quia infallibiliter futurum est, quod non potest non esse futurum; proinde implicat in terminis, hanc virtutem natura sua esse infallibiliter conhexam cum effectu futuro; & simul relinquit liberum usum voluntati creatæ; aut certè si natura sua potest non esse connexa cum effectu futuro, non poterit esse infallibile medium exequendi efficax decretum Dei; quia c. m. hoc per nullam potentiam sit mutabile, requirit medium, quod per nullam potentiam mutari possit; alioqui si posset medium mutari, mutari posset decretum ipsum Dei.

Declaratio  
sur termi-  
ni.

105. **4. Eandem virtutem aduersarij ponunt in ordine ad actus peccati;** hoc autem implicat, cum implicet, Deum antecedenter per seipsum voluntatem, creatam prædeterminare ad actum peccati non minus, quam antecedenter per seipsum prædeterminare intellectum ad actum falsum: cum non minus illud sit contra bonitatem, quam hoc contra infinitam sapientiam Dei. Nec difficultatem euadunt dicentes, Deum non prædeterminare ad malitiam, vel falsitatem actus, sed ad entitatem dumtaxat peccati, atque erroris: nam non aliâ ratione dicitur voluntas creata author peccati, nisi quia liberè producit entitatem, cum quæ infallibiliter connexa est malitia peccati; sed non minus est infallibiliter connexa malitia peccati cum entitate actu, ad quem Deus ex se antecedenter voluntatem creatam prædeterminat: ergo non minus Deus, quam voluntas creatâ dicitur author peccati.

Deus effi-  
cauthor peccati.

106. **Ad fundam aduersarij neg. causas 2.** agere non posse, nisi præmotas & applicatas à prima præmotione antecedente, sed tantum concomitante; atque in hoc salutatur essentialis subordinatio causarum 2. in operando à prima, ut in actu exire non valent, nisi concomitanti actione iuuentur à prima; quæ actio non in causa, sed in effectu recipitur, atque una & eadem cum actione causa 2. non minus quam actio causa principalis est eadem cum actione instrumenti: alioqui si actio causa 1. esset distincta ab actione causa 2. vel actio causa 2. esset dependens à Deo, vel independens: secundum dicunt non potest, alioqui daretur ens creatum independens à Deo. Si primum, vel esset dependens seipsum & contraria est, quia implicat, ut actio unius causæ scilicet recipiat, ut fiat dependens ab alia causa, quia cum actio sit ipsa actualis dependentia effectus à sua causa, implicat, ut fiat actualis dependentia ab alia causa. Vel esset dependens alia actione distincta; & contraria est, quia sicut implicat, ut unius generi quidem unius extermi uniatur distincta unione cum alio extermi, vel ut subsistentia unius naturæ subsistat distincta subsistentia naturæ alterius; & univer- saliter, ut modus unius subiecti, distincto modo fiat modus alterius subiecti: ita etiam ut actio unius causæ fiat dependens distincta actione ab aliâ causa; quia cum actio, & universaliter omnis modus,

Modus in

107. **Possit per  
deretur in  
sensu  
diuiso non  
salutis li-  
bertatem.**

nis modus, essentialiter consistat in actuali modificatione eius, cuius est modus, vel ad quem est respectus, implicant. ut actio, quæ essentialiter est actionis respectus ad suam causam, fiat distincta a actione actualis respectus ad aliam causam; nam hoc ipso destrueretur eius essentia, quæ est actualis respectus ad hanc causam.

110.  
Tb o eadem  
causa prima  
& secunda.

Sequitur, actionem causæ 1. esse eandem cum actione causæ 2. quæ tota, non tamen totaliter respicit causam 1. sicut tota, non tamen totaliter respicit causam 2. Neque est eadem ratio de instrumentis artis, quæ non agunt, nisi promota & applicata ab artifice: nam hæc non agunt, nisi per impulsum localiter mouendo corpora: nequeunt autem ex se habere vim impellendi localites corpora, nisi ab artifice promota; instrumenta autem diuina agunt physicè producendo effectum, ad quem eleuantur: possunt autem ex se habere vim aliquam physicam, saltem inchoatam, producendi effectum, ad quem eleuantur.

## S E C T I O V.

### *Sitne potentia obedientialis naturalis atque supernaturalis?*

111.  
Pro intellig. &  
naturæ Dottorū.

R Atio dubit. potentia specificatur ab actu, quem respicit: obedientialis respicit actum supernat. ergo est supernaturalis. In oppositum est, quia potentia obed. est congenita creaturæ, nihil autem con genitum creaturæ potest esse supernaturale.

112.  
Nota: Duplex potentia obed. activa, & passiva. In sent. Thomist. activa semper est supernaturalis: S. Tbo in 4. diff. 1. q. 1. a. 4. q. 2. est. n. qualitas diuinitus infusa, effectus supernat. ad quem datur, commensa. Sola controversia inter eos de passiva.

113.  
Palud. in 4. diff. 49. q. 8. a. 2. Caiet. 1. 2. q. 113. a. 10. Et in opus. 80. 3. tr. 3. q. 2. Bannez 1. p. 9. 9. ar. 2. appellant illam supernaturalem. Sotus 1. de nat. & gra. c. 4. Et in 4. diff. 49. q. 2. a. 1. concl. 1. Scotus q. 1. prolegi. 5. Ad q. Et in 4. diff. 49. q. 11. 5. Resp: ergo. Durand. q. 8. n. 8. Palat. in prologo q. 1. præcursoria ad 6. Zumel 1. p. q. 12. a. 2. diff. 2. post 3. concl. vocant naturalem: Ferrar. 3. con. Gen. c. 156. h. Ad eviden. Cabrera 3. p. q. 3. a. 1. diff. 5. dub. 2. h. 2. dicunt, esse naturalem ex parte subiecti, supernaturalem ex parte termini. Capreol. q. 1. prolegi. a. 3. ad 1. contra 6. concl. Molin. 1. p. q. 12. a. 1. diff. 2. h. Caiet. Med. 1. 2. q. 3. a. 8. h. Quid verò. Suar. 3. p. 1. diff. 31. sect. 6. fine, aiunt, nec propriè dicendam esse naturalem nec supernaturalem, sed obedientiale.

114.  
Potentia obe-  
dientialis  
passiva etid  
en doctrina  
S. Tho. est na-  
turalis esti-  
tatiue.

Dico 1. Potentia obedientialis passiva, etiam in doctrina S. Thomæ, est naturalis entitatiue. Constat ex 1. 2. q. 113. a. 3. ubi, naturaliter, inquit, anima est gratie capax. & 3. con. Gen. c. 156. Potentiam ad bonum supernat. appellat naturalem. Fundam, aut hæc potentia esset diuinitus infusa, aut naturaliter congenita. Si primum, vel ad illam recipiendam supponitur alia passiva supernat. & sic in infinitum; vel naturalis, & si hæc sufficit ad recipiendam potentiam supernat. sufficiet ad recipiendam quamcumque aliam perfectionem supernat. cum sit æqua omnium ratio. Secundum est plus quam falsum: tum quia sequeretur, creaturam naturaliter exigere perfectiones supernat. gratias & glorias, ad quas per hanc potentiam naturaliter inclinaret, non minus; quam per naturalem exigit naturales; ad quas naturaliter inclinat. Tum quia quod est naturæ congenitum, non se extendit ultra terminos naturæ, ut nec passio ultra subiectum suum. Confer. Implicat.

potentiam esse supernat. eiusdemque ordinis cum effectu, & simul obedientiale seu assumptum ad effectum ad quem non est suæ naturæ ordinata; ut nomen potentiae obedientis indicat; obedit enim creatura Deo, quando operatur iuxta imperium Dei, & non iuxta inclinationem naturæ suæ.

Dicas. Connaturalius est creaturæ obediens Deo, quæm cuilibet potentiae cooperari naturæ, cuius est potentia. Resp. Id Connaturalius stare, vel in ordine ad Deum imperantem; & sic verum antec. id que, ob maiorem subiectionem creaturæ ad creatorem; Vel, in ordine ad effectum, & sic falsum. Potentia enim naturalis exequitur actum naturæ cum inclinatione naturali, cum quæ non exequitur potentia obed. effectum supernat. sicut manus inclinat manus ad obediendum voluntati ad ipsum in se recipiendum, ob bonum totius suppositi, non tam cum maiori inclinatione, quæm quævis naturalis potentia inclinet ad suum actum.

115.

Dico 2. Etiam potentia obedientialis activa est naturalis entitatiue. Fund. etiam hæc est congenitam naturæ; seu commensa principijs naturæ: ergo nequit se extendere ultra principia naturæ; seu ad effectus supernaturales, ultra quod naturalis constitutio postulat.

116.  
Ab initia, ut  
naturalis  
constitutio.

Dico 3. Vraeque potentia obedient. tam activa, quæm passiva est supernaturalis terminatiue, terminatur enim ad actum supernat. non quidem specificatiue, sed connotatiue: quia specificatio ponit specificatum in ordine specificantis, ut inductione constat. Ratio: specificans tribuit ordinem specificato, quia concurrevit ut causa & terminus specificationis: atque potentia obed. non est eiudicis ordinis cum actu supernat. cum hic sit supernat. illa naturalis; connotatio vero non ponit connotantem in ordine connotati, ut exemplis constat: visibile enim quia tantum connotat visum, non sumit speciem & ordinem à visu, neque intelligibile ab intellectu, sed utrumque independenter ab illis constituitur in suæ specie, per ordinem ad proprium esse & operari; alioquin inter potentiam & objectum esset mutua relatio fundata in mutua specificatione, contra Pbilos. predigam, ad aliquid. Item potentia diuina, quia solum connotat creaturas, non sumit ordinem & specificationem ab illis: quia quod pure connotatur, non concurrevit ut terminus intrinseci ordinis connotantis, sed solum ut terminus extrinsecus tantum importatus, supponens connotantem aliunde in suæ specie constitutum, solumque illi aduenit ut quid extrinsecum & extra constitutionem ipsius. Quare licet potentia obed. ut stat sub imperio Dei, sit ad actum supernat. quia tamen non est ad illum, ut ad terminum specificantem, sed ad purum connotatum, non sumit speciem & ordinem ab illo; quia hic non concurrevit ut causa & terminus specificationis, sed ut purum connotatum, supponens potentiam aliunde specificatam & constitutam per ordinem ad propriam operationem: unumquodque enim specificatur à termino, ad quem per se primò respicit & nam specificari ab aliquo, est illi in suæ entitate & perfectione commensurari; commensuratur autem res termino, ad quem per se primò ordinatur: nam ab illo recipit ordinem & constitutionem in suo esse; sed potentia obedientialis non ordinatur per se primò ad actus supernat. hæc enim ordinatio est posterior & consequens, supponens ordinationem ad actus naturales; quæ est prior & per se primò constituens potentiam in esse naturali, & hoc necessarium supponitur ad esse obedientiale.

117.  
Ab initia, ut  
naturalis  
constitutio.

Ad rationem dub. conced. potentiam specificari ab

Ad rati. du-  
bitandi.

120. *ri ab actu, quem respicit ut terminum suas specificatio-*  
*nis, non autem ab actu, quem respicit ut purè*  
*connotatum. Dic̄s. Potentia obedient. est causa*  
*physica actus supernat. ergo non potest illum tan-*  
*tum connotari respicere: quia pura connotatio*  
*fundatur in sola extrinseca denominatione, ut pa-*  
*ter in exemplis allatis de visibili & intelligibili, quæ*  
*solan dicunt extrins. denom. à visu & intellectu.*  
*Resp. neg. conseq. eiusque prob. connotatio enim*  
*fundatur interdum in intrinseca causalitate effec-*  
*tus connotati, ut patet in omnipotencia Dei con-*  
*notante creaturas, quas physicè causat, & in obie-*  
*cto visibili connotante visum, quem physicè specifi-*  
*catur. Quia purè connotare non negat dependentiam,*  
*seu causalitatem in termino connotato, respectu*  
*connotantis, sed solum in connotante respectu con-*  
*notati. Ergo potest effectus supernat. physicè pen-*  
*dere à potentia obed. & solum ab illa connotari:*  
*nam potentia obed. non causatur quoad specifica-*  
*tionem ab illo, quamvis terminus connotatus phy-*  
*sicè causetur ab illa.*

121. *An potentia*  
*obedient. est*  
*completa?*

122. *Obed. passi-*  
*ua est com-*  
*pleta.*

123. *Aeterna in-*  
*plete etiam in*  
*ratione in-*  
*strumenti.*

124.

Resp.

*git concurrere ut instrumentum proportionatum*  
*ad effectus, illa ut improporionatum, quod pro-*  
*portionari debet per ipsam elevationem causæ su-*  
*perioris.*

S E C T I O . VI.

*An ratione potentia obedientialis sit per-*  
*fectior alia?*

125. *Dic̄s. Esom̄i potest perfectio potentiaz, 1. ex mo-*  
*do attingendi effectum, si minoricum depen-*  
*dentia à subiecto, à dispositione, à spatio, ceterisque*  
*conditionibus naturaliter requisitis. 2. ex perfectio-*  
*ri effectu, aut ex maiori influxu in eundem; fortius*  
*quippe in effectu influit principalis, quam instrumentum*  
*causa. Rursus potentia obed. bifatiam considerari*  
*potest, uno modo ut sit sub elevatione, vel in actu*  
*1. coniuncta cum omnipotencia diuina, per ipsius*  
*imperium ad effectum supernat. vel in actu 2. per*  
*actualem elevationem, quam actu influit in effectum*  
*supernat. Alio modo secundum virtutem, quæ ad*  
*elevationem supponitur in re, quæ eleuatur. Con-*  
*siderata ut sit sub elevatione, siue in actu 1. siue*  
*in actu 2. ea dicitur perfectior, quæ ad perfectio-*  
*rem effectum, modumve producendi à subiecto in-*  
*dependentiem assunxit, perfectior igitur est*  
*potentia obed. quæ ad visionem beatificam, quam*  
*quæ ad actum fidei elicendum assumitur: perfe-*  
*ctor quæ ad creandum, quam quæ ad educendum*  
*eleuatur. Maior difficilis est de potentia obed. quoad*  
*virtutem, quæ ad elevationem supponitur in re ipsa,*  
*quæ eleuatur, an maior perfectior; sit in una, quam*  
*in alia.*

126. *Prima sent. negat: sequitur ex sent. eorum, qui*  
*docent, potentiam obed. formaliter consistere in*  
*negatione repugnantiaz; & qui dicunt, perfectiorem*  
*potentiam naturalem mere per accidens ac mate-*  
*rialiter se habere ad productionem effectus super-*  
*nat. utique enim afflant, totam effectus, ad quem*  
*ea eleuatur, perfectionem mensurari ex elevatione*  
*virtutis eleuantis, nullo modo ex virtute creature*  
*elevaraz, quæ siue perfectior, siue imperfectior, eod.*  
*modo concurrit. Prob. 1. concursus potentiaz obed.*  
*indivisibiliter se habet ad effectum supernat. quip-*  
*pe quæ illum attingit solum sub ratione entis, quæ*  
*eadem est in quævis obed. 2. si perfectior virtus na-*  
*turalis perfectius concurret ad effectum super-*  
*nat. sequeretur, duos beatos habentes inæqualem*  
*intellectum cum æquali lumine glorie, inæquales*  
*actus beatificos elicere: hoc autem est fallsum. Nam*  
*maior, aut minor beatitudo non respondet perfe-*  
*ctori, aut minus perfecto intellectui, sed perfe-*  
*ctori, aut minus, perfecto lumini. Beatitudo enim*  
*non datur propter virtutes & perfectiones natura-*  
*les, sed propter merita & actus supernat. quibus*  
*majorib. aut minorib. maius aut minus responderet*  
*lumen; & maior, aut minor beatitudo. Igitur qui*  
*propter æqualia merita, æquale habent lumen,*  
*etiamsi inæquales habeant intellectus, æquales elici-*  
*unt visiones beatificis.*

127. *Secunda sent. affirmat, posse unam potentiam obe-*  
*dientiam secundum virtutem ad elevationem præ-*  
*suppositam, esse alia perfectiorem.*

128. *Dico 1. Nulla potentia obedient. quoad mo-*  
*dum attingendi effectum supernat. independenter*  
*ab aliquâ causa, vel conditione naturali, estante*  
*elevationem perfectior aliâ. Fundam. nulla obed.*  
*ante elevationem ex se habet aliquid, per quod sit*  
*magis idonea ad operandum independenter à cau-*  
*sis, vel*

<sup>130.</sup> Rati.  
Est quoad  
virtutē in-  
fluendi per-  
fector.

sis, vel conditionibus naturalib. sed omnes quoad hoc sunt æqualiter non repugnantes. Quia ad modum attingibilitatis independenter à causis, vel conditionibus naturalib. potentia obed. non concurrit diuisibiliter, sed indiuisibiliter: cum enim ipse modus sit indiuisibilis, consistens in negatione dependentiæ à causa, vel conditione naturali, non potest in vna potentia supponi maior habilitas ad sic operandum, quam in aliâ, sed est in omnibus æqualis obedientialis habilitas.

Dico 2. Potest vna potentia obed. quoad virtutem influendi, quæ ante eleuationem præsupponitur, esse perfectior aliâ. Fundam. Ea potentia cœlenda est quoad virtutem influendi perfectior, quæ maiori fortiorique influxu influit in effectum: at potest vna potentia obed. maiori fortiorique influxu, quam alia, influere in effectum, ad quem eleuator: potest enim vna in se continere maiorem influxu, cuius sit capax effectus, ad quem eleuator, quam alia: & coniuncta cum omnipotentia Dei conferret effectuiorum, quod habet in se, & cuius capax sit effectus, quia concurrit ut perfectæ subiecta Deo: sc. maiorem, fortiorisque influxum compossibilem cum gratia habet potentia spiritualis animæ quam modus corporeus, si actius sit: illa enim continet maiorem influxum genericum entis, quam modus, & præterea influxum spiritualitatis, quem non continet modus corporeus. Nec refert, quod potentia obed. non influat in effectu supernat. secundum differentiam naturalitatis, quia influere potest secundum alias qualitatis, & spiritualitatis, in quas nil potest modus corporeus: ipsum etiam influxum genericum entis fortiorum habet, adeoque fortius etiam influit in effectum, ad quem eleuator cœlitas obedientialis activa, quam modalitas obedientialis activa, quia influxus proportionatur entitati.

Confirm. Illud instrumentum fortius influit in effectum, cuius minor influxus supplendus est à causa principali; illud minus, cuius major supplendus: minor autem influxus à Deo supplendus est in effectu spirituali gratis, ad illam obedientialiter coagente potentia spirituali, quam corporeâ: maior supplendus est in eodem. obedientialiter ad illam coagente corporeâ, quam spirituali: ergo fortius in effectum supernat. influit vna virtus obedient. quam alia. Maior elucet: omnis effectus requirit determinatum influxum, siue ab vnâ, siue à pluribus producatur causis, quia influxus commensuratur entitati effectus: ergo quo minor influxus suppletur ab vnâ causa, eo maior præbetur ab aliâ, quo maior suppletur, eo minor præbetur ab aliâ coagente. Minor prob. obedientialiter concurrente ad effectum spiritualem potentia spirituali, non debet à Deo suppleretur influxus spiritualis, sed tantum partialis causa principalis: ad eumq. obedientialiter concurrente corporeâ suppleri debet totus influxus spiritualis, cum nullum spiritualem influxum habeat corporeâ, nihil spiritualis entitatis, in qua spiritualis influxus fundatur. Eodem modo prob. quoad influxum genericum entis, effectui supernat. obedientialiter collatum à potentia entitati, & à potentia modali; si hæc sit possibilis. 2. Nigredo vt octo plus influit in albedinem, si ad eam producendam eleuetur, quam nigredo vt vnum; quia illa vt plus habet entitatis, ita & a virtutis, & de concursu. Licet enim ad differentiam albedinis nigredo se habeat indiuisibiliter, cum illa non respondeat formaliter influxui nigredinis, sed Dei supplantis concursu albedinis; ad genitaciam rationem qualitatis diuisibiliter se ha-

bet, quia plus influit nigredo vt octo, quam vt vna.

Dico 3. Potentia obed. non necessario in effectu, ad quem eleuator, influit, quantum per natuam suam virtutem obedientialiter potest, sed quantum Deus pratico imperio vult. Fund. potentia obed. per suam natuam virtutem ad effectum supernat. concurrit ut eleuator, non quantum idonea est, sed quantum per imperium Dei determinatur: quia ex se idonea non est cum omnipotentia Dei coagere, nisi per imperium Dei eleuator: ita nec in effectum supernat. agit, nisi quantum eod. imperio fuerit determinata. Confirm. Magis subiecta est potentia obed. Deo in operando, quam potentia motu animæ in mouendo: sed potentia motu non mouet, quantum potest, sed quantum per præditionem imperium ab anima determinatur: ergo nec potentia obed. operatur, nisi quantum per prædicatum imperium à Deo determinatur.

Dic 4. Hoc imperium est extrinsecum creaturæ: ergo nequit per illud formaliter ad operandum determinari.

Quod enim est extrinsecum non mutat intrinsecè vim operativam: ergo si potentia obed. ex se non potest in effectum supernat. agere, nec post imperium poterit, cum nil post imperium habeat, quod non habuerit antea. Resp. dist. conseq. nō potest creaturæ per imperium Dei ad operandū determinari formaliter, cbncedo; non efficienter, nego: determinatur autem formaliter per ipsum concursum Dei. Cùm enim causa creata, ut in effectu agat, egeat concursu Dei comitant, peterit Deus determinare intrinsecè creaturam ad operandum, præueniendo suo concursu concursum creaturæ: quia cùm unus reip̄ sit idem cum altero, hoc ipso quod Deus præuenit suo concursu concursum creaturæ, creatura necessariò operatur, nō quantum ipsa per innatam vim potest, sed quantum per concursum Dei determinatur; quia cùm effectus determinatum requirat concursum, & quod maiorem Deus præbet, eo minorem præbeat creatura, poterit Deus suo concursu determinare creaturam ad operandum simpliciter, & quantum ipse voluerit, non quantum creatura potuerit.

Ceterum hoc agendi modo non vtitur Deus nisi cum causis necessarijs, quæ quia intrinsecâ indifferentiæ carent, egent extrinsecâ determinatione Dei ad effectus, earum naturam excedentes producēdos. Causæ verb liberæ, cùm etiam ad effectus supernat. retineant intrinsecam indifferentiā, non à Deo proximè, sed à seip̄is, cum auxilio tamen Dei, ad actus supernat. ad quos obedientialiter eleuantur, sese determinant: Quod qua ratione fiat, sic breuiter explico.

Ea causa potest se ad operandum determinare, quæ positis omnibus ad operandum requisitis, adhuc manet actiū indifferens, ac potens in utramque partem contradictionis: ille enim potest se ad operandum determinare, qui omnia ad operandum requisita in actu i. habet in potestate: at talis est voluntas eleuata per auxilium Dei ad actus supernat. ergo voluntas creata etiam eleuata per auxilium Dei, potens est seip̄am ad actus supernat. determinare. Minor prob. voluntas creata, etiam eleuata per infusionem cogitationem intellectus, & virtutem supernat. Dei illi assistentem, manet actiū indifferens, atque ad actum supernat. ad quem per infusionem cogitationem allicitur, & per virtutem assistentem Dei completerur, elicendū, vel non elicendū, potens se determinare. Nam his omnibus positis, adhuc ex Trident. sess. 6. c. 5. & can. 4. manet in voluntate creatâ potestas cooperandi, vel non cooperandi; & consequenter libera potestas sese ad

135. Causæ ne-  
cessariæ  
Dei deter-  
minatio-

136. Voluntas estid  
eleuata po-  
test seip̄am.  
determinatio-

Concursus  
creaturae li-  
ber est prior  
ratione, ve-  
tale apparti-  
nare libera.

sese ad actum supernat. determinandi, vel non determinandi. Proinde alio modo vtitur Deus potentia obedien. creaturæ liberæ, ac necessariæ. Ibi enim oblatis omnibus ad actum supernat. requisitis, in ipsius potestate relinquit ultimam determinacionem; hanc actuali concursu præueniendo, necessariò determinat ad effectum, ad quem comprodendum assumitur. Ceterum negari non potest, Deum etiam creaturam liberam præuenire ad actus supernat. non quidem aequali concursu ad actum supernat. liberum, ad quem comprodendum illam assumit, sed excitante cogitatione, quæ posita, in nostra potestate relinquit concursum in actu: quo sit, ut noster concursus in liberum consensum, et si re ipsa idem sit cum concursu Dei, prius tamen ratione sit à voluntate creaturæ præuentâ auxilio divino, quam à Deo. *In xta explicata 3. 10. disp. 26. fine, & 27. Contrà verò, concursus creaturæ necessariæ, prius ratione sit à Deo, quam à creaturâ; vnde hic necessitat creaturam ad cooperandum Deo, ille vetò non. Ex dictis*

137. Infectur 1. Posse potentiam obed. non agere in effectum supernat. quantum potest; non posse plus quam potest: quia potest non dare quantum habet; non potest dare, quod non habet.

138. 2. Si Deus minori influxu influat, quam simul cum toto influxu creaturæ sufficiens sit ad existentiam effectus, nullum sequi effectum: quia effectus non sequitur, nisi ad sufficiendum concursum. Contrà verò, si maiori influxu influat, quam simul cum toto influxu creaturæ sit necessarius ad existentiam effectus, sequi effectum: quia tunc maior concursus diuinus modificando concursum creaturæ, facit, ut hæc minus concurrat quam possit.

139. Ad 1. primæ sent. neg. omnem concursum potentia obed. in effectum supernat. esse indivisibilem, sed solum illum, qui se tenet ex parte attingibilitatis effectus independenter à causis, vel conditionibus naturalibus. Ad 2. neg. sequel. licet enim duo beati habentes aequalē lumen, in aequalē habeant intellectus, non propter in aequalē sibi producunt visiones beatas, quia diversi intellectus ad visionē beatam non concurrunt secundū intellectualem differentiam, quæ sunt differentes inter se, sed secundū genericam dumtaxat rationem intellectus, quæ omnes sunt aequalē: nam cā ratione ad visionem concurrunt, cuius est capax visio; at beata visio non est capax propriæ differentialis intellectus creati, sed genericæ dumtaxat rationis, omnibus intellectibus humanis, & Angelicis communis. Ratio: proprius modus differentialis visionis beatæ, est tendere ad Deum per modum effectus puri, qui modus est proprius Dei: hic autem modus non admittit propriam differentialm intellectus creati, cuius est rendere ad Deum per modum potentialis; proinde diversi intellectus ad visionem gloriosam non concurrunt proprio modo differentiali, quo in se constituuntur, & discriminantur, cum hic sit incompossibilis cum modo tendendi per modum effectus puri, sed modo generico, quo omnes uniuersè conueniunt.

## SECTO VII.

### An potentia obedientialis fit essentialis creaturæ?

141. unctione creaturæ ad Deum. Confir. præciso omni accidente creatura per suam essentiam formaliter est subiecta Deo, proinde obedientialiter potens: anima per essentiam capax gratiæ, & potens coagere Deo ad omnem effectum supernat. si hic non implicet. Negant Gabr. 3. p. q. 1. a. 1. disp. 4. Albertin. 10. 1, princ. 2. Coroll. 1. pu. 2. diffic. 2. Quia essentia est per ordinem ad esse; potentia per ordinem ad operari, quod supponit esse. Est igitur potentia obedientialis sola proprietas consequens essentiam, licet incepit ab operari.

142. Dico t. Potentia obed. non est de essentiâ entis creati ut sic: quia proximè hæc fundatur in potentia naturali: sed aliquid ens creatum nullam habet potentiam naturalem, neque sustentatiuam, neque informatiua alterius subiecti, ut sunt modi; neque etiam actiua; ut saltē de quibusdam negari nequit: ergo. 2. Potentia obedien. non est de conceptu constitutuō primario, sed secundario creaturæ naturaliter operatiuæ. Fundam. unaquæque natura primariò constituitur per ordinem ad actuū, ad quem per se primò ordinatur, inde desumens creaturæ specificationem entis, ratione cuius distinguitur ab omni alio: sed nulla natura per se primò ordinatur ad actuū excedentem seipsum; hoc enim ipso quod per se primò ordinatur ad aliquam perfectionem, accipit specificationem per ordinem ad illam; seu accipit esse commensum illi: repugnat igitur naturam per se primò ordinari ad aliquam actuū, & ab illo excedi: ergo nulla per se primò ordinatur ad actuū supernatur. alioqui omnis creatura, haberet esse commensum termino supernat. ergo potentia obed. quæ connotat terminum supernat. non est de primario conceptu constitutuō creaturæ naturaliter operatiuæ. Quod sit de secundario, prob. quia de essentiâ talis creaturæ est, habere aliquam potentiam, vel actiua, vel passiuam, vel formalem in ordine ad terminum, ad quem per se primò ordinatur: ergo de secundario conceptu eiusdem erit, habere potentiam eleuabilem ad effectus supernatur. Antec. prob. sicut talis natura constituitur per ordinem ad tales actuū seu terminum operandum, ita per potentiam ad illum; ordo enim & potentia ad operandum sunt idem, (suppono autem substantiam creatam esse immediatè operatiuam alicuius effectus, penes quem sumit suam specificationem) Conseq. constat: omnis potentia naturalis eleuabilis est ex imperio Dei ad effectum supernat. excedentem propriam naturam: ergo saltē de secundario conceptu talis naturæ est, habere potentiam obedientiale ad actuū supernaturalem.

143. Ad fund. 1. sent. neg. antec. Ad prob. nego, potentiam obed. proximè fundari in subiectione creaturæ ad Deum, sed tantum remotè, proximè verò in aliquā potentia operatiuā, habet. n. respectū, alterum ad Deum, cui ut agenti principali subordinatur; alterum ad effectum, ad quem debet ex imperio Dei eleuari: prior fundatur in ente creato ut sic, quia in essentiâ dependentia creaturæ ad Deum: posterior in solo ente operatiuo, quia non potest Deus face-re, ut quod ex se operatiuum non est; solo extinseco suo imperio operatiuum fiat, quia imperium nō est, nisi sola conditio supponens intrinsecam vim operatiuam in creatura eleuabili. Confirmatio solum probat concl. 2. de constitutione secundaria, & ente naturaliter operatiuo.

144. Ad fund. secundz sent. nego, essentiam consti-tui per ordinem ad esse, præciso ordine ad operari; cum ipsum esse essentia nequeat distinguere ab alio esse, nisi per ordinem ad tale operari: ergo in ipso con-

144. *Est de con-  
ceptu secun-  
dario natu-  
raliter ope-  
ranti.*

145. *Ad fund.  
Suar.*

*Duplex re-  
spectus pot-  
est obediens.*

ipso conceptu essentiaz operatius includitur ordo ad operari.

### In quo potentia obedientialis formaliter constat?

**P**RIMA sent. Aureoli in 1. dist. 42. q. 1 a. 3. Marsil. in 4. q. 13. a. 1. Coroll post concl. 3. dubij incidit. Medina. 1. 2. q. 3. a. 8. §. quod verò sit, & aliorum affirmantium, illam consistere in subiectione ad omnipotentiam Dei, cum non repugnantia ad effectum, quem Deus in illa operatur.

2. Sent. Caiet. 1. p. 9. 1. a. 1. §. Ad eiusd. Bann. q. 4. 8. a. 4. concl. 4. assertum, illam consistere in aptitudine ad effectus supernaturales operandos.

**D**ico 1. Potentia obed. adquatè constituitur per vitramque rationem, & subiectionis ad Deum, ut per rationem remotam, & aptitudinis ad actus excedentes propriam naturam, ut per rationem proximam. Fund. potentia obed. est instrumentum Dei; instrumentum constituitur dupli respectu, altero ad agens principale, cuius est instrumentum; altero ad effectum, cuius est productivum. Ratio: instrumentū dicit vim aliquam essentialiter incompletam causatiū effectū principalis agētis: ergo quā dicit vim causatiū effectū, respicit effectū; quā dicit illam essentialiter incompletam, respicit agēs, cuius effectū est causatiū, ut ab eo in causando talē effectū compleatur. Quod autem relatio ad agens sit remota, ad effectum proxima, prob. ea ratio dicitur remota, quā positā nondum intelligitur completa res: ea proxima, quā positā res formaliter compleatur: positā relatione subiectionis ad Deum, nondū creature intelligitur instrumentaliter potens & eleuabilis ad effectus excedentes propriam naturam: tum quia omnis creature habet hanc relationem, cū tamen non omnis creature sit obedientialis potens & eleuabilis: Tum quia instrumentum nō sit formaliter potens pētrelationē ad agens, sed per relationem ad effectum, quia per hanc habet formaliter virtutem producendi. Contrā verò, posita aptitudine ad effectus supernat. statim creature intelligitur obedientialis potens & eleuabilis ad tales effectus: ergo hęc, non illa, est ratio proxima instrumenti obedientialis.

**D**icis. Per subiectionem ad Deum, creature completur in virtute causatiū effectus supernat. ergo per hanc proximē constituitur ratione instrumenti obedientialis potentis. Resp. neg. antec. formaliter enim in actu 1. completur per virtutem diuinam sibi assistentem, & imperium Dei, ut conditionem sine quā non: In actu 2. per concursum Dei sibi indebitum. Ceterum ad rationem instrumenti obed. proximior est aptitudo ad effectū, quam subiectionis ad Deum: per hanc enim aptitudinem creature sit inchoatiū potens, atque adeo proximior ad effectum supernat. nam proximior ratio instrumenti est illa, quæ instrumentum idoneum reddit ad effectum principalis agentis producendum: sed relatio ad effectum inchoatiū saltē reddit instrumentum obed. idoneum ad effectum supernat. subiectio ad Deum non nisi remotē.

**D**ico 2. Hęc aptitudo creaturæ ad effectus supernat. non est proxima, sed remota; alioqui non egredit complemento virtutis diuinæ: nec per modum transcendentalis ordinis & inclinationis, sed per modum cuiusdam inatae capacitatatis ad operandum, quidquid repugnantiam non involuit: Tum quia potentia obed. non est per se primū instituta per ordinem & commensurationem ad effectus supernat. ergo non potest ad illos habere aptitudinē per

modum transcendentalis ordinis & inclinationis, quam non habet, nisi ad proprium & primariū specificatum. Habet igitur solum ianatam capacitatē, per quam non repugnat ad illos causandos eleuari. Dices. Creatura naturaliter inclinat ad Deum: ergo ad causandos effectus Dei: ideo n. instrumentū naturale naturaliter inclinat ad effectum principalis agentis, quia naturaliter inclinat ad ipsum agens principale, ut potentia ipsius: at non minùs est potentia Dei creatura ad effectus supernat. Resp. neg. conseq. Ad prob. nego causalem: Non n. ideo instrumentum naturale naturaliter inclinat ad effectū agentis principalis, quia naturaliter inclinat ad agens principale simpliciter, sed quia ad ipsum inclinat, ut potentia proportionata ad effectū: Creatura verò naturaliter quidem inclinat ad Deum, non tam ut potentia proportionata Dei ad effectus supernat. Potest autem creature naturaliter inclinare ad Deum, quia inclinatio hęc est per modum effectus naturaliter dependentis à causa: qui non debet habere esse proportionatum causę, quia non debet dare, sed recipere esse à causa: non potest autem naturaliter inclinare ad effectus supernaturales, quia hęc inclinatio est per modum causę communicantis esse: ut autem, causa naturaliter inclineret, ad comunicandum esse effectui, debet illi esse naturaliter proportionata.

### In quo genere & predicamento fit potentia obedientialis?

**C**ommunites affirmanit Thomistæ cum S. Tho. 3. p. 9. 62. a. 4. ad 1. & 2. & alibi, illam non esse in aliquo genere per se, sed reduci ad genus virtutis causa: principalis; vnde si illa est spiritualis, hęc erit spiritualis; si supernaturalis, hęc quoque. Quia hęc fundamen: est quādam imperfecta participatio virtutis causa: principalis, quæ propter ea dicitur esse per modum fluxus, & formæ intentionalis: ergo non constituit per se genus, sed reducitur ad genus virtutis, quam imperfecta participat: sicut, quia motus est imperfecta participatio termini, reducitur ad genus termini, & virtus impressa ad potentiam motuam, tuidis est participatio.

**D**ico 1. Potentia obed. non constituit aliquam speciem potentiaz per se. Fund. non habet peculiarem specificationem, nam licet connonet terminum supernat. ab illo tamen non specificatur, ut habitus insuffi, qui propter ea constituant peculiarem speciem potentiaz supernat. Confir. Ideo potentia, per quam aqua mouetur sursum ad replendum vacuum, non constituit diversam specie potentiam, quia ex tali motu non habet peculiarem specificationem, sed eadem potentia specificata ex primario termino suo, concomitant etiam habet, impendente vacuo, ut moueri possit sursum, contra inclinationem priuatam. Sicut nec potentia, quæ manus contra priuatam inclinationem mouetur ad recipientum ipsum impendentem capiti, constituit peculiare genus potentiaz.

**D**ico 2. Potentia obedien. non reducitur ad genus virtutis causa: principalis. Fundam. causa Nec reducitur ad genus virtutis causa: principalis respectu potentiaz obedien. est virtus diuinæ: sed potentia obedien. non reducitur ad speciem potentiaz diuinæ, tum quia non solum datur potentia obedien. actius, quæ in sent. Thomist. est imperfecta participatio virtutis diuinæ. sed etiam passiva, quæ reduci non potest ad speciem virtutis diuinæ, cum in Deo non detur potentia passiva. Tum quia sunt diversi ordinis, & plus quam prædicamento differentes: nam hęc est in aliquo

147.  
7. Secunda.

148.  
Seconda.  
149.  
A priori.

Subiectio  
creature ad  
Deum ratio  
remota, ap-  
petitudo ad  
effectus su-  
pernat. est  
proxima in  
genere in  
strumenti  
obedientiali.

150.

Aptitudo re-  
motæ est per  
modum inatae  
capacitatis  
ad operandum.

Instrumentū  
naturale na-  
turaliter in-  
clinas ad ef-  
fectū agentis  
principalis,  
ut eius po-  
tia propor-  
tionata,

154.  
Potest obed.  
non colligit  
speciem po-  
tentiaz per se.

155.  
Nec reduci-  
tur ad gen-  
eris principaliū:

aliquo prædicamento, illa in nullo; hæc est naturalis & creata, illa supernaturalis & inveniens: quæ autem tali modo differunt, nequeunt, ne reduciuntur quidem, in certo genere conuenire.

<sup>156.</sup> Sed subiecti. Dico 3. Potentia obedien. subiecti ad eam potentiæ reducitur, in quâ proximè fundatur, terminatiæ ad speciem potentiaz infusa. Primum prob. subiecti non distinguitur, neque constitutur:

Ratio à priori.

157.

Terminatiæ ad speciem infusa.

158.

potentiam diuersam habet ab ea, quam habet potentia, in quâ proximè fundatur: vnde si hæc est naturalis, etiam illa; si supernaturalis (nam etiam hæc eleuari potest ad effectum excedentem propriam naturam) illa quoque; si hæc activa, etiam illa; si hæc passiva, aut formalis, etiam illa; si spiritualis, si corporea, si substantialis vel accidentalis; etiam illa. Quia cum non habeat diuersam specificationem ab illa, sequitur naturam & conditiones illius. Confir. calor ut producitus ignis, non constituit diuersam potentiam ab ea, qua productivus est calor, quippe qui per eandem indiuisibilem virtutem, & est productivus calor, & ignis. Et instrumentum artis per eundem indiuisibilem potentiam recipit & sustentat formas artis, & naturæ simul. Secundum ostendo. Nam terminatiæ connotat effectum supernat igitur terminatiæ reducitur ad potentiam supernaturalem.

159.

Obijcies 1. Potest ad effectum supernat. non vitalis eleuari potentia vitalis; ex. gr. intellectus ad producendam gratiam: sed potentia, quæ producit non vitaliter, non potest reduci ad potentiam vitalē, cum sit diuersæ speciei. Resp. neg. minor. quando potentia non habet peculiarem specificationem à termino, ad quem assumitur, quia sicut tunc non accipit ab illo diuersam specificationem, ita nec diuersam potentiaz constitutionem, adeoque tunc non est diuersæ speciei subiecti.

Obijcies 2. Si potentia obed. non distinguenteretur à naturali, sequeretur, aliquid spirituale essentialiter pendere à corporeo. Actio enim per quam potentia corporea obedientialiter attingeret effectum spiritualem, esset spiritualis: sed hæc essentialiter pendet à tali potentia corporea. ergo Resp. in sequela non est absurdum: Patet de specie intelligibili, iusque actione essentialiter dependente à phantasma corporeo. Ex dictis.

160. Subiectiæ multiplex ad multæ multiplicationem naturalis.

Deducit 1. Potentiam obed. subiectiæ multiplicatiæ ad multiplicationem potentiaz naturalis, quia cum proximè fundetur in illa, tot erunt obedientiales subiectiæ, quot naturales in eadem naturâ. Ex modo vero tendendi ad effectum excedentem propriam naturam, & per concursum indebitum in omnibus creaturis, concipi quasi unam specie potentiam obed. numero tantum diuersam in singulis, licet per ordinem ad diversos terminos concipi possit multiplex specificè, una tantum genericè.

161. Est finita subiectiæ terminatiæ infinita.

Deduc. 2. Potentiam obed. subiectiæ esse finitam, quia fundatur in naturali finitâ; terminatiæ infinitam, quia se extendit ad omnes effectus, ad quos se extendit omnipotentia Dei; cuius est instrumentum, & in cuius virtute agit: hæc tamen infinitudo, cum non specificet potentiam, nec potentia ad hos effectus concurrat concursu sibi debito & proportionato, sed indebito, & ut eleuata per virtutem solidum extrinsecè assidentem, non refundit infinitatem in potentiam.

Ad plurimas Theologia difficultates exquirendas, vterius indagare debemus, quænam entia eleuari possint, & ad quos effectus obedientialiter producendos.

## DISPUTATIO VI.

Quæ entia, & ad quos effectus eleuari possint?

**P**ROPOSITA controversia non cadit in ens in-creatū, quod nec eleuari potest ad produc-tum quidpiam suprasuam virtutem, cùm quidquid producat ad intra, vel ad extra, na-turaliter producat; nec in producendo subiecti possit alteri, aut sibi ipsi; sine subiectione autem nil potest ad agendum eleuari. Præterea nequit creatura eleuari ad diuinæ personas comproducendas, cæve in suo esse pendere à creaturâ, cùm tamen potentia obed. realiter influat in effectu, ad quem eleuatur: processiones autem diuinæ sunt immutabiles & ne-cessariæ, omnimodâ necessitate, non minùs quam Deus ipse: ergo nequeunt aliter esse, quâm de fa-to sunt: possunt aliter esse, si non essent à Patre & Filio tantum, sed etiam à creaturâ, cum utroque obedientialiter concurrente. Ergo tantum cadit in ens creatum, nec in omne, sed in solum actuum (cùm nequeat, quod ex se actuum non est, ad agendum eleuari) hæc controversia.

An ens successivum eleuari possit ad producen-dum effectum permanentem totum simul?

**S**uccessiæ & diuisibiliter etiam naturaliter per alterationem successivam producitur qualitas permanens; calefactio n. ignis in ligno est successiua, calor per eam productus, corrupta calefactione ab igne, permanet totus simul, à solo Deo perma-nenti actione conservatus. Sola controu. est, an indiuisibiliter & totum simul possit producere?

**P**RIMA sent. affirmat: Albertini to 1. princip. 2. Coroll. 1. diffic. 4. quia nulla appetet implicatio, quin posset Deus assumere aliquod ens successivum, immediatè ante, vel post instans signatum A ad pro-ducendum gratiam, vel aliquem effectum indiuisi-blem totum simul.

**S**ECUNDA sent. negat, Suar. 3. p. to. 3. disp. 8. sect. 2. in 2. modo: probabilior est Fund. implicat, can-dem numero actionem vel corrupto agente perse-uerare, vel successiæ fieri, conservative à diuersis agentibus: actio enim est ipsa actualis dependentia effectus ab hoc agente: siue modus respectuus es-sentialiter respiciens tam hoc agens à quo est, quâm terminum hunc, ad quem est: ita implicat manere rem absque propriâ essentiâ seu essentiam actionis, actualemve dependentiam ab hoc agente, corrupto aut variato hoc agente: cùm nequeat esse actualis dependentia ab hoc agente, nisi actu pendeat ab hoc agente, & non ab alio succedente: actualis n. dependentia in essendo, qualis est actionis, essen-tialiter requirit agens actu influens esse: nequit au-tem actu influere esse agens, cuius esse corruptum est; vel unum conservare actualem dependentiam alterius, quæ sicut essentialiter est ab hoc, ita ne-quirit fieri ab alio agente. Similiter implicat, manere hanc dependentiam accidentis ab hoc subiecto, corrupto aut variato hoc subiecto: alijs posset vno esse absque unitis, aut uniti distinctâ unitone: si n. maneret absque subiecto, maneret sine unitis; si unitetur alteri subiecto, unitetur distinctâ unitone, cùm non posset ex non unitâ fieri nouo subiecto unita, nisi nouâ unitone: Ratio: vno, essentialiter respicit

Deus nō pō-  
tē eleuari.

Nec creatura  
ad eō, produ-  
cendus dñs  
nus personat

Successivæ  
diuisibiliter  
quidni?

Indiuisibiliter  
affirmat.

4. Negandum.  
Fundamentum.  
unicum.

respicit subiectum, in quo est, & terminum, quem intrinsecè vnit; ut actio agens, à quo est, & terminum ad quem est. Si potest eadem vno perseverare in subiecto, variato respectu ad agens, produci ab uno agente, & conseruari ab alio, vti una vno. compo siti dicitur alià actione produci à Deo, & à generaante simul, diversà conseruari à Deo solo: id est, quia vno non est essentialis respectus ad agens, sed ad vniuersalia, vnde posset rectento actuallí respectu ad vniuersalia, variare respectum ad agens: Actio vero est ipse actualis respectus ad agens, cùm sit actualis dependentia ab ipso, adeoque implicat, manere in subiecto eandem actionem, variato respectuad nouum agens.

Subsumo: id absurdum sequeretur, si ens successuum produceret rem permanentem totam simul; quia hæc actio necessariò duraret per aliquod tempus, non enim fieret in instanti, quia ab ente successivo, quod necessariò existit in tempore, ac proinde in eodem produceret, cùm non posset alià duratione producere, quām quā existeret. Ergo vel ead. actio perseveraret agente corrupto, vel eadem successiuē fieret aut conseruaretur à diversis agentibus: implicat n. actionem ea duratione, quā fit corrumpi, alià eadē duratione simul esset, & non esset. At toto tempore quo talis actio duraret, successiuē variarentur agentia, cùm agens successuum non habeat partes, per quas agit, simul existentes, sed succedentes, & agentia sint ipsæ partes, quibus ens successuum constat; & sicut hæc successiuē variatur quoad esse, ita quoad agere; nec possit agens agere, nisi secundum quod existit. Si dicas quod Deus à principio producat talē effectum dupli actione adiquatā, alterā ratione à se solo, alterā à se, & ab ente successivo simul, quo desinente definat posterior actio, perseverante priori, vi cuius potest totus effectus perseverare: Contrà stat contradic̄io eadem de hac posteriori actione, que cùm sit indiuisibilis & tota simul, & ex alià parte durare debeat per aliquod tempus, intra quod debeant necessariò variari partes producentes, sequitur, quod eadem necessariò penderet à diversis agentibus.

*Obijc̄ies 1.* Ens successuum, à quo hæc actio produceretur, necessariò duraret per aliquod tempus: quia implicat, ens pro ea duratione, quā fit, corrumpi: sed ens successuum necessariò fit in tempore: ergo non sequitur dari actione absque suo agente. Resp. dist. antec. Ens successuum duraret permanenter, nego; successiuē, concedo. Contrà vero actio cùm sit indiuisibilis & tota simul, deberet necessariò durare per aliquod tempus permanenter, & actio perseverare eadem, & nihilominus agentia continuò variarentur: quia successuum non est idem semper agens, sed aliud & aliud successiuē.

*Obijc̄ies 2.* Potest successuum producere effectum permanentem actione successiuā: ergo etiam permanente. Tali. n. euentu deberet dari actio à diversis agentibus producta. Resp. neg. conseq. eiusque prob. tali n. casu non esset una actio ad totum effectum indiuisibiliter terminata, sed una conflata ex pluribus successiuē ad effectum terminata, quatum nulla esset prima: sicut iste effectus nulla pars foret affigibilis tota simul produc̄ta, sed successiuē una ante aliam absque primā, talis quippe foret actio, qualis effectus & agens.

*Obijc̄ies 3.* Saltem posset ens successuum producere effectum permanentem, totum simul, non per unicam actionem permanentem, sed per plures successiuas absque prima, totales, ut partiales. Resp.

P. Amici Tomus VII.

neg. antec. si: n. posset per plures totales; posset infinitos effectus infinitasque actiones determinatas categorematicè producere: actiones n. quas intra horam produceret, non essent finitæ, alioqui assignari posset prima, contra suppositum: non infinitæ syncategorematicè, nam omnes essent actu produc̄ta, non partim potentia: ergo necessariò essent infinitæ categorematicè. Nec refert, quod totales actiones non existerent omnes simul, sed successiuē; tum quia ad infinitum categor. non requiritur, ut actu simul existat, sed sufficit, ut extiterit. Velut si productæ fuissent infinitæ circulationes orbis lunæ, procul dubio illæ fuissent infinitæ categorematicè, esto non omnes simul extitissent; tum quia facere posset Deus, ut per singulas actiones totales distincti numero effectus producerentur, in quo casu existerent simul infiniti effectus categorematicè à tali ente successivo producti per infinitas actiones totales successivas.

Deducitur 1. Posse assumi ad producendum effectum actione permanente ens successuum, etiam dum successiuē producitur, modò post successiōnem totum simul maneat, quia tunc producens respectu actionis permanentis non variaretur, sed perseveraret idem, quia per successionem non corrupteretur, sed permaneret totum simul.

2. Non potuisse Christum per suam passionem, quā passio importat motum successuum rei fluentis, physicè producere gratiam totam simul; potuisse quā importat terminum, qui successiuē productus aliquo tempore permanet. 3. Sacra menta physicè gratiam producere non posse per verba sacramentalia indiuisibiliter & totam simul: verba n. sunt entia essentialiter fluentia, adeoque inepta ad producendum effectū permanentē indiuisibiliter & totum simul. Ex dictis patet ad fund. Albertini.

Verba sa-  
cram. non  
posse eleme-  
ri ad pro-  
ducendum  
physicè gra-  
tiam indi-  
uisibiliter  
& totam  
simul.

### An possit assumi creatura ad suū productionē Dub. 2.

**A**d primam sui productionem, quā res primā transit à non esse ad esse, nemō docuit, posse creaturam assumi: productio n. supponit virtutem produc̄tuam. Saltem naturā priorem, cùm produc̄tio sit realis egredio effectus à causā, & contineri debet in causā prius, quām extrahi ab illa possit at prima productio rei, cùm sit primum esse rei, non supponit illud, nec virtutem produc̄tuam illius, qui in esse fundatur: aliàs ead. virtus ut sui productua naturā prior & à sua productione independens supponeretur, & non presupponetur naturā prior, ut à se producenda: ergo nequiesces ad primam sui productionem assumi: quia quod dat primum esse, nullum supponit esse. Confr. Si idem posset seipsum producere, posset producere antequam esset productum, quia cùm producere tur suā productione, antequam suā productione produceretur, produceret suam productionem.

Sola controversia est, an res assumi possit ad productionem alteram sc. quā in esse accepto conseruetur, seu ad sui conseruationem. Affirmat Suar. 3. p. 10. 3. disp. 50. scilicet 4. fine, & alii recent. Quia in conseruatione non militat implicantia, quæ in primā productione: cùm n. conseruatio sit secunda productio rei, supponit rem per primam sui productionem habere esse, adeoque virtutem ad producendum, quā virtute sicut vti potest Deus ad omnem aliam productionem, ita ad secundam rei eiusdem. Negat Vafq. 1. p. disp. 176. c. 3. in fine, & 3. p. disp. 57. c. 1. Pro quā nota, tripliciter posse creaturam ad sui conseruationem assumi. 1. Per nouam actionem, cessante priori. 2. Per novam, ad hoc per-

14.  
Implicat e-  
lemti ali-  
quid ad pri-  
mam sui  
productio-

15.  
Affirmare

16.  
Nequas Vaf.  
ques.

huc perseverante priori. 3. Per nouam actionem replicatiuam in distinto loco.

<sup>17.</sup> Dico 1. Implicitat, idem assumi ad nouam sui conseruationem, cessante priori. Ratio: non minus virtus productiva supponi debet naturā prior ad actionem conseruatiuam, quam ad primō productionem replicatiuam: Ideo. n. ad primā productionē replicatiuā debet virtus productiva naturā prior, quia cū ex ea egressurā sit producō, supponi debet cum continentia productionis, independenter ab ipsā productione, cū non possit à sua productione, causa acquirere virtutem producendi suam productionem: sed non minus ex virtute conseruatiuā extrahenda est conseruatio; ergo etiam virtus conseruatiuā præsupponi debet naturā prior & independenter à sua conseruatione: non posset autem supponi, si posset, corruptā priori conseruatione, à suā etiam conseruatione conseruari: quoniam, cessante priori actione, virtus conseruatiuā manaret tota dependens à suā tantum conseruatione, adeoque foret naturā posterior, non prior illa.

<sup>18.</sup> Confir. Causa ut causa, sive sit productiva, sive conseruatiuā, debet dare esse suo effectui: ergo debet esse naturā prior & independenter à suo effectu: quia non minus conseruando, quam producendo dat esse effectui: Nec refert, quod antea fuerit independenter à sua conseruatione; id. n. per accidens se habet ad presentem causalitatem, nec sequitur, quod nunc etiam sit independenter, quia cessante priori actione, vi cuius erat independenter à sua conseruatione, & succedente tantum conseruatione à se producta, non potest manere independenter & naturā prior, sed dependens, & naturā posterior suā conseruatione. cū tamen ut causa illius, debeat esse ab aliā independenter & naturā prior; nam causa, etiam quando causat, debet esse naturā prior & independenter à suo effectu, quia etiam quando causat, dat esse suo effectui, adeoque supponi debet ut præhabens illum, & non accipiens vim producendi ab alio:

<sup>19.</sup> Dico 2. Si eadem res conseruari possit duplice actione adæquata in eod. loco, non ita implicat, idem assumi ad nouam sui conseruationem, perseverante priori: posset. n. res conseruata vñā actione totali, supponi prior naturā & independenter respectu alterius actionis conseruatiuā à seipso producendā: ita ut vi prioris conseruationis perseverantis res haberet totum suum esse suamq; virtutem productivam adæquate conseruatam ab alio, quam à conseruatione à se producenda: ergo posset ad eam producendam assumi. Sicut etiam eo casu res haberet suam vim productivam naturā priorem & independentem à quacunque actione extra se producendā, quia non haberet eam mediā actione extra se producendā, ita neque illam haberet mediā actione à se producendā. Nec implicat, idem esse causam sui ipsius quoad conseruationem: quia potest idem supponi naturā prius & independenter à sua conseruatione, vi alterius actionis adæquate conseruantis.

<sup>20.</sup> Suppono tamen ex preced. to. implicare, eandem rem conseruari duplice actione adæquata in eodem loco existentem: quia actione est modus; modus cū essentialiter consistat in actualitate, actū præstat, quidquid præstare potest, alioqui sequetur, ex ea parte, quā non præstaret quantum posset, fore aptitudinem rationem, non actualem: atqui actio substantialis est actualis communicatio esse substantialis termini, cuius est actio; & secunda actio adæquata non communicaret actū esse substantialis termino, sed solū communicaret, si

non inueniret illud actū communicatum per aliam actionem; nec n. producit esse termini, cū illud inueniat productum, nec aliud esse producit, sed solū dicitur novo modo conseruare illud idem esse, quod repetit productum: ergo non præstaret actū, quantum posset.

<sup>21.</sup> Confir. Implicitat, vñionem substancialē non actū componere compositum substancialē, sed tantum composituram, si non inueniret actū compositum: ergo implicitat actionem substancialē actū non communicare esse termino, sed communicaturam, si illud communicatum non inueniret.

<sup>22.</sup> Neque dici potest, secunda actio forte accidentalis: præstaret. n. quidquid præstat prima, si non esset, vnde cessante primā, absque illā sui mutatione, foret substancialis, quia actū communicans idem esse substancialē, quod prima: Neq; non communicare actū esse substancialē termino, defectu capacitatis termini, non sui; hoc. n. ipso quod terminus non est capax actualis communicationis sui esse, in quā essentia actionis consistit, non potest actio esse possibilis.

<sup>23.</sup> Dico 3. Non ita implicitat, idem assumi ad actionem replicatiuam sui: quia præsupponitur res prius naturā existens, & independenter ab actione replicatiua, via actionis, quā adæquate conseruaretur in alio loco: nec necesse esset, talem creaturam, antequam in distinto loco produceret actionem replicatiuam sui, prius naturā esse in tali loco, cū non implicet, agere in distans, vt infra 2. quia actio replicatiua præstaret, quidquid præstare potest: nam de essentia actionis substancialis, est actū communicare esse substancialē termino: at id communicaret termino replicato: actū. n. producit terminum in loco, vbi antea non erat: nempe actio substancialis replicatiua non producit solam localem presentiam, sed substanciali ipsam termini, quamvis non diuersam numero ab eā, quā est in alio loco. Quia desinente actione conseruatiuā termini alibi existentis, adhuc terminus existeret vi actionis substancialis replicatiuā, si aliunde non repugnet. Hoc ideo addo, quia in nostro casu, desinente priori actione conseruatiuā, non posset res amplius supponi naturā prior & independenter à suā actione replicatiuā, adeoque illā cessante, cessaret, & hæc, ac proinde res vñobique desineret. Quod si actio replicatiua producatur ab alio, quam à creaturā replicatā, tum cessante priori actione conseruatiuā, perseveraret terminus vi actionis replicatiuā in distinto loco. Hæc de productione sui in diuersis locis probabiliter tantum à me dicta sunt, spectatis rationibus inferioribus ac naturalibus: ceterū spectatis superioribus deductis ex reuelatis, multò probabilius est, nec in diuersis locis posse idem scipsum producere. Rationes 1. tom. 3. edit. disp. 23. num. 74. &c.

<sup>24.</sup> Non implicat, idem assumi ad actionem replicatiuam, si actionem replicatiuam non inueniret.

<sup>25.</sup> Etiam.

<sup>26.</sup> Idem.

<sup>27.</sup> Idem.

<sup>28.</sup> Idem.

<sup>29.</sup> Idem.

<sup>30.</sup> Idem.

<sup>31.</sup> Idem.

<sup>32.</sup> Idem.

<sup>33.</sup> Idem.

<sup>34.</sup> Idem.

<sup>35.</sup> Idem.

<sup>36.</sup> Idem.

<sup>37.</sup> Idem.

<sup>38.</sup> Idem.

<sup>39.</sup> Idem.

<sup>40.</sup> Idem.

<sup>41.</sup> Idem.

<sup>42.</sup> Idem.

<sup>43.</sup> Idem.

<sup>44.</sup> Idem.

<sup>45.</sup> Idem.

<sup>46.</sup> Idem.

<sup>47.</sup> Idem.

<sup>48.</sup> Idem.

<sup>49.</sup> Idem.

<sup>50.</sup> Idem.

<sup>51.</sup> Idem.

<sup>52.</sup> Idem.

<sup>53.</sup> Idem.

<sup>54.</sup> Idem.

<sup>55.</sup> Idem.

<sup>56.</sup> Idem.

<sup>57.</sup> Idem.

<sup>58.</sup> Idem.

<sup>59.</sup> Idem.

<sup>60.</sup> Idem.

<sup>61.</sup> Idem.

<sup>62.</sup> Idem.

<sup>63.</sup> Idem.

<sup>64.</sup> Idem.

<sup>65.</sup> Idem.

<sup>66.</sup> Idem.

<sup>67.</sup> Idem.

<sup>68.</sup> Idem.

<sup>69.</sup> Idem.

<sup>70.</sup> Idem.

<sup>71.</sup> Idem.

<sup>72.</sup> Idem.

<sup>73.</sup> Idem.

<sup>74.</sup> Idem.

<sup>75.</sup> Idem.

<sup>76.</sup> Destruitur creatura amittendo aliquid, à quo in suo esse conseruatur; duplicit: 1. per Duplex de- suspensionem concursus. 2. per productionem rei fructus. incompossibilis cum re, à quā in suo esse conseruatur, & per productionem formæ ignis destruitur lignum. Adhuc potest creatura destrui, immediatè amittendo id, à quo in esse conseruatur, sc. concursu creativo: vel mediā, immediatè amittendo aliquid, quo amitto amitteret id, à quo immediatè conseruatur, & mediā annihilaret materia prima, si immediatè amitteret omnem formam substantialē, quā amissā, mediā amitteret creatinum.

creationum concursum, qui amplius non debetur. ad actiua destructionis sui.  
tut materiæ omni formâ substantiali spoliatæ.

**Dico 1.** Nulla creatura elevari potest ad immediatam destructionem sui. Quia nulla immediatè pender à seipso in conseruari, sed vel à solo Deo, vel simul à causis. **2.** immediata autem destructione rei, est per immediatam suspensionem concursus conseruacioni: cùm igitur nulla res immediatè à seipso penderet, nec assumi poterit ad immediatam destructionem sui: sc. cùm nullâ hypothesi factâ, possit in nostrâ sent. creatura immediatè seipsum conseruare, nisi possit actione replicatiuâ, hoc casu poterit tantum seipsum destruere replicatiuâ, non simpliciter: quia cessante actione replicatiuâ, a se dependent, adhuc perseveraret actio productiva, quâ adæquatè conseruaretur in esse.

**29.** Possit ad 33.  
**mediatam.** **Dico 2.** Quævis natura creata assumi potest ad mediatam destructionem sui: sc. ad suspensionem suarum naturalium proprietatum, à quibus saltem penderet ut à conditione, sine quâ illi non debetur esse: & mediata destructione rei, est immediata destructione alicuius, vnde illa sequitur. Siquidem nulla est natura creata, quæ non habeat aliquas naturales proprietates reipso distinctas, ut in naturâ spirituali intellectus, voluntas, motrix potentia, ex 2. 20. in reliquis sunt qualitates bene disponentes ac perficientes naturam: probabile autem est, has proprietates in genere causæ etiam efficientis, continuo pendere à naturis suis: quævis autem causa assumi potest ad suspensionem eius esse, quem actu conseruat; quia non minus creatura est subiecta Deo in cessando ab omni actione sibi naturaliter debitâ quam in producendâ quâcunque actione sibi indebitâ. Ceterum qui negant, vel illas proprietates in naturâ spirituali reipso distinguunt, vel illas efficientes pendere à naturâ negabunt, posse huiusmodi naturas assumi ad mediatam destructionem sui. **Dices.** Adhuc posset natura assumi ad producendam aliam substantiam, quæ adæquatè sustentaret eadē proprietates, quæ sustentatione posita, non debetur amplius priori substantiæ conseruacionis concursus, cùm repugnet naturaliter, duo subiecta adæquatè sustentare eandem formam. **Resp.** Nihil contra nos, qui solū alterimus, si naturales proprietates effectiue non penderent à naturâ, non posse naturam assumi ad mediatam destructionem sui, per suspensionem, possit licet per productionem concursus.

**34.** Non per se 35.  
**suspensionem** 36.  
**conseruacionis;** Quilibet entitas com-  
**subiectum:** poterit assumi posse ad  
**subiectum.** actiua destructionem sui.

**Ques.** Sicut assumi potest res ad mediatam destructionem sui per suspensionem concursus effectiui, an possit per sustentatiui? **Resp.** negatiuè, quoniam agens agit, actiue influendo in effectum, subiectum sustentat, passiuè recipiendo effectum ab alio productum: potest autem agens, positis omnibus ad agendum requisitis, impediri, ne agat; non potest autem subiectum, positis omnibus ad sustentandum requisitis, impediri, ne sustentet; quia inter requisita ad sustentandum, est, ut agens in subiectum agat; alias subiectum nequit sustentare, nisi quod agens in se producit: nec agens in subiectum agere, nisi subiectum actionem ab agente productam sustentet; cùm non possit subiectum impedire agens, ne in ipsum agat, vel ne in se productam actionem recipiat. **Confir.** potest à creaturâ impediri, quod ab ipsis virtute penderet; sc. suos actiuius concursus; non pender autem à suâ ipsis virtute, ne vel agens in se agat, vel ne, eo agente, actionem in se recipiat.

**Dico 3.** Nulla res simplex assumi potest ad actiua destructionem sui. Quia actiua destructione media est per productionem alicuius incompositum.

sibilis cum recipia destruibili: nulla autem incomposita exerceri potest cum se simpli: illa n. fit per formalem expulsionem rei ab aliquo subiecto, vel termino intrinseco, à quo res in suo esse pender: res autem simplex à nullo subiecto, vel termino intrinseco in suo esse pender, alioqui non esset simplex, sed composita ex subiecto, vel termino, à quo in suo esse penderet.

**Ex his** constat, nec materiam, nec quantitatem, vel viuum accidens extra subiectum conseruatum, assumi posse ad actiua destructionem sui.

**Dices.** Posset frigus à subiecto separatum assumi ad producendum calorem in seipso: sed hic destruet frigus: ergo posset res simplex assumi ad actiua destructionem sui. **Resp.** neg. minor. eo n. calu calor crearetur à frigore, non recipietur in frigore, sed actione creativâ conseruaretur extra frigus, non corrumperet frigus, nec in illo formaliter incompossibilitatem exerceret: vel educeretur ex potentia obedientiali passiuâ frigoris, & tunc non posset calor destruere frigus; alioqui eodem instanti frigus simul esset, & non esset: esset, quia deberet calorem sustentare; non esset, quia deberet ab eodem calore corrupti. Neque dicas, fore instanti, quo deberet calorem sustentare; non immediatè post, quo, desinente frigore, succederet calor: si. n. i. instanti & in fieri simul non repugnant, nec repugnabunt in tempore & in facto esse: 2. implicat ut calor eadem actiue, quâ productus est à frigore, perseveret corrupto frigore; quia illa fuit actio eductiva essentialiter pendens à potentia obedientiæ. passiuâ frigoris: 3. nulla res potest formaliter destruere s. bicuum per id, quod à subiecto essentialiter pender: sed actio eductiva essentialiter pender à frigore: ergo non posset per talen actionem calor formaliter corruptere frigus. Maior prob. quod essentialiter pender ab aliquo, necessariò exigit illud: ergo non potest illud formaliter destruere; quia destruere, est expellere illud, ut sibi contrarium: implicat autem, ut una eademque res essentialiter exigat aliquid ut sui conseruacionis, & simul expellat illud, ut sibi contrarium: quia simul exigeret & non exigeret essentialiter illud.

**Dico 4.** Quilibet entitas composita assumi potest ad actiua destructionem sui, quia pender aliquo modo à sua comparte: naturalis n. compositione fundatur in mutua componentium dependentia: quilibet autem entitas creata assumi potest ad producendum aliquid sibi incompossibile sub sua comparte: obedientialiter n. assumi potest ad quemlibet effectum, qui contradictionem non inuoluit: ergo ad ens sibi incompossibile.

**An posset ens non vitale assumi ad vitale operandum?**

**O** Peratio dicitur vitalis, 1. denominatiuè à principio vita; 2. ab effectu, quem exercet in principio, in quo, & à quo est. Implicat, ens non vitale assumi ad operandum actum vitalem denominatiuè à principio vitali, à quo producitur; non n. fit vitale formaliter per elevationem: nec potest operatio à principio non vitali producta, denominari vitalis formaliter. Igitur sola controversia est de 2. modo, an possit ens non vitale elevari ad actum, qui circa ens non vitale exercet effectum, quem exercet in principio vitali.

**Dico 1.** Non implicat, ens non vitale elevari ad producendum in se aliquem effectum vita vegetantis, saltem materialem. Fundam. potest ens non vitale elevari ad perficiendum scipsum actiue, 38.  
Non vitale potest ele-  
vari ad pro-  
ducendum in se effectum  
vita vegeta-  
tans.

G 2.

ue, ultra perfectionem, quam à generante accepit: qui hoc est proprium entis vitalis: ex definitione vita in experientia fundata: ideo dicitur planta vivere, quia seipsum à aliis perficit ultra perfectionem, & substantiale, quam accidentalem, quam à generante accepit, per agenerationem nouæ materiæ, nouæque formæ substantialis, & per accrementum nouæ quantitatis, & qualitatibus propriis naturæ proportionatum. Maior prob. potest elevari lapis ad perficiendum seipsum actum, tam substantialiter, quam accidentaliter ultra perfectionem, quam à generante accepit, aggenerando sibi nouæ partes materiæ, per productionem nouarum unionum substantialium cum illis, nouarumque partium substantialium formæ, augendoque sibi quantitatem, reliquatque dispositiones ac proprietates propriæ naturæ commensas: Quod accrementum, et si non dicatur propriæ & formaliter vitale, eo quod non sit à principio actu intrinseco connaturali, sed tantum obedientiali; habet tamen aliquem effectum vita saltem materialem, quatenus producere ab intrinseco principio perficit illud ultra perfectionem, à generante proprio acceperat.

Dico 2. Implicat, ens non sensitivum elevari ad exercendum actum etiam materialem vitæ sentientis Fundam: exercitum huic vitæ formaliter consistit in quâdam perceptione & discretione obiecti, quam mediâ sensatione principium sensitivum de obiectis per sensationem sibi applicatis facit. Implicat autem hanc obiecti perceptionem discretionem vnius ab alio fieri à principio non sensitivo, quam facit sensus per experimentalem attractum, sive realem, sive intentionalem obiectorum, ea percipiendo, eorumque differentias discernendo, per formalem aliquam proportionem cum illis: ita tactus percipit tangibile, vnumque ab alio discernit per realem & immediatum attractum tangibilem, gustus, sapores, olfactus odores percipit, eorumque differentias diuidit per realem contactum; visus verò & auditus sua obiecta percipiunt & discerunt per intentionalem attractum medijs speciebus, quæ loco obiectorum substiuuntur. At nisi hæc certa proportio inter sensum & sensibile requireretur, naturaliter posset unus sensus discernere alterius sensus obiectum: nec n. est ratio, cur naturaliter nequeat unus sensus percipere obiectum alterius, nisi quia non habet eandem formam commensurationem cum obiecto alterius.

Suppono autem ex 3. tom. disp. 2. actus cognitius, & appetitus vitæ cognoscens, essentialiter pender à principio cognitivo, vel appetitu, ut quovis actio à causa; qui nequit actio vnius causa fieri ab alia; ita nec actus cognitius, vel appetitus vnius potentiarum produci ab alia. Actus ergo vitæ vegetantis quoad materiam entitatem fieri potest à principio non vitali, eiique aliquem effectum formalem præbere, quod est perficere & augere illud ultra perfectionem, quam à generante accepit: non n. consilie formaliter in actuali tendentia principij ad effectum seu terminum, sed in ipso substantiali, vec accidentalni accremento ultra perfectionem à generante communicaram, quod accrementum produci potest à quovis principio actu, etiam non viuente, licet produci non possit per eandem actionem, per quam produceretur ab ipso principio viuente. Contrà verò si actus vitæ cognoscens non producatur à principio cognoscente mediâ actione distinctâ, sed seipso, ut sit actio ipsa, non potest, ne materialiter quidem produci à principio non cognoscente. Intellige, quod

ens non sensitivum, vel ens non intellectivum, assumi possit ut principium pariale ad actum vitæ sentientis & intelligentis, ut de facto concurrat species impreisa, quæ vitalis non est, sed non ut principium totale. Modo n. ad eum actum concurrat principium sensitivum vel intellectivum, salvator essentia actus vitæ sentientis & intelligentis.

Inferitur, ad producendum simpliciter quælibet effectum, quælibet entitas activa assumi posse, quia ens ad producendum simpliciter non requirit aliam proportionem cum effectu producibili, quam virtutis productu, quæ in omni ente actuo reperitur: ad exercendum autem actum vitæ, præsertim cognitionis, præter proportionem virtutis productu, requiritur proporcio in ratione percipientis ac discendentis, quæ non in omniente teperiatur; cumquæ sit formalis, in certâ commensuratione potentia cum obiecto sita, non potest per elevationem suppleti, atque destruende rei, quæ elevatur. Et si vellet Deus reddere lapidem aptum ad videndum, debet constitutionem lapidis, mutare in constitutionem visus, quod est destruere essentiam lapidis.

Dico 3. Non potest ens non sensitivum assumi ad actum vitæ intelligentis, ne materialiter quidem producendum. Quia non potest, nisi quod formalem proportionem habet cum actu intelligentis, ecce mediante cum obiecto intelligibili, obiectum ipsum intelligibile percipere ac discerneret: at ens non intellectivum eam non habet; ergo. Quod nec ad materiam actum vitæ intellectivum assumi possit ens non intellectivum, contrari cædem ratione, quæ probatum est, ens non sensitivum assumi non posse ad materiam actum sensationis producendum.

Dico 4. Non potest ens non cognitivum assumi ad exercendum actum appetitus vitæ cognoscens. Quia hunc actum exercere non potest, nisi natura cognoscens: hic n. actus essentialiter est appetitus obiecti ut cogniti: & implicat, appetitum sive rationalem, sive sensitivum ferri in obiectum incognitum: ergo actus ille nequit exerceri à non cognoscente. DICES. Posset natura non cognoscens exercere actum circa obiectum ab aliâ naturâ cognitum, v. g. posset assumi lapis ad eliciendum actum circa obiectum cognitum ab equo. Resp. neg: antec. vitalis enim appetitus essentialiter est actus elicitus circa bonum cognitum ab appetente, seu inclinatio ad bonum apprehensum, ut conforme appetenti; nequit autem bonum ab alio cognitum representari ut conforme alteri non cognoscenti; cum nequeat cognitione vnius suppositi representare alteri supposito, nedum naturæ non cognoscenti. Confirm. vitalis appetitus est actualis tendentia principij appetitui in obiectum appetibile; sicut cognitionis est actualis tendentia principij cognoscens in obiectum cognoscibile: ergo implicat, elici ab alio principio, quam à principio appetitio vitali. Ad cōplementū controversię,

Dico 5. Implicat, vitam intellectuam, non autem sensitivam, exercere actum vitæ vegetantis. Prior pars prob. actus vitæ vegetantis, est quo vegetans actiū seipsum perficit ultra perfectionem, tam substantialiem, quam accidentalem, quam à suo generante accepit: at intellectuam cum sit indiscernibile, nequit substantialiter angeri diuisibilitate substantiarum accrescentis; nec accremento accidentaliter vegetantis vitæ propriæ, cum hoc non sit per modum actus 2. sed primi & homogenei cum vita vegetativa: quo modo actus 1. homog. vita intellectua est indiscernibile etiam accidentaliter sc. ipsa etiam.

39.  
Implies  
ens non sen  
situum ele  
vatur ad ex  
ercendum  
actum s  
u. n.

40.

41.  
Differen  
tia vige  
tantis &  
sensibilis.

42.

43.  
Differen  
tia actus vita  
lis à non  
vitali.

44.

Fundam.  
idem quod  
preced.  
affero.

45.

Aus non co  
gnoscens: n  
ad actum  
appetitus  
vitæ cognos  
cens.

46.

Aut non co  
gnoscens: n  
ad actum  
appetitus  
vitæ cognos  
cens.

47.

Aut vita  
intellectu  
ad actum  
vitæ vige  
tantis: n  
sensib.

ipso etiam accidentalis potentia intellectiva indi-  
uisibilis est : scipsum verò perficit ultra perfectio-  
nem accidentalem, quam à creante accepit, vel  
per modum actus 2. ut sunt operationes intellectu-  
es; vel primi heterogenei, ut sunt habitus & spe-  
cies intelligibiles. Posterior pars constat. Vita sen-  
tientis cum sit diuisibilis tam substantialiter, quam  
accidentaliter, est capax utriusque vitalis augmen-  
ti per modum actus 1. homogeneis immo naturaliter  
se perficit accremento vite vegetativa, licet non  
ut sentiens, sed ut vegetans hoc formaliter præstet;  
& corpora beata exercebunt actus vita sentientis,  
non vegetantis, de facto.

DICO 6. Implicat, intellectuum exercere a-  
ctum vita sentientis. Fundam. vel illum exerce-  
ret mediā intellecione representante sibi obie-  
ctum vita sentientis, v.g. sonum aut saporem; vel  
mediā sensatione: cum orqueat illum exercere per  
actum vita vegetantis: non mediā intellectione,  
quā implicat exprimi obiectum sensibile sensibili  
modo: seu ut vel intellectio præbeat intellectui  
modum tendendi in obiectum sensibili modo, vel  
ut potentia per ipsum modum intelligibiliter ten-  
dat in obiectum sensibiliter, cum nec possit forma  
oppositum effectum formalem præbere subiecto,  
nec subiectum formaliter præstare, quod præsta-  
ret per effectu formalem altius formæ oppositæ.

Nec media tensione: sensibile n.n. media sensio-  
ne non est aptum percipi ac discerni ab intellectu,  
sed tantum à sensitivo, sc. sub formalis motu,  
sub quo potentia apta est tendere in obiectum; at  
formale motuum, sub quo intellectus aptus est  
tendere in obiectum, non est sensitivitas, sed intel-  
ligibilitas. Ita implicat, oculum tendente in obie-  
ctum sub formalis motu auditus, vel gustum sub  
formali motu olfactus; ergo & intellectum sub  
formali motu sensus. Dices: potest voluntas ferri  
in obiectum sensitiva cognitione propositum, vt  
se. 3. ergo intellectus ferri in obiectum sensitiva  
cognitione expressum. Resp. neg. conseq. obie-  
ctum n.n. debet à potentia cognitiva, non ab appeti-  
tiva, percipi ac cognosci: nec potest percipi, nisi  
cognitiva formalem proportionem habeat cum  
obiecto perceptibili, cum debeat illud per seipsum  
intentionali contactu percipere: at appetitiva, cum  
solum vitali impulsu inclinet in obiectum, necesse  
non est, ut eam commensurationem habeat.

### An potentia obedientialis possit elevari ad creandum?

PRIMA sent. negat: S. Thom. 3. p. q. 13. art. 2. & t.  
p. q. 45. art. 5. & 2. Con. gen. cap. 20. & 21. de po-  
tent. qu. 5. art. 3. ad ult. Caiet. Ferrar. Syllo. locis tis.  
Medi. 3. p. q. 23. art. 2. §. Ad 2. diffic. & qu. 48. art.  
6. fine. Nugnez ibid. qn. 62. art. 1. diffic. 7. §. sed contra  
bas & alibi, Scot. in 4. diff. V aq. 1. p. q. 176. Mol.  
qn. 45. art. 5. disp. 2. Cabrer. 3. p. qn. 13 art. 2. dubit. §.  
Gran. 1. p. contro. 6. disp. 4. Fundam. nulla res po-  
test à Deo assumi ad producendum effectum, ad  
quem vim aliquam innatam non habeat, vel pro-  
ductiuam, vel saltem per se dispositiuam: ut con-  
stat in omnibus instrumentis, alioqui quodlibet  
assumi posset ad quodlibet: at nulla res creata ex se  
vim habet producendi effectum ex nihilo, nec dis-  
ponendi ad talen effectum; omnis n.n. dispositio  
debet recipi in subiecto, quod disponitur ad effec-  
tum recipiendum; effectus verò creationis, cum  
fist ex nihilo, nullum supponit subiectum.

SICVND A sent. affirmat: Magist. in 4. diff. 3. p.  
ne, S. Tho. ibid. qn. 1. art. 3. qn. 3. ad. 4. & in 2. diff. 1. q.  
1. art. 3. Durand. in 2. diff. 1. qn. 4. un. 23. Bauchon in 2.

diff. 32. q. 1. art. 4. Gabr. in 4. diff. 1. qn. 1. art. 3. dub. 2.  
Veg. lib. 7. in Trident. c. 13. Suar. 3. p. disp. 33. sett. vii.  
qua probabilior. Fundam. ut creatura per poten-  
tiam obedien. attingat effectum creationis, non probantur  
est necesse, ut sit virtutis insuitæ, & independen-  
tis; non enim debet illum attingere, ut causa prin-  
cipalis, aut instrum. connatur. sed obedien. eleuata  
per virtutem diuinam, ad quod sufficit quæcun-  
que virtus productiva creata, suppletit Deo reli-  
qua, quæ ad creationem requiruntur.

Confr. contra Thomist. qui docent, verba sa-  
cramentalia transubstantiare panem in corpus, &  
vinum in sanguinem Christi: hæc n.n. transubstan-  
tatio per ipsos est vera & realis producio totius  
substantiæ corporis & sanguinis Christi, indepen-  
dens ab omni subiecto, & ex eo tantum non de-  
nominatur creatio, quia connatur esse ipsius cor-  
poris & sanguinis Christi præexistentis, nec non  
panem & vinum, ut terminos positivos à quibus:  
at hæc non obstant, quin verba verè & realiter per  
modum instrumenti obedien. effectuè attingant  
substantiam corporis & sanguinis Domini inde-  
pendenter a quocunque subiecto. Et si n.n. forma-  
lem transubstantiationem posueret in unione cor-  
poris & sanguinis cum accidentibus, adhuc ad-  
mittere deberent actionem productiam corporis  
& sanguinis independenter ab unione cum acci-  
dentiis, natrè præcedentem, unionem cum ac-  
cidentibus, ad quam instrumentaliter concurre-  
rent verba sacra. Confr. in productione corpo-  
ris & sanguinis Christi panis & vinum non con-  
currunt subiectuè, vel in aliquo genere causæ,  
quod veram creationem tollat, sed solum ut ter-  
mini positivi à quibus eadem quippe producio  
esset, siue fieret ex pane, siue ex lapide, aliâve ma-  
teria, solùm enim variaret extrinsecus terminus  
connaturus. Ratio: ea tantum ad productionem in-  
trinsecè concurrunt, quæ ad illam intrinsecè in-  
fluunt: hæc autem sunt solaç cause efficiens princí-  
pale, instrumentale, materia, quanto ad eam con-  
currat, & terminus, quies veluti formalis causa  
productionis: terminus à quo in nullo genere causæ  
concurrat, nisi ut pura conditio: ergo non potest a-  
ctionem variare.

Dicit. Creatura nullam habet vim, ne incom-  
pletam quidem & genericam, ad attingendam  
actionem independenter à subiecto: ergo non po-  
test eleuari ad creandum formaliter, sed tantum  
materialiter, attingendo solam entitatem creationis,  
non independentiam ipsius à subiecto, quam  
creatio formaliter dicit ut quid indivisible; ideoq;  
si creatura haberet formalem proportionem ad  
creandum, esset principalis causa creationis. Con-  
fir. Ideo per nos dari non potest connaturale in-  
strumentum ad creandum, quia hoc haberet propor-  
tionem aliquam cum effectu agentis principalis; sed  
etiam obedientiale debet habere aliquam saltem  
remoram & genericam ad creandum formaliter.

At nego, instrumentum obedien. habere pro-  
portionem cu obiecto formalis agentis principalis,  
ut illud dicatur attingere; sed sufficit si habeat pro-  
portionem cum obiecto materiali: Secus de con-  
naturali, quod nisi habeat proportionem cum ob-  
iecto formalis, non dicitur illud attingere formaliter:  
quia cum instrumentum obed. non sit natura-  
lis potentia agentis principalis, sed tantum volun-  
taria, quæ vultur agens ad effectum supra ipsius vi-  
res producendum, sufficit quæcunque proportio,  
ut illud dicatur producere; illum n.n. producit in  
virtute agentis principalis: Instrumentum verò  
connaturale, cum sit naturalis potentia agentis

Discrimen  
instrumentum  
connaturale &  
obed.

principalis; debet habere proportionem cum obiecto formalis agentis principalis, alioqui dici non posset conaturale instrumentum illius, nec effectu attingere.

Ad fund. primas sent. sc. ad instrumentum obed. sufficit quævis virtus imperfecta & iuxcoata, quæ compleri possit virtute cause principalis.

Paret, an possit creatura eleuari ad annihilandum: immediatè n. non potest, sc. per suspensionem concursus creativæ, cum una creatura non supponatur creativo concursu conservare aliam: potest mediare, cùm possit una creatura eleuari ad creandam aliam, deinde per suspensionem talis concursus illam annihilare. Plura 2. so. disp. 2. sent. 2. 4.

**Dat. 6.** *An potentia obedientialis eleuari possit ad producendos effectus tempore, & loco distantias?*

**60.** *VOAD 1. diffic. affirmant Caprol. in 4. diff. 13. q. 9. vñ. art. 3. ad argu. contra 1. concl. 3. Dicuntur 4. Socas diff. 1. qn. 2. art. 3. inist. & fine 4. 5. in 1. 10. Med. 3. p. qn. 4. 8. art. 6. 5. Sed iam. Prob. 1. tam gratia collata antiquis Patrib. quæm nobis est physicus effectus Passionis Christi, ex S. Tho. sed Passio Christi est tempore distans: ergo. 2. vt possit res aliqua à Deo assumi ad physicè causandum, sufficit, ut coëxistat eternitati: at omnis res coëxistit eternitati: ergo omnis res assumi poterit ad physicè producendum: Negant verius reliquie S. Tho. 3. p. q. 6. 2. art. 6. vbi propterea docet, antiqua sacra, non causasse gratiam, quia nondum exhibita erat passio Christi, ex quæ ad ea virtus iustificativa derivaretur. Quia, inquit, causa efficiens non potest esse posterior in esse ordine durationis. Ratio: quod non est, nequit habere virtutem physicè causandi, quia hæc essentialiter supponit existentiam rei, cùm debet realiter communicare esse effectui per physicam & realem causalitatem: nequit autem causa absque reali virtute physicè communicare esse effectui. Nec refert, quod sit instrumentum; nam & hoc debet physicè facere. Ad 1. oppositæ nego; gratiam antiquorum Patrium. aut nostram esse physicum effectum Passionis Christi, sed tantum moralē. Ita explica S. Doct. Ad 2. dico, ad physicè producendum. requiri coëxistenciam rei in eâ duratione; quæ debet physicè producere. Quis enim dicat, posse Antichristum hoc tempore, cui non coëxistit, physicè causare?*

**64.** *Negant de loco. Quoad 2. difficul. prima sent. negat. Caprol. in 1. diff. 37. art. 3. ad 8. con. 1. concl. Aureol. art. 2. Fer. prob. argu. rar. 3. con. gen. c. 68. §. Adenid. borum, Gil. lib. 2. tract. 9. c. 4. Prob. 1. mouens & motum debent esse simul 7. phys. text. 4. secundò, si posset agens operari, vbi non est, tolleretur medium ad probandum existentiam Dei in rebus, contra S. Tho. 1. p. q. 8. art. 1. & Scholast., in 1. diff. 37. idem contra Paulum, qui presentiam Dei in rebus omnibus arguit ex ipsius operatione: Quia posset operari in omnibus, & non esse præclusus omnibus. 3. nequit res, quando non existit, operari: ergo neque vbi non existit: quia vbi non existit, nullam habet existentiam, est que ac si non esset tunc etus ibi producendi. 4. implicat formam informare subiectum, aut subiectum sustinere formam loco distantem: ergo & agens producere esse & sum loco distictum, quia agens est actus passi, sicut forma est actus subiecti. & repugnat mobile moueri ab extremo ab extremitate sine medio; ergo & agens actionem traijere in passum distans sine medio.*

**65.** *Somnac. affirmans probabilitatem. SECUNDÆ sent. affirmat: Scotti in 1. diff. 37. qui hanc vim de facto tribuit causis naturalib. Caiet. 3. Disparitatem.*

3. p. 10. 1. disp. 31. sent. 7. vñ. art. 1. p. disp. 28. cap. 5. Nng: nre 3. p. q. 6. 2. art. 1. diff. 7. ad 4. Vega 7. in Tridec. 6. 14. Meden. 3. p. q. 13. art. 2. ad 3. Fundam. Scotti: Sol de facto operatur mineralia in visceribus terræ, ubi noui est. Quia non potest illa operari per accidentia in medio producta, alioqui substantia producetur à nobis substantiæ: ergo per seam formam immediatæ. Nec refert, quod non operetur substantias in remorum, nisi prius alteret medium propinquum, quia hoc prouenit vel ex coniunctione duarum potentiarum actionum in eod. subiecto, quarum una habet pro passo proportionato medium propinquum, altera remorum: vel ex imperfectione agentis, cuius prius debet agere forma imperfectior, cum perfectior; sicut corruptibile prius alterat, deinde generat, & prius origine est imperfectius quam perfectius. Ceterum superstite tantum potentia ad remorum, & ut latè hac imperfectione, quod non prius debet actionem iuxcoata ad imperfectos, ageret in remorum, non agendo in propinquum: sicut modo per hand. operationem vere agit in remorum. Esto simul per aliam agat in propinquum, ob coniunctionem cum illa. Hæc sententia probabitur.

**66.** *Fundam. neque effectus ratione passuum operationis petit esse cum operante, nec operans ratione actuum operationis petit esse cum operato: ergo non repugnat, agens producere effectum à se distantem: nam ratione hæc agens sit formaliter agens, & effectus formaliter dependens ab agente. Antec. prob. effectus ratione passuum operationis, solum petit dependere ab agenti: agens ratione actus operationis, solum postular effectum à se dependentem; hoc autem non ipso voluit formaliter simulatatem loci, sed durationis. De facto n. non solum lumen, quod est immediatum soli, sed etiam quod est ab illo remorum, producitur immediatè à sole: Alioqui, non produceretur maius lumen ita è opposito directè soli, quæm non directè opposito, si lumen remorum producatur à solo lumine intermedio, & non à sole; cùm eodem modo tali lumini intermedio directè opponatur aer directè oppositus soli, ac non directè oppositus: quod est contra experientiam, quis constat, maius lumen apparere in medio directè opposito, soli, quæm directè non opposito, eti. utrumque sit à quæ directè oppositum lumini intermedio.*

**67.** *Qndam autem possit instrumentum eleuari ad agendum in quamconque distantiam, paret: ex eo non quod nulla certa requiratur, non est, cur possit in tantam, & non in maiorem: neque hinc arguit virtus infinita in instrumento, sed ad summum in agente principalis; in quo sola etiam arguitur virtus conaturaliter operandi indépendenter à spacio.*

**68.** *Ad 1. oppositæ respondet Scottus, illam propositionem intelligi de agentibus naturalibus; sicut o. hæc habent modum essendi circumscriptum spatio, ita & modum operandi dependenter à spacio; alioqui modus operandi est nobilior & abstractior modo essendi. Ad 2. neg. sequel. Deus enim operatur perfectissimo modo: qui est, esse presentem rebus; in quib. operatur. Ceterum si posset Deus non esse vbique praesens, perfectius esset operari in distans, quæm solum in propinquum, cùm dicat modum operandi abstractiorem.*

**69.** *Ad 3. neg. conseq. existentia n. est ratio formalis agendi, propinquitas est sola conditio: potest autem res agere sine propriâ conditio, non sine formalis ratione agendi. Ad 4. tam actus informatus subiectum, quæm subiectum sustentat actum mediæ unione, quæ indistantiam essentialiter inuoluit;*

luit; efficiens vero non producit effectum mediā vniōne, sed dependentia, quæ indistinctam non includit: ita agens est actus passi effectius, non formalis. Ad 5. multi concedunt antec. in motu Angel. Sed disparitas est: motus est forma continua successiva, essentialiter ordinata ad spatiū, quasi successiva vniō mobilis cum spatio: vnde implicat esse in mobili, & non facere illud continuo successivè vnitum spatio: Actio est dependentia effectus ab agente, quæ non dicit formaliter vniōinem localem cum agenti, per se ordinata ad esse, abstrahens à spatio.

## DISPVTATIO VII.

### De Charactere.

#### An Sacramenta characterem imprimant?

**X** Agaptr. Grecè, Latinè forma dicitur, ferro aliove instrumento impressa. Vtimur hic pro signo spirituali in anima impresso ad munus aliquod obsecundum ordinato, de quo prima quæstio est, an sic?

**PRIMA sententia.** *VVicelij lib.4. triologi cap.15. testis Valden. de sacram. o.109. Calvin. in anted. Trid. sess. 7. can. 9. &c. negantum; quia nulla de eo apud scripturam, vel Patres mentio fit; quin & apud Scholasticos res controvessa.*

**SECUNDAMENTE.** *Catholica Allen. 4. p. q. 8. ms. 8. 47. L. Bonau. in 4. dist. 6. art. 1. qu. 1. S. T. bo. 3. p. qu. 63. cum Caiet. Sylus. & in 4. dist. 4. q. 1. Scotti dist. 6. qu. 7. 9. 10. & 11. Aureoli dist. 4. Richar. dist. 6. ar. 3. q. 2. Durandi dist. 4. q. 1. Palud. dist. 4. Capreol. dist. 4. qu. 1. Argent dist. 6. Marsil. q. 1. art. 1. Mayron dist. 7. q. 5. Gabr. dist. 6. q. 6. Sotii dist. 1. q. 4. & dist. 19. q. 1. art. 1. &c. affirmantum. Quamvis Scottus, Durand, Gabriel testentur, hoc efficaci ratione & auctoritate probari non posse. Nunc res definita est à Floren. in decreto de unione, & Trid. sess. 7. can. 9. quæ definiunt, tria esse sacramenta, quæ characterem imprimunt in anima indelebilem. Baptismum, Confirmationem, & Ordinem. Primus id docuit Innocentius III. de Baptismo cap. Maiores: Tunc ergo characterem sacramentalis imprimis operatio, cum obiectum voluntatis contraria non innenit obsecundem. De quo teste Valden. constans semper fuit in Ecclesia traditio ab Apostolis. Fundamentum habet in Parrib. Diony. de Eccles. Hierar. c. 2. Basil. ora. 13. Aug. lib. 6. de Bapt. c. 1. &c. apud Bel. lib. 2. de effectu sacra. c. 21.*

**Prob. 1.** Hæc tria sacra. iterari non possunt in eadem personâ: ex constanti Ecclesiæ traditione, ab hereticis admisâ, præter Anabapt. ergo præter gratiam imprimunt aliquid in anima, quod semel impressum, nunquam deletur: hæc n. semel suscepta manent semper in suo effectu: nec nisi frustra repeti possunt; sicut quia Circumcisio præter gratiam, imprimebat in corpore materiale characterem, repeti non poterat. Reliqua vero, quia præter gratiam, quæ amitti augeriique potest, nihil imprimunt in anima suscipientis, repeti possunt.

**2.** Per hæc sacra. homo sit habilis ad aliquid, ad quod ante non erat: per Baptismum ad recipienda reliqua sacram. per Confirmationem ad tuendam Christianam religionem aduersus Tyrannos: per Ordinem ad obsecundas actiones sacras: ergo per aliquid intrinsecum permanens. Sicut n. Deus amando facit obiectum amabile, & simul potens

redamare per aliquid intrinsecum permanens in eo productum; ita habilitando, facit subiectum habile ad operationes, ad quas ante non poterat, per aliquid intrinsecum in eo impressum: homines extrinseca dumtaxat auctoritate suos ministros depunt ad publica munia obeunda: Deus, cuius perfecta sunt opera, per intrinsecam potestatem & virtutem. 3. Sicut in exercitu bene ordinato, & in familiâ principis recte dispositâ, diversi sunt hominum ordines, singuli suis obligati notis atque insignibus, quibus ab alijs discernuntur: ita in exercitu & familiâ Christi diversi sunt hominum ordines, singulis suis obligati characteribus, quibus discernuntur ab alijs: per characterem Baptismi homo sit de exercitu & familiâ Christi, distinguatur quæ ab omni alio, qui non est: per characterem Confirmationis homo depurat ad certam spirituale, contra fiduci persecutores, distinguiturque à communi populo: per characterem Ordinis homo ut Christi minister depurat ad sacramenta dispensanda, variasque actiones sacras obeundas iuxta diversitatem ordinis, quem recipit; distinguiturq; ab alijs, qui non habent huiusmodi potestatæ.

**Obijcies 1.** Non decet, actu peccanti Deum sua dona infundere: infunderet, si præter gratiam in his sacram. characterem imprimere; accendentib; in ad illa cum actuali peccato Deus imprimere characterem; vel possint hæc sacram. in actuali pecc. suscepit iterari. contra vsum Ecclesiæ, quæ hereticos, & adulteratæ ab hereticis baptizatos non rebaptizat, si ad veram fidem conuertantur. Resp. neg. major. constat de dono prophetæ, quod non minus supernaturale est, cum tamen illud sape infundat actu peccanti, vt colligitur ex Num. 22. Ratio: character non datur proximè ad sacrificandum, sed ad consignandum subiectum Deo; consignantur autem etiam inimici.

**Obijcies 2.** Ad consignandos homines Deo, eosque distinguendos sufficit gratia. Resp. neg. gratia. o. consignat homines per modum amicitez, eosque distinguunt ab alijs in ordine ad premium futuræ gloriae; character consignat ac depurat homines Christo per modum militis militantis sub ipsius vexillo, & per modum ministri participantis eius potestatem in dispensandis bonis spiritualibus, cum tamen non omnes, qui gratiam habent, habent hanc potestatem; nec qui gratiam amittunt, potestate priuentur huiusmodi.

**Obijcies 3.** Vasa & templum apent sancta Deo ex sola consecratione externâ: ergo etiam homines solâ actions sacra. externâ manent consignari Deo: Resp. neg. conseq. cum quia illa non sunt capacia configurationis internæ: cum quia eorum consecratio sit ab homine, qui non habet virtutem mutandis res intrinsecæ: homines vero consecrantur à Deo medijs sacramentis, qui virtutem habet mutandis res interius, vt connaturaliter operentur.

**Obijcies 4.** Per characterem homo non sit habilis ad physicæ operandum aliquid, quod antè non poterat: ergo non requiritur forma habilitans subiectum ad operandum. Resp. non requiri, vt formam habilitantem physicæ, requiri vt formam habilitantem moraliter: quia nec sine charactere Baptismi reliqua sacra essent validæ; nec sine ordine vigerent actus sacerdotiales. Et licet in humanis sola auctoritas extrinseca principis sufficiat ad validandos actus publicos, non est eadem ratio de actionibus divinis, quæ quia perfectiori modo communicantur ministris Dei, sunt validæ etiam ab intrinseca potestate ministri, ei communicata.

**Obijcies 5.** Non recte infectur & non possunt iterari.

rari: ergo imprimunt characterem, cum quia possent non iterari ex sola voluntate Dei: cum quia non valeat ad conuertentiam; imprimunt characterem, ergo non possunt iterari; quia possent iterari ad augendam gratiam, quae est principalior. Resp. esto, non inferatur necessariō, cūm potuerint hæc sacram. ex sola extrinsecā voluntate Dei, ut prob. esse initerabilia: nego tamen, non inferri probabiliter iuxta modum perfectiorem operandi Dei cum creaturis. Vnde ad 1. prob. concedo, de possibili potuisse; de facto nego, factum esse, ob perfectiorem participationem operationis diuinæ, & connaturaliorem modum exercendi actiones sacras. Ad 2. neg: antec. Ad prob. concedo, id potuisse: de facto nego, id factum esse: quia licet gratia sit principalior charactere, quia tamen potest alijs modis, & per alia sacram. haberi, non fuit expediens, propter illam tantum iterari.

12.  
Scotus ratio  
de Baptismo

Aliam rationem de Baptis. assignat Scotorus in 4. dist. 6. qn. 7. cur non fuerit expediens iterari, ne daretur libertas peccandi, cūm Baptismus delect om̄nem culpam & penam, abique onere talia peccata confitendi. Vnde sit, vt si quis etiam inculpabiliter repereret aliquod ex his sacram. nullam reciperet gratiam, etsi cum optimâ dispositione accederet: neque possent tali casu hæc sacram. facere de attrito contritum accedentem cum peccato inculpabiliter ignorato: ex quo n. characterem, quem supponerent, imprimere non possent. nec possent gratiam: quia hæc ex institutione diuina in his sacram. non datur, nisi mediante charactere, qui quāmois sit effectus symboli externi, est tamen signum & sacramentum respectu gratie; seu res. & sacramentum simul.

13.

Obijcies 6 Nec matrimonium iterari potest, cūm tamen characterem non imprimat: ergo ex eo, quod hæc tria sacram. iterari non possunt, non recipit infertur, ea characterem imprimere. Resp. matrimonium non modò iterari potest cum alio concord. Matri- iuge, priori defuncto; sed etiam cum eodem, si mortuus iterum miraculosè resurgat, nam ex 1. Corintb. 7. Vnus coniux non astringitur alteri coniugi, nisi quamdiu viuit; vnde per mortem naturalem dissolvitur vinculum matrimoniale. Quo sit, vt si miraculosè resuscitatus velit cum pristinâ cōiuge copulari, iterum teneatur cum illâ matrimoniū inire. Eadem quoque est ratio de illo, qui post ratum & non consummatum matrimonium, Religionem professus, à Pontifice dispensationem accipit matrimonium contrahendi: is n. si pristinam coniugem accipere velit, tenetur iterum cum illâ contrahere, cūm primum matrimonium fuerit per Religionis professionem solutum. Contrà verò si baptizatus, confirmatus, ordinatus, à morte resurgat, nō debebit iterū baptizari, confirmari, ordinari.

Obijcies 7. Prima tonsura non est iterabilis, & tamen nullum imprimit characterem: non n. est ordo à Christo institutus, sed dispositio ad ordinem instituta ab Ecclesiâ: quae non habet potestatem instituendi signum productuum characteris.

Resp. non ex eo præcisè, quod sacramentum non est iterabile, infertur, quod imprimat characterem: sed ex eo, quod tale initerabile sit institutum à Deo, cuius perfecta sunt opera. Cūm enim omnia sacra. que characterem imprimunt, sint à Deo instituta, vt notæ discretiæ vnius ordinis hominum ab alio, qui perfectius discernitur per extrinsecam notam & characterem, rectè sequitur, hæc sacramenta imprimere spiritualē characterem in animâ, quem non imprimat prima tonsura, quae solum est initerabilis ex extrinsecâ iusti-

tatione Ecclesiæ. Ex his patet ad fundam. Hæc est rationem, patres, concilia pro nobis esse.

Quæ sacramenta characterem imprimant. Qu. 2.

D E fide est, tantum tria sacra nouæ legis characterem imprimere, ex cit. Floren. Inter hec, Tria sunt sacramenta tria sunt, Baptismus, confirmationis & ordo, sacramenta que characterem imprimunt in anima, reliqua vero characterem, quæ non characterem non imprimunt: Ratio: per hæc est de fide. tria tantum constitutimur in novo statu: per Baptismum recipimus in familiam Christi: per Confirmationem constituimur milites eiusd. ad defendendam eius legem coram tyrannis: per Ordinem proficiunt alijs ad recipiendos & constituendos illos in certis gradibus in eadem familiâ Christi. Leg. Scot. in 4. dist. 6. quest. 9. § sed restat. Duplex contouersia: 1. an aliquod ex antiquis sacram. characterem impresserit. 2. An reliqua sacra. nouæ legis aliquid characteri proportionale imprimant?

Quoad priorem affirmat Scotorus de Circumcisione in 4. dist. 6. qn. 9. ad ratio. princ. & probabi- 17. Circumcisio putat Gabriel qu. 2. dub. 5. Quia non minus Circumcisio erat prima ianua ad salutem in lege veteri, quā Baptismus in noua. Negat S. Thom. 3. p. qu. 63. art. 1. ad 3. & reliqui Schol. cit. cum quibus sentiendum. Prob. 1. character solūm habilitat subiectum, vel ad participanda, vel ad communica- babilitas. Negat pro- 18. scenda bona spiritualia, quæ ex opere operato per sacramenta recipimus: sed nulla bona spiritualia ex opere operato per antiqua sacra. communicabantur. Etsi n. per Circumcisionem dabatur gratia patuulis ultra meritum operantis, ad eam tamen recipiendam, vel ministrandam non erat necessarius character, quia neque nunc necessarius est ad ministrandum Baptis. esto, sit necessarius ad recipiendam gratiam in Baptis. siquidem prius natura producitur character, quā gratia baptis. id tamen idē est, quia nunc actio sacram. est causa moralis gratie, tunc autem erat sola conditio, vt suprā: ergo aliquid debet includere nunc, vt possit mouere Deum ad dandam gratiam, quod non includebat tunc. Confirm. non minus familiæ, quā mares participes erant salutis: sed familiæ nullum habebant characterem, quia non recipiebant Circumcisionem, in quā sola per aduersarios character imprimebatur. 2. Si Circumcisus habuisset characterem, non potuisset baptizari prob. 19. cum nequeat Baptismus conferri habenti characterem. Negat Scotorus sequel. ad prob. respondet vel eo casu Baptismum non impressurum characterem, vel impressorum alium diuersæ rationis, vel certè perfecturum priorem characterem. Sed contra primum: pariter dicam, posse Baptismum dari baptizato, quia licet non imprimat characterem, imprimat gratiam. Contra 2. veerque est ad consignandum subiectum Deo, & habitandum illud ad bona spiritualia: ergo non sunt diuersæ rationis. Contra 3. hic effectus est indubibilis: ergo unusquisque character illum perficit per se: igitur unus non ordinatur ad perficiendum alium.

Ad fundam. Scotorus. Resp. Circumcisionem fuisse in maribus ianuam ad participanda tantum bona legalia, quæ per antiqua sacra. dabantur, ad quæ sufficiebat character materialis impressus in corpore, in quo erant illa bona recipienda: Baptismus autem est ianua ad bona spiritualia, quæ quia recipiuntur in animâ, in eadem debet imprimi character.

Quoad 2. contouersia. S. Thom. in 4. dist. 1. q. 1. art. 4. qn. 1. de veritate q. 29. a. 4. ad 3. Capreol. in 4. dist. 1. qn. 1. art. 3. Palud. dist. 1. qn. 1. & dist. 2. q. 2. a. 3. & dist. 4. qn. 2.

4. q. 2. art. 2. & 3. Ferrar. 4. con. gen. c. 57. §. Ad eiusdem. 1. dubij, & alij Thomistæ docent, reliqua sacram. imprimere quendam ornatum spiritualem in anima, quem *Palud.* concedit etiam circumcisio, ponitque illum in essentia animæ : ornatum vero matrimonij collocat in parte organica, docetque illum in morte deleri. Fundam. I. Ad omnem formam perfectam præcedere debet aliqua dispositio : gratia est forma perfecta : ergo ad eam præcedere debet aliqua dispositio, quæ in sacramentis, quæ characterem non imprimunt, est spiritualis ornatus. 2. Ne reliqua sacram. frustrantur, quando propter obicem nequeunt gratiam conferre. 3. Sacraenta nouæ legis sunt causa gratiæ; gratia creatur : igitur non potest à sacramentis produci; sed saltus ornatus ad gratiam disponens.

Sotus in 4. dist. 1. qu. 4. art. 6. affirmans S. Thom. negat in sum. mutasse sententiam, cum reliquis Scholast. verius. negat, ex altera sacram. producere huiusmodi ornatum. Quæ sent. vera est. Quia superfluous est hic ornatus; falsum quippe est, illum requiri ut dispositionem ad gratiam, alioqui non solum producetur in sacram. sed etiam extra, quando quis proprio actu iustificatur, alijs extra sacram. non recipetur conaturaliter gratia. Leg. Mayr. in 4. dist. 7. qu. 5. art. 8. Confir. ut rectè Scotus in 4. dist. 6. q. 10. §. Hic dicitur, fine, ornatus iste esset forma supernat. indelebilis, quia non haberet causam demitoriam, à qua deleri posset : ergo non differet à charactere : A fortiori sequitur, nullum characterem imprimi in Baptismo Iaminis, aut sanguinis, quia hic est effectus solius Baptismi fluminis auctu suscepiti. Ad 1. neg. maior. patet in unione hypostaticâ, quæ est forma omnium perfectissima, ad quæ tamen nulla præcessit dispositio. Ad 2. nego, propter hoc villam esse necessitatem talem ornatum afferendi : sat n. est, si sacramenta quantum est de se gratiam conferant obicem non ponentibus. Ad 3. Patet ex dispus. 4. scđt. ultima.

Qu. 3.

## Quid sit character?

25.  
1. Sem.

Fund.

26.  
Contra.

**P**RIMA sent. Durand. in 4. dist. 4. qu. 1. n. II. Rub. dist. 17. qu. 2. art. 2. fine affirmantium, esse relationem rationis, per quam homo ex diuinâ institutione deputatur ad sacras actiones exercendas, quam etiam probabilem putat Sotus in 4. dist. 1. qu. 4. art. 2. & dist. 14. qu. 1. art. 1. Fundam. sicut nummus habet rationem pretij ex sola principiis voluntate : & iudex, atque rex nouam accipit potestatem ex sola hominum institutione; ita homo ad sacras actiones obeundas ex sola Dei voluntate. Confirmat Sotus: quando Deus instituit David regem, & Christus Petrum sui vicarium, præter gratias & virtutes nihil in eis resulauit, nisi solus respectus rationis.

Sed contrà: hæc sent. non bene saluat Concilia, quæ dicunt, characterem imprimi in animâ suscipientis: imprimi autem propriè est formæ realiter inherenteris: non n. propriè dicitur visio imprimi obiecto, quod extrinsecè denominat: nec verè dici posset signum spirituale in animâ impressum, sed potius signum sensibile in corpore receptum, si quidem in eo, non in animâ sacramenta recipiuntur. Nec dici potest, ex sacramento in corpore recepto spiritualem denominationem resultare in animâ, tum quia nequit denominatione esse spiritualis, si forma est corporea; denominatione n. est effectus formalis formæ denominantis. Tum quia, vel loquimur de subiecto immediato & partiali huins denominationis; & hoc non est anima, ut Concilia decernunt, sed corpus, in quo externum

sacramentum recipiunt: vel de totali; & hoc non est anima, sed homo: ergo in nullo sensu potest anima in sent. Durandi esse subiectum characteris. Vnde Censura. hæc sent. parum differt ab errore hæc sent. siquid illi non negant, hominem ex suscepto lacram. manere extrinsecè deputatum ad sacras actiones.

Confir. I. Hoc non esset peculiare horum trium sacram. sed commune omnib. ad omnia. n. respectus rationis omnino indelebilis ex acta præterito susceptionis. 2. Character est signum discriminans unum subiectum ab alijs, non solum tripla, sed etiam respectu aliorum: hoc autem non potest sola extrinsecè denominatio præteriti sacram. nihil n. intrinsecum ponit in anima; ergo non potest respectu aliorum discriminare. Major prob. character est signum, quo Deus vult, ut homines ex sua familia & militia ab alijs dignoscantur, ad eum modum, quo principes volunt, ut homines, qui sunt de ipsorum familia, sensibili signo notentur, & ab alijs dignoscantur. Deus enim per Circumcisionem sensibili signo suum populum à reliquis discernebat: ita nunc suos famulos ac milites, spirituali signo ab alijs disceret, ut sic disceret ab Angelis dignosci possint. 3. Character est signum, quo homines dignoscantur ab alijs in vita, etiam futurâ: at in futurâ non possunt baptizati, confirmati, ordinari, dignosci à non baptizatis, non confirmatis, non ordinatis, nisi per signum in ipsis permanens: non n. omnes saltem damnati sciunt illos dignoscere, ex præterito dum taxat baptismus, confirmatione, & ordine: quia talis cognitio non est debita damnatis, cum sit cognitio effectus præteriti liberi, cuius non potuerunt naturaliter omnes damnati habere speciem. Ad fund. disparitas est: quia homines, ex quorum institutione illa finire, non habent vim mutandi res interiùs. Ad Disparitas; confir. Resp. Nihil Deum produxisse in Davide, quando in regem instituit, quia illum instituit more humano, supponendo id quod fecissent homines, si illum in regem instaurasset. In Petro autem nihil intrinsecum impedit præter characterem sacerdotalem, quia hic sufficiens est ad quamlibet dignitatem Ecclesiasticam validè obviodam.

**S**ACVND A sent. Scotti in 4. dist. 6. q. 10. §. Hic dicatur, afferentis, esse respectum extrinsecus aduenientem à Deo immediatè causatum in animâ suscipientis. Fundam. per hoc saluantur omnes conditiones characteris. Confir. character essentialiter est signum: quod essentialiter dicit respectum ad rem lignitam. Sed contrà: vel hic respectus extrinsecus adueniens est tantum secundum dici: & sic stare potest cum re absoluta; vel secundum esse: & non saluator, quo pacto sit immediatus terminus actionis, cum ad relationem s. phys. text. 10. non sit per se morus. Ad fund. dico, vel non salvare, quod sit forma extrinsecus impressa, si ea sit formaliter relativa; vel si sit absoluta, explicandum, quid illa sit. Ad confir. esto character sic signum, & respectus ad signatum, hinc non excluditur res absoluta, in quâ talis respectus fundetur, ut patet in omni signo tam naturali, quam ad placitum: hoc ergo fundam. querimus, quid sit.

**T**ERTIA sent. est Alen. 4. p. q. 8. memb. 8. art. 1. Bonav. in 4. dist. 6. art. 1. qu. 1. S. Thom. 3. p. q. 63. art. 2. 3. Sem. cum Caier. & in 4. dist. 4. q. 1. art. 1. Palud. 4. q. 2. Capreol. q. 1. art. 1. Sotus dist. 1. q. 4. a. 2. Aureol. dist. 4. a. 1. 2. & 3. Mayo. dist. 7. q. 1. art. 10. Richard. dist. 5. art. 2. q. 1. Argent. dist. 6. qu. 1. art. 1. Altisid. lib. 4. tractat. 3 c. 2. Mars. in 4. qu. 4. ar. 1. concl. 7. Gabr. dist. 6. q. 2. dubiq. 3. & Recen. affirmantium, characterem esse rem absolutam realiter ab animâ distinctam.

At sub.

34.  
Graue or  
conson.

At sub quo genere locandus? Gabriel locat sub diversis, secundum quodd diuersis significatur non minus. Sed contrà: licet possit eadem res secundum diuerias formalitates sub diuersis locari prædicamentis. hic tamen quarto, sub quo genere locatur, ut character est formaliter, quo pacto non potest nisi ad unum prædic. pertinere, quia ut sic unam tantum habet essentiam & formalitatem.

35.  
Ad hoc dis  
sensio.

Cæteri cum locant sub genere Qualitatis. Sed sub qua specie? Aliqui apud S. Bonav. & S. Thom. ponunt sub nulla ex 4. ab Arist. assignatis, eo quod sub illis solum locantur qualitates acquisitæ, non infusæ. Probant ex Arist. in prædic. o. de quali, qui post enumeratas 4 species, fortasse, inquir, quidam alius quispiam modus apparuerit qualitatibus, sed forte qui maximè dicantur, his sunt. Sed contrà: sub 1. specie locantur habitus infusi, qui uniuocè conueniunt cum acquisitis: nec Aristotelis subdubitarior aliud probat, quam ad summum reperiri posse aliquem modum qualitatis ab his 4. diuersum. Quod character sit iste modus, nondum est probatum.

36.

Marsi. & Richard. reponunt sub 4. specie figurae. Sed contrà: quia ut rectè S. Tho. & Scorus, nulla res ponitur in prædicamento secundum id, quod de ea metaphoricè dicitur: alioqui Apostoli essent in genere qualitatis, quia de illis dicitur, quod sunt lux mundi: sed figura est propria quantitatis, quæ non nisi metaphoricè de anima dicitur.

37.

Altisid. sub tertia passionis, vel passibilis qualitatis, quia est quædam animæ illuminatio, per quam videt, quid agendum sit; & apta mouere intellectum ad mulcebram passionem cautandam. Sed contrà: ex S. Thom. cit. in 4. in hac specie non locantur nisi qualitates sensibiles, quæ aptæ sunt transmutare corpus. Thomistæ locant illum sub 2. specie potentiarum, sub quâ etiam locat Argen. Ordinem. Sed contrà: sub hac specie Arist. solum locat potentias congenitas, non autem ab extrinseco infusas, quas potius locat in primâ: & character non est physica potentia, ut docet Aureol. artic. 2. sed tantum moralis, qualis est regia, vel papalis: in hac autem specie solum locantur potentiae physicae. Maior prob. nulla est operatio supernaturæ quæ ut physico principio tribuenda sit character. Transsubstantiatio n. physici sit à Deo à ministro tantum moraliter, medijs verbis consecratorijs. & character ut moralidum taxat principio.

40.

Reliqui locant sub 1. specie dispositionis vel habitus, aut quia putant illum esse dispositionem ad gratiam ut Alens. Altisid. Palud. aut quia est quædam animi pulchritudo & dispositio accedens ad perfectissimam animam Christi cuius est similitudo, ut Aureol. aut quia, cum sit difficile mobilis, non potest nisi ad habitum pertinere.

41.

Contrà 1. character manet cum peccato, quod est forma opposita gratiæ, igitur non est dispositio ad gratiam; nulla n. physica dispositio manet cum formâ oppositâ. Contrà 2. ex hoc potius ponendus foret in 4. specie formæ. Contrà 3. ut rectè S. Tho. habitus est, quo bene, aut male, non quo indifferenter vtimur; character autem possumus bene, vel male ut ad operandum.

42.  
Directè lo  
cari in spe  
cio dispositio  
nem.

Dico, characterem directè locari in 1. specie dispositionis, indirectè in 2. potentiarum. Primum prob. character est quædam forma supernaturæ, perficiens & disponens animam, non ad operationem physice eliciendam, sed in ordine ad esse simpliciter, obsequans illam, ut quicunque sit eo insignitus, statim ex pacto & deputatione Dei fieri habilis ad sacras actiones obœundas, non secus ac quis humano aliquo titulo aut stemmate ex principiis deputa-

tions ornatus, statim èt habilis ad præstantissimas principiis legationes obœundas. Est enim character stemma, ac titulus, quo insignitus homo ex deputatione Christi fit habilis ad excellentissimas actiones sacramentales exercendas.

Secundum constat: idem character consideratus secundum moralem potentiam, induit novum conceptum, secundum quem reducibilis est ad aliquam speciem, non ad aliam, quam potentiaz, ut per se patet. Vnde rectè S. Thom. dixit, character non esse propriè in genere, vel specie, sed tantum reduci ad 2. speciem qualitatis, quia non tam illum considerauit ex physica natura, quam ex morali potestate, quæ præcipua est in charactere; pertinet autem hæc ratione solum reductum ad hæc speciem quia in hac specie per se tantum collocantur potentiaz congenitas, & physica operativa.

Obijcies. Character est in genere signi: ergo non rectè collocatur in prædic. qualitatis: signum n. formaliter consistit in ordine & respectu ad rem significatam: ergo collaudans est in prædic. Ad aliquid, in quo omnis formalis respectus collocatur; Antec. docent Patres: Basilius in exhort. ad Bapt. Tesseram duces sub se militantibus dant, ut amicos faciliter inuiscentes exhortentur & si cum hostibus committantur, eò faciliter discerni ac separari possint. Quid si foris commilitonum separatio fiat, nemo re, quarum, nostrarum, aduersarij parvum sis, noueris, nisi mysticis signis familiaritatem praeterferas, nisi signatum sis super te lumen vultus Domini: nisi characterem in te agnoscat Angelus, quoniam modo pro te pugnabit, aut ab inimicis vindicabitur quomodo, inquam, dices, Deus tuum, signa non ostendens? an ignoras, quemadmodum signatas domos in Ægypto exterminator præteriit, in non signatis vero primogenita perempsit, thesauros non obsignatus furibus facile patebit. Ovis item absque nota infidelijs proinus est obnoxia.

Resp. neg. conséq. Ad prob. esto, character consistat in respectu & ordine ad rem significatam; nego, omnem respectum collocari in prædic. Ad aliquid, sed solum ordinem prædicamentalem: character est respectus transcendentalis ad rem significatam; sicut omne accidentis est ordo transcend. ad substantiam, cum tamen non omne accidentis collocetur in prædicamento ad aliquid, sed solum accidentis, quod est relatio prædicamentalis.

### In quo subiecto proxime imprimatur character. Qu. 4.

P RIMA sent. Durand. in 4. dist. 4 q. 1. n. 9. poten- 46. tis illum in potentia exequitiva ministri, quâ applicat materiam & formam sacram. ut in manu applicante materiam, & in lingua proferente verba. Fundam. in ea potentia ponenda est virtus, ad fundam. quam perficiendam ordinatur: character immediate ordinatur ad perficiendam exequitivam, sc. ad rectam sacramenti administrationem, quam exerceat exequitrix: ergo. Sed contrà: character ex Florent. & Triden. est signum spirituale indeleibile, quod remanet etiam post mortem; non igitur esse potest in potentia organicâ, quæ corporeæ est, & corruptibilis. Ad fundam. 1. neg. maior. ars. n. ordinatur ad perficiendas potentias executrices, ad fundam. cùm tamen sit in animâ 2. minor. quia cùm character non sit potentia physica, sed moralis, sine quâ Deus non acceperet ut validas & legitimas operationes ministri, non est necesse, ut ponatur in exequitiva, esto per eam exerceantur actiones sacram. Secunda sent. Bonavent. in 4. dist. 6. art. 1. qu. 3. 49. collocantur.

*Fund.* collocantis in tota imagine animæ, constante ex tribus potentijis. Quia character est configura-  
3. *Sent.* tio animæ ad Deum; configuramur autem Deo per memoriam, intellectum & voluntatem. Sed contra: nequit vnum accidens absolute, ut char-  
acter, naturaliter esse in pluribus subiectis. Ter-  
tia *Scoti* in 4. dist. 6. quest. 11. §. Dico ergo. *Mayron.*  
dist. 7. qu. 5. art. 12. ponentium in voluntate: 1. quia character est dispositio ad gratiam: gratia autem cùm non distinguitur à charitate, est in voluntate:  
2. Character est signum obligationis animi ad Deum: ergo poni debet in ea potentia, cuius est primò obligari: hæc autem est voluntas, cuius actu nos primò obligamus. Sed contrà 1. character non est physica dispositio ad gratiam: & ex 3. 10. gratia non est eadem cum charitate, proinde est in essentiâ animæ. Contrà 2. non oportet, ut signum obligatio-  
nisi sit in ea potentia, quæ primò se obligat, nō etiam per fidem obligamur Deo & tamen fides est in intellectu. Quarta *Aleens.* 4. p. qu. 8. me. 8. art. 1. §. 3.  
S. *Tho.* 3. p. qu. 63. art. 4. *Caiet.* *Sylvi.* *ibid.* *Palud.* in 4. dist. 4. qu. 2. ar. 2. concl. 3. *Capreol.* q. 1. art. 1. concl. 3.  
*Sotis* dist. 1. q. 4. art. 4. *Richard.* dist. 5. art. 2. q. 1. affir-  
mantum, esse in intellectu: quia character ordinatur ad ea, quæ sunt diuini cultus: qui in fidei pro-  
testatione præcipue consistit: ergo est in intellectu, in quo est fides. Hæc probabilis est autho. S. *Dott.*  
Ceterum cùm character nō sit physica, sed moralis potentia, necesse non est, ut ponatur in intellectu.

Quinta *Aureol.* in 4. dist. 4. art. 4. *Marsil.* qu. 4. art. 1. fine, *Argent.* dist. 6. qu. 1. art. 2. *Gabr.* dist. 6. qu. 2. dub. 2. *Snaar.* dist. 11. sett. 4. *Vasq.* disp. 134. c. 4. locantiū in essentiâ animæ. Quæ sent. probabilior: quia character non est habitus operatius, sed dis-  
positiū ad esse, & ob-signatiū animæ, vel in ouem gregis Christi, vel in militem, vel in Ministrum & dispensatorem bonorum Christi. Dispositio autem ad esse, & ob-signatio, cum per se primò speat ad totam animam, poni debet in ipsa substantiâ animæ, ut constat de gratiâ, quæ quia non disponit immediatè ad operari, cùm sit ipsum esse supernaturale animæ, ponitur in ipsâ essentiâ animæ; in potentijis autem non collocantur nisi qualitates operatiæ, quia cùm sint principia per se ordinata ad operandum, non postulant nisi qualitates operatiæ, quæ illas adiungent ad operandum.

### An 7 quo pacto character sit indelebilis.

Quæst. 5. *Q* Vd sit indelebilis, definiunt *Florent.* & *Tri-*  
*den.* cit. sett. 1. Tripliciter potest intelligi hæc  
indelebilis: 1. in ordine ad omnipotentiam Dei:  
2. per ordinem ad causas secundas actu producas:  
3. per ordinem ad causas secundas producibilis.

1. Sent. affirmat, illum esse indeleibilem etiam respectu omnipotentis Dei. Quia character est denominatio ex actu præterito: sed fieri non potest, ut actus præteritus non sit præteritus. 2. communis Scholast. docet, characterem esse indelebilē solum per ordinem ad causas 2. actu producas.

Dico 1. Character non est indelebilis respectu omnipotentis Dei. Quia sicut omne ens creatum pendet à Deo in conservari, ita ab eodem corrumpi potest, sola conservatiui concursus luspsione.

Ad fund. oppositæ 1. neg. maior ex dist. 2. Esto, character sit denominatio ex actu præterito, adhuc posset à Deo deleri, quia posset statuere, neminem baptizatum, vel ordinatum fore habilem ad gratias sacramentales recipiendas, vel dispensandas post peccatum semel commissum, sicut Pontifex statuere potuit, ut Ecclesia amitteret

consecrationem tali vel tali maculatione posita.

Dico 2. Est indelebilis per ordinem ad causas 2. actu productas, & producibilis. Primum prob. de fide est, quod character sit indelebilis: ergo de fide est, quod Deus illum saltem in hac vita semper conseruet: at Deus res conseruat connaturali modo, sc. sine contrario; alioqui violenter illum conserueret: eum igitur illum conseruet in quoquis subiecto varijs multiplicibusque dispositionibus affecto, signum est, quod ille cum nulla forma ex his quæ in nobis sunt, contrarietatem habeat, ac proinde indelebilis est respectu eorum. Confir. si cum aliquâ formâ haberet contrarietatem, maximè quam peccato: sed cum hoc non habet, cum conseruetur etiam in peccatore: ergo.

Secundum ostend. Nulla videtur possibilis qualitas, quæ sit destructiva characteris: nam vel hæc esset destructiva moraliter; & hæc non posset esse nisi peccatum, à quo tamen de facto non destruitur: vel physicè; & hæc non apparet, quæ esse possit. Ratio: character est forma perficiens animam in ordine ad esse supernat. at nulla qualitas potest physicè esse contraria esse ipsi supernat. 1. n. nulla qualitas naturalis est contraria esse naturali subiecti, in quo recipitur: vnde quia quantitas perficit substantialiam materialem in ordine ad esse simpliciter, nullum habet contrarium, quæ propter ea est coœua materiæ. 2. esse est primum subiectum & sustentaculum accidentium: ergo nequit destrui ab illis, cùm nulla forma sit destructiva sui subiecti, alioqui esset destructiva sui ipsius. Cùm igitur character perficiat animam in ordine ad esse supernat. induit eand. conditionem cum esse supernat. igitur si ipsu nulli opponitur, neque character.

Dices. Gratia perficit animam in ordine ad esse supernat. & tamen habet contrarium peccatum. Resp. Gratiam esse formam etiam moralem: est n. amicitia inter nos & Deum: opponitur igitur peccato, ut forma moralis Character autem neque ut physica, neque ut moralis forma opponitur peccato, cùm non sit amicitia inter nos & Deum; sed signum tantum acceptæ potestatis.

Deducit, characterem indelebiliter inesse animæ in vita, etiam futurâ, quamvis hoc 2. non sit de fide. Ratio: neque in futurâ vita habet contrarium, à quo deleri possit, & alioqui Deus semel conditam nunquam corruptit, nisi exigentibus causis 2. vnde si baptizatus, aut ordinatus vita functus reuiuisceret, non posset rebaptizari, nec reordinari, & consecrando conficeret; secùs, si tantum corpus assumetur: ita S. *Tho.* cit. art. 5. ad 3. & cum eo reliqui schol. Leg. *Mayoro.* in 4. dist. 8. art. 2. quamvis in aliâ vitâ non maneat cum potestate muneris exercendi, quia ibi cessat finis; manet tamen ut S. *Tho.* testatur, in signum præteritæ potestatis, beatis ad gloriam, damnatis ad ignominiam.

Dices. Character est forma supernat. ergo nequit cognosci nisi notitia supernat, sed damnari nullum habent notitiam supernat. hæc n. datur ex meritis Christi, cuius damnati non sunt capaces, cùm sint in termino, ergo. *Mayron.* in 4. dist. 7. qu. 5. art. 2. negat conseq. 1. putat n. naturaliter cognosci à damnatis, à quibus etiam discursu cognoscitur Trinitas, cuius character est repræsentativus. Sed contrà: omnis forma supernat. est extra sphæram potentia naturalis, alioqui naturaliter posse Angelus cognoscere incarnationem.

Resp. Igitur 1. notitiam supernat. alteram ordinari ad salutem, & huius capaces non sunt damnati; Alteram ad poenam, qualis est notitia characteris in signum acceptæ potestatis, & huic damnati sunt

*Character abstracti cognoscendi & humanitatis.*  
nati sunt capaces, ut magis confundantur, quod accepta potestate sint male vni. 2. characterem non cognosci intuitu à dantatis, quo pacto nequit cognosci, nisi notitia Supernaturali, sed abstractiū & fide humana, quomodo noq; perit cognosci notitia Supernaturali.

Quæst. 6.

## Quot sunt proprietates Characteris?

66.  
*Mayronus assignat. 4.**Scotus alias duas*

**Q**UATVOR assignat Mayro. cit. sc. esse signum naturaliter representativum Trinitatis, ad cuius invocationem imprimatur: esse rememoratum suscepti sacram. esse assimilatum hominum eiusdem familiæ Christi: esse distinctivum eorum. ab alijs, qui eiusd. familia non sunt. *Scotus in 4. dist. 6. q. 9. s. Hic intellig. præter tres ultimas, assignat duas;* sc. esse conformatum Christo, quam etiam assignat S. Tho. 3. p. qu. 63. a. 3. & obligatum Deo. *Aleij. alij. &c. assignant hanc aliam, quod sit dispositivus ad gratiam.*

**Dico 1.** Nullus character est naturale signum Trinitatis. Quia duplum potest aliquid esse naturale signum alterius, vel ut effectus representans causam, vel ut cognitione exprimens obiectum: neutrò modo character est signum Trinitatis. Non primo: quia nullus effectus est à Deo ut trino, sed ut uno, quippe cum nulla relatio sit Deo principium agendi ad extra, sed natura: effectus autem non representat causam, nisi secundum eam perfectionem, à qua formaliter proficitur, cum non representet nisi arguituè, quantum arguit perfectio effectus producti. Non secundo: quia character non est cognitione.

**Dico 2.** Nullus character est physice dispositivus ad gratiam, sed tantum moraliter ex diuinâ ordinatione: Est Marsil. in 4. q. 4. art. 1. post 7. concl. ad 3. Gabr. dist. 6. qu. 2. art. 1. Not. 2. Prob. Si character esset physica dispositio ad gratiam, gratia non esset ita connaturaliter in Angelis beatis, & antiquis Patriib. non habentib. characterem, sicut est in reliquis beatis characterem habentibus; tum quia deberet character in peccatore & damnato corrumpi; nam ablata forma, cessat physicā dispositio ad illam.

**Dico 3.** Character non est propriè signum obligatum, sed potestis acceptas, ad quæm consequitur obligatio: quia primario non ordinatur ad obligandum, sed ad ob-signandum & habilitandum subiectum ad actiones sacras, ad quod consequitur obligatio in Deum, sicut ad quodvis beneficium sua specialis consequitur obligatio.

**Dico 4.** Character est configuratiuus Christo, assimilatiuus eiusdem Religionis, distinctiuus ab alijs, & signum suscepti sacram. quia ex S. Tho. cit. est quædam participatio characteris Christi; qui sicut ob-signatus increato charactere Verbi, est habilis principaliter ad exercendas omnes operationes diuinæ; ita Christianus ob-signatus charactere Baptismi, Confirmationis, & Ordinis fit habilis ministerialiter ad exercendas easdem. consequenter character configurat nos in Christo in exercendis diuinis actionibus.

Addit Aureol. in 4. dist. 4. qu. 1. art. 3. propos. 2. hanc conformatiōem nostri ad Christum medio charactere in eo consistere, quod character sit propria species, & specialis imago animæ Christi distinguat n. similitudinem, alteram, quæ est principium cognoscendi ut quo, qualis est species intentionalis, quæ non cognita ducit in cognitionem alterius: alteram, quæ est in principium cognoscendi, ut quod, quæ cognita ducit in cognitionem rei

cuius est similitudo: character est specialis similitudo animæ Christi, modo 2. Probat. Omnes, qui ad Gal. 3. baptizati estis, Christum induitis: induimus in Baptismo etiam informi Christum; quia ipius animæ similitudinem medio charactere recipimus. 2. Quos prescivit, vos & prædestinauit conformes fieri ad Rom. 8. imaginis Filij sui: ergo character est aliqua imago Christi in nobis deriuata. Cetera patent: character n. configurat nos Christo: ergo assimilat nos sub eodem signo, & consequenter distinguit ab alijs, qui non sunt hoc signo muniti; est autem character signum suscepti sacram. Angelis & animabus separatis immediate per seipsum; hominibus medià externâ ceremoniâ. Patet, characterem non esse actuum, quia non ordinatur ad agendum, sed ad consignandum, & distinguendum, velut sceptrum & corona, quæ solùm ornant & dignificant; ideoque potestas, quam præbent, non est physica, sed moralis.

Adhuc superest difficultas, an hanc configurationem, quam character sacram. habet cum Christo, habeat ex naturâ suâ. Ex voluntate extrinseca Dei eam habere sentiunt, qui docent, characterem non esse signum naturale, sed ad placitum, ex solâ institutione diuinâ significans: Ita S. Mar. 3. p. tom. 3. Fund. disp. 11. sect. 2. & 3. &c. quia ut posset character naturâ suâ nos conformare Christo, deberet esse naturalis similitudo Christi: quam non potest ponere in nobis, nisi formaliter habeat illam in se, cum nulla forma præbeat effectum formalem, nisi ipsum formaliter contineat: hæc n. similitudo non est intentionalis; quia hæc aut esset species expressa, aut impressa Christi: character sacram. neutrum est: cum nec sit cognitione, nec ordinetur ad cognoscendum, sed tantum ad consignandum subiectum: alijs & damnati habereat speciem impressam, vel expressam de Christo, composite ex naturâ humana & subsistentiâ Verbi; ac proinde de personâ Verbi: Nec est similitudo realis; quæ n. nobis communicari possit, realiter exprimens Christum, nisi representans personam Christi?

Contrà verò alij docent, hanc configurationem cum Christo habere characterem sacram. ex se Quæ sent. mihi magis probatur. Ratio: si character sacram. non haberet ex se hanc vim configurandi & assimilandi nos Christo, non esset maior ratio, cur Deus ad talē effectum potius viceretur charactere, quam quævis aliâ qualitate: ut docent Theologi, gratiā habitualem suâ naturâ esse iustificatiū subiecti, quia aliqui non esset maior ratio, cur Deus ad iustificandos homines adhiberet talē formam; & non aliam. Ratio: Deus, ut inductione constat, semper operatus effectus per causas 2. modo connaturaliori; qui est, ut character non extrinseco beneplacito Dei, sed ex naturâ suâ assimilet nos Christo: igitur si est possibilis, de facto concedendus talis naturæ character.

Ceterum non puto, illum esse possibilem per modum speciei impressæ, vel expressæ, ut argum. pro priori sent. probat; sed per modum proprietatis, quæ cognita abstractiū ducit in notitiā Christi: eo modo, quo quævis proprietas cognita ducit in notitiā abstractiū naturæ, cuius est proprietas: sic fumus ducit in abstractiū cognitionem ignis, risus hominis in notitiā rationalitatis; mœror vultus in notitiā doloris. Ita character posset esse singularis proprietatis unionis hypostaticæ, quæ cognita ducat in abstractiū notitiā eiusdem unionis. Neque est necesse hanc concedere damnatis, quia illi characterem non cognoscunt intuitu & in se, sed abstractiū & fide humana.

Dic̄s. Alio modo subiectum configuat character

69.  
*Est signum acceptas potestatis.*70.  
*iProprietates illius.*

71.

71.  
*Ex sua naturâ habere configurationem eam Christo.*

Aprori.

76.  
*At talis naturæ characteris possibilis:*

racet baptis. ac Confirmationis, & Ordinis: baptismalis .n. consignat per modum facultatis sub familiâ Christi; Confirmationis per modum militantis sub vexillo Christi; Ordinis per modum ministri dispensantis bona Christi: ergo non possunt tam diuersæ proprietates exprimî per ordinem ad eandem formam. Resp. neg. conseq. possunt .n. hæc proprietates exprimî ex diuerso modo tendendi ad eand. formam: sicut omnes externi affectus animi ducunt ad cognoscendam eand. animam, diuerso modo, ex diuersâ tendentiâ ad illam. Diuerso quippe modo ducit in cognitionem animæ affectus tristitie, ac effectus gaudij. Pari modo possent isti characteres diuerso modo ducere in abstractiuam notitiam Christi, ex diuerso modo tendendi ad illum. Ex dictis.

Pater ad fundam. oppositæ sent. ad Confirm, Resp. 1. nullum esse absurdum in damnatis esse abstractinam notitiam Christi, in quam ex miraculis, quæ Christus in attestacionem suæ deitatis faciebat, dæmones etiam veniebant. 2. neque hanc abstractiuam notitiam Christi damnatos habere ex via cognitionis characteris: quia cum illum non cognoscant intuitu, sed tantum abstractiuè per fidem humanam, non necessariò ex tali cognitione perueniunt in notitiam Christi.

### An Christas & B. Virgo habeant characterem.

**P**RIMA sent. Mayo. in 4. dist. 7. qu. 5. art. 13. documentis, Christum habuisse omnes characteres in instanti suæ conceptionis, Virginem non omnes, sed qui suæ naturæ conueniebant. 1. quia character est dignitas & ornamentum animæ: sed anima Christi inter omnes animas fuit ornata summa. 2. Idem est signum Dux & exercitus: sed Christus est Dux militis Christianæ: ergo est eodem signo insignitus, quo eius milites. 3. Christus suscepit materialem characterem circumcisionis, ut esset similis Patribus: ergo & characteres spirituales sacram. ut esset similis fratribus. 2. Sent. est aliquorum apud Alen. 4. p. qu. 8. me. 8. art. 1. §. 11. & S. Tho. in 4. dist. 4. q. 1. art. 3. qu. 5. affirmantib; in Christo esse tantum characterem Ordinis, cum sit summus sacerdos. Tertia Alen. S. Thom. Richar. in 4. dist. 5. art. 2. qu. 4. Gabriel. dist. 6. qu. 2. dub. 6. &c. negantib; de Christo. Pro cuius sententiaz explicatione;

DICO 1. In Christo nullus est character. Fundam. proprietates omnium characterum sacram. regognant Christo; & aliunde, Christus eminentiori charactere increato Verbi insignitus est. Nam vel character consignat subiectum in famulum Dei: Christus autem, cum sit naturalis Filius Dei, non potest esse famulus Dei (tom. 6. disp. 28.) neg. Christum, etiam ut hominem, dici posse seruum Dei, quia seruitus propriæ sumpta repugnat cum filiatione naturali) Vel consignat subiectum in militem Christi: Christus autem, cum sit totius Christianæ militis Dux, non potest esse miles: nam miles dicitur, qui sub alterius vexillo & ductu militat. Vel subiectum consignat in ministerium Christi, ad dispensanda bona ipsius: repugnat autem, Christum esse ministerium in dispensatione suorum bonorum, cum sit naturalis & legitimus dominus omnium bonorum supernaturalium.

DICO 2. Probabile est, B. Virginem habuisse characterem Baptismi; ut putat Gabr. fuit .n. capax gratiæ sacram. præsertim Eucharistiæ; (quam quotidie sumptissime multi testantur) & Confirmationis: nec statim in Conceptione accepit omnem gratiam, ad quam fuit electa, ut falsò Gabr. cum

quibusdam censuit, sed illam proprijs meritis successivè libi comparauit; ergo sicut fuit capax gratiæ extra sacram. ita & in sacram. vnde per Baptismum, qui capacitatem tribuit gratiæ sacramen. & Confirmationem, non solùm accepit characterem, sed etiam augmentum gratiæ. Non fuit in Virgine character Ordinis, quia femina iure naturæ est incapax prælationis supra populum, quam prælationem Ordo sacer præsupponit.

Resp. ad 1. nego. characterem facere ad dignitatem & ornamentum simpliciter, sed suppositâ aliquâ imperfectione vt assert. 1. & alioqui Christus ratione unionis hypostaticæ erat habilissimus tam ad recipienda quam ad communicanda bona supernat. propter quos fines nobis infunduntur characteres. Ad 2. neg. maior. quando vexillum ducis est altioris ordinis, quam queat ab exercitu participari, ut est vexillum Christi fundatum in charactere increato. Ad 3. neg. conseq. passus .n. est circumcisionem, ut legem seruaret, non ut charactere signaretur: propter quod voluit etiam à Ioanne baptizari, ut legem, quam erat de Baptismo latus, in seipso adimpleret, Matt. 3. Ad fund. secundæ, concedo, Christum fuisse summum sacerdotem, sed charactere increato Verbi, qui eminenter, & absque ullâ imperfectione continet creatum characterem Ordinis.

### An singuli characteres sint diuersæ speciei inter se?

**O**MNES ferè ut certum supponunt, characteres Baptismi, Confirmationis & Ordinis species distingui, ed quodd ad diuersa munia destinentur. De characteribus Ordinis, duplex est controversia. 1. an singuli Ordines suum imprimant characterem: 2. posito, quodd singuli suum imprimant, an omnes specie distinguantur inter se?

Quoad primam, Sotus in 4. dist. 24. qu. 1. art. 4. concl. 7. Vasquez 3. p. 10. 3. disp. 137. cap. 2. Narr. in sum. cap. 22. nu. 18. &c. negant, Ordines minores esse propriæ sacramentum, gratiam, aut characterem imprimere; aiunt, esse sacramentalia ab Ecclesiâ instituta aut dispositiones ad presbyteratum.

Durand. q. 2. Caiet. tq. 1. opus. tract. II. negant etiâ de Subdiaconatu & Diaconatu, solumque Presbyteratum docent, esse sacramentum, & characterem imprimere. Quia nullam habent certam formam, certamque materiam: nam tempore Apost. conferebant per manum impositionem, nunc per traditionem Euang. S. Tho. in 4. dist. 24. q. 1. art. 2. qu. 2. Bonav. Palud. antiqui, recent. affirmant, singulos ordines esse vera sacram. à Christo instituta, suumque characterem imprimere; Quæ sent. ve. f. sacra. Singulos Ordines suum imprimant.

Fundam. omnes sunt initerabiles, non secûs ac presbyteratus, ratione characteris, quem imprimunt. Confirm. Florenti. Ordinem appellat sextum sacram. nec tantum presbyteratus, sed reliquorum etiam materias, formamque assignat.

Dic̄s. Ergo non vnum, sed septem sunt sacramenta Ordinis. Sed neg. sequel. quia sacramentum Ordinis non est vnum unitate simplicitatis aut compositionis, sed attributionis, quatenus omnia ad vnum supremum Ordinem presbyteratus referuntur. Præterea in singulis ordinibus specialis traditæ potestas. Ad fundam. oppositæ dist. antec. nullam habet certam materiam, certamque formam in specie, conced. in genere, neg. ut disp. 2. sett. 4. ex quo patet ad prob. antec.

Quoad 2. controversiam negant aliqui, characteres

**93.** *Quomodo supremus Presbyteratus characteres inferiорum ordinum characteres.* **94.** *An Episcopatus nouum imprimat characterem à sacerdotali distinctum?*

**95.** *Affirmant Aluisid. & Goffre. 4.p.c. I. Duran. in 4. dist. 24. qu. 6. (Scotus utramque partem probabilem defendit) Petrus Soto. leet. 4. de sacra. Ord. Bellarm. lib. 1. de sacra. Ord. c. 5. Sylvi. suppl. qu. 40. art. 5. & Canonista communiter. Fundam. in Episcopatu traditur specialis potestas conferendi sacram. Confirmationis & Ordinis, quæ non traditur in presbyteratu: vbi autem est specialis potestas, ibi est nouus ordo & character: hac enim de causa in alijs ordinibus characteres distinguimus.*

**96.** *Affirmante Canonista &c.* **97.** *Negant S. Tho. in 4. dist. 24 qu. 3. art. 2. Scotus qu. 2 art. 3. & Thomiste. Vnus tantum subdubitat Casier. 10. 1. opuse. tract. 11. Idem docent Bonau. in 4. dist. 24. art. 4. qu. 3. Aureo. art. 2. Argent. art. 4. Theologi commununtur, à quibus recedendum non est.*

**98.** *Negandus cum reh. quis:* **99.** *Prob. 1. Ex August. in quæst. veteris & noui testa. c. 101. Quid est Episcopus, nisi primus Presbyter, hoc est summus sacerdos? idque colligit ex Apost. 1. ad Timoth. 3. vbi promiscue loquitur de Episcopis & Presbyteris: Et Ambro. in Epist. ad Ephes. 4. Vbi ex eo, quod Apostolus Timotheum à se creatum Presbyterum vocat Episcopum, probat, primos Presbyteros vocatos fuisse Episcopos: concludit, non ordine, sed merito Episcopum vocari.*

**100.**

*Si Episcopatus characterem imprimaret, non septem, sed octo forent Ordines contra Ecclesiæ sensum. 3. Omnes Ordines referuntur ad Eucharistiam, & penes diuersos actus ad illum distinguuntur. Cum igitur Episcopatus, nec sit sacerdotali interior, cum non subseruat sacerdoti; nec sacerdotali superior, quia summa potestas, quæ per ordines datur, est, confidere corpus Christi, in quâ sacerdos est æqualis Episcopo; & licet Episcopatus addat potestatem iurisdictionis, non penes illam sumitur distinctio Ordinum, alioqui etiam Papatus esset distinctus Ordo. Quod autem Episcopatus superaddat specialem potestatem conferendi christiana, sacrosque Ordines, quod simplex sacerdos non potest, non arguit nouum characterem à sacerdotali distinctum, sed moraliter dumtaxat extensionem prioris ad eos actus validè exercendos: cum n. character sit moralis potestas ad actus Ordinis exercendos, potuit ex institutione Dei character sacerd. adeat tantum restringi, quæ per se solùm conducunt ad legitimam Christi corporis consecrationem: ad quam consecrat. cum christmare & Ordinare per se non conferant, potuit Deus characterem sacerd. ita limitare, ut non nisi accidente Episcopali potestate, quæ est sola potestas dignitatis & iurisdictionis, ad eos actus extendere: sic n. saluator, quo pacto Episcopatus non sit distinctus Ordo, & simplex sacerdos non valeat Ordines conferre: quia licet character physicè sit idem, non est tamen idem moraliter, eo quod Deus illum limitauit, ut non nisi in Episcopo haberet actum a conferendi ordines, & ministrandi Confirmationem. 4. Si Episcopatus imprimaret distinctum characterem, sequeretur, posse aliquem fieri Episcopum, antequam fieret sacerdos, & exercere quidquid sacerdos potest: siquidem Ordo superior non pendet, ut suum imprimat characterem ab inferiore: possit n. quis suscipere sacerdotium absque Diaconatu, & validè exercere quidquid Diaconus & sacerdos potest, quia Ordo superior virtute continet inferiorem. Cum igitur character Episcopalis non possit esse sacerdotali inferior, erit illo superior, adeoque poterit, quidquid potest sacerdotalis.*

**101.** *Ad fundam. oppositæ, dico, idè ex collatione potestatis Episcopalis non argui nouum characterem à sacerdotali distinctum, quia illa non est per se primò ordinata ad confidendum Euchar. penes quam distinguuntur Ordines, & alioqui character sacerd. cum morali dumtaxat extensione sufficiens est ad exercenda ea, quæ addit potestas Episc. cù n. character sacerd. eminenter contineat omnes, & ad exercendos actus Episc. non requiratur character sacerdotali perfectior, rectè poterit sacerdotalis cum morali deputatione extendi ad ea quæ addit potestas Episcopalis. DICES. Ergo neque sunt necessarij characteres inferiores, cùm solus sacerd. sufficiat ad exercendos omnes actus Ordinum inferiorum. Resp. neg. sequel. cum quia inferiores characteres requiruntur ut dispositiones ad sacerdotium: cum quia singuli characteres inferiores exercere possunt suos actus, ad quos ordinantur, independenter à sacerdotali: at Episcopus nequit exercere suum actum absque charactere sacerd. qui cùm sufficiat ad actus Episcopales, cùm non sit illis inferior, non erit necessarius alias distinctus. Pari ratione nec erit necessaria distincta gratia ab ea, quæ confertur in charactere sacerd. alioqui etiam Papatus & Patriarchatus essent sacram. Quamuis si sermo sit de gratia per modum auxilij, illa non tantum Papas & Patriarchis, sed omnibus Ecclesiæ Prælatis confertur, ad melius facilitiusque sua munia obcunda: Verum hæc sicut non arguit*

**102.** *Ad fundam. s. sent.***103.**

*2. In presbyteratu confertur gratia, ut sacerdos dignè ministrare valeat sacramenta; ergo etiam in Episcopatu, ut Episcopus dignè ministrare valeat Confirmationem & Ordines.*

*Negant S. Tho. in 4. dist. 24 qu. 3. art. 2. Scotus qu. 2 art. 3. & Thomiste. Vnus tantum subdubitat Casier. 10. 1. opuse. tract. 11. Idem docent Bonau. in 4. dist. 24. art. 4. qu. 3. Aureo. art. 2. Argent. art. 4. Theologi commununtur, à quibus recedendum non est.*

*Si Episcopatus characterem imprimaret, non septem, sed octo forent Ordines contra Ecclesiæ*

arguit distinctum sacram. ita nec distinctum characterem. Ceterum dicitur Episcopatus ordo, sum pro ordine non pro sacram. imprimis characterem, sed pro dignitate & gradu Ecclesiastico.

Nec minus improbabilis est aliorum opinio assertorum, quod si Episcopatus non addat nouum characterem, modifical tamen & perficit priorem cum enim character sit qualitas, non videtur, quod ratione possit perfici & modificari, nisi per additionem noui gradus: porto nouus gradus additus priori, non potest subiectum perficere, nisi in ordine ad ea, ad quae subiectum vi praecedentis gradus erat ordinatum: quia gradus homogenei subiectum perficiunt in ordine ad eundem terminum. Si vero character est indivisibilis, non sufficiens intensionem, minus probabiliter dicitur, unus modificari per aliud, sed potius uterque diuersum constituere characterem.

### Quam dispositionem prærequirant singuli characteres in subiecto.

**D**ico 1. Character Baptismalis pér se nullam requirit dispositionem: constat in parvulis. In adultis sufficit voluntas suscipiendo sacramentum.

2. Character baptismi necessariò supponitur ad reliquos: S.Thom. 3 p. qu. 63. art. 6. & 9. 72. art. 6. & Scholast. in 4. dist. 7. quia est primus ingressus ad reliquos. Vnde nihil impimeret Confirmatio, & Ordo in non baptizato. Character vero Confirmationis non necessariò, sed de congruo tantum requiritur ad characterem Ordinis, sicut & character Ordinis inferioris ad characterem superioris: Vnde per saltum ordinatus in superiori, non debet in eo iterum ordinari, sed tantum prætermissum supplere: decrevit Innocent. III. cap. de clericis per salt. Et docet S.Thom. in 4. dist. 7. q. 2. art. 2. qu. 3. & dist. 24. qu. 1. art. 2. ad qu. 5.

**D**ico 3. Character baptismi potest à quouis imprimi. Ex Florent. in decr. de Baptis. assertente, in causa necessitatis, non solum sacerdotem & Diaconum, sed etiam laicum & mulierem, immo Paganum, & Hæreticum baptizare posse, dummodò formam Ecclesie seruer, & facere intendat, quod facit Ecclesia. Et quartus Concilium definiat in casu necessitatis, extendit tamen ad omnem calum ex communis sensu & interpretatione Ecclesie. ex quo collige institutionem Christi hanc esse.

**D**ico 4. Longè probabilius est, characterem Confirmationis ex commissione Pontificis imprimi posse à simplici sacerdote, non autem à Diacono; tametsi ordinatus eius minister sit Episcopus, etiam excommunicatus, degradatus, hæreticus. Ita S.Thom. 3 p. qu. 72. art. 11. ad 1. & in 4. dist. 7. qu. 3. art. 1. qu. 3. & Doctores & Canonici, Excipe Bonaven. Durand. Adrian. dubius Scotus. Prior pars colligitur tum ex B. Greg: lib. 3. Epist. 26. vbi concessit, in absentia Episcoporum, Presbyteris Sardinias, ut Presbyteri etiam in frontibus baptizandos christiane ungere debeant; lege baptizatos, ut patet ex Epist. 9. in qua prohibet, ne Presbyter baptizatos vngat in fonte; quod hanc 26. concedit. Idem collige ex Ambros. ad Ephe. 4. in quo dum refert, Egyptios Presbyteros confirmasse in absentia Episcoporum, talem usum non reprobat. Tandem dam Concil. Arausic. 1. & 2. Toletan. 1. Florent. & Trid. docent, ordinatum ministrum huius sacramenti esse Episcopum, tacite indicant, extraordinarium esse posse alium. Posterior pars constat: quia cum ex institutione Christi ordinarius minister huius

sacramenti sit solus Episcopus, & ex traditione Ecclesie habeamus, hanc potestatem delegatam esse soli sacerdoti, non debemus temere illam ad inferiores ministros extendere: cuius optimam rationem reddit S.Thom. quia sicut solus sacerdos haber directam potestatem in corpus Christi verum, ita & in mysticum, ad sacramenta illi ministranda.

Hinc collige, irritum esse hoc sacram. si constitutur à simplici sacerdote absque commissione Pontificis; quia cum ex institutione Christi ordinarius eius minister sit solus Episcopus, ex eadem colligimus, ordinarium eiusd. sacram. ministrum, non posse esse alium ab Episcopo: Ceterum cōmuniter tenetur, hæc dispensatio fieri nequit, nisi à solo Papa, à quo tantum legimus, in hoc dispensatu: neque in ijs, quae sunt Iuris diuini, debemus sine sufficienti traditione ad alios inferiores Prelatos extendere.

Postrema pars communis est, quia Confirmare, non est actus iurisdictionis, sed ordinis: quippe cum à nullo impediri possit, & immediate pendeat à ministro vicem Christi getente; ergo siue qui illum ministrat, sit excommunicatus, siue degradatus semper verum efficiet sacramentum.

**D**ico 5. Possunt characteres Ordinum minorum ex commissione Pontificis, etiam à simplici sacerdote imprimi. quia, vt rete S.Thom. potest Pontifex, qui plenam habet potestatem, committere nobis Episcopo ea, quae ad Episcopalem dignitatem pertinent, dummodo illa immediatam relationem non habeant ad vetum corpus Christi: tales sunt Ordines minores.

Maior difficultas est de characteribus sacris, Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus, an possint ex commissione Pontificis, ab alio, quam ab Episcopo imprimi. Negativa pars communior est: Victoria tamen in summa sacram. de Ordine affirmat. se legisse Bullam, in qua Pontifex quibusdam Abbatibus. Ordinis Cisterc. concedebat potestatem conferendi Subdiaconatum: Idem affirms Suar. disp. 11. sect. 3. de sacram. in genere. Hanc Bullam, quae est Innoc. VIII. refert Eman. Roder. ro. 1. q. 18. ar. 3. vbi concedit etiam Diaconatum: Aureol. vero in 4. dist. 25. ar. 1. Vsq. disp. 24. 3. cap. 4. & alij docent etiam de Presbyteratu. Probabile mihi est, solum Diaconatum & Subdiaconatum posse ex Pontificis commissione à simplici sacerdote conferti, ob citatam Bullam, quamvis ordinarius eius minister sit Episcopus, etiam excommunicatus, & Hæreticus: eo quod ordinatus non sit iurisdictionis, sed Ordinis, qui quamvis impediri possit, ne legitime fiat, impediri tamen non potest, ne validè fiat. Aduerat tamen ordinatus ab Episcopo nominatio excommunicato, aut publico percussore clericu, vel hæretico, ipso facta esse esse suspensum ab executione ordinum.

**D**ico 6. Fœmina iure divino est incapax ordinis, non autem vir, etiam ante legitimam etatem, in qua solus Pontifex dispensare potest: Et in qua si quis factis inicietur, non tenetur ad votum castitatis, quod ex praeprecepto Ecclesie coniunctum est cum orditio sacro, nisi forte ad perfectam etatem pertiniebat id ratum habeat, vel in sacris Ordinibus persisteret velit. Primum habetur ex traditione Ecclesie: quia fœmina est naturaliter subdita viro: igitur incapax prælationis supra plebem, quam secum adfert qui quis ordo. Secundum colligitur ex cap. de clericis per salt. Et docet Glossa ibid. recipiturque communiter à Doctotibus, qui tamen ante legitimam etatem ordinatus esset, suspensus manaret ab exequitione ordinum usque ad legitimum tempus. Reliqua ab omnibus ferè recipiuntur.

104.  
Episcopatus  
non bene di-  
stinx modi-  
ficare ac  
perficiere  
characteres  
Presbytera-  
tus.

105.  
106.  
Di. o. 2.

107.  
Characteris  
baptis. posse  
à quouis  
imprimi.

108.  
Conforma-  
tionem à  
simplici sa-  
cerdote con-  
ferrit.

109.

110.

111.  
Non posse à  
Diacono.

Passe à sim-  
plici Pres-  
bytero,

Eiam à de-  
gradatio  
Episcops.

Ordinum  
minorum  
characteres  
à simplici  
sacerdote.

Diakonatus  
quaque;

Fœminas in-  
re diuino  
off incapax  
ordinis.

## DISPVTATIO VIII.

An omnia sacram. nouz legis sunt à Christo immediate instituta?

1.  
Negativa  
sent.

Fundam.

2.

3.  
Sentent. af  
firmans ve  
ra

4.

5.

6.  
Mentio in  
scriptura  
omnium  
sacram.

7.  
Pam.

8.  
Ordin.

**P**RIMA sent. negat, saltem extremam vniuersitatem fuisse à Christo institutam, sed ab Apostolis: Hugo Victoris lib. 2. de sacram. p. 15. c. 2. Magist. in 4. dist. 23. c. 2. Alens. 4. p. q. 5. memb. 2. art. 1. & qu. 9. memb. 1. & Bonauen. in 4. dist. 7. art. 1. qu. 1. & dist. 23. art. 1. qu. 2. qui duo negant etiam Confirmationem à Christo, aut Apostolis institutam sed instanti Spiritus S. in Conc. Meldensi, ut Alens. sit; quia de neutro sacram. sit ab Euangel. mentio: at cum sacramenta sint prima Ecclesiaz fundamenta, verisimile non est, ea ab Euangelistis, qui reliqua omnia Ecclesiaz substantialia diligentissime narrant, omissa fuisse. Confirmat Bonauen. quia non decuit, Spiritum S. dari ante glorificationem Christi, ex illo Ioan. 7. Nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus, quæ completa est per Ascensionem; post quam, sicut Apostoli confirmati fuerunt absque sacramento die Pentecostes, ita & ipsi alios confirmabant.

**S**ECUNDIA sententia est reliquorum Scholastic. communis in 4. dist. 7. & 23. affirmat, & definit Trident. sess. 7. can. 1. de sacram. in communi, si quis dixerit, sacramenta noue legis non fuisse à Christo instituta &c. anathema sit. Specialiter de Extrema vñt. sess. 14. cap. 1. docet, eam institutam fuisse à Christo: Marc. 6. eam tantum fuisse insinuatam, per lacubum Apost. fidibus commendatam & promulgatam. Nec refert, quod Concilium vñsum non fuerit particula immediata, propter quod Suar. disp. 12. sect. 1. assertionem hanc non censer de fide: nam id ex fine & contextu aperte colligitur. Confirm. 1. Concilium de omnibus sacramentis noue legis æquè affirmat, ea instituta fuisse à Christo: sed de aliquibus certum est, ea immediate à Christo instituta fuisse ergo & de reliquis, 2. ut recte Bellarm. lib. 1. de sacram. in genere cap. 23. si definitio Concilij intelligeretur de mediata institutione sacramentorum, parimodo Christus dici posset institutor ceremoniarum, quæ ad sacramentorum solemnitatem adhibentur: eas. n. etiam Christus mediaçè instituit, dando potestatem Ecclesiaz eas instituendi, cùm tamen earum, non Christus, sed Ecclesia dicatur à Concilio sess. 21. cap. 2. institutrix.

Ad fundam. Resp. Sacra menta omnia, saltem implicitè in Euangelijs contineri. Baptismus & Eucharistia expresse habentur Matth. ult. & 26 Marci 14 & Luca 22. Pœnitentia colligitur ex Ioan. 20. Accipite Spiritum S. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. & quorum retinueritis, retenta sunt. Ex quibus tam perspicuis verbis, inquit, Trident. sess. 14. c. 1. potestatem remittendi, & retinendi peccata, ad reconciliando fideles, post Baptismum lapsos, Apostolis, & eorum legitimis successoribus fuisse communicatam, unius eorum Patrum consensus semper intellexit. Ordo institutus est vltimâ cœnâ, quando corpus, & sanguinem suum, inquit Trident. sess. 22 de sacra Missâ c. 1. sub speciebus panis. & vini Deo Patri obulit, ac sub earundem rerum symbolis, Apostolis, quos tunc noni testamenti sacerdotes constituebat, ut sumerent, tradidit. Quod aperte colligitur ex Luc. 22 Hoc facite in meam commemorationem. Completerum fuit hoc sacramentum quoad potestatem in corpus

myticum Ioan. 20. cùm tradita illis est potestas remittendi, retinendi peccata, ex Concil. Senon decreto 10. de sacra Ordinis.

Matrimonium vero colligitur ex Matth. 19. & Marci 10. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separabit. Quibus verbis, ut testatur Trident. sess. 24. cap. viii, matrimonialis nexus indissolubilitatem ad Adamo tantò antè pronunciatam confirmavit Christus: qui quod ante erat in officium naturæ, in sacramentum coniugum sanctificatum eucexit. Extremam vocationem insinuatam tantum docet Trident. sess. 14. c. 1. apud Marc. 6. ungebant oleo multos agros. & sanabant: promulgatam autem per Jacob. c. 5. ex quo materia, forma, & minister colligitur: Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Ecclesie, & orent super eum ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum; & alienisabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei.

Maior difficultas est de Confirmatione. Conc. Senon. decre. cit. illud institutum fuisse censem, De Confirmatione quando Matth. 19. oblati sunt Christo parvuli, ut manus ei imponeret, & oraret. Sed probabilius Fabianus Papa in 2. Epist. ad. Episc. Orien. init. qua to. 1. Concil. p. 1. pag. 97. in vltimâ cœnâ: In illa, inquit, die Dominus Iesus postquam cenauit cum discipulis suis, & lanis eorum pedes, sicut à sanctis Apostolis prædecessore noſtri accepterunt, nobisq; reliquerunt, chrisma confidere docuit. Vnde miror Alens. dixisse: Alens. ex hoc sacram. institutum fuisse in Conc. Meld. cum rasse ostendit. multò antè fuerit Fabianus sc. an. 238. Melden se, 845. Sub Sergio Papa 11. Adde, quod in hoc Concil. supponitur, hoc sacram. institutum, & solūm præcipit, ut non nisi in V. Feria maioris Hebdom. conficiatur, & nullum munus pro eo administrando accipiat, cap. 45. & 46. Quin multò antiquiora Concilia huius sacram. mentionem fecerunt, ut Valentinius sub Damaso 1. an. 374. Carthagin. IV. sub Anastasio 1. an. 436. siue, ut alij computant 398. in quibus præcipit, ne à quolibet Episcopo, sed à sūd. debeant Presbyteri ante paschæ solennitatem chrisma petere. Imò Clemens Roman. à Petro sibi in successorem designatus lib. 3. Apost. Confir. c. 16. expresse meminit huius sacram. postea Episcopus Baptizatos chrismate ungat. In quem locum N. Turrianus: Ecce mandatum Apostolica Constitutionis Ecclesiæ tradita de chrismate.

Ratio cur decuit, omnia sacram. immediate à Christo iustiti, ea est: quia cùm sint prima Ecclesiaz fundamenta, ab illo debuerunt omnia institui, qui est caput Ecclesiaz: solus Christus est caput Ecclesiaz, reliqui sunt ministri, iuxta illud: Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores misericordiæ Dei. Ad fundam. neg. conseq. Non n. necesse fuit, omnia explicitè ab Euang. enarrari; sed sat fuit, aliqua traditione per manus ad posteros tradi, ut multa per traditionem sequat Ecclesia, quorum nulla sit in Euang. mentio, ut de virginitate Mariæ ante & post partum.

Ad confirm. Resp. potuisse sacramentum Confirmationis ante Christi glorificationem institui, non administrari. Et sanc verosimile est, non fuisse illud ante Christi resurrectionem administratum, donec Apostoli ipsi fuerint Ioann. 20. Episcopi ordinati, quorum tandem ordinarium manus est, hoc sacram. ministrare, ut ex cit. Clemente colligitur, & Florent. & Trident. sess. 6. can. 3. de Confirmatione definiunt. Imò probabile est, illud non fuisse administratum, antequam Apostoli fuerint in die Pentecostes, virtute Spiritus sancti confirmati.

Ansa-

An Sacraenta Christus instituerit ut  
Homo?15.  
Negant.16.  
Fundament.  
Secundum.17.  
Confirm.  
Vasquez.18.  
Christus ut  
homo sacra-  
menta insti-  
tuit potesta-  
re excellitiae.19.  
Posteriori:

**P**RIMA sent. negat: *Sco* i in 4. diff. 1. q. 3. art. 2. & diff. 2. q. 1. §. Ex his, *Durand*. diff. 2. q. 1. *Gabri*. diff. 1. q. 2. a. 3. dubius. 2. *Vasq* s. p. disp. 135. cap. 2. *Fauent*. in 4. disp. 5.

Fundam. illius propriè est Sacramentum instituere, cuius est non tantum signum imponere, sed etiam efficaciam illi ad producendum id, quod significat, conferre. Solus Deus potest id: ergo solus potest sacramentum instituere. Maior prob. in his duob. sacramentum essentialiter consistit, sc. ut sit signum perfectæ sanctitatis, & habeat infallibilem certitudinem de significato ponendo: ergo licet Christus ut homo, & quæcumque pura creatura potuerit signum perfectæ sanctitatis imponere, haud tamen potuit illi efficaciam conferre ad producendum id, quod significaret, quod est propriè sacramentum instituere. Minor prob: dare efficaciam sacramento ad producendum id, quod significat, est sacramento assistere ad gratiam significatam infallibiliter ponendum: Cum igitur solus Deus sit auctor gratiæ, nec possit ab aliâ creaturâ ad eam infallibiliter causandam adiungi, solius Dei erit efficaciam sacramento conferre. Confirmat *Vasquez*: instituere propriè, est rem primò statuere, vel intipere: ergo si soli conuenire potest, sacramentum instituere, cui, illud primò statuere, vel incipere: hoc soli Deo conuenire potest: implicat enim, communicari creaturæ potestatem primò statuendi, vel incipiendi sacram. nam quæcumque potestas instituendi sacram. creaturæ communicatur, illa à Deo necessariè communicatur: Ergo non creatura, sed Deus, qui primò per eam potestatem, creaturæ communicaram, id inchoaret, ipsum instituere diceretur. Adde quodd creature alia potestas communicari non potest, quæcumque impetrandi, ut Deus daret efficacitatem signo à se posito: hoc autem necessariò supponit in Deo decretum, quo statuit, ut cuicunque signo, ab homine posito, ipse efficaciam daret, adeoque non creatura, sed Deus dicetur sacramenti institutor.

**S**ECONDIA sent. negat, Christum ut hominem sacramenta instituisse potestate autoritatis; affirmat, potestate excellentiæ, sibi à Deo communicata: *S. Tho*. 3. p. q. 6. 4. a. 3. & 4. *Caiet. Sylvi*. *ibid. Nugnez* art. 4. diff. 1. ad 3. *Sotii* in 4. diff. 1. q. 5. art. 4. §. *At fors* *Bonan*, diff. 5. a. 3. q. 1. *Richard*. art. 1. q. 1. *Suar*. 3. p. 10. 3. disp. 12. *selb*. 2. *Henrig*. lib. 1. de sacram. in gen. c. 3. Quam sent. *Bonaent*: appellat communem: eatnque colligunt ex *August*. tract. 5. in *Iean*. ante med. Potuit Dominus noster Jesus Christus, si vellat dare potestatem alicui sermo sub, ut daret Baptismum suum, tanquam vice sua, & transferret à se baptizandi potestatem, & constitueret in aliquo suo, & tantam vim daret Baptismo translato in seruum, quantam vim haberet Baptismus datus à Domino. Vnde si potuit hoc à pura creatura fieri, potuit à Christo ut homine; adeoque ita factum esse assertendum est, sc. cum absolute à Concil. & Patribus dicatur Christus instituisse sacram. cum non tantum ut Deum potestate autoritatis, sed etiam ut hominem potestate excellentiæ illa instituisse.

Quæ sententia longè probabilior: non virget ar-  
gum. in oppositum, quia non solum instituere dici-  
tur, qui propriè authoritate & à se rete statuit at in-  
cipit, sed etiam qui communicatâ sibi potestate rem  
inchoat: potuit igitur Deus committere Christo, ut

homini, immo & cuicunque pura creaturâ, ut liberâ suâ voluntate, non modo certa signa statueret, sed etiam efficaciam daret, non quidem primariâ potestate, sed secundariâ & delegatâ, ita ut omnibus, & nullis alijs signis Deus efficaciam tribueret, quam quæ talis creatura liberâ suâ voluntate determinaret, quo casu, licet primus auctor esset Deus, secun-  
darius tamen & delegatus esset creatura, dependenter à quâ Deus efficaciam daret signo ab ipsa insti-  
tuto. Confir. rem instituere abstrahit à primario, &  
secundario instituere: sicut causare abstrahit à cau-  
sare per modum causæ 1. & 2. tamen dicitur cau-  
sare causa 1. virtutis sibi à Deo communicata, quam  
prima virtute propriâ: sed instituere sacramenta, est  
esse causam sacram. atqui creatura potestate sibi  
delegata, esset vera causa moralis sacram. ergo verè  
& propriè esset institutrix eorum.

**O**bijcies 1. Sequeretur, de facto antiquos Patres, in quorum libertate fuit, instituere hoc, vel illud signum originalis peccati delictum, fuisse illius sacramenti institutores. Resp. neg. sequel. nam ad institutionem sacram. sat non est, posse ad libitum, hoc, vel illud in specie determinare: sed ad libitum, posse illud sim-  
pliciter statuere, vel non statuere, nec non certam efficaciam conferre, vel non conferre: Christus autem ut homo, non solum habuit potestatem deter-  
minandi certa signa in specie, sed simpliciter illa statuere, vel non statuere, nec non illis efficaciam tri-  
buere, vel non tribuere, quia nimis Deus talè potes-  
tatem illi communavit, ut in ipsis voluntate  
simpliciter esset, statuere, vel non statuere certa si-  
gnia causatiua gratiæ: nam licet gratia sacram. phy-  
licè non causatur ab humana Christi voluntate, cau-  
satur tamen moraliter, quatenus Deus gratiæ in sa-  
cram. non causaret, nisi voluntas humana Christi vo-  
lueret: quemadmodum ex eo, quod Deus non causat  
in peccatore gratiam, nisi peccator ipse actum con-  
tritionis elicit; gratia causati dicitur dependenter  
à voluntate peccatoris. Antiqui vero Patres solùm  
poterant hoc, vel illud in specie signum determinare, non autem illud simpliciter, ut gratia causatiū  
instituere, aut illi efficaciam conferre, quia nec Deus  
illud in genere instituit dependenter à voluntate il-  
lorum, nec efficaciam illi contulit dependenter ab  
eodem voluntate.

**O**bijcies 2. Si Rex potestatem condendi leges Duci deleget, Rex, non Dux dicitur legislator: ergo si Deus potestatem instituendi sacram. creaturæ deleget, non creatura, sed Deus dicitur sacra-  
mentorum institutor. Resp. neg. conseq. potestas Ratio diff. enim leges ferendi est propria Regis, incomuni-  
cabilis alteri: potestas instituendi sacram. non est  
ita propria Dei, ut non possit communicari creaturæ. Ratio: potestas leges ferendi, est potestas obli-  
gandi subditos ad leges feruandas in ordine ad bo-  
num commune: solus autem Princeps à communi-  
tate electus potestatem habet, suo imperio obligandi  
voluntatem subditorum ad leges feruandas in  
ordine ad bonum commune, à quocunque condan-  
tur, aut promulgantur. Instituere vero sacramen-  
ta, est instituere signum causatiū gratiæ: cuius  
instituendi potestatem non implicat creatura  
communitari: nam ut dicitur creatura instituere  
sacram. sufficit ut sit causa signi, & gratia per signum  
importar: at potest creatura esse causa, saltem  
moralis, signi, & gratia per signum significar. Confirm. non minùs contritio est signum causa-  
tivum gratiæ, quam sit ipsum sacram. sed ex eo,  
quod peccator virtute sibi à Deo communicata,  
potest posse contritio, nec moraliter causatiū  
gratiæ, dicitur posse causare signum causatiū  
gratiæ;

gratia, ita & gratiam: ergo ex eo, quod creatura virtute sibi a Deo communicata, posset ponere si gaum moraliter causatum gratia, diceret causa talis signi, adeoque sacramenti, & gratia per tale signum importat.

Ad fundam. primus sent. disting. minor, eiusque prob. solius Dei est, conferre efficaciam sacramento potestate auctoritatis, concedo; potestate delegata a Deo communicata, nego. Ad Confir. dist. antec. Institueret est rem statuere simplicitate, nego; est primo rem statuere in suo genere, concedo: creatura autem potestate, sibi a Deo communicata, posset in genere causa. moralis, primi sacramenta instituere; atque hoc sufficit, ut dicatur institutrix sacram. concedo etiam, creaturaz aliam potestatem communicari non posse, quam moralem impetrandi efficaciam sacramentis: nego autem, hoc non sufficere ad causam institutionis sacram. Nec refert, quod huc potestas supponat in Deo decretum de institutione sacram. nam supponit decretum non absolutum, sed conditionatum & dependens a voluntate creature: potuit enim Deus non absolute sacramenta instituere, sed si voluntas humana Christi voluerit illa instituere: sicut voluit Deus nobis gratiam iustificantem dare, non absolute, sed si voluerimus ad actum contritionis cooperari. Vnde licet contrito supponat in Deo decretum de danda gratia, quia tamen supponit illud cum dependentia a nostrâ liberâ cooperatione, verè dicimus causa talis gratiae.

## DISPUTATIO IX.

### De dispositione requisita ex parte ministri.

1. Peccare minister  
2. Sacra-  
menta confi-  
cis.

**C**ONSTRANS est apud Patres, & Scholast. opinio, quam Iuta definivit, peccare Ministerum consecratum, qui in statu mortalis peccati Sacramenta conficit; vnde tenetur huiusmodi minister, in gratia se constitueret, ut digna sacramenta administret, non est autem necesse, ut se in gratia constitueret, confessionem, cum nullum existet de se praecusat, nisi ad confendum sacram. Euchar. ut constat ex Trident. sess. 13. cap. 7. & Cano. 11. sed poterit per Contritionem. Consentient etiam DD. hoc praeceptum non esse positivum ex humano iure, aut diuinâ lege, sed esse ex institutione sacram. independenter ab omni lege positiva, conaturali iure deductum. Sola controversia est, in reddenda ratione, in qua hoc naturale ius fundetur. Caiet. 3. p. q. 64. art. 6. Sotus in 4. dist. 1. q. 3. art. 6. Suar. disp. 6. sess. 3. hanc rationem assignant: quia cum ministri peculiari consideratione sint ad eam sanctum ministerium deputati, ad quod condigne exercendum specialem gratiam acceperunt, tenentur sub praecepto principali agenti se in sanctitate conformare. Limitat Caiet. quando quis ministrat sacram extra casum necessitatis; tunc enim nec laicus, nec sacerdos in statu mortalis peccaret baptizando; quod eo casu non se exhiberet sacerdos, ut ministerum Ecclesie ad tale munus ex officio deputatum, sed tantum subvenit necessitatem patienti. Vasq. 3. p. tom. 2. disp. 136. c. 3. & ali rationem assignant ex eo: quia minister hoc ipso, quo administrat sacram, tenetur se in sanctitate conformare, cum Deo auctore sacram. & cum ipsis sacram. Quia ratio probabilior est,

3. Ratio quare-  
sunt.

4. Ratio Vasq.  
probabilior.

Ex quo colligo, tam ministerum consecratum, quam laicum in casu necessitatis peccare, si minister ex officio deputatus, eo quod ipse non solum tenetur propter reverentiam actionis sacrae, sed etiam, quia ad hanc dignè exercendam peculiarem gratiam accepit.

Obijcies 1. Ergo peccat confirmatus, fidem proficiens in statu peccati, cum ad fidem profitendam peculiarem acceperit gratiam. 2. peccaret Diaconus, ministrando Euchar. & reliqui ministri inferioris auctus sui ordinis exercendo.

Resp. ad 1. disparitatem esse, quia potestas proficiendi fidem non traditur, ut eam in statu gratiae proficiamur, ut potellas conficiendi sacram. actio enim profitendi fidem non est naturâ sive sanctificativa subiecti, sicut actio sacram. quæ per se ordinatur ad sanctificandum subiectum. Ad 2. non destinet, qui affirmat, tam Diaconum in peccato ministrantem Euchar. quam reliquos inferiores ministros, auctus sui ordinis exercentes, peccare. Mithi auctem probabilius est, eos non peccare, quia praedictæ actiones non sunt eiusmodi, ut requirant Deum ut auctorem sanctitatis peculiari modo sanctificandum subiectum, cum ista & que bene ac male fieri possint: & quamvis actio ministrandi Euchar. applicet sacram. sanctificatiuum subiecti, per se ratione non integrat eum cum actione per se sanctificatiua subiecti. A fortiori sequitur, non peccare dupli peccato indigna administrationis, & susceptionis sacram. a sacerdotem, aut Diaconum, qui existens in peccato sibi ministraret Euchar. sed solum peccare peccato indigna susceptionis sacramentalis.

Hinc colligo 1. Cur exercere auctus lupetum. in statu peccati, peccatum non sit, quia nimic nulli rei sacramentaria sit, cum auctus non sint per se peculiari deputatione sacri, ut est sacramentum.

2. Cur non peccet Episcopus. Christma in statu peccati benedicendo, vel sacerdos, sacramentalia exercendo: quia huiusmodi auctioes non sunt per se ordinatae ad immediate sanctificandum subiectum.

3. Contra Caiet. non peccare mortaliter (nisi forte ratione scandali) in mortali concionantem: quia nec actio concionandi est peculiari deputatione sacra, nec per se ordinata ad sanctificandum immediate subiectum.

### Qualis intentio ad validitatem sacramenti requiratur?

**M**ULTIPLEX distinguitur intentio: Alta est interpretativa & in causa; alia formalis & in effectu: alia absoluta, alia conditionata; alia auctalis, alia virtualis, alia habitualis.

1. Ceterum est, interpretatiua & in causa non sufficere, sed requiri formalem. Vnde non consideraret sacerdos, qui praevidens se in ebrietate prolaturum verba consecatoria; voluntarie se inebriaret, & in ea ebrietate proficeret verba consecatoria super certam materiam. Nec baptizaret, qui praevidens se in somno baptizaturum, & in somno postea debitam materiam & formam super certam personam applicaret. Ratio: intentio ministri requiritur ut principium proxime imperans actionem sacram. cum enim debeat esse libera, & humano modo applicari, necessario requirit auctum voluntatis liberum, a quo. ut a principio proxime imperante proficiatur. Secus vero est in suscipiente sacram. in quo intentio interpretativa, & in causa

9. Nec exercens  
actum super-

10. Nec concio-  
nator.

11. Intentio pura  
interpretatio-  
na & in  
causa, non  
sufficit ad  
validè effi-  
ciendum sa-  
cramentum.

in causa sufficit. Quia voluntas recipiendi sacram. solum requiritur in subiecto ut dispositio; in ministro vero ut principium efficiens sacram. effectus autem non necessario postulat presentiam dispositio- nis, sicut postulat presentiam causae efficientis, à qua recipit esse. Dices. voluntas interpretativa in causa sufficit ad merendum, & demerendū; ergo & ad effi- ciendum sacram. quia non maior intentio requiri- tur ad sacram. quam ad actionem meritioram, vel demeritoriam. Antec. prob. Si quis prævidens, ex aliquā honesta actione se martyrium passum, si postea det operam tali actioni, & in phrasem in- tidens, martyrium patiatur, dicitur verè martyr; vel si quis prævidens, se in ebrietate inimicum occi- sorum, & postea voluntarij inebriatus illum occidit, est homicida, & ut talis punitur.

Resp. neg. conseq. quia; ut actus sit merito- rius, vel demeritorius, non est opus, ut compa- retur tanquam causa ad effectum bonum, vel ma- lum; sed satis est, si terminetur ut ad obiectum honestum. at vero ut intentio ministri sit sufficiens ad sacram. comparari debet ad illud, ut causa ad effectum: quo sit, ut actus possit esse meritior, vel demeritorius per solam voluntatem in causa; quia potest voluntas in causa per modum actus terminari ad obiectum honestum, vel turpe. Quid autem homicidium in ebrietate secutum impure- tur, ut proprius effectus ei, qui voluntarij se inebriauit, non imputatur illi ut effectus humano modo ab eo operatus, sed solam interpretatię; quia mortaliter se gerit, ac si humano modo occideret. Quod vero martyrium suum effectum tribuat, etiam ratione caretri, per solam voluntatem in causa, ideo est, quia voluntas suscipiendo martyrium non habet ad illud ut causa efficiens, sed tantum ut disponeans, sicut voluntas ad suscipiendum sacra- mentum.

2. Certum est, ad validitatem sacram. requiri inten- tionem absolutam, nec sufficere conditionata, nisi que sacram transeat in absolutam. Primum pater; in- tentio enim quæ ad sacram. requiritur, debet esse efficax & operativa, quia debet esse principium ope- ratuum actionis sacram. at sola intentio absoluta est efficax & operativa, cum conditionata nihil ponat in esse. Secundum constat: quia intentio condi- tionata, quæ posita conditione, transit in absolu- tam, & quia ualeat absolute.

An sacram. sub conditione de futuro impensum, valeat de praesenti, v.g. Ego te abfoluo si restiteris, ex protesso tuo. seq. ubi de Pœnitentia:

3. Indubitatum est: sicut actualis intentio necessa- ria non est ad conficiendum sacram. eò quod illam semper adhibere, moraliter est impossibile; ita habi- tualem non sufficere, quia illa non est proximum prin- cipium actionis sacram. cum possit esse in dormien- te. Est igitur necessaria, & sufficit virtualis, quæ vit- eute perseveret in aliqua externa actione, à ministro imperata, & directa ad opus sacramentale exequen- dum, & non dum moraliter reuocata per temporis interruptionem.

4. Ut intentio misisti valida sit ad conficiendum sacram. debet ad certam personam, certamque ma- teriam dirigiri; cum quia hoc indicant formæ sa- cram. quæ per pronomina Tē, vel, Hoc, certas per- sonas; certamque materiam designant: Tum quia intentio, quæ requiritur ad sacram. est operativa; non est autem operativa, nisi ad certam personam, certamque materiam dirigatur: quo sit; ut si quis intendat absoluere Petrum, & sit Paulus, absolu- tio sit nulla, quia intentio non fuit nisi ad Petrum directa; secus si intendat absoluere hunc, quem pu-

tat esse Paulum, cum tamen sit Petrus: quia tunc intentio non fuit ad Paulum directa, sed ad hunc, & quia intentione non fuit exclusus Petrus. Eadem ratione, si quis intendat consecrare unam tantum hostiam, non consecrat alias. Si vero intendat con-secrare quidquid habet praesens, et si paret, unam tantum esse hostiam, omnes consecrat. At si quis habens praesentes decem, intendat unam conse- crare vagè, nullam consecrat, quia intentio debet ferri ad materiam certam. Est autem peculiare in matrimonio, quod non modò invalidum est, quando intentio fertur in unum, & revera est alius, sed etiam, quando fertur ad hunc, qui tenetur esse unus, & revera est alius, nisi forte qui contrahit, in- tentionem habeat contrahendi cum hoc, quicun- que sit. Ratio: persona circumstantia in hoc sa- cram. est substantialis, ac proinde ignorantia ipsius, sicut reddit consensum non voluntarium, ita nullum sacramentum, quod supra voluntarium contractum fundatur.

## DISPUTATIO X.

Quæ cui necessaria sacramenta?

**Q**UÆRITVR: quæ sacramenta sunt necessaria necessitate medijs, quæ verò necessitate præcepti? Ratio dób. quia eadem videtur necessitas medijs, & præcepti: si quidem necessitas medijs, est necessitas rei ad salutem ne-cessarię: sed observatio præceptorum est res ad sa- lutem necessaria, sine qua nulli contingit salus: ergo quidquid est necessarium necessitate præcepti, est etiam necessitate medijs; quidquid necessarium ne-cessitate medijs, etiam præcepti, cum vobisquisque teneatur per necessaria media propria salutem operari.

Communis setit: est, differre necessitatem medijs a necessitate præcepti; præcipue quia, quæ sunt ne-cessaria necessitate medijs, per se & immediatè con- fertunt ad salutem consequendam: quæ necessitate præcepti tantum, solum conferunt ad remouenda peccata, quæ sunt impedimenta ad salutem: at vni- cum medium, quo salutem consequimur, est gratia iustificationis; ergo erunt necessaria necessitate medijs ea, quæ hanc gratiam conferunt. Porro gratia iu- stificationis, aut est prima, quia homo acceptatur in amicitiā Dei: aut secunda, quia in acceptā amici- tiā crescit: medium autem necessarium ad salutem, non est gratia s. sed prima: ergo soluta ea, quæ per se sunt instituta ad consequendam gratiam s. erunt necessaria necessitate medijs. Ea autem sunt in du- plici difference: quædam connaturalia gratia, & ut contritio, & quæ contritio per se supponit, ut actus fidei, spei & charitatis: quædam ex sola institu- tione diuina; ut Baptismus hominem regenerando, confert gratiam s. simpliciter; Pœnitentia, eundem reparando, confert primam respectuè ad hominem lapsum: Reliqua vero sive interna opera, sive exter- na sacram. sicut non conferunt, sed solùm augent gratiam s. ita non sunt necessaria necessitate medijs, sed præcepti tantum.

Intea ea, quæ sunt necessaria necessitate medijs, ut connaturali gratia, & ea quæ ex sola institu- tione diuina, hoc interest, quod priora sunt necessaria in te; hec excusat ignorantia inculpabilis illo- rum, ut possit quis sine illis in re habitus, salutem co- sequi: quamvis enim possit excusari, ne nouum pec- catum

catum compicat fieri tamen non potest, ut absque illis salutem consequatur: cum decretuerit Deus, nemini suam gratiam, quæ est unicum medium ad salutem, conferre, nisi saltem præcesserint media connaturalia gracie, quando non possunt haberi media ex diuinâ volvate iustitia. Posteriora vero non sunt necessaria in re, sed tantum in voto, aut explicito, si illa in mente venerint; aut implicito, si illa menti non occurserint. Ratio: priora semper sunt in nostra potestate, saltem temporâ; quiuis enim potest prioribus auxilijs bene vivendo, ad posteriora paucatim disponi, donec vberiore gracia aspirante, actum contritionis eliciat. Posteriora non sunt in nostra potestate, vel ea scire, si inuincibilem ignorantiam illorum habeamus; vel ea suscipere, si eorum copia non suppetat. Vnde ad diuinam pœnitentiam pertinuit, ut quoties eorum, quæ ex diuinâ ordinatio ne instituta sunt, ut media ad salutem necessaria, copia non suppetret, suppleri possit per ea, quæ sunt connaturalia gracie, & quæ in nostra potestate sunt libertate.

**4.** *Alia necessaria.* Inter ea autem, quæ ex diuinâ institutione sunt meas præcepti, alia modij ex diuinâ institutione sunt. Inter ea ad 1. gratiam, & ea, quæ necessitate præcepti tantum, hoc ab aliud discrimen intercedit; quod etsi neutra quandoque in re, sed in voto tantum necessaria sunt, adhuc tamen ea in voto tantum habita, diverso modo ad finem conferunt: nam priora conferunt ut media per se ad finem conducentia, cum sint per se causa prima gratiarum, quæ est unicum medium ad salutem necessarium; cum enim voluntate medij succedat loco medij, sicut medium confert 1. gratiam, ita etiam illius votum. Contrà vero, quia obseruantia præcepti non confert 1. gratiam, ita neque votum eiusdem, confert primam gratiam, sed ad summum secundam.

**5.** *Donum personaliter à multis causis.* **DICAS.** Donum perseverantiae est necessarium ad salutem consequendam: sed hoc haberi non potest nisi per obseruantiam præceptorum: ergo obseruantia præceptorum est necessaria necessitate medij. **RESP.** Donum id à multis pendere, à Deo principaliiter, per peculiaria auxilia & specialem protectionem; à Christo meritorie: ab actibus charitatis & contritionis dispositiū; à reliquis virtutibus & obseruantia præceptorum cum imperiū, cum ut à causa remouente impedimenta. Quare etsi id donum aliquo modo penderet ab illa, ut à causa per se influente in assecutionem finis, sed solum ut à remouente impedimenta, quæ si adessent, finis assecutionem impeditent.

**6.** *Aliqua necessaria necessitate medij, ut super pluri non posse.* Notandum, eorum quæ necessaria sunt necessitate medij iure quasi connaturalitatis, aliqua esse quæ per alia nullo modo suppleri possunt, sed semper, & in omni casu necessaria sunt in re ipsa: huiusmodi sunt fides, & spes, quæ semper necessaria sunt, sive sunt, iustificatio fiat actu contritionis, sive sacramento Baptismo, vel Pœnitentiâ: cum tam comitatio supponat essentialiter fidem, & spem, quam digna suscepit Baptis. & Pœnit. quæ essentialiter requirit in adulto attritionem supernat. hæc necessariò supponit fidem & spem. At vero contrito, quæ est medium connaturale ad salutem, non semper est necessaria in re ipsa, nisi quando currit præceptum de illa, cum possit iustificatio fieri per Baptis. vel confessionem, cum sola attritione, & voto tantum seruandi præceptum contritionis tempore, quo obligat.

**7.** *An obseruantia præceptorum, in ipso contritione voto inclusa, necessaria sit necessitate modij, an tantum præcepti nonnulli opinantur, necessaria?*

tate medijs; Alij præcepti. Distinguo; vel ea consideratur, ut quid integrans naturam contritionis, & sic est necessaria necessitate medijs: vel ut quoddam explicatum propositum de præceptorum obseruantia, saltem ratione distinctum ab ipso contritionis actu, quo pacto non habet rationem medijs, sed integrat unum cum obseruantia præceptorum.

**Collige 1.** Medium interdum præcipi & tunc non solum habere necessitatem medijs, sed etiam præcepti: ut autem scias, quænam media cadant sub præceptum, distinguere medium ab ipsa causa medijs, & dicitur medium cum sit habitus gratiae & charitatis, non cadere sub præceptu; præcepta enim non dantur de habitibus, sed de actibus, qui tantum sunt sub nostra immediata potestate; cadere autem sub præceptum causas producentes, sive disponentes ad medium, ut contritionem, quæ ultimam disponit ad gratiam, & Baptismum ac Pœnitentiam, quæ sunt morales causæ gratiarum. Quare cum dicimus, aliquid esse necessarium necessitate medijs, nomine medijs, non solum venit prima gratia, quæ est medium formale, sed ea, quæ ad eam immediatè conferendam sunt instituta.

**DICAS.** Etiam obseruantia præceptorum disponit ad gratiam. **RESP.** Disponere remotè, sicut actus moraliter boni. **CETERUM** quæ veniunt sub nomine medijs, aut sunt ultimæ dispositiones & cause gratiarum, aut saltem actus, qui immediatè & essentialiter ad ultimam dispositionem prærequiruntur, ut actus fidei, spei, & charitatis: obseruantia autem præceptorum, nec immediatè, nec essentialiter ad ultimam dispositionem gratiarum prærequiritur: vel enim ea possunt inculpabiliter ignorari; vel potest nondum currere tempus illorum; vel contingere potest hominem esse impotentem ad ea obseruanda, cum tamen sine actibus fidei & spei, impossibile sit actum contritionis elicere.

**Collige 2.** Tria sacram. tantum in lege Euang. esse necessaria necessitate medijs, duo singulis Baptismu & Pœnitentiam; Tertium communilitati, nempe Ordinem, sine quo Pœnitentia ministrari non potest. **Ratio:** quoniam hæc tantum sunt ad primam gratiam instituta.

**Dificultas** est de Euchat. an sic instituta ad primam, vel saltem ad postremam gratiam conferenda, siquidem verae gratia est ad salutem necessaria.

**An Eucharistia sit necessaria necessitate medijs, an tantum præcepti?**

**PRIMA** sent. est quorundam recentiorum affirmantium, esse necessariam necessitate medijs, saltem in voto suscepit, ut saluent etiam parvulos habere votum implicitum huius sacram. inclusum in Baptis. acto suscepto: **Henrig. l. 4. def. sacram. seu Pœnit. l. 1. c. 2. n. 1. Probant 1. auth. S. Thos. 3. p. qu. 73 art. 3. & q. 79. art. 1. ad 1. & qu. 80. art. 11.** vbi docet tam parvulus, quam adultis dari gratiam in voto huius sacram. sine quo nemini patet ad salutem aditus. **2. Ex Ioan. 6. Nisi manducaveris carnem Filii hominis, non habebitis vitam in vobis.** Ex simili autem forma, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu S. &c. colligimus necessitatem medijs in Baptism. Vnde multi Patres hanc manducactionem spiritualem extendunt etiam ad parvulos, qui præcepti capaces non sunt, sunt tamen capaces medijs. **3. Ex eod. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, habebit vitam aeternam,** & ego resuscabo eum in nonissimo die: & qui manducat hanc panem vives in aeternum: quæ cum intellegi ne-

ligi nequeant de necessitate ad 1. gratiam, intelligi saltem debent de necessitate ad ultimam. 4. Ibid. *Sicut misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem: & qui manducat me, ipse vivet propter me: ergo sicut Pater est unicum principium vita Filii, ita Eucharistia est unicum medium vita spiritualis animæ. 5. Non minus ad salutem est necessaria ultima gratia, quam prima: sed ad primam instituta sunt Baptismus & Pœnit. ergo ad ultimam Eucharistia. 6. Hæc instituta est ut cibus animæ ad spiritualem vitam alendam: cibus materialis est necessarius ad vitam corporalem, ita Eucharistia. 7. Hæc aliquo casu confert 1. gratiam, ex disp. 4. selt. 5. quando attritus bona fide accedit cum invincibili ignorantia peccati oblii ad Euchar. ac proinde est necessaria necessitate medij, ut ex selt. præced. quo conferunt primam gratiam.*

**SECUNDÆ sent.** Duran. in 4. dist. 9. qu. 2. Palud. qu. 1. art. 1. §. *Aliæ sacra. & reliq. scolast. negantum, Euchar. esse necessariam necessitate medij, ne in voto quidem suscepit; sed solum necessitate præcepti, quo præbabilitot est, presertim cum opposita non nitarur solidè Scripturis, Patrib. Concil.*

Fundam. gratia finalis (de qua tantum est con-  
trouerbia) est peculiaris effectus diuinæ prædesti-  
nationis, cum Deus eam liberali sua voluntate elar-  
giatur, cui vult, ut constat de paruulis morientibus  
cum solo Baptis. in quibus nullum præcessit vo-  
tum Euchar. quia omnes votum supponit aetum,  
qui succedit loco rei, cuius est votum. Pater eriam  
in adulto, qui in extremo constitutus, post viaticum  
mortaliter peccavit, & deinde per Pœnit. abs-  
que voto Euchar. quam amplius sumere non te-  
netur, iustificatus decadit: hic enim consequitur  
gratiam finalem, & non in voto Eucharistæ.

Neque dicas, illam dari intuitu Eucharistæ an-  
tē suscepit: hæc n. suscepit per accidens se habet  
ad talem gratiam, cum illa sit interrupta peccato;  
& alioqui auxilia, quibus hic homo iustificatur,  
non conferantur intuitu Euchar. hæc n. ea auxilia  
non exigit in peccatore. Confir. quo sunt necessaria  
necessitate medij, obligant ad ea habenda, ante-  
quam ex hæc vita discedatur, quando aetū haberi  
possunt: ergo si Euchar. esset necessaria necessitate  
medij ad finalem gratiam, obligaret moribundum,  
qui post suscepit viaticum incidit in pec-  
catum, ad iterum, post talis peccati confessionem,  
suscipiendam Euchar. antequam ex hæc vita dis-  
cedat; quod nemo dicet. Antec. prob. quando re  
ipsa haberi potest Baptismus, vel Confessio, non  
sufficit illorum votum; sed necessaria est actualis  
suscepit, ut patet in proposito casu; in quo non  
sufficit, ut moribundus habeat tantum votum fa-  
ciendi Confessionem, sed tenerit illam aetū face-  
re, si habeat copiam confessarij. Imò non potest ha-  
bere efficax votum illius, si dum potest, illam non  
facit; quia votum est per ordinem ad actualem sus-  
ceptionem sacram. ergo &c. sicut quia Confessio  
est necessaria necessitate medij, obligat moribundum  
ad illam repetendam, antequam ex hæc vita  
discedat, non obstante, quod paulo antè illam fe-  
cerit, & per conditionem sit à nouo peccato com-  
missio iustificatus.

Ad 1. oppositæ sent. Resp. vel S. Thom. loqui de  
necessitate præcepti, vel per votum intelligere na-  
turalem inclinationem & ordinem, quem cætera  
sacra, dicunt ad Euchar. ut ad suam ultimam per-  
fectionem, & finem. Ad 2. ex verbis cit. non po-  
test colligi necessitas medij, cum ea forma præci-  
piendi Scriptura utatur etiā in ijs, quo sunt ne-  
cessaria sunt necessitate præcepti. Nisi efficiamini,

sicut paruuli isti &c. Parres explicandi sunt de man-  
datione spiritualiter per fidem, quam paruuli  
recipiunt in Baptis. Ad 3. ea loca explica, vel de  
necessitate morali, non physicâ; quia cum hoc sac-  
ram. institutum sit ad conferendam peculiarem  
gratiam à peccatis præteriuam, ob maximam  
eius utilitatem, & efficaciam, censetur moraliter  
necessarium ad perseverandum in gratia; vel de  
necessitate præcepti remouentis impedimenta, quo  
consecutionem æternæ vitæ impedi possunt.

Ad 4. non oportet, citatam similitudinem quo-  
ad omnia verificari, sed in eo tantum, quod sicut  
Pater dat vitam Filio, per naturalem generatio-  
nem, ita Christus, dat & conservat vitam animæ,  
per unionem sacram. Ad 5. nego conseq. cum nul-  
la autoritate constet, ad finalem gratiam institu-  
tum esse aliquod sacram. sicut ad primam, ut ma-  
iori cum cautela negotium salutis nostræ operem-  
tur. Ad 6. Eucharistia non comparatur cibo ma-  
teriali quoad necessitatem simpliciter, alioqui cum  
cibus materialis resarcire debeat humidum radicale,  
quod per necessariam actionem caloris na-  
turalis continuo deperditur, necessarius esset in  
omni ætate, & tempore; sed tantum quoad aug-  
mentum vitæ; nam cum cibus spiritualis ordine-  
tur ad alendam vitam gratia, quo non nisi actione  
prævæ liberæ deperditur, non erit necessarius, sicut  
cibus materialis. Addo, quod sicut non est ad vitam  
corporis hic determinatus cibus necessarius, sed  
aliquis vagæ, ita neque ad vitam spiritualer animæ  
necessarius erit hic determinatus cibus sacram. sed  
aliquis vagæ, qui esse potest vel per hoc sacram. vel  
per alia opera bona. Ad 7. dist. 1. conseq. Euchar.  
confert 1. gratiam per se, & ex primaria sua institu-  
tione, nego; per accidens, & ex secundaria concedo.  
Ut sit necessaria necessitate medij, debet per se,  
& ex primaria sua institutione ad primam gratiam  
conferendam ordinari.

## DISPUTATIO XI.

### De Baptismo.

#### SECTIO PRIMA.

*An & quando Baptismus fit à Christo  
institutus.*

**E**T si multi heretici negant, Baptismum  
esse ad salutem necessarium, ut Pelagiani.  
test. August. lib. de heres. cap. 88. & aliqui  
nostri temporis heretici, apud Bellarm. lib.  
1. de Baptis. cap. 4. nullus tamen haecenus ex ijs,  
qui Euangelium admirerunt, negavit, illum fuisse  
à Christo institutum: cum expresse sit Ioan. 3. Ni-  
siquis renatus fuerit ex aqua & Spiritu S. non potest  
intrare in regnum Dei: Marchæ vlt. Baptizantes eos  
in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: Marci  
vlt. qui credideris & baptizatus fueris, saluus eris.  
Vnde nullum peculiarem Can. de institutione hu-  
ius sacram. habet Trident. sest. 7. ubi de hoc sacra-  
mento agit, contra hereticos. Quare sola contro-  
versia est de tempore quo à Christo fuit institutus.

**PRIMA sent.** affimat, illum à Christo institu-  
tum fuisse post suam passionem: Alens. 4. pa. qu. 8.  
me. 2. art. 3. Alb. in 4. dist. 3. art. 3. Mayro qu. 1.  
Censent  
post passio-  
rem.  
quam

quam probabilem censer *Canus lib. 8. de locis Theol. c. 5. post init. eamque indicat S. Thom. 3. p. qu. 73. art. 5. ad 4. priori resp.* in qua admittit, Baptismum fuisse tempore posterius sacramento Eucharistie,

3.  
Tertull.

*Prob. 1. authoritate Patrum. Tertullianus lib. de Baptis. medi. docet, Apostolos ante Christi passionem non fuisse baptizatos Baptismo Christi, sed Ioannis, eo quod nondum Christi Baptismus institutus erat: Vnde quando apud Joann. 4. dicuntur Apostoli baptizasse, explicat hic author de Baptis. Ioannis: Itaque tinebant. inquit, discipuli eius, ut ministri, ut Ioannes ante Præcursor, eodem Baptismo Ioannis, ne qui alio patet, quia non exstat alius, nisi postea Christi, qui tunc utique à discentibus dari non poterat, ut ipso nondum adimpleta gloria Domini noster instructa efficacia lanacri per Passionem & Resurrectionem: quia nec mors nostra dissolusi posset, nisi Dominus passione, nec vita restitui, nisi resurrectione ipsius.*

*Chrysostomus homil. 28. in Ioann. post init. Quid si quis percontaretur, quid amplius in Ioannis Baptismate & discipulorum fuerit? Nihil respondebimus. Verumque enim similiter spiritus expers erat, et unam eandem baptizandi causam habebat, ut scilicet Christo reconciliaret baptizatos. Quibus significat, Baptismum Ioannis fuisse Christi ante passionem.*

*Theophilactus in 3. cap. Ioann. verba; Post hec venit Jesus &c. qui quoad omnia consentit Chrysostomo, & concludit: Baptizans igitur discipuli Christi Baptismus, qui nibil habebat amplius, quam Baptismus Ioannis: ambo enim imperfecti, & nondum habentes spiritum: eademque virtus causa, ut adducantur ad Christum baptizandi. Leo I. epist. 4. decret. ad Episcopos Sicilia cap. 3. definit Baptisma confendum esse die Paschatis, eo quod illud institutum sit post resurrectionem Christi. Ipsa igitur, inquit, operis qualitas docet celebranda generaliter gratia, eum esse legitimum diem, in quo orta est & virtus munieris, & species actionis. Ad cuius rei confirmationem plurimum valeat, quod ipse Dominus Iesus Christus, postquam resurrexit à mortuis, discipulis suis, in quibus omnes Ecclesiarum Praesules docebantur, & formam & potestatem tradidit baptizandi, discens: Euntes ergo nunc, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. De quo utique eos etiam ante passionem potuisset instruere, nisi propriè volnisset intelligi, regenerationis gratiam ex sua resurrectione capisse. Et cap. 6. Et tunc, inquit, regenerationis potentiam sanxit, quando de latere ipius profluxerunt sanguis redemptionis, & aqua Baptismatis. Rupertus in 3. cap. Joann. verba: Nisi quis renatus fuerit ex aqua &c. sic scribit: Scindendum autem non confessum hoc dicto cepisse sacramenti huius celebrari virtutem: sed nec quamdiu idem Dominus noster Deus immortalis, homo inter homines degit nostram indutus mortalitatem. At ubi resurgendo ipse à mortuis regnare caput, priorq; in regni sui gloriam intravit. tunc primum cuperunt renasci, qui viderunt regnum Dei, videlicet per Baptismum commoriendo, & conresurgentendo, illi datatunc primum regulabaptizandi ab eodem docente: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, &c. Non enim, pergit, per Baptismum Ioannis, vel per aliquod aliud remedium cuiquam poterat aperiri hic, de quo nunc agitur, introitus regni Dei, priusquam ipse Rex per passionem suam acquireret regnum Dei, priusq; per aquam & sanguinem de latere suo profluentem, ipsum condere sacramentum Baptismi. Et pauld infra: Igitur, de causa, vel visitate, circumcisio ita differendum est, ut pariter intelligamus, quod relle ex tunc cessare debuerit, ex quo moriente Christo in cruce, Baptismi sacramentum conditum est. Ratio: Baptismus*

est institutus in symbolum mortis & sepulturae Christi, ad Rom. 6. Quicunque baptizati sumus in Probat. bas Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consecratione patris enim sumus cum illo per Baptismum in mortem, ad Colossi. 2. Consepoliti ei in Baptismo. Igitur non debuit ante passionem institui. Confirm. quando Christus Apostolos ad prædicandum misit Matth. 10. Marci 3. Luca 9. nullam mentionem fecit Baptismi, sed tantum potestatis curandi infirmos, & dæmonia ejiciendi, cum tamen maxime debuisset huius sacram, mortio fieri, si institutum fuisset, cum sit sacramentum fidei, & ad salutem necessarium. Contrà verò illius facta est mentio Matth. vlt. quando Christus ad cœlos ascensurus discipulos per totum mundum ad prædicandum misit. Igitur non fuit ante passionem Christi institutum.

*SVCUNDI sent. affirmat, Baptismum fuisse à Christo institutum ante ipsius passionem, tametsi obligare non incepit, nisi per Christi resurrectionem, quando promulgatum fuit per illa verba Matth. vlt. Euntes docete omnes gentes baptizantes fuisse anno eos in nomine Patris, &c. ita teliqui Scholastici cum Magist. in 4. dist. 3. & cum S. Thom. 3. p. q. 66. art. 2. passionem. Quæ sent. longè probabilior: docuerunt Cyrillus Alex. lib. 2. in Joann. cap. 75. & 76. August. tract. 5. in Ioann. fine: Vbi docet, baptizatos Baptismo Ioannis debuisse iterum baptizari baptismu Christi, eo quod Baptismus Ioannis non erat sufficiens ad salutem: contrà verò baptizatos à Iudâ non debuisse iterum baptizari, quia Baptismus, quem Iudas conferebat, erat Christi: Iudas autem, ut ex Euang. coosstat, non potuit baptizare, nisi ante passionem Christi. Et tract. 15. post. init. de Baptismo Christi, Baptizabat, inquit, Iesu, quia ipse mundabat: non baptizabat, quia ipse non tinebat. Præbebant discipuli ministerium corporis, præbebat ille adiutorium maiestatis. Et pauld post libi ostijcens: Sed forte ait aliquis: baptizat quidem Christus in spiritu, non in corpore. Ad quod responderet: quasi verò alterius dono, quā illius quisquam etiam sacramento corporalis & visibilis baptismatis imbuatur. Vis nosse, quia ipse baptizabat, non solum spiritu, sed etiam aqua: Eadem docet epist. 108. ad Selen. Hanc tradit Catechismus Rom. de Baptis. 5. Sed duarum. Ratio: cū legamus Ioann. 3. & 4. Christum ante suam passionem per discipulos baptizasse, nulla est ratio negandi, illum suisse Baptismum Christi, ac proinde ante ipsius passionem institutum: non v. probabile est, quod notauit August. cit. Epist. discipulos Christi baptizasse Baptismo Ioannis, alioqui, ut sapienter in 3. cap. Ioann. nota 32. aduertit Toletus, nulla fuisse causa contentionis inter discipulos Ioannis & Iudeos, ut ibid. Evangelista indicat. Videntes n. discipuli Ioannis discipulos Christi baptizantes, conquesti sunt apud Ioann. quod ausi sint baptizare. Si autem baptizasse Baptismo Ioannis, nullam habuissent causam querelæ, quia tunc baptizarent nomine Ioannis, & eius Baptismo. 3. ex Euangel. nam discipuli Ioannis ira moti, quod discipuli Christi baptizarent, hanc rem deferentes ad suum magistrum non dicunt, quod discipuli Christibaptizant, sed quod Christus baptizet: Rabbi, quiesce tecum trans Iordanem, tu tu testimonium peribuiisti, ecce hic baptizat, & omnes venirent ad eum: cū tamen Ioann. cap. 4. expressè dicat, Christum non baptizasse, sed eius discipulos. Ideo autem discipuli Ioannis id dixerunt, quia licet discipuli Christi baptizarent, non tamen virtute, & nomine proprio, sed Christi, adeoque dicebatur per eos Christus baptizare. Quod dici non potuisset, si illi nomine & Baptismo Ioannis baptizassent: quia tunc*

4.  
Chrysost.

5.  
Theophil.  
Euseb.

6.  
Leo I.

7.  
Ruperto.  
Abbas.

8.

Probabilis  
Baptismus  
institutum  
fuisse anno  
Christi  
passionem.

10.  
prob. 2.  
ratione.

IL  
3 ex textu  
Euang. collig.  
genu.

10ann. 1

tunc potius dicere debuissent, quod Ioannes per Apostolos baptizaret: ille n. dicitur per alios baptizare, cuius nomine baptizatur.

12. *Ecclesiastica.*

Accedit congruentia, cur hoc sacram. institui debuerit ante passionem: quia cum sit iuncta ad reliqua sacram. sive quo, iuxta legem à Deo statutam, nequeunt aliorum sacram. effectus participari, congruum fuit, ut institueretur ante Euchar. & Ordinem, quæ duo sacram. cum instituta sunt in ultimâ cœnâ, ex Trident. sess. 22. Can. 2. debuit Baptismus ante hæc sacram. ac proinde ante passionem institui. Neque est illa ratio asserendi, Christum cum Discipulis suis dispensasse, ut in illis Baptismus non supponeretur ad reliqua sacram. prælestum cum videamus, in reliquis sacram. hunc ordinem seruatum esse. Nam prius fuerunt Apostoli ordinati Sacerdotes: *Hoc facite in meam commemorationem*, ut Trident. cit. loco defuit, quæ potestate accepérint absoluendi à peccatis, cum hanac accepérint post resurrectionem, Ioan. 20. *Accipite Spiritum S. quorum remiseritis peccata*, &c. Vnde Augustinus cit. Epist. ad Seleuc. ex illis quæ Christus Ioan. 13. Petro dixit *Qui locutus est, non indiget, nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus; colligit, Petrum ante lotionem pedum fuisse baptizatum.*

13. *Validus probabilitatis sent.*

Verum adhuc superest controversia de tempore, quo ante suam Passionem Christus hoc sacram. instituerit. Magister, quem sequuntur Scholastici, docet, illud instituisse eo tempore, quo Christus baptizatus fuit à Ioanne. *Quod valde probabile est*: ut docet cit. Catechis. Rom. Quin addunt aliqui, quod verissimum est, statim Ioannem fuisse à Christo, proprio Baptismo Christi baptizatum: idque colligunt ex illis, quæ Ioannes Christo dixit, *Ego à te debeo baptizari. Cui Christus non negavit, se illum baptizaturum*, sed respondit: *Sine modo: sic enim decet nos implere omnem iustitiam*. Quasi diceret: exequere quod nunc dico: postea ego te ipsum baptizabo.

14. *Matt. 3.*

Intertur 1. Christum non fuisse à Ioanne baptizatum Baptismo Christi, qui nondum institutus erat, sed Ioannis. Non n. decebat, Christum baptizari Baptismo, quem ipse institutus erat pro peccatoribus: nam quamvis dignatus sit circumcidere, & baptizari Baptismo Ioannis, eo quod hæc erant sacramenta antiquæ legis, quæ Christus non venit soluere, sed adimplere, Matt. 5. non tamen debuit baptizari Baptismo proprio, quem institutus erat pro peccatoribus in lege Euang. ut nec decuit, ipsum confirmari, vel inungi. 2. Baptismus Ioannis gratiam ex opere operato non conferebat, sicut Baptismus Christi: ut ipse Ioann. affirmauit Matt. 3. *Ego quidem baptizo vos in aqua, qui autem post me venturus est, baptizabit vos in Spiritu sancto & igni*. Vnde merito Trident. sess. 7. Can. 1. de Baptismo, anathemate damnat, quidixerit Baptismum Ioannis habuisse eandem vim cum Baptismo Christi. Cæterum, An Baptismus Ioannis fuerit uniuocè sacramentum cum sacramentis nouæ legis, negant aliqui: sed non video causam, prælestim si admittam, ut supra cum communī sent. de ratione sacram. non esse, perfectam sanctitatem conferre, sed eam tantum significare, & aliquam imperfectam & legalem saltem causare. Cum igitur Ioannis Baptisma fuerit symbolum Christi Baptismi, & signum gratiæ per illum dandæ, & aliquam saltem legalē sanctitatē baptizatis contulerit, non est, cur negem, illum fuisse verum, & uniuocè sacramentum cum nostris. 3. Christus non solum suis manibus baptizauit Ioannem, sed etiam alios. Est n. verissimile, Christū suis manibus pro-

15. *Discrimen inter baptismum Christi & Ioannis.*

Vide hoc de refusis a 1. B. 39.

16. *Christum suis manus aliquos baptizasse.*

priam matrem baptizasse, & saltem Petrum: quin addit Henr. lib. 2. de Bapt. cap. 5. n. 3. baptizasse etiam Andream Petri germanum, & filios Zebedæi.

Ad argum. oppositæ, citatos Pates aliqui explicate conantur, non de institutione, sed de obligatione, ut nimirum baptimus ante passionem non obligauerit, esto fuerit institutus. Vix tamen ipsorum verba hanc explicationem admittunt. Verius igitur cum Vasquez disp. 140. cap. 2. dicendum, eos in ea fuisse sent. proper quorum autoritatem opposita opinio nulla est censuræ nota digna.

Ad rationem resp. quod Baptismus institutus sit in symbolum mortis & sepulturæ Christi, nihil obstat, quo minus ante ipsius mortem institui potuerit, ut nihil obstar, quo minus sacrificium Eucharist. quod institutum est ad representandum cruentum crucis, institui potuerit ante sacrificium crucis: cum possit institutionis signi anticipati ad significandam rem futuram, respectu cuius dicitur signum prognosticum; postquam vero res significata de futurâ transiit in præteritam, idem signum dicitur rememoratum. Ad confirm. neg. necessarium fuisse, ut Christus mentionem faceret de potestate baptizandi, cum suos discipulos ad prædicandum misit: *Quia cum nondum baptismus esset sub præcepto, necesse non fuit, peculiarem mentionem illius facere, sicut de illo facta est post Christi resurrectionem, quando cessante veteri legi, baptismus coepit omnes obligare.*

17. *Ad rationem.*18. *Ad confir.*19. *Matth. vlt.*

## S E C T O II.

## In quo Baptismi essentia consistat?

**D**plex assignari potest baptismi essentia, Metaphysica, Physica. Metaphysicè definiti potest: *Signum sensibile collatum gratiæ regenerationis in Christo*: Per priora verba, genericè conuenit cum reliquis sacram. nouæ legis; per ultimam particulam, ut per propriam differentiam discriminatur à reliquis sacram. nouæ legis, quæ non regenerant, sed vel genitos in Christo alunt & roborant, vel eos vitâ supernat. destitutos resuscitant, & ad spiritualem vitam revocant: Est igitur gratia regenerationis in Christo, quæ hominem transfert à statu peccati, in quo nascitur, ad statum gratiæ, & adoptionem filiorum Dei, ut definit Trident. sess. 6. cap. 4. ex illis Christi, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu S. In qua notat Tolentus annot. 8. in Græco non legi, renatus, sed genitus: quia nimirum baptismus gignit hominem Deo, communicando illi primam gratiæ nativitatem, per quæ constituitur adoptiūs filius Dei, & hæres æternæ vitæ*. Baptismus igitur, non per gratiam regenerationis, quæ est effectus, & posterior baptismi, sed per ordinem ad illam constituitur sacramentum essentialiter diuersum à reliquis, quæ virtus spiritualis generationem non conferunt, sed supponunt, vel amissam restituunt,

**DICENS.** Etiam contritio conferre potest generationem vitæ supernat. ut si non baptizatus, perueniens ad perfectum rationis usum, eliciat aetum contritionis, vel amoris Dei super omnia, consequitur gratiam justificantem; quæ, quia transfert hominem à statu peccati, in quo natus est, ad statum adoptionis filiorum Dei, dicitur gratia regenerationis in Christo. Resp. multiplex esse discrimen inter baptismum, & contritionem. 1. baptismus est per se institutus ad regenerandum hominem in Christo, *Nisi quis renatus fuerit &c.* sc. ad pbyssicè condendū originale; ex cuius deletione homo primò transferetur

20. *Metaphysicè definiti baptismus.*21. *Ioan. 3.*22. *Discrimen inter ca.*23. *Gr. b. spiss.*24. *metam. fidei*

transfertur ex statu peccati in statum gratiae, & adoptionis filiorum Dei. Contritio vero per se instituta est ad delenda personalia, per accidens ad delendum originales, quando reperitur coniunctum cum personalibus. 2. Baptismus statim reddit baptizatum capacem glorie, quia vna cum peccato totam penam condonat, tam eternam, quam temporalem: Contritio non statim per se reddit contritum capacem glorie, sed post expiatam penam temporalem, quae adhuc condonata culpa manet luenda. 3. Baptismus insignit hominem speciali charactere, quo sit de familia Christi: Contritio nullum imprimat speciale signum, quo contritus specialiter fiat de familia Christi. 4. Baptismus reddit subiectum reliquorum sacram. capax, quod non facit contritio. 5. Baptismus dicitur peculiari ratione regenerare hominem in Christo; quia communicat illi gratiam ex opere operato Christi, quam ut optimus parens suis filiis proceruit altiori ac nobiliiori titulo, quam illa nobis promeruerisset Adam, si in ea sanctitate, in qua conditus fuit, perseverasset.

Physicè definiti potest: *Symbolum sensibile constans ex aqua naturali tanquam ex materia remota, & ablutione tanquam ex materia proxima, & forma expressiva tum actionis ministri in baptizandum, tum trium Divinarum personarum in unitate essentia collatum gratiae regenerationis. Breuius Catechismus Rom. de Bapt. §. Quid autem: Baptismus est Sacramentum regenerationis per aquam in verbo. Dicitur Symbolum sensibile, in quo genericè conuenit cum reliquis sacram. quae omnia etiam antiquæ legis sunt symbola sensibilia, utpote instituta pro hominibus, qui ex sensibilibus notitiam ducunt. Dicitur ex aqua naturali, ut definiunt Concilia, Florent. in decreto. de unio. Armen. §. Primum omnium, & Trident. sess. 7. de Bapt. can. 2. constat ex perpetua Ecclesiæ traditione, & verbis Christi: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua: Quia intelligenda de aqua vera & naturali, demonstrat locus Act. 8. Et dum venerunt ad quandam aquam: ait Bunuehus Reginæ Candacis Philippo: Ecce aqua, quid prohibet me baptizari? tum testimonium illud Pauli: Mundans lauacro aqua in verbo vita. Nec obstat, quod Ioannes de Baptismo Christi Matth. & Luce 3. dixerit, illum futurum esse in Spiritu sancto & igni: Marci, Ioann. 1. Act. 1. in Spiritu sancto: nam vel pro igni Ioannes intellexit cœlestem gratiam, per quam significare voluit, suum baptismum discriminari à Baptismo Christi: Aut certè indicare voluit igoem, quem Christus in die Pentecostes missus erat in Apostolos. Quod autem Baptismus Christi dicitur ex Spiritu S. non excluditur aqua naturalis, sed solum explicatur effectus, qui est, regenerare hominem per gratiam à Spiritu S. infusam. Leg. Catech. Rom. de sacram. Bapt. Ex his deducitur nullam aquam artificialem esse aptam materiam Baptis.**

*Dicitur, tanquam ex materia remota, & ablutione tanquam materia proxima: baptismus n. non est aqua, sed ablutio: unde nisi aqua abluat subiectum, cui applicatur, non sit baptismus. Quanta autem, vel qualis debeat esse ablutio, ut ad sacram. sufficiat, omnes conueniant, eam quantitatem sufficere, quæ moraliter homo dici possit ablutus; siue fiat aspersio, siue immersio, vnicâ, geminâ, triplâ, nil refert ad validitatem sacram. Quin et si baptizandus in aquam immergatur, modo cetera non desint, erit vere baptizatus, etiam si immersus moriatur: quidquid aliqui in oppositum opinentur.*

*Infertur, non fore baptizatum, quicquid in vestibus ablueretur, vel in solis partibus excres-*

mentirijs, ut in capillis, vnguis, sed necesse esse, ut aliqua pars, aut membrum hominis aqua tingatur. An autem quamlibet vel minimam partem hominis, ex gr. digitum abluere, sufficiat ad validitatem sacram. affirmat Vsq[ue]z disp. 145. cap. vii. quia Innocentius IV. iubet, puerum in periculo mortis baptizari in quacunque parte minimâ corporis: & per quamlibet partem, etiam minimam ablutam, homo dicitur simpliciter ablutus.

Confir. si probabile non esset, quamlibet minimam partem hominis abluerere, ad Baptismum sufficere, non potuisse Pontifex præcipere, ut in eâ parte puer in periculo mortis baptizaretur; cùm nec in periculo mortis licet sacramentum ministrare, nisi quando saltus probabile est, illud validè confici posse. Unde quia probabile non est, verum sacram. applicari posse pueru in matris utero existenti, prohibet Paulus V. in suo Rituali, ne pueru intra matris uterum existenti, ne in mortis quidem periculo, Baptismus applicetur.

Negant probabilitas alij, quamlibet minimam partem abluta hominis ad Baptismum validè perficiendum sufficere. Quia sicut non quævis minima ablutorio sufficit ad denominandum hominem simpliciter ablutum; ita nec quævis minima pars hominis abluta sufficiet ad baptismum. Nec obstat, quod Pontifex in casu necessitatis præcipiat, puerum esse in quavis minimâ parte corporis baptizandum: nam hoc tantum probat, oppositam sententiam esse omnino improbabilem, quod ultra fatetur, & assero, puerum in periculo mortis baptizandum esse in quavis corporis parte; si autem superuixerit, iterum esse sub conditione baptizandum, quod ceteri etiam concedunt. Monet autem in suo Rituali Paulus V. de Bapt. §. De baptiz. parvulis, quod antea docuit S. Thom. 3. p. q. 68. ar. 11. puerum in periculo in capite baptizatum, non esse iterum sub conditione baptizandum: Contra vero in quocunque alio membro baptizatum, iterum esse sub hac conditione baptizandum: *Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris &c.*

Dicitur, ex forma expressiva actionis ministri: nam debere actionem ministri in baptismo exprimi, docet Floren. cit. vbi definiit, in baptismo exprimentum esse actum, qui per ministrum, ut per instrumentum in baptizandum exercetur: Si exprimatur actus, qui per ipsum exercetur ministru[m], cura S. Trinitatis inuocacione, perficitur sacramentum. Cuius rei causam suprà assignauerat: *Quoniam cum, inquit, principalis causa, ex qua baptismus virtutem habet, sit S. Trinitas, instrumentum autem sit minister, qui tradit exterius sacramentum, si exprimitur &c. Idem docet Catech. Rom. de Bapt. §. Sed duarum: & colligitur ex illis Christi: Baptizantes eos: quibus exprimitur actio baptizantis in baptizandum. DICES. Græci per illam formam, Baptizantur seruus Christi &c. validè baptizant, ut definit Florent. loco not. sed per hanc formam non exprimitur actus baptizantis in baptizandum: igitur expressio actus baptizantis in baptizandum non spectat ad validitatem sacram. Resp. neg. minor. nam optimè per imperium exprimitur actus ministri in baptizandum: qui n. imperat actum, maximè illum exercet, cum non possit illum imperare, nisi in illū potestate habeat. Ceterum etiam si Græci priuato errore putent, non esse ministri, sed solius Dei actum in baptismo exprimentum, non tollitur, quo minus applicando debitam materiam & formam per generalem intentionem faciendi, quod fecit Christus, vel facit vera Ecclesia, conficiant verum sacram. priuatus enim error validitati*

Secundum.

Tertiuum.

4.

5.

24. Physicè definiti potest: *Symbolum sensibile constans ex aqua naturali tanquam ex materia remota, & ablutione tanquam ex materia proxima, & forma expressiva tum actionis ministri in baptizandum, tum trium Divinarum personarum in unitate essentia collatum gratiae regenerationis. Breuius Catechismus Rom. de Bapt. §. Quid autem: Baptismus est Sacramentum regenerationis per aquam in verbo. Dicitur Symbolum sensibile, in quo genericè conuenit cum reliquis sacram. quae omnia etiam antiquæ legis sunt symbola sensibilia, utpote instituta pro hominibus, qui ex sensibilibus notitiam ducunt. Dicitur ex aqua naturali, ut definiunt Concilia, Florent. in decreto. de unio. Armen. §. Primum omnium, & Trident. sess. 7. de Bapt. can. 2. constat ex perpetua Ecclesiæ traditione, & verbis Christi: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua: Quia intelligenda de aqua vera & naturali, demonstrat locus Act. 8. Et dum venerunt ad quandam aquam: ait Bunuehus Reginæ Candacis Philippo: Ecce aqua, quid prohibet me baptizari? tum testimonium illud Pauli: Mundans lauacro aqua in verbo vita. Nec obstat, quod Ioannes de Baptismo Christi Matth. & Luce 3. dixerit, illum futurum esse in Spiritu sancto & igni: Marci, Ioann. 1. Act. 1. in Spiritu sancto: nam vel pro igni Ioannes intellexit cœlestem gratiam, per quam significare voluit, suum baptismum discriminari à Baptismo Christi: Aut certè indicare voluit igoem, quem Christus in die Pentecostes missus erat in Apostolos. Quod autem Baptismus Christi dicitur ex Spiritu S. non excluditur aqua naturalis, sed solum explicatur effectus, qui est, regenerare hominem per gratiam à Spiritu S. infusam. Leg. Catech. Rom. de sacram. Bapt. Ex his deducitur nullam aquam artificialem esse aptam materiam Baptis.**

25.

Ioann. 3.

Ad Eph. 5.

27.

Quævis ablutio sufficiat.

29.

Non sufficit  
minima  
partis abluti-

31

32

33

34

Dices.

35

Res.

validitatis sacram. non obest. modò ad illud cætera concurrent. Maior difficultas est de aliâ forma indicatiuâ, quâ nunc Græci vtuntur. vt constat ex eorum Rituali. Sed dicendum, etiam per huiusmodi formam exprimi a quum ministri exercitè, vt disp. 2. sect. 4.

Deducitur, baptismum non in solâ ablutione passiuâ, sed etiam in actiuâ consistere; quatenus illa non solum passiuè recipitur in subiecto, sed etiam actiuè procedit à baptizante. patet: nam si vel passiuâ ablutio non actiuè applicetur à ministro, etiam si recipiatur in subiecto, velut si baptizandus pluviâ ablueretur, etiam si minister illa proterret, *Ego te baptizo, non fieret sacram, vel contrà;* si minister actiuè applicaret ablutionem, si tamen baptizandus illam in se non reciperet, nullum fieret baptismus. Igitur neutra per se ad baptismi validitatem sufficit.

<sup>37</sup> *Necessaria tria personarum in una essentia expressio.*

Est etiam ad essentiam baptis. necessaria trium diuinorum personarum in vnâ essentiâ expressio, ut colligitur ex Christi verbis: *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus S. adiunctâ traditione, & Ecclesiæ autoritate: siquidem, ut recte vocauit Bellarm. lib. I. de Baptis. cap. 3. ex ijs præcisè sumptis non cogimus afferere, invocationem diuinatum personatû in vnâ essentiâ esse in formâ baptismi necessariò exprimendam cum possint verba Christi intelligi, vel de potestate à Deo acceptâ, in cuius virtute Apostoli baptizabant, vel de fide S. Trinitatis, quam docendi essent baptizandi, Accedente autem traditione & autoritate Ecclesiæ, certum omnino est, hanc diuinarum personarum in vnâ essentiâ expressionem necessariam esse ad validitatem baptis. Ita Scholastici cum Magist. in 4. dist. 3. S. Thom. 3. p. 9. 66. art. 5. Prob. 1. huius diuinarum personarum expressionis mentio sit in 49. Can. Apost. Secundò. Can. Multis, & Can. in Synodo, de consecratione dist. 4. expresse habetur, omnium diuinarum personarum expressionem necessariam esse ad validitatem baptis. Hoc quoque, inquit Canon. 2. obseruari in predicta Synodo Sacerdotes voluerunt, ut qui vel unam de Trinitate personarum in baptismo non nominaret, illud baptismus esse verum non posset. Quod pro certo verum est: quia qui unam ex S. Trinitate confessus non fuerit, perfectus Christianus esse non potest. 3. eand. veritatem definit Floren. cit. quam plurimi Patres tradiderunt, apud Bellarm. cit. Prob. 4. cum hoc sit primum sacram. quo homo recipitur ad Christi fidem. congruum fuit, ut in eius collatione exprimeretur principio at potissimum mysterium Christianæ fidei, sc. S. Trinitatis, ut in ipso Religionis ingressu homo intrueretur de principali mysterio, quod esset tota vita professurus.*

<sup>40.</sup> *Sed quibus nominibus debeant personæ diuinae in forma baptismi exprimi.*

Colligitur, personas diuinæ in formâ baptismi exprimendas esse proprijs nominib. quibus illæ solent communiter concipi & explicari ab hominib. nempe sub nominib. Patris, Filij, & Spiritus S. nō Genitoris, Geniti, Spirati, quib. non solèt explicari.

Vlt. dicitur collatum gratie regenerationis: quibus exprimitur ordo huius sacram. ad proprium effectum & finem, propter quem est institutum, qui est regenerare homines in Christo, faciendo illos ex filiis Diaboli filios Dei, & heredes vitæ æternæ. Ceterum non gratia regenerationis, quæ est effectus huius sacramenti, sed ordo ad illam est essentia huius sacramenti.

<sup>42.</sup> *De netissimo baptismo expedientur duplo & conson.*

Rogas, i. quando hoc sacram. cœpit obligare? Omnes ferè conueniunt, baptismum obligare cœpisse post Christi resurrectionem, quando vetus lex cessavit, nouâ per Apostolos promulgata: quod

P. Amici Tomus VII.

etiam docuit Casheebis. Rom. cit. 2. an baptismus sit necessarius omnib. necessitate præcepti medijsque, constat ex præced. disp. quâ definiti, quæ sint necessaria necessitate præcepti, quæ vero medijs. Quæ autem simultas materiæ cum formâ necessaria sit, quæque mutatio sufficiat ad hoc sacramentum irritandum, constat ex disp. 2.

### SECTO III.

#### Quisnam sit baptismi minister?

<sup>43.</sup> *Minister huius sacramenti ordinarius, & extraordi-*

**D**plex est baptismi minister; alter ordinarius & ex officio; alter extraordinarius, & in casu necessitatibus. Etsi non defuerint, qui putarunt, non quemcunque hominem in casu necessitatibus posse hoc sacram. ministrare, sed auctos Ecclesiæ ministros, ut putauit Caluin. lib. 4. Inst. cap. 15. à nn. 20. citans pro se August. aut saltem baptizatos, ut docuisse videntur Concil. Eliberit. in Hispaniâ an. 305. sub Marcello I. cap. 38. vbi: *non nisi laicorum regenerationis habens potest, inquit, in necessitate infirmatis baptizare; & Gregorius XI. Can. Quos de consecrat. dist. 4. qui iubet, à Paganis baptizatos esse rebaptizandos. De quâ etiam quæst. dubitauit August. eamque indecisam reliquit lib. 2. con. Epist. Paremni. cap. 13. Verum hoc tempore nulli Catholico amplius dubitare licet, cum ex pressè definitum sit à Florent. in decreto de unio. Armen. §. Primum: b. in causa, inquit, necessitatibus non solum Sacerdos, vel Diaconus, sed etiam laicus, vel mulier, imò paganus & hereticus baptizare potest, dummodo formam seruat Ecclesiæ, & facere intendat, quod facit Ecclesia.*

<sup>44.</sup> *Inferrit 1. baptizatos ab hereticis non esse re-*

Inferrit 1. baptizatos ab hereticis non esse rebaptizandos, quod ex decreto Trident. sess. 7. can. 4. & 11. constanter seruat Ecclesia. Oppositum huic veritati docuit Cypria. cum 71. Episcopis Afric. in Cartag. II. quod Concil. quoad hoc reprobatum fuit à Stephano Papa per propriam epist. quam idem Cypria. impugnauit, ut in 1. Concil. p. 1. pag. 147.

<sup>45.</sup> *Inferrit 2. posse in casu necessitatibus filium baptizari à proprio patre, vel matre: nec propter hoc amittunt ius perendi debitum coniugale, ut declarauit Ioan. VIII. & referrit Can. ad. limina 30. qu. 1. & expressit in suo Rituali Paulus V. de minist. Baptis. codem modo possunt parentes in casu necessitatibus circa proprios filios exercere munus patrini, non contraactâ cognitione spirituali. Difficultas est, An si extra casum necessitatibus id faciant, spirituale cognitionem contrahant. Affirmant multi apud Suarez in comment. ultim. art. q. 67. negat probabilitus ipse ibid. cum alijs.*

<sup>46.</sup> *Ad Concil. Eliberit. resp. illud tantum docete, in casu necessitatibus possit baptizare, qui baptizatus est; non negare, non baptizatum baptizare non posse: Gregorius autem idem aubet, à Paganis Baptizatos iterum esse baptizandos, quia supponitur ab illis, ut potest posteriorum nostræ Fidei ignoraris, non sive adhibita omnia ad hoc sacram. necessaria. Ratio, cur quicunque homo ad hoc sacram. ministrandum sufficiat, ea est: quia illud non solum, ut reliqua sacram. nullam requirit in ministro probitatem, sed neque est actus iudicij, quod antecedenter iurisdictionem in ministrante supponat: neque fundatur in aliquo civili contractu, cuius validitas pendeat ab Ecclesiâ. Ex alia parte, cum sit necessitatis, debuit posse casu necessitatibus à quo quis ministrari. Est autem in baptizando debitus ordo seruandus, ut etiam casu necessitatis*

*Explicitur Concil. Eliberit. & Gregorius XI.*

47

48

minus dignus cedat digniori; ut non baptizatus baptizato, fœmina viro (nisi pudoris causa deceat fœminam potius, quam virum baptizare infantem nondum editum) non clericus clericu, reliqui clerici Sacerdoti. Difficultas tamen est, an hunc ordinem inuertere sit mortale. Communiter affirmant Doctores, quando hic ordo non seruatur erga Sacerdotem, cui ex officio incumbit hoc sacram. ministrare; aut erga Diaconum, cui ex commissione Sacerdotis, hoc ipsum competit, licet negent in reliquis: tametsi nonnulli putant, præferre infideli fideli in baptizando, esse etiam mortale, quia sit iniuria sacramento. Ceterum nota, in hoc ordine inuerendo facilè interuenire posse causam excusationis.

<sup>49.</sup>  
An diacono excommunicato, an præferendus sit non Sacerdoti, aut laico non excommunicato. Affirmat Henr. lib. 2. de Bapt. cap. 28. Negat Nauar. in sum. 6. 22. n. 7. Ego cum Coninck q. 67. art. 5. d. b. 2. distinguo, de Sacerdote, vel Diacono excommunicato ab Ecclesiâ tolerato, & tunc præferendus est laico, vel non clericu: secus si non sit ab Ecclesiâ toleratus, ut publici hæretici, nominatim excommuni-  
catis, & notorij clericorum percussores.

50.

Nota, et si in casu necessitatis voicuique licitum sit, alterum baptizare, haud tamen vnicuique licitum est, sed soli Sacerdoti, solemniter baptizare. Vnde quicunque clericus Sacerdote inferior, sine commissione Sacerdotis, solemniter baptizauerit, graviter peccat, & irregularitatem incurrit, quia exercet actum ordinis, ad quem non est promotus.

51.

DICES: ergo etiam irregularitatem incurrit, si absque necessitate non solemniter baptizat: nam etiam tunc exercet actum ordinis, ad quem non est promotus. Resp. neg. conseq. nam ad contrahendam irregularitatem requiritur, ut actus ille ordinis, ad quem clericus non est promotus, solemniter ab eo exerceatur, ut communiter docent Doctores in cap. Si quis, de clero non ordinato mi-  
nistrante, in quo specialis mentio sit de baptizante.

<sup>52.</sup>  
Soli Diacono posse com-  
mitti solemniter bapti-  
zandi mu-  
nus,

Quod soli Diacono possit hoc munus solemniter baptizandi à Sacerdote committi, prob. 1. id docet Catech. Rom. de Bapt. §. Iam ver. 2. soli Diacono, quando ordinatur, ab Episcopo, dicitur, quod debeat baptizare. 3. Diaconus est proximus minister Sacerdotis. Vnde in necessitate potest Sacerdos illum substituere in ijs omnibus, quæ non sunt propria muneris Sacerdotalis.

53.

At, inquires, non tantum Diaconus, sed quiuis alius inferior clericus, imo & laicus potest ex commissione Pontificis solemniter baptizare: cùm n. munus solemniter baptizandi non sit de iure diuino, sed Ecclesiastico, poterit Pontifex, qui suprà totum ius Ecclesiast. potestatem habet, illud cuiuscunq; committere: ergo hoc non est proprium Diaconi. Resp. concessio antec. neg. conseq. propt. n. Diaconi est, ut possit ex commissione solius Sacerdotis solemniter baptizare, quod non possunt reliqui Diacono inferiores, nisi ex commissione sommi Pontificis. Haec tenus de ministro extraordin.

<sup>54.</sup>  
Minister  
ordinarius  
Presbyter.

Minister verò ordinarius & ex officio duo requirit necessariò, & certum gradum Ordinis, & iurisdictionem aliquam; cùm licita huius sacram. administratio duo requirat, & dignitatem personæ administrantis in certo gradu Hierarchico in Ecclesiâ constitutæ, & iurisdictionem aliquam, vel in baptizandum vel in Christianam rem publ. ad quæ admitti debet baptizandus; sine quorum alterutro validum quidem sit baptismus, non tamen licitum. Ordo autem ad dignam huius sacram. administra-

tionem, est Presbyteratus: ita Florent. in decret. de unio. Arm. §. Primum omnium: Minister, inquit, huius sacramenti est Sacerdos, cui ex officio competet baptizare. Quod multò anteà docuerat Clemens Rom. lib. 3. Apost. constitut. cap. 11. vbi, Neque reliquis Clercis, inquit potestate baptizandis facimus, ve lectoribus, cantoribus, ianitoribus, aut ministris. nisi tamen Episcopis & Presbyteris, ministrantibus Diaconis. Quod autem præter Ordinem Sacerd. iurisdictione aliqua ad licitam & dignam huius sacram. administrationem requiratur, velex eo constat: quod baptizare, est baptizatum admittere in Ecclesiam Dei: ergo ad eos ex officio spectat baptizare, qui auctoritatem habent admittendi in Ecclesiam Dei: hi autem sunt Episcopi in suis Diocesis, & Parochi in suis Parochijs: his .n. cùm sint principes Ecclesiæ, incumbit cura per baptismum aggregandi homines in Ecclesiam Dei.

<sup>55.</sup>  
Iurisdictione  
requirita.

Confir. si baptizandi sunt filii Christianorum, ad eos spectabit iure illos baptizare, sub quorum iurisdictione, & potestate erant ipsi baptizandorum parentes: si Gentilium, ad eos pertinebit, sub quorum Diocesi baptizandi velint baptizari: ac proinde semper ad Episcopos, vel Parochos ius baptizandi pertinebit. Nec refert, quod Gentilis baptizandus sub nullius spirituali iurisdictione, antequā baptizetur, sit; nam hoc ipso, quod petit baptismum, sit subditus illius Diocesis, in quam per baptismum admitti petit; proinde hoc ipso tenetur legibus illius Diocesis: vnde non potest à simplici Sacerdore illius Diocesis, iurisdictionem non habente, baptismum petere.

<sup>56.</sup>

Confirm.

## S E C T I O IV.

An possint plures eundem baptizare?

<sup>57.</sup>  
D

Vpliciter possunt; vno modo vt causæ totales, singuli integrum materiam & formam applicantes: alio, vt causæ tantum partiales, vt unus tantum materiam, aliud solum formam applicaret; vt casu quo unus esset mutus, qui formam proferre non posset, & aliud mancus, qui abluerre non posset, an tunc validum esset baptismus?

Communis Scholast. sent. in 4. dist. 3. 4. 5. 6. S. Si unus Thom. 3. p. q. 67. art. 6. ad 3. negat, posse talem baptismum esse validem. Ratio: vt validè baptismus ferat, & conferatur, debent verba formæ verificari: non verificantur autem, si à non abluentे proferrentur: igitur non posset in eo casu baptismus validè confitri. Maior patet: verba sacram. causant vt vera, vt constabit insta de Euchar. Minor prob. verbum Baptizō significat externam ablutionem corporis, per quam denotatur interna ablutione animi: igitur non verificatur prolatum ab eo, qui non abluit.

Respondent Marsilius in 4. qu. 4. ar. 4. dub. 11. RUB. q. 1. fine, Caiet. loco not. §. In resp. ad 3. qui oppositum docent, in eo casu hominem non esse baptizandum formam Ecclesiæ Latinæ, Ego te Baptizo, sed vel Græcæ, baptizaretur seruus Christi, vel in plurali, nos te baptizamus. Sed contra primum; forma Græca eatenus legitima est, quatenus conformatur Latinæ, vnde in ea saltem exercitè significatur actio ablutiua vt præcedens à proferente: hoc .n. ut sent. 2. ex Floren. ostendimus, requiriatur in omni legitimo baptis. Contra secundum: vt verba, nos te baptizamus, verificari possint, debent proferri ab abluento. Cum .n. non significant, nisi externam corporis ablutionem, & hæc non procedat à proferente verba, non poterunt à non abluento proposita.

<sup>58.</sup>

Si unus

formæ pro-

cessat, &

alio mate-

riam appli-

cet, Baptis-

mus nullus.

<sup>59.</sup>

Respondens.

60.  
Instante.  
lata verificari. At instant: sicut duo iudices, quorū, neuter sine altero possit legitimam sententiam ferre: adhuc verum diceret, si quis illorum pronunciaret, nos sententiam ferimus. Item sicut duo eundem nauim trahentes, vel eundem librum scribentes, alteruter verum diceret, si pronunciaret, nos nauem traximus, hunc librum scripsimus: ergo etiam verum diceret, qui simul cum altero eundem baptizans, uno tantum abluite, altero formam proferente, pronunciaret, nos hunc baptizamus. Resp. neg. conseq. nam in sententiā à duobus iudicibus lata est aliquid, quod auctiū procedit à proferente sententiam: ut in tractione nauis, aut scriptione libri, est aliquid, quod auctiū procedit à proferente verba: quæ per consequens possunt ab uno tantum prolata verificari. At vero nihil est in externā ablutione, quod auctiū procedat à proferente verba nos te baptizamus; tota enim procedit ab altero, qui formam non profert. Sententia à duobus iudicibus lata includit imperium viriusque iudicis; tractione nauis, & scriptio libri, impulsu, & inscriptio nem, viriusque trahentis, scribentisque: proinde ratione illius, quod in ipso effectu à proferente verba ponitur, possunt verba ab uno tantum prolati verificari.

61.  
Dies.  
Dicitur.  
62.  
Dicitur.  
63.  
Viges.  
Respon.  
64.  
In quo casu  
possit bap-  
tizans a  
duobus simul  
confessari.

DICIES etiam in baptismo est aliquid, quod procedit ab ipso, qui tantum formam profert, baptismus n. est sacramentū: quod præter ablutionem includit formæ prolationē. Resp. dist. anteced. in baptismo ad æquatè sumpto est aliquid, quod procedit à proferente formam, cōced. inadæquatè sumptu pro sola ablutione, nego: & quia sola externa ablution significatur per *Tib* Baptizo vel *Baptizamus*, id est nihil est in baptis, prout significatur verbo *Baptizo*, vel *Baptizamus*, quod sit à solo proterē verba. Ad prob. cōcedo baptismū ad æquatè sumptū constat ex ablutione & prolatione, esse sacram. nego, esse sacramentum inadæquatè tantum sumptū pro sola externā ablutione corporis, quo pacto significatur verbo *Baptizo*.

Vrgebis. Qui profert verba sacram. ponit formam sacram. ergo ponit aliquid ab ipso procedēs. Resp. dist. conseq. ponit aliquid circa significatum verborum, nego, at ponere deberet, ut verba verificari possint respectu proferentis: ponit verba ut signa ad placitum rei significatæ, & tantum materialiter, non ponendo formale significatum ipsorum, ut à verbis, ego te Baptizo, importatur, concedo. Hoc autem non sufficit, ut verba verificari possint respectu proferentis. Sicut non verificantur verba respectu illius, qui nauim non trahens, diceret, nos nauim trahimus: quia verba verificari debent, prout significant: quia igitur hæc verba: Ego te baptizo, vel Nos te baptizamus, significant externā ablutionem, ut auctiū procedentem ab ipso, qui verba profert, non poterunt verificari, nisi qui ea profert, simul eorum significatū ponat. Ceterum, dato, quod non ad essent, qui baptizarent, nisi mutus, qui verba proferre, & manus, qui abluerere non posset, & vrge ret necessitas, puto baptismum fore dandum, per ablutionem unius, & prolationem alterius: cum in casu necessitatis melius sit, conferre baptismū dubium quam nullum, ita Suarez disp. 23. sect. 3. h. Ad vte. vero confir. DICES: ergo par ratione applicari possit remedium legis naturæ infantis existenti in utero matris, cum melius sit dubium remedium adhibere, quam nullum. Resp. neg. conseq. hoc enim est omnino improbabile, & ab Ecclesia, ut scilicet seq. damnatum; non illud: neq; in extremā necessitate licetum est, ut ad conficiendum sacram. tali medio: semper licitum est, ut medio non improbabili, & P. Amici Tom. VII.

ab Ecclesia permisso, quando probabilius, & certius habere non possumus. Sicut nullo casu extrema necessitatis dare possumus absolutionem sacram. per litteras pœnitenti absenti: possumus eam dare per signa tantum doloris; ut seq. tom.

Quoad 2. partem controvēfīe, an scilicet plures ut causæ totales possint eundem baptizare, singulis simul abluentibus & proferentib. distinguendus est multiplex modus, quo plures possint concurrere.

Primus est, si omnes accedant cum absoluta voluntate baptizandi: & tunc si omnes simul absolvant eodem instanti, omnes baptizant. quo casu non multiplex, sed unum confertur baptisma; illæ n. ablutiones & prolationes ordinantur ad unum effectum in anima causandum, in ordine ad quem omnes accipiunt numericam unitatem: non secus ac multæ particulæ consecratæ ab eodem sumptu, non sunt plura, sed unum sacram. per ordinem ad unam refractionem spiritualem, ad quam, mediante unam cœlestionem, illæ ordinantur. Si vero unus alios in baptizando præueniret, tunc qui primus materiam & formam absolveret, conferret sacram. alijs nihil efficientibus. 2. Si uterque intenderet baptizare sub hac conditione, nisi alter baptizauerit: tunc solus qui primus absolveret, baptizaret: Si vero simul eodem instanti absolverent, nullus baptizaret: cum in eo casu non esset maior ratio, cur portius unus, quam alter baptizaret: nec potest uterque baptizare, cum uterque eo casu habeat intentionem, non baptizandi, si alter baptizaret: Consequenter non posset eo casu, in quo uterque simul materiam & formam absolveret, verificari intentione baptizantis. 3. Si uterque intenderet baptizare sub hac conditione, si alter baptizauerit, quo casu neuter baptizaret: tum quia talis conditio est contra naturam baptismi, qui nequit conferri baptizato. Vnde velle baptizare Petrum, si alter eundem baptizauerit, est, velle Petrum iam baptizatum rebaptizare, quod est contra naturam baptismi, qui iterari non potest. Tum quia tali casu intentione unius destruet intentionem alterius; intentione enim unius esset baptizare, si alter prius baptizasset, unde supponeret alterum iam baptizasse. Similiter intentione alterius supponeret alterum prius baptizasse: & consequenter uterque supponeret, alterum prius baptizasse, quod implicat, cum nequeat uterque, sed alteruter tantum prius baptizasse: & consequenter cum talis mutua intentione simul verificari non possit, neuter eo casu baptismū conferret; cum hoc ad sui validitatem pendaat ab intentione baptizantis, quæ quando implicat verificari, simul implicabit baptismus.

Potes: An saltē eo euentu sequeretur baptismus, si uterque simul eodem instanti materiam & formam applicaret. Resp. si intentione utriusque baptizantis esset, baptizare, si alter prius baptizasset, tunc nego, nullum futurum baptismū: quia eo casu neuter altero prius baptizaret. Si autem intentione esset baptizare, si alter simul cum ipso baptizaret, tunc aio, uterque simul baptizaturū: quia tunc utriusque intentione verificaretur, hoc ipso, quod uterque materiam & formam eodem instanti applicaret.

## SECTIO V.

*Quodnam subiectum fit capax baptismi,  
eiusq; effectus?*

Certa sententia est solos, & omnes homines statim 70. Dogma fidic. atque ex utero matris excluduntur usque certissimum. ad instantem

ad instans mortis exclusiū, non modò qui semi-nali via ex Adam propagantur, sed etiam qui mīca-calosè à Deo createntur, capaces esse baptismi,clus-que effectus. 1. Pars patet: ad solos homines bapti-zandos missi sunt Apostoli Mat. vlt. Euntes, do-cete omnes gentes, baptizantes eos. Ratio; soli homi-nes sunt capaces sacramentorum: excluduntur An-geli, & creature hominē inferiores. 2. Constat ex cūt. verbis Christi: Docete omnes gentes, baptizantes eos: & Marci vlt. Prædicat Euangēlium omni crea-tura: qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: nullus excipitur: eosd. n. docet baptizandos, quos præcipit docendos. Ratio; baptismus est principa-liter institutus in remedium peccati orig. quod sicut omnes seminali viā ex Adam propagati contrā-hunt, ita omnes baptismi capaces sunt 3. Pars est certa omnium Scholast. exceptis Gersone apud Alphonse de Castro. v. baptismū, har. 9. & Caiet. 3. p. 9. 68. art. 2. & 11. qui aūsi sunt docere, posse paruu-los adhuc in vtero matris latentes saluari in voto parentum, cum aliquo exteriori signo, & inuoca-tione Trinitatis, ut Caiet. ait. Quām sent. Alphon-sus, & Vega lib. 5. in Trident. cap. vlt. & alij hæreti-cam appellant: cūm sit contra Ecclesiz traditionem; quam constat, nunquam inter sua membra nume-rasse infantes, qui velex baptismō sanguinis ren-a-ti non essent. Contra Concilia: Florent. in decre. de unio. Arm. §. primum omnium scribit sic: cum per primum hominem mors introierit in universos. nisi ex aqua & Spiritu S. renascimur, non possumus, ut inquit veritas, in regnum calorū introire: in definitione de libertis Cano. Circa pueros verd, propter periculum mortis, quod potest sape contingere, cūm ip̄s non possit alio remedio subueniri, nisi per sacramentum baptismi, per quod eripiuntur Diaboli dominatu, & in Dei filios adopiantur, admonet, non esse per 40. aut 80. dies, seu aliud tempus iuxta quorundam obseruantiam sa-crūm baptismū differendum: Tridentinū sess. 6. cap. 4. describens iustificationem impij, ait esse, translationem à statu, in quo homo nascitur filius Iez, in statum gratiæ & adoptionis filiorum Dei: que quidem translatio post Euangēlium promulgatum sine lauacro, inquit, regenerationis, aut eius voto fieri non potest: At paruuli in vtero matris latentes non sunt capaces voti baptis. cūm hot fundetur in proprio actu iustificandi; nec baptismi, cūm non possint aquā tingi: ergo dum in vtero matris ex-i-stunt, nullum habent salutis remedium. Tandem opposita sent. est contra verba Christi Ioh. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua &c. iuxta Partum expli-cationem necessitatēm importantia, quæ in paruu-lis non potest per votum suppleri. Vnde merito Pius V. vtrumque Caiet. commentarium iussit ex sum. S. Tho. in Rom. impress. expungi: & Paulus V. in suo Rituali §. de baptizandis paruulis, tubet ne-minem in vtero matris clausum esse baptizandum. Cæterū etsi Vasquez disp. 1 §1. cap. 2. Caiet opin. hæreticam esse non censat, erroris tamen insimulat, cūm facile Patrum ac Scripturæ testimonijs erroris argui possit.

75. Dic̄s. Potest paruulus intra matris vterū ex-i-stens esse capax baptismi sanguinis, ut infra; ergo etiam fluminis. Resp. neg. conseq. potest n. per mortem matris proles in seip̄sa, ac proinde vere & propriè sanguinis baptismum, qui in morte propter Christum consummatur, participare: nequit per ablutionem matris in seip̄sa ablui, proinde nequit baptis. in ablutione sicutum, in seip̄sa participare.

76. 4. Sc. quod statim ē matris vterū exclusus homo fit baptismi capax, est certum fidei dogma, ex per-petuā Ecclesiz traditione, & Conciliis: Milenita.

II. Cap. 2. Placitis, ut quicumque paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat &c. Anathema sit: Floren. post. loco à Castro, & Vega cit. addit: sed Florentius quam primum fieri potest, debet, nempe baptismus, conferri: ita tamen, quod mortis imminentे periculo, mox sine illâ dilatatione baptizentur etiam per laicos: Trident. sess. 5. can. 4. anathema imprecatur ijs. qui Tridentini contendunt neminem esse baptizandum, nisi cā state, quā baptizatus est Christus. sess. 7. can. 12. 13. 14. Supponit, omnes paruulos ex matris vtero ex-clusos capaces esse baptismi, & solidū contra Anabapt. definit, eos non indigere fide, ut validē baptizati possint: nec esse interrogandos, cūm adolē-rent, an ratum habeant, quod eorum patrini pro ipsis spoponderunt: Innocent. III. cap. Maiores Innoc. II. de baptis. definir. omnibus paruulis proprium reme-dium, quod nullum sexum, vel statem excludat, fuisse à Deo præparatum. Idem præcipit in suo Ri-tuali Paulus V. §. De baptiz. paruulis, ubi ait, ignomi-nente periculo mortis, baptizandum esse infantem in quocunque membro extra vterum matris emissu. Ratio: homo statim ac ex vtero matris ex-cluditur, est capax salutis: sit enim persona di. Ratio. sticta à matre: ergo habere debet aliquod me-dium illam consequendi; sc. baptismum: tales n. infants admittit Deus in regnum cœlorum, Mat. 19. Marci 10. Luce 18. Sinist paruulos venire ad me, talium est enim regnum cœlorum: ubi dicit Lucas, quid afferebant ad illum infants, ut eōs tangeret.

77. Confir. 1. in lege veteri statim ac infans ex vtero matris excludebatur, erat capax sacram. ab origi-nali emundantis: ergo multo magis in lege noua, in qua propter passionem Christi exhibitam, gra-tia est vberior & vniuersalior. Antec. prob. qui ob periculum mortis non poterat expectare diem 8. ut circuincideretur, applicabatur illi sacramentum legis naturæ. 2. Non est maior ratio, cur pueri sint capaces baptismi, antequā perueniant ad usum rationis, & non statim atque ex matris vtero egrediuntur, cūm non maiorem habilitatem acquirat puer ad baptismum recipiendū ante rationis usum, quām habeat statim ē matris vtero editus: De per-petuā amentibus, eadem ratio.

78. Contra senserunt quidem hæretici tempore S. Bernardi, quos confutat epist. 240. quorum Dux, r̄s hæretic. ex Alphonso de Castro. v. baptis. har. s̄tuit Petrus de Brus Narbon. à quo dicti Petrus Brusianus huic suc-cessit Henricus, ex epist. Bernar. à quo dicti Henriciani: Eandem hær. suscitārunt Anabaptistæ, qui negant, dandum esse baptismum infantibus, & damnat Trident. cit. Fundam. horum hæreticorum constabit ex sequenti sent.

79. Colligitur ex Florent. cit. & continua Ecclesie Ep. præcipia praxi præcepit esse, sub mortali obligans, baptizandi paruulos, quām primum cōmodè ac morali-paruulos. fieri potest, ut monet & Paulus V. in suo Rituali.

80. Quinta pars, quid homo sit baptismi capax usque ad instans mortis exclusiū, constat: quamdiu n. est in hac vita, est in statu consequendæ salutis, & habere debet media ad salutem necessaria. Quod non vlt̄rā tale instans, constat ex regula ge-nerali, quid tempus salutis est sola vita præsens, quæ nobis concessa est ut stadium salutis consequendæ: & regula comprehendit etiam infantes, ut non sint post vitam baptismi capaces. Contrà dogma-tizat̄ Cataphryges, qui mortuos baptizare sole-bant; aut vivum in locum demortui non baptizati. Hæc hæresis confutatur Marci vlt. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: manifesto indicio, baptismum non prodesse, nisi ipsi suscipienti.

81. Ultimò; quid etiam miraculosè à Deo pro-creatis,

71. Soli homines  
baptismi ea-  
pates:

72. Et omnes sal-  
tem adulisi.

73. Non antequā  
eu vtero ma-  
tri predās.

Opposita sēr.  
est contra  
traditionem.  
Florent.

Trident.

74. Cætra verba  
Christi.

Cœfura opi-  
nionis Caser.

Cœtra sensio-

Ep. præcipia

82.

Cataphryg-  
es hæres.

83. Non est de

85.  
Miraculosè  
à Deo crea-  
tus capax  
moribiter  
baptizandi.

erat, sunt baptisimi, eiusque effectus capaces, res est certa, si quæstio sit de physica capacitatem; quæ constitit in potentia passiva recipiendi characterem & gratiam regeneratiæ, mediæ ablutione extero; & eam qui quis homo habet, quounque modo sit procreatutus. Difficultas est, de capacitate morali cum obligatione ad suscipiendum baptis. Ratio pro negante parte sumi potest, cum ex verbis Christi, Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua &c.* Ergo supponunt, ut subiectum sit capax spiritualis nativitatis, prius esse natum naturali nativitate: At miraculosè creatus, non esset propriè natus: ergo nec posset propriè renasci. Tum ex fine, propter quem institutum est hoc sacram. qui est emundatio à peccato orig. at miraculosè à Deo creatus, id non contraheret; vt 3. tomo.

86.  
Obligatur  
ad baptis-  
mum.

Sine in pura  
naturâ.

Sine in gra-  
tia sive crea-  
tus.

87.

Ex conforma-  
tione.

88.

Lex obligat  
fine cessante.

89.

Dicendum, huiusmodi homines obligari ad baptismum. 1. Quia licet vitalis productionis non contraherent originale, & ex hoc capite baptismo non indigerent; tamen creari possent in pura natura: ergo adhuc maneret in eis naturalis obligatio, salutem supernam. sibi per baptis. procurandi; quamdiu per reuelationem certus non esset, quod ab ea esset exclusus. 2. Etiamsi tales homines crearentur in gratia, adhuc obligarentur ad baptis. imò tertiore obligazione, quād sive in pura natura; hoc enim ipso, quod conderentur in gratia, eleuati essent ad finem supernat. consequendum, per media à Deo statuta; ac proinde eo ipso facti essent capaces omnium gratiarum, quarum capaces sunt reliqui homines ex Adam propagati; & consequenter sacramentorum, quibus mediantibus varias gratias & dona consequantur: cùm enim non possit homo reliquorū sacram. effectus participare, nisi mediante baptismo, teneretur illum suscipere, vt particeps fieret reliquorum. Confir. huiusmodi homines tenentur conteri de peccatis, si in ea aliquando delaberentur, & omnia præcepta naturalia seruare: ergo etiā tenerentur seruare præceptum de Baptismi Nam posita instructione fidei hic naturaliter obligat ad sui susceptionem, ad consequendam iustificationem peccati otig. & remissionem personalium; quam non possent consequi (saltem certius & facilius) per sacramentum Pœnitentiaz, nisi suscepto Baptismo.

Addo, etiamsi tale homines in gratia etiam confirmarentur, adhuc teneri ad baptis. propter præceptum Christi Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua &c.* Quæ cùm sint generalia, nullum purum hominem, quounque modo procreatutum excipiunt; sicut nec in utero matris sanctificatum; vt Albert. in 4. d. 6. art. 8. fine, & communiter alij: & patet de Ieremia & Ioanne Eapista, qui in utero sanctificari, circumcisii sunt. Nec refert, quod in his cessaret principalis finis baptismi: semper enim lex seruanda est, quamdiu sine iniustitia seruari potest, & si in aliquibus cesset finis, propter quem est instituta: vt patet de lege confitendi semel in anno, cuius finis fuit, vt homo non diu differret reconciliari cum Deo: quo fine adhuc in homine iusto cessante, oblitus, hic ad annuam confessionem: cùm etiam à iusto possit hæc lex absque iniustitia seruari. Ratio: semper præstat obseruantia legis vniuersalis ad publicum bonum. Præsertim quia lex non obligat immediatè ad finem, propter quem est instituta, sed ad medium, quod adhuc cessante fine manere potest; vt maneret baptis, adhuc cessante peccato originali, ad quod delendum principaliter est institutus.

Dic s. Hoc ipso, quod talis homo conditus esset in gratia & in eâ confirmatus, videretur cum

illo Deus dispensasse circa Baptis. & reliqua sacramenta, quæ instituta sunt ad peccata delenda. Resp. nisi hoc reuelatum esset, ex tali confirmatione præcisè colligi non posset: quia potuisse Deus talē hominē in gratia cōfirmare dependenter à susceptione sacram. vt probabile est, hoc pacto Apostolos, & alios in gratia confirmasse.

Potes, an tales homines miraculosè procreari es- sent subditi Ecclesiaz: non videntur posse subdi, nisi dicas Eccle- ratione parentum Christianorum. Resp. Si miraculo- sisè procrearetur apud infideles, non fore subditos Ecclesiaz: secus, si apud fideles: ratio: et si ratione produktionis tales homines nulli subderetur, ratione tamen educationis, necessario deberent subdi illi ciuitati seu Reip. in quā procrearentur: quod verū esset, si tales homines conderentur etiam in ærate virili; nam quoad educationem deberent alicui subdi se. Ecclesiaz. Ex his,

Patet ad posterio. ratione dubit. Ad priorem resp. illa verba, *nisi quis renatus fuerit, non necessario supponere hominem naturali tantum via, sed quacun- que alia productum, per quam supponatur ad regenerationem spiritualem, quæ si medio baptismate, obligari.*

Idemne sub-  
ditus Eccle-  
siaz.

92.

Ad ras dub.  
n. 85.

## SECTIO VI.

Quæ dispositio ex parte suscipientis necessaria fit ad validitatem Baptismi?

Baptismi, ex præced. scilicet susceptiuus, adulterus, & parvulus nondum rationis usum habens; proinde de duplice dispositione. hic dispuo: cum parvulis comprehendendo perpetuū amentes, cùm sic eadem ratio: & Distinguo baptisum à suo effectu: sc. Baptismus est ipsum symbolum sensibile impri- mens in anima characterem collatiuum gratia regeneratiæ: Effectus ipsius est ipsa gratia regene- ratiæ cum remissione totius culps & penit. Vnde potest baptismus separari à suo effectu, quia po- test quis accedere cum dispositione sufficiente ad baptis. & non ad effectum baptis. Hac scilicet respe- ctu adultorum solùm ago de dispositione requisita ad validitatem, non ad effectum baptismi. Dixi respectu adultorum: respectu enim parvolorū eadem est dispositio ad validitatem, & ad effectum baptis- mi, vt constabit.

Dico 1. Ad validitatem baptismi necessarius est ex parte adulti baptizandi aliquis voluntarius consensus, quo velit baptisum suscipere. Est cō- munis sent. Scholast. in 4. diff. 4. S. Thom. 3. p. qu. 68. art. 7. presertim ad 2. vbi docet, iterandum esse baptisum in eo, qui sine intentione suscipiendo sacram. baptizatus est. Assert. certa est ex praxi Ecclesiaz, quæ nunquam adultum baptizat, nisi prius illum interroget, an velit, & respondeat, velle: aut saltu sibi constet, quod ante baptismum petie- tit. Vnde Paulus V. in suo Rituali de Baptismo adulorum, monet, non nisi violentem esse bapti- zandum, amentes verò, qui lucida habent inter- ualla, dum mentis compotes sunt, esse baptizan- dos, si velint. Idem docuit Innocent. III. c. Maiores, de baptis. August. lib. 4. de Bapt. cap. 2. 4. fine, hoc discrimen assignat inter baptis. parvolorum & adulorum, quod nisi adulti per seiplos respondeant interroganti, baptisimus illis collatus nullus est: ex verbis Christi, *Si quis crediderit, & baptizari fu- rit, salvus erit: & Act. 8. Quis, inquit Eunuchus Philippo, me probibet baptizaris? Respondit ei Phi- lippus: Si credis, licet. Quæ probant, requiri con-*

93.  
Duplex sus-  
cepitū bap-  
tismi.

94.  
Assertio cer-  
ta primi.

Marcii vls.

95.  
Ratio.

sensu baptizandi, etiam ad validitatem baptismi, cum non debeant limitari ad effectum tantum. 2. Constat: quia per baptis. debet homo Christi legem, eiusque religionem amplecti; nec non initium salutis inchoare: etiam per baptis. informem, quia per illum sit membrum Ecclesie, eiusque bonorum, & reliquorum sacram. capax: Deus autem neminem ad suam legem religionemque, sicut nec ad propriam salutem, nisi liberè accedentem amplectitur; iuxta illud Aug. qui creauit te sine te non saluabit te sine te.

96.  
Assertio. b.  
muni.

Dico 2. Non sufficit sola negatio resistenter, seu negativa permissione, sed requiritur positius consensus saltem virtualis, etiam vi, aut metu extortus. Primum constat: negatio enim resistenter, seu negativa permissione, non est consensus, quem Ecclesia in adultorum baptismate requirit, sed negatio consensus: et si illa sufficeret, ut baptizatus in foro exterto maneret subiectus Ecclesie, à qua cogi posset ad fidem seruandam. Quod sufficiat virtualis, constat:

97.  
Virtualis et  
sensus suffi-  
ciet.

Alioqui non posset baptismus conferri ameni-  
ti, quia ante amentiam illum percivit; posse tamen,  
omnes docere cum Innocent. III. cap. Maiores, de  
Baptis. & Paulo V. in suo rituali de Baptismo Adult. Est autem virtualis consensus, positiva voluntas  
suscipiendi Baptis. nunquam per contrarium actum  
retractata. Quod sufficiat consensus etiam vi, aut  
metu extortus, docuit Teler. I. V. c. 56. in quo et si  
monet, non esse amplius Iudeos ad fidem cogendo-  
dos, eos tamen, qui ad fidem suscipiendam coacti  
sunt, cogendos esse, ut illam teneant & seruent.  
Qui tamen non ita coacti ad fidem venisse intelli-  
gendi sunt, ut nullo ipsorum consensu baptizati  
fuerint, sed ut cit. Innocent. III. declarat, vi quidem,  
aut metu coacti, propriam tamen voluntate saltem  
conditionata, ad euiranda supplicia, quamvis non  
absoluta & spontanea: sic concludens: *Tum ergo  
characterem sacramentalis imprimis operatio, cum  
obicem voluntatis contraria non inuenit obseruentem.*  
Addit Henr. l. 2. de Baptismo c. 2. 4n. 3. fine, sufficere  
consensum extortum metu, etiam iniusta mortis  
incusso. Ratio: à quacunque causa extrinsecā talis  
consensus extorqueatur, semper est ab intrinseco  
principio libero, quod pro innata libertate illum  
potuit non elicere; cum nulla causa extrinseca in-  
trinsecam tollat libertatem, nisi quem illam in agen-  
do præuenit, qualis non est vis, aut metus extrin-  
secus illatus. Igitur talis consensus sufficientem  
habebit libertatem, ut possit esse dispositio, et si  
non ad effectum, factem ad Baptismum ipsum va-  
lidē suscipiendum.

99.  
Metu iniusta  
mortis.

Præter proprium baptizandi consensum, nullus  
alius requiritur: nec parentis, sub cuius custodiâ;  
nec tutoris, sub cuius tutelâ; nec Domini, sub cu-  
iis servitute vivit. Ratio: in ijs, quæ ad propriam  
salutem æternam spectant, homo est sui iuris, nec ab  
ullo, quam à scipio pender.

100.

Dico 3. Ad validum baptismum parvorum  
etiam quoad omnes effectus, nulla requiritur dis-  
positio, nec suscipientis, nec ministri (quod de fide est)  
nec parentum, immo nec Ecclesiæ fides. Quod Bap-  
tismus à quocunque collatus sit validus, definiunt

Florent. in decret. de unio. Armen. & Trident. sess. 7.  
Can. 12. de sacram. ingen. Quod parvulo collatus  
sit validus, etiam quoad effectus imprimendi cha-  
racterem, delendi peccatum originale, & peruenien-  
di ad gloriam, definit. Trident. sess. 5. Can. 4. &

sess. 7. Can. 9. Quæ veritas constat ex perpetua Ec-  
clesie praxi, quæ idem huiusmodi infantes baptizat,  
ne si moriantur, amittant hereditatem cœlorum,  
eius per baptis. à quocumque collatum sunt pa-

ticipes. Contrà Anabaptistas contendunt, non esse  
infantes baptizandos, donec perueniant ad eam  
ætatem, in qua possint illum propriâ dispositione  
instructi suscipere, ex Matthei, & Marci vlt. vbi  
baptizandi, sunt prius docendi: *Docete omnes gen-  
tes, &c. & debent prius credere: Si quis credo-  
rit & baptizatus fuerit, saluus erit.* Verum hæc de  
baptismo adultorum, Patres explicant: ita ut non  
excludantur infantes: si enim non excludebantur  
in lege veteri, in quâ ante rationis usum remedium  
habebant, quo à peccato orig. emundari possent, ut  
constat de Circumcisione: quantò magis illud ha-  
bere debent in lege noua, in qua gratia per Chri-  
stum est vberior & vniuersalior? Alioqui totam  
infantium ætatem Deus reliquiset absque ullo re-  
medio salutis: quod impium est de diuinâ clemen-  
tiâ & benignitate asserere. Confir. Baptismus suc-  
cessit circumcisioni: hæc delebat originale, absque  
ullâ dispositione & parvuli & ministri, ut supra  
constat: ergo & baptismus.

Deinde quod nec parentum, aut Ecclesiæ fi-  
des, aut nulla alia dispositio requiratur, prob. bap-  
tismus totâ suam vim iustificandi habet à Christo, à  
cuius voluntate & institutione tam pender. Vnde  
si tantum applicetur ea, quæ Christus instituit, vali-  
dè sit, esto nulla sit dispositio, vel ex parte parentis,  
vel ex parte Ecclesiæ. Si enim fingatur casus, quo  
nulla sit in Ecclesia fides, adhuc si parvulo applice-  
tur ea, quæ Christus pro hoc sacram. instituit, cum  
debitâ intentione faciendi quod fecit Christus, ta-  
lis maneret verè ac validè baptizatus. Confir. si  
sola voluntas Adæ, absque voluntate proximi pa-  
rentis, deriuari potest culpam origin. in parvulos:  
à fortiori sola voluntas Christi, absque voluntate  
parentum, vel Ecclesiæ influere poterit regenera-  
tiuam gratiam in eisd. alioqui contra Paulum, effi-  
caciùs esset Adæ peccatum, quæm Christi merito. Ad Rom. si  
Quæ ratio etiam probat, non requiri ex parte par-  
vuli dispositionem aliquam, sed sufficere solam vo-  
luntatem vniuersalem Christi. Sicut enim possunt  
absque propria voluntate labem orig. contrahere:  
ita poterunt absque propriâ voluntate labis eiusd.  
emundationem accipere.

## S E C T I O VII.

An liceat infidelium infantes inuitis paren-  
tibus baptizare?

N Omine infidelium intelligimus hic solos non  
baptizatos, nō autem hereticos & Apostatas,  
qui à fide defecerunt. Quia cum hi manent Eccle-  
siæ subiecti, sicut ipsi cogi possunt ad fidem seruan-  
dam, ita & eorum filij, ipsis etiam renitentibus, bap-  
tizari; non minus, quam baptizari possunt filii fide-  
lium, inuitis eorum parentibus: nam semper filii,  
ratione parentum manent quoad spiritualem salu-  
tem Ecclesiæ subiecti. Porro infideles, aut sunt sub-  
iecti quoad ciuilem potestatem Christianis princi-  
pibus, aut non: si Christianis principibus subiecti sunt, non  
sunt, omnes conuenient, ipsorum infantes non**baptizandi**,  
esse contra voluntatem parentum baptizandos.  
Controversia est in ratione.

Durandus in 4. dist. 4. q. 7. n. 13. Palud. q. 4. post 3. Ratio Dur-  
din. Marsilius qu. 4. art. 4. dub. 3. Cathari. opusc. de di. &c.  
pueris Iudeorum recipiendis ad baptis. hanc assig-  
nant: ad validitatem baptismi requiritur etiam vo-  
luntas baptizandi, aut ipsius propria, si sit adultus;  
aut parentum eius, vel saltem eorum, sub quorum  
cura est, si adultus non sit. Baud. rationem dubiam  
relinquit

102.  
Hæc si d.  
baptizandi  
Fundamenta.103.  
Vt pars af-  
ser. prob.

104.

105.

106.

<sup>101.</sup>  
Hoc est  
ad quen  
etiam  
107.  
Resuratur  
nullo fund.

<sup>108.</sup>  
Non ex in  
Ressurrezione.

<sup>109.</sup>  
Non ex au  
thor.

<sup>110.</sup>  
M. Aug.  
fimi non ob  
scura.

<sup>111.</sup>  
Nec ex praxi  
Eccl.

<sup>112.</sup>

<sup>113.</sup>

<sup>114.</sup>  
Nec expurg  
at et consensus  
adultis.

<sup>115.</sup>  
Vt ratio  
assignatur.

<sup>116.</sup>  
Impendente  
morali peri  
culo moris  
baptizandi.

<sup>117.</sup>

relinquit Capreol. in 4. dist. 5. qu. 1. art. 3. ad 1. Scotti con. 1. concil. Notant Marsil. & Sylvest. v. baptis. 4. qu. 7. sufficere voluntatem unius tantum parentis. Item si iustè sine tales infantes de potestate parentum subtrahi, quia tunc Ecclesia supplet eorum voluntatem, cuius potestate parvuli sunt.

Sed contrà: falsum est, validitatem baptismi parvolorum, pendere à voluntate parentum, &c. huius n. rei ex nullo capite sufficiens fundam. colligi potest: 1. Non ex propria institutione huius sacram. nam ex ea contrarium potius colligitur: cùm n. sit summè parvulis ad salutem necessarium, debuit esse independens ab omni extrinseco consentiu parentum, ne defectu talis consensus sàpe frustraretur infantis salus. 2. Non ex aliquâ autoritate, nec Ecclesiaz, quæ nulla est, nec Patrum, nec Augustini lib. 4. de Baptis. cap. 24 fine. vbi de baptismo parvolorum, sic scribit: Ideò cum alij pro eis respondent, ut impleatur erga eos celebratio sacramenti. valet utique ad eorum consecrationem, quia ipsi respondere non possunt. At si pro eo, qui respondere potest, alius respondeat, non isdem valet: nam pro cœlebratione sacram. non intelligit August. essentiam sacram. sed solemnitatem, quæ iuxta Ecclesiaz ritum præmittitur. Pari modo explica verba, valet utique ad eorum consecrationem. nempe non intrinsecam, quæ naturam baptismi constituit; sed extrinsecam, quæ ex solemnitate illi adiuncta resultat. Nec te moueat comparatio August. quod sicut se habet propria voluntas in adulto, ita aliena in parvulo; & sicut non valet baptismus adulti sine proprietate ipsius voluntate, ita neque baptismus infantis, sine alienâ offerentis: hoc n. non ideo dixit quod putaret, eodem modo necessariam esse offerentis voluntatem ad infantis baptismum, sicut proprium ad baptismum adulti; sed tantum proportionaliter: quod sicut illa est necessaria ad solemnitatem sacramenti, ita hæc ad essentiam eiusdem: ut colligitur ex Epist. 23. ad Bonifac. vbi docet ad baptis. infantis non requiri voluntatem parentum; neque eorum infidelitatem nocere parvulis: Non enim inquit, scriptum est: nisi quis renatus fuerit ex parentum voluntate, aut ex offerentu. aut ministrantium fide. sed nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu. Aqua igitur exhibens forinsecus beneficium gratia solneus vinculum culpa, concilians bonum natura, regenerat hominem in uno Christo, ex uno Adam generatum; & infra: offeruntur quippe parvuli ad percipiendum spiritualem gratiam non tam ab ijs, quorum gestantur manibus, quam ab uniuersa societate Sanctorum atque fidelium. Ab omnibus namque offerri rectè intelliguntur, quibus placet, quod offeruntur, & quorum sancta atque indiuidua charitate ad communionem S. Spiritus adiuvantur. Tota hoc ergo mater Ecclesia, quia in sanctis est, facit, quia tota omnes, tota singulos parit. His Augustinus, manifestè significat, ad validitatem baptis. consensum sufficere interpretarium Ecclesiaz, cui hoc ipso quod infinites baptizantur, à quoque baptizentur. placet quod baptizentur. Et hæc iuxta August. sent. iuxta nostram, ne Ecclesiaz quidem consensus requiritur, sed sufficit voluntas uniuersalis Christi, quâ statuit, ut à quoque baptismus huiusmodi parvulis conferretur cum intentione faciendi, quod fecit & statuit Christus, illis prodesset ad salutem.

3. Nec hoc colligi potest ex praxi Ecclesiaz: quæ nunquam consuevit rebaptizare infantes contra voluntatem parentum gentilium baptizatos; ut cùm iusto bello capiuntur; postea in terras Christianorum asportari non rebaptizantur. Respon-

dent, valere tunc infantium baptismum, quia iusto bello licet à parentibus abstracti, sunt sub potestate Christianorum, qui succèdunt loco parentum. Vnde docent, ad baptismum infantium, qui nascentur ex Christianis, non requiri voluntatem parentum, quia in ijs loco parentum succedit Ecclesia. Sed contrà: sàpe ob periculum mortis, antequam tales infantes abstractantur è potestate parentum baptizantur, qui tamen non solent postea rebaptizari. 2. et si noller Ecclesia, vt tales infantes baptizarentur proper periculum apostataudi, eo quod fieri posset, vt post iustum bellum parentes factâ cum viatore compositione, manerent cum suis liberis in pristinâ gentilitate. Tunc n. adhuc Ecclesiaz prohibitione positâ, si aliquis infans in uitis parentibus baptizaretur, non esset rebaptizandus. Signum igitur est, ad validitatem baptisi nec requiri voluntatem Ecclesiaz, sed sufficere voluntatem Christi, quâ instituit hoc sacram.

4. Neque hoc colligi potest ex paritate consensus, qui in adulti baptismo requiritur: quia cùm adultus sit sui iuris in ordine ad salutem æternam, quam Deus non decrevit dare adultis, nisi libere cooperantibus, necessariò ad eorum baptismum requiritur proprius ipsorum consensus: Infantes cùm non sint sui iuris, debuerunt in ordine ad ea, quæ ad æternam eorum salutem spectant, ab alterius voluntate pendere. Quæ voluntas non necessariò est parentum, vel Ecclesiaz, sed Christi ut uniuersalis parentis omnium. sicut n. sola voluntas Adæ sufficiens fuit, vt omnes ab illo descendentes generarentur peccatores; ita sola voluntas Christi sufficiens fuit, vt omnes regenerarentur iusti: cùm non minus efficax sit Christi meritum ad iustificandum, quam Adæ demeritum ad damnandum.

Igitur efficax ratio, cur non licet, eis validè infidelium infantes, in uitis parentibus, baptizare possint, est illa, quam affect S. Tho. 2.2. q. 10 art. 12. & 3. p. q. 68. art. 10. eaque vtuntur Theologi: Si iniquis parentibus baptizarentur infantes, vel fieret iniuria sacramento, vel iphis parentibus. aut n. tales infantes baptizati relinquenterunt sub cura parentum: at que hoc modo esset ferè moralis certitudo, quod cùm in adultam etatem peruenirent, propter affectionem erga parentes, aut ignorantiam mysteriorum Fidei, cùm magnâ Religionis, & sacramenti iniuria, à susceptâ fide apostatarent. Aut statim baptizati subtraherentur è potestate parentum; hoc autem est contra naturale ius, quod parentes habent erga suos filios. Sunt n. filii, ratione naturalis generationis, pars parentum: vnde naturali iure illos habent sub propriâ potestate. Quod ius parentum erga filios noluit Christus per legem baptismi violari. Cuius evidens signum est, quod nunquam hactenus Ecclesia hoc tetrauit, cùm tamen sàpe commoditatem habuerit, & de facto habeat baptizandi infantes Iudæorum, quorum parentes multi subsunt potestate ciuili Ecclesiaz.

Deducitur 1. licet posse baptizari infantē etiam parentibus inuitis, impidente morali periculo mortis: quia tunc neque periclitaretur fides, cùm talis infans supponatur certò moraliter moritus: neque violaretur ius paternum, cùm non abstractetur filius è potestate patris: sed tantum corrigeretur ius patrum in filio, cui iuxta legem Christi debebat pater baptismum procurare. 2. à quoque huiusmodi infantes, in uitis parentibus, baptizentur, validè baptizari, modò baptisimus confatur in legitimâ materia, forma, & intentione faciendi, quod faceret Ecclesia. Ratio: voluntas parentum ad baptismi validitatem non requiritur,

tur; & quouis persona, vt ex Florent. constat, sufficit, ad illum ministrandum.

128.  
Quid si parentes subiecti sint Christianis principibus? Affirmat Scotus.

Si vero parvularum parentes sint subiecti Christianis, concertatio est, an licet possint a Christianis principibus, sub quorum potestate sunt, eorum infantes contra ipsorum voluntatem baptizari. Affirmant Scottus in q. dist. 4. q. 9. Rubio q. 1. fine, Mayro. q. 2. fine, Gabriel q. 2. a. 3. dub. 5. Palat. disp. 5. concil. 3. & ad argu. S. Tho. Furent. disp. 15. c. 2. & 3. etiam debere Christianos principes infidelium parvulos, inuitis parentibus, baptizare, quia & ipso parentes ad baptismum cogere.

Fund. Scotti: Ad principem spectat, procurare, ut omnes inferiores sibi subiecti seruent leges & præcepta superiorum: ergo ad principem spectat procurare, ut omnes infideles sibi subiecti seruent leges & præcepta Dei supremi Domini. At lex Dei est, ut omnes tam adulti, quam non adulti baptizentur: Igitur potest Princeps, etiam relvantibus parentibus infidelibus absque ullam iniustitiam eorum filios baptizare, sicut & ipso parentes cogere ad baptismum. Confir. Maius ius & dominium habet Deus supra infantes infidelium, quam ipsi parentes: ergo ius & dominium, quod habent parentes in suis filios, non potest præjudicare iuri & dominio, quod habet Deus in eorum filios. Nihil igitur contra ius Patrium facit princeps, curando seruari ius Dei de baptizandis infantibus contra voluntatem parentum. Sicut nihil contra ius Patrium facit princeps, curando abstrahi filium a parente volente illum occidere, eo quod nullum ius habeat parentis in vitam corporalem filij, ac multo minus in vitam spiritualem animarum.

129.  
Negat S. Th: art. 10. Caiet. Sylvi. locit cis. Richard. in q. dist. 6. art. 3. q. 3. & Scholasticus in 4. Pro decisione, distinguo: vel infideles subduntur potestate Principum Christianorum ut ciues; & nequeunt eorum infantes contra voluntatem ipsorum baptizari: vel ut servi, & possunt contra ipsorum voluntatem eorum filij baptizari. Fund. prioris assert. idem ac præcedentis: vel hi infantes post baptismum manerent sub potestate parentum; & sic cum iniuria & contemptu nostræ fidei exponerentur certo periculo illam deserendi, cum in adultam ætatem peruenirent: vel abstraherentur a potestate parentum; & hoc esset contra naturale ius, quod parentes habent in propriis filios, quod ius non potest violare princeps, eo solo titulo, quod velit seruatam legem diuinam de baptizandis infantibus. Ratio: etsi Deus efficere potuisset, ut hæc lex seruaretur etiam cum violatione naturalis iuris, quod parentes habent in suis filiis, de facto tamen noluit: ut à posteriori constat. haec enim nunquam Ecclesia curauit baptizari parvulos inuitis parentibus, qui erant sub potestate principum Christianorum, Constantini Magni, Theodosii, &c. qui libenter hoc fecissent, si iudicassent, hoc licet fieri posse: imò obligati fuissent iuxta Scotti doctrinam ad procurandum, ut tales infantes baptizarentur, & hæc lex à suis subditis seruaretur. Confir. per Scottum non solum tenentur principes procurare, ut baptizentur infantes infidelium sibi subiectorum, sed etiam ipsi parentes: ergo saltem eos Christianissimi principes baptizandos curassent, si vel ipsi perse, vel ab Ecclesiâ, moniti licet putassent. Cum igitur lex baptismi sit lex positiva, noluit Deus, ob suam suam prouidentiam in gubernando, illam seruari, nisi naturalis iuris ordine seruato: sicut nec legem Circumcisionis seruatum voluit cum violatione iuris naturalis, contra voluntatem infide-

lium patentum, qui sub potestate iudicorum erant.

DICSS. Violare ius diuinum, est contra legem naturae, sed princeps habet potestatem puniendi delicta commissa contra legem naturae, ergo princeps potestatem habet puniendi infideles sibi subditos, qui contra legem diuinam prohibent, ne ipsorum infantes baptizentur. Ergo poterit in poenam, eorum filios ex ipsorum potestate abstrahere, eosque inuitis ipsis baptizare. Resp. dist. maior. violare ius diuinum naturale, est contra legem naturae. concedo: violare ius diuinum supernaturale, quale est ius baptismi, est directè contra legem naturae. nego: est enim directè tantum contra legem supernaturae. licet indirectè & consequenter sit etiam contra legem naturae. quæ dicitur, nullum ius esse violandum. Ad minorem nego, Princepem habere potestatem puniendi delicta, quæ directè tantum sunt contra legem supernaturae. sed solùm quæ directè sunt contra legem naturae. Cum enim princeps temporalis suam potestatem habeat ab hominibus, non potest illa se extendere ad ea; quæ excedunt legem naturae. nam cum lex supernaturae molta supponat supra rationem naturae. quæ ab hominib. sciri non possunt, nisi per illustrationem diuinam, nequeunt homines ob pecunia contra legem supernaturae commissa à principe puniri: cum tamen circa huiusmodi legem laborent ignorantiam invincibili.

Quod autem possint, inuitis parentibus, infantes baptizari, si principibus Christianis parentes subdantur ut servi. 1. constat ex continuâ praxi: filij Turcarum & Maurorum, qui iusto bello servi sunt Christianorum, contra parentum voluntatem baptizantur à Dominis. 2. ratione: iustum potest dominus filios serui vendere, eosque ab eius potestate abstrahere: tam enim seruorum filij quam serui subsunt potest. ut domini; iustum poenam iure gentium introducere ad redimendam vitam, quæ priuari debebant iusto bello capti: ergo dominus licet poterit illos baptizare, baptizatosque procul à parentibus inter fideles mittere, inter quos absque periculo apostandi poterunt educari; absque iniustitiam patris potestatis, & iniuriam sacramenti.

Infertur 1. à fortiori non posse filios infidelium, qui ciuii dumtaxat iure subduntur Christianis principibus, à priuata personâ, inuitis eorum parentibus, baptizati, quod concedit Scottus, & Ausele, qui solidum hanc potestatem concedunt principi.

2. Licitum esse Christianis principibus iustum bellum infidelibus inficer, ut eorum infantes baptizentur: non esse autem licitum, iniustum bellum properter hunc finem illis inficer, cum non liceat honestum finem iniquis medijs procurare.

Ad fundam. Scotti dist. Antec. ad principem spectat curare, ut omnes sibi subiecti seruent leges & præcepta superiorum, ad quæ ipsius potestas se extendit, concedo; ad quæ potestas iphius non se extendit, nego. Cum igitur iudicium de lege & ritu baptizandi homines Deus non commiserit potestati seculari, sed Ecclesiasticæ, ad principes seculares non spectabit, obseruantiam legis de baptizandis hominibus vrgere, cum non possit quis legis obseruantiam vrgere, qui non potest de lege iudicare. DICSS: ergo saltem ad Ecclesiam pertinet, procurare, ut infideles, eorumque infantes baptizentur. Resp. pertinere ad Ecclesiam, sed modò à Christo præscripto, semper naturalis iuris ordine seruato. Vnde ad minor. Scotti, conced. legem Dei esse, ut omnes tam adulti, quam non adulti baptizentur, sed vel liberè propriâ libertate, ut adulti, vel dependenter à libertate parentum, ut infantes, ut seruatur naturalis ordo à Christo.

Christianissimi principes illicitum putarunt.

130.  
Christianissimi principes illicitum putarunt.

124.

125.  
Filiyinfidelium servorum est, a parenti ut vobis baptizanda.

126.  
Ad fundam. Scotti.

127.

128.

129.

130.

**Christo prescriptus.** Ad Confir. neg. 2. conseq. illi  
cet enim maius ius & dominium habeat Deus supra  
infantes in fidei*lū*, quām parentes ipsi, proinde non  
possit ius & dominium, quod parentes in suos filios  
habent, praejudicari iuri & dominio, quod supra  
eodem Deus habet: nego, inde sequi, nihil contra  
ius patrum committere principem, qui iuris pa-  
rentibus infantes baptizat. Ut enim hoc iuste facere  
posset, potestatem à Deo haberet eos bapti-  
zandi, naturalis iuris ordine non seruato, quod  
ius dicitur curam consecrandi filios Deo, eosque re-  
ligioni adscribendi, esse penes parentes: quod ius  
Deus seruatum vult in puerorum baptismo. Nec  
est eadem ratio de parentibus, filios occidere vo-  
lentibus: nam vita naturalis ciuium pertinet ad bo-  
num naturale Reip. cuius cura demandata est prin-  
cipi: vita superna, corum non spectat ad bonum  
naturale Reip. sed ad felicitatem supernaturem  
cœlestis patriæ, quæ est extra sphæram sœularis  
potestatis.

## S E C T I O N I V.

Vide disp. 4.  
de causat.  
sacram.

134.  
Affertio de  
fido.

## Quos effectus per se conferat Baptismus?

**D**ico 1. Baptismus imprimit in anima characterem, signum quoddam spirituale indeleibile, ratione cuius semel tunc suscepimus iterari non potest. Definitur in Florent. decret. de unio. Art. 5. Quinto Ecclesiast. & Trid. sess. 7. Can. 9. de sacram. in gen. Naturam characteris explicui disp. 7. hic nota, ad hunc effectum causandum non esse aliam disposi-  
tionem in adulto necessariam, quam virtualem ip-  
sus consentium suscipiendo sacram. Unde imprimit  
potest aliquis reliquis effectibus gratia & donorum. Quapropter idem character simul est effectus ex-  
terioris symboli, & sacramentum interioris gratiae & donorum.

**D**ico 2. Baptismus non solum delet peccatum orig. sed etiam omne personale tam mortale, quam veniale ante baptis. commissum. definitur in Florent. decret. cit. §. Primum, his verbis: *bius sacramenti effectus est remissio omnis culpe originalis, & actualis: quod comprehendat etiam venialem.* constat ex sequent. *Omnis quoque pena, que pro ipsa culpa debetur. Propterea baptizatis nulla pro peccatis prateritis iniungenda est satisfactio: sed morientes, an- sequam culpam aliquam committant, statim ad regnum cœlorum, & Dei visionem peruenient. Si baptismus vi sua non se extenderet ad venialia remittenda, non posset pena illis debita condonari, cum nequeat, saltem de lege ordinata, condonari penam manente culpam. Item non posset adultus baptiza-  
tus statim ad regnum cœlorum & Dei visionem peruenire: cum nihil coinqusatum intret in illud. Neque verum esset, nullam satisfactionem iniungendam esse baptizato pro præteritis peccatis, cum iniungi ei posset pro venialibus nondum condonatis. Idem definit Trident. sess. 5. can. 5. docens, homines per baptis. renasci Deo innocentes, im-  
maculatos, puros, innoxios, Deo dilectos, hære-  
des Dei, cohaeredes Christi, ita ut nihil prorsus eos ab ingressu cœli remoretur: remotaretur autem, si una cum originali in adulto non delerentur omnia venialia, cum etiam hæc quādū non remit-  
tentur, retardent ab ingressu regni cœlestis. Et sess. 14. cap. 1. ait, non fuisse opus aliud, ab ipso ba-  
ptismo, sacramentum ad peccatorum remissionem institui, si iustitiam in baptismo suscepram constantes tegerentur. Id ipsum exprimitur in symbolo Ni-*

cano: *Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum.* Ratio: cum baptismus ex primariâ institutio-  
ne regeneret hominem in Christo, transferendo il. Ratiō omniā.  
sum in nouam creaturam, quæ secundūm Deū crea-  
tur, ut ex illis constat: *Nisi quis renatus fuerit ex a-  
qua & Spiritu sancto, suā naturā delet, & nō tantum  
radit, vel tegit (vt haeretici garriunt) quidquid Deo  
displacet, reddendo illum purum, innocentem &c.  
coram Deo.*

Sequitur, baptismum per se institutum esse ad delendum peccatum etiam personale, quamvis prin-  
cipalius ad delendum originale, ut peccatum to-  
tius naturæ. Fund. baptismus per se institutus est  
ad perfecē regenerandum hominem in Christo:  
hæc regeneratio includit remissionē peccati etiam  
personalis. Quare non modò baptismus remittit  
peccatum personale ut coniunctum cum originali;  
sed etiam ut separatum ab illo. Ut si quis in veteri  
matris sanctificatus, postea adultus cum peccato  
personaliter baptizaretur; vel si Catechumenus pro-  
prio actu dilectionis Dei ab originali iustificatus,  
ad baptismum accederet cum personali post com-  
missio, consequeretur remissionem personalis sep-  
rati ob originali. Confir. sicut Pœnitentia non so-  
lum remittit venialia, quæ inuenit coniuncta cum  
mortali, sed etiam separata ab illo: ita Baptismus  
non solùm remittit personalia, quæ inuenit con-  
iuncta cum orig. sed etiam separata ab illo. Ratio:  
cum baptismus per se conferat gratiam iustifican-  
tem; & hæc nequeat, etiam de potentia absoluta,  
ut 3. to. disp. 32. sect. 1. esse cum mortali, implicat ba-  
ptismum conferre gratiam, & non delere omne mor-  
tale personale.

**D**ico 3. Baptismus per se conferat gratiam habitua-  
lem vñā cum virtutibus infusis fidei, spei, & chari-  
tatis, reliquisq; donis & habitibus supernat. gratiā quoad empo-  
comitantibus. Prima pars definitur in Flor. cit. vbi partes qua-  
de omnibus sacram. nouæ legis id decernitur: & in  
Trid. sess. 5. Can. 5. & sess. 6. c. 5. & 7. & sess. 7. Can. 6. 7.  
& 8. & saepe alibi. Post quæ nulli Catholico fas est, de  
hac parte dubitare.

Quoad secundā de virtutibus infusis fidei, spei, &  
charitatis, cōmunior, probabiliorg; sent. est, illam  
etiam esse de fide, ut eidē datur ex Trid. cit.  
sess. 6. c. 7. vt fusè tom. 3. disp. 29. sect. 2. Quoad tertiam  
solūm probabili sent. huiusmodi habitus esse  
qualitates permanentes, in anima inharentes, à vir-  
tutibus infusis fidei, spei, & charitatis distinctas, ut  
latè cit. disp. sect. 6.

Ratio prioris deducitur ex principijs certis au-  
probabilibus. Primum; quod originale formaliter. Ratiō partis  
consistat in priuatione gratiae habitualis, nobis in priori.  
origine debitæ, ut 10. 3. disp. 25. sect. 3. Ex quo se-  
quuntur, illud remitti non posse, nisi per infusionē gratiae  
habitualis, cum nequeat priuatio ē subiecto expelli,  
nisi per oppositam formam. 2. De facto nullū mor-  
tale remitti, nisi per iustitiam habitualis nobis in-  
harentem, ut definit Trid. sess. 6. c. 7. & can. 11. ex quo  
manifestè sequitur, non posse baptismum remit-  
te peccata, nisi habitualis gratiam conferendo, si-  
ne quā, saltem de lege ordinata, peccata non  
remittuntur. 3. quod nec de potentia absoluta re-  
mitti possit mortale ab homine in hoc statu com-  
missum, nisi per gratiam habitualis, ut cit. 10. disp.  
32. & 33.

Vtiusque poster. fundam. cum baptismus sit sa-  
cram. perfectè regeneratum hominis in Christo,  
debet ea omnia confiteri, quæ ad perfectam re-  
generationem in Christo requiruntur: Ad hanc au-  
tem non solūm requiritur gratia habitualis, quæ  
hominem transferat à statu peccati in statum ado-  
ptionis

137.

Baptism. pre-  
se est infusum.  
tua ad del. 8.  
du pacem ad  
erit personale  
le, sed principi-  
palias ad de-  
lendum ori-  
ginalia.

139.

Affertio non  
certa.

140.

141.

142.

Fundamenta  
vñā vir-  
susque posse.

ptionis filiorum Dei; sed etiam ea, quæ eundem redunt ab intrinseco potentem ad exercenda omnia ea opera, quæ sunt propria filiorum Dei: hæc autem sunt habitus supernat. fidei, spei, charitatis, & aliquarum virtutum moralium infusarum: igitur hæc omnia per se confert Baptismus. Maior patet: quia cum Deus sit perfectissimum agens, quando aliquid ad determinatum finem consequendum ordinat, omnia illi tribuit, quæ ad eum perfectè consequendum sunt necessaria: sed ad consequendum perfectum statum adoptionis filiorum Dei, præter gratiam habitualem, necessarij sunt habitus supernat. numerati: nam filius adoptivus Dei debet posse operari, quæ sunt propria filiorum Dei, actus fidei, spei, charitatis, virtutum supernat. quibus & vitam æternam promeretur, & debita obsequia præstet Deo. Confirm. licet possit iustus per solam virtutem afflitionem Dei, hos actus elicere: quia tamen connaturalius illos elicit per virtutes quibz intrinsecè inherentes, cum ipsa gratia simul etiam in baptismo recipit omnes virtutes infusas, per quas constituitur connaturaliter operatus huiusmodi actuum supernaturalium, non secus ac homo per potentias naturales sibi intrinsecè inherentes constituitur connaturaliter operatus a quum naturalium.

144.  
Baptismus  
dat gratiam  
sacram.

Dico 4. Præter gratiam iustificantem, & virtutes supernat. infusas, confert Baptismus omnia auxilia supernat. quæ sunt proportionata fini, ad quæ est institutus. Constat ex disp. 4. sect. 3. ubi vniuersaliter ostendi, singula sacram. præter gratiam habitualem & virtutes supernat. infusas, vel augmentum eorum, conferre propriam gratiam sacram. ordinatam ad proprium finem, propter quem sunt instituta. Quæ gratia sacram. consistit in auxilijs, quibus homo præuentus faciliter consequitur proprium finem, ad quem ordinatur Baptismus: hic est seruare legem Christi, eiusque religionem profiteri.

145.  
Omnia penæ  
remittuntur.

Dico 5. Baptismus: præter hæc remittit omnem penam debitam peccato originali, & personali. Definitur in Florent. not. Huius sacramenti effectus est remissio omnis culpa originalis, & actualis, omnis quoque pene, quæ pro ipsa culpa debetur. Vbi decernitur, nullam satisfactionem iniungendam esse baptizato pro præteritis peccatis. Idem colligitur ex Trident. sess. 5. can. 5. ubi dicitur, nihil prorsus baptizatos remorari ab ingressu cœli, Quia, ut Florent. ait, statim morientes, antequam culpam aliquam committant, ad regnum cœlorum, & Dei visionem perueniant: at obligatio penæ remoratur animam in purgatorio, quin statim ad cœlum euoleat.

nc.

Obijcies 1. Baptismus non tollit penas, quas ex originali contrahimus, sc. mortem corporis, ægritudines, passibilitatem, inordinationem potentiarum, ceterasque huius vitæ penalitates: ergo non remittit omnem penam peccato debitam.

147.  
Sc. ex vi m-  
sime natura.

Resp. dist. duplex genus penarum; alterum, quod per se consequitur ex principijs naturæ, nisi aliunde illi subueniatur: alterum, extrinsecum naturæ, taxatum ab extrinseca voluntate iudicis punientis, propter peccatum contrarium. Primum non tollitur per baptismum: tales n. penæ non retardant ab ingressu beatitudinis, sed potius relinquentur in baptizatis ad agonem & meritum ut Trident. sess. 5. can. 5. Remittitur secundum genus penarum, quæ ab ingressu beatit. retardant.

148.

Obijcies 2. Posset adulterus ad Baptismum accedere cum dispositione sufficienti ad remissionem mortalium, non venialium: si nimis accederet cum attritione mortalium, & complacentia ynjus ve-

nialis, quæ non impediret remissionem mortalium, de quibus accederet attritus, sed remissionem venialis; cum nequeat, saltè de lege ordinatâ remitti peccatum, durante eius complacentiâ; nec pœna peccato debita, non remissa culpâ, ergo non semper baptismus remittit omnem pœnam.

149.  
Resp. 1. cum dicitur baptismus per se remittere omnem pœnam peccato debitam, intelligitur, nisi baptizandus ponat obicem: vt casu proposito ponit. 2. Adhuc eo casu dici posse, baptismum tollere pœnam tali peccato debitam, non quidem actu, sed virtute: accedente enim postea displicentia de tali peccato, vi suscepti baptis. remittitur tota pœna ei debita. Sicut si quis ad baptis. accederet cum dispositione sufficienti ad sacram. non ad effectum ipsius, consequeretur remissionem pœnæ peccatis debitæ, recedente postea fictione, vi sacramenti suscepit. Quare semper, baptismus per se hoc actu, siue virtute remittit totam pœnam peccatis debitam.

150.  
Adu. vel  
vixisse.

Difficultas est, an hunc effectum conferat ratione sue institutionis, an extrinsecâ dum taxat volûrate Dei, nullum in re ipsa fundamentum supponentis. Vsq. disp. 156. c. 4. affirmat posterius: quoniam iustificatio, quæ in hoc sacram. fit, est eiudicem rationis Vsq. cum ea, quæ vel si extra sacram. vel in sacramento Pœnit. Sed plerumque hæc non remittit totam pœnam, sed solum illam in temporalem cōmunitat, pro quæ expiandâ necessaria est satisfactio: ergo neque iustificatio, quæ in hoc sacram. fit, per se totam pœnam extinguit, sed manere potest cum aliquâ temporali.

Fund. enīca

151.  
Dico, Baptismū ratione sua in institutionis cū fundamento in re, & non tantum extrinsecâ voluntate ratione sua Dei remittere totâ pœnâ baptizato. Indicat Trid. institutione sess. 14. c. 8. Sanè & diuina iustitia ratio exigere ut cū fôdam, o detur, vt aliter ab eo in gratiam recipientur, qui ante in re remittit baptismum per ignorantiam deliquerint, aliter vero cū pœnâ baptizato. quesumel à peccatis & damnis servitate liberati, & accepto Spiritu sancti dono, scientes templum Dei violare, & spiritum sanctum contristare non formidauerint. Et diuinam clementiam decet, ne ita nobis absque ulla satisfactione peccata dimittantur. Quibus optimæ rationem assignat, cur iuxta diuinæ iustitiae iudicium, omnis pœna remittenda sit: quia nimis illa peccata commissa sunt per ignorantiam, quæ natura suâ exigit maiorem iudicis elementiam in pœnâ condonandâ, quam exigit per malitiam commissa.

Baptismus  
ratione sua

Dices. Neque omnia peccata baptizandi, sunt per ignorantiam commissa; neque hæc, natura suâ postulant, vt per solam attritionem cū baptismo quoad totam pœnâ remittantur; cum sint contra Deum, & à peccatore, vt talia implicitè saltè cognita: proinde merentur aliquâ satisfactione saltem temporali, secundum iustitiae leges puniri.

152.  
Dicas.

153.  
Resp.

resp. committuntur, quia committentur in statu ignorantia diuinæ legis & Evangelicæ illuminationis, per se dici peccata ignorantia, proinde per se mereri condonationem totius pœnæ: per accidentem autem esse aliquod peccatum, quod in eo statu per malitiam committatur; propter quod non debuit baptismus, qui per se institutus est ad remittenda peccata in statu ignorantia commissa, mutari. Cæterum etsi ratio remota, cur tota pœna peccatis ante baptis. commissis per baptis. remittatur, sic ignorantia, ex quâ illa commissa sunt; proxima ramen est satisfactio Christi, quæ per Baptismum applicatur, quantum opus ad remissionem totius pœnæ, tam æternæ, quam temporalis, id exigentibus

*Ad fund. Vasquez concessio, remissionem totius*

*pœnæ in baptis. non fieri ratione iustificationis præcise, sed ratione talis iustificationis, nempe peccatorum in statu ignoranter commissorum, quæ, ut Concil. testatur, maiorem ex le postulant veniam, quæ peccata commissa in statu illuminationis: in quo etsi interdum aliqua peccata ignoranter committantur, id est per accidens, non ratione status, sed malitia peccatoris, nolentis illuminari utendo medijs, quæ in eo statu haberet.*

*Dices: ergo si gentilis ante baptis. iustificetur per actum contritionis, vel dilectionis Dei, consequetur etiam remissionem totius pœnæ, cum etiam talis iustificatio sit de peccatis in statu ignoranter commissis. Resp. neg. conseq. nam per iustificationem extra sacram. non applicatur nobis pecuniali modo satisfa&io Christi; quæ per sacram. applicatur ut causa particularis immediatè operans per instrumentum à Christo assumptum: per contritionem vero solùm applicatur ut causa universalis satisfactoria, concurrens cum nostra satisfacione, ut cum causa 2. De dispositione ad effectus baptismi requisita, questio decisæ manet ex sect. 6. & disp. 4. sect. 4. vbi de dispositione requisita ad effectum sacramen. mortuorum. An & quo pacto baptismus gratiam conferat recedente fictione, habes disp. 4. sect. 7. & 8.*

*minem saluare nonquam valeat: ita est. auth. & damnat. Trid. sess. 6. c. 4. Alio, ut Baptismum Fluminis supplere non possit quoad omnes eius effectus possit quoad aliquos: & vera est sent.*

*Dico, perfectam animi contritionem supplere vicem Baptismi quoad remissionem peccati, tam originalis, quam personalis; quoad gratiæ, virtutumque infusionem, ac pœnæ æternæ condonationem; non semper quoad totius pœnæ relaxationem; nunquam quoad characteris impressionem. Prior pars affirmans est de fide, quæ constat, peccatorem per actum perfectæ contritionis iustificari ante voluntam susceptionem sacram. ut Trident. definit sess. I. 4. cap. 4. docetque sess. 6. cap. 4. Translato ab eo statu, in quo homo nascitur filius primi Adam in statu gratiæ & adoptionis filiorum Dei post Euangelium promulgatum sine lauacro regenerationis, aut eius voto fieri non potest. Quibus supponit, iustificationem non solum fieri per baptismum Fluminis, sed etiam Flaminis. Peccatoris autem iustificatio, ut definit sess. 6. cap. 7. includit interiorum animi sanctitatem per voluntariâ susceptionem inherenteris gratiæ & donorum; per quam homo ex iniusto & inimico, sic iustus & amicus, & hæres vita æternæ. Igitur perfecta animi contritio vicem Baptismi supplere quoad remissionem originalis ac personalis; & quoad gratiæ, virtutumque infusionem, sine quæ peccatoris iustificatio non sit; & pœnæ æternæ, quæ cum homine iustificato stare non potest, condonationem. Posterior pars negativa quoad pœnæ totius relaxationem, prob. si pœnæ contritio non attingit illum perfectionis gradum, quo contritus mereatur totius pœnæ temporalis condonationem. Cum n. condonatio pœnæ temporalis, in quam virtute iustificationis comunitatur æterna, in contritione fiat per modum coadignæ satisfactionis, nec omnis contritio sit adæquata satisfactio pro totâ pœnâ temporali, non semper supplere vicem baptismi quoad relaxationem totius pœnæ.*

*Demum quoad impressionem characteris, constat: hic enim non imprimitur, nisi à sacramento: alioqui sola contritione iustificatus, non teneretur, immo non deberet baptismus suscipere; cum hoc suscipi non possit ab illo, qui characterem baptis. habet: est enim baptismus initerabile ratione characteris. Item lequeretur, sola contritione iustificatum esse capacem reliquorum sacramentorum sc. ratione characteris baptismalis.*

*Inferretur, si iustificatus sola contritione, absque baptismio moriatur; si poste ad vitam reuocetur, illum teneri ad baptismum: quia in contritione habuit votum, saltem implicitum & virtuale, illum suscipiendi, quoties commoditas se offerret. Quæ obligatio non extinguitur per mortem in eo, qui ex morte ad vitam reuocatur. Pari modo Catechumenus per martyrium iustificatus, teneretur, si post mortem reuivisceret, ad baptismum: non minus quam teneretur ad peccata confitenda, si baptizatus martyrii subiret cum aliquo peccato, quod inopiam confessari ante martyrium confiteri non potuit. hic n. teneretur, si post lethalia vulnera pro Christo accepta acquireret copiam confessarij: ita si post mortem iterum ad vitam rediret, cum semper maneat obligatio, quam in voto habuit, seruandi precepta. cum primum possit. Conuenit etiam baptismus sanguinis cum baptismo Flaminis quoad characteris impressionem: neuter n. characterem imprimit. Imprimit tamen martyrium, ut Alens. docet 4. p. q. 8. memb. 9. art. 4. § 4. & nos 3. to. disp. 16. cum S. Thom. 3. p. q. 54. art. 4. ex August. 22. de Cisit. cap. 20. deduximus, in martyrum membris, in*

*Contritione  
supplere vi  
cem baptis.  
pœnæ quoad  
relaxationem*

*4.  
Non quoad  
pœnæ totius  
relaxationem.*

*Nec quoad  
char. characteris  
impressionem.*

*7:  
Nec Mar-  
tyrium cha-  
racterem  
imprimit.*

## DISPUTATIO XXII.

### De Baptismo Flaminis & Sanguinis.

**T**RIA baptismata distinguunt Scholast. cum Magist. dist. 4. & cum S. Tho. 3. p. q. 66. art. 11. Fluminis, Flaminis, & Sanguinis. Quæ partitio habet fundam. in Patrib. August. lib. 4. de Baptis. cap. 22. Damasc. lib. 4. de Fide cap. 10. Ansel. in 6. cap. ad Hebr. super verba, baptismatum doctrine Bernar. epist. 77. Nicara in Scholij. Naz. orati. in sancta lumina, fine, & alijs. Glossa ordinaria notat, baptismatum doctrine pluraliter dici: *Quia est;* inquit, *baptismus in aqua, penitentia, & in sanguine.* Idem refertur cap. Baptis. vicem, de consecrat. dist. 4. Hinc tamen non sequitur, ut Glossa aduertit, tria esse baptismata sacramenta, quia reliqua duo non sunt accidente verbo, sed vicem tantum sacramenti supplendo, per cordis contritionem, & sanguinis pro Christo effusionem: *Quia sic;* inquit, *mundatur homo à peccatis per penitentiam, vel sanguinis effusionem, scut per lauacrum.* Est autem Baptismus Flaminis, perfecta in Deum conuersio, includens votum baptismi Fluminis. Baptismus vero Sanguinis, est Martyrium pro Christo perpetuum.

### SECTIO PRIMA.

*An, & quo pacto Baptismus Flaminis sup-  
pleat vicem Baptismi Fluminis?*

**N**ON defuerunt, qui negarent posse baptismum Fluminis suppleri per internam cordis contritionem, ut de Catechumenis affirmat author de Eccles. dogm. cap. 74. & de alijs refert Bernard. Epist. 77. Quæ sent. intelligi potest; uno modo, ut contritio sola, absque baptis. Fluminis reipsa suscepto, ho-

bris, in quibus pro Christo vulnera acceperunt, quendam singularem fulgorem in testimonium heroicæ virtutis pro Christo exercitæ, cui responder speciale præmium, quæ dicitur Aureola, quæ teste S. Thom. in 4. dist. 49. q. 5. art. 1. est præmium accidentale additum essentiali, fundatum in ipso opere excellenti & heroico pro Christo patrato, nempe singulare gaudium de tali opere in Dei obsequium exhibito.

## S E C T I O     I I .

*An Baptismus sanguinis sufficiat ad salvandos infantes?*

**P**RIMA sent. negat; Alenj. 4. p. q. 8. me. 9. art. 5 affimantis, baptismum aquæ ad plures personas se extendere, quæm baptismum sanguinis: quia ille non solum liberat adultos, sed etiam infantes; hic tantum adultos. Idem sentire videtur Bonav. in 4. dist. 4. in 2. p. dist. art. 1. qu. 2. qui similiter docet, plures personas liberare baptismum aquæ, quæm sanguinis: qui etsi non explicet, quas plures inteligit ramen de pluribus personis adultorum, & non adultorum, iuxta Alenj. doctrinam, quam ibi quo ad omnia ferè sequitur. Adde, quod non possunt aliæ plures personæ intelligi. Pro eadem sent, citantur Armac. lib. 8. de qu. Arm. cap. 37. & Adrian. in 4. qu. vlt. de baptis. qui quamvis id certò negare non audeant, probabile tamen censem, martyrium nullam ex se peculiarem gratiam conferre infantibus in odium Christi occisis. Fundam. eos tantum saluare potest Baptismus sanguinis, qui capaces sunt martyrij. nam qui causæ capaces non sunt, nec eius effectus capaces esse possunt: sicut qui capaces non sunt Baptismi flaminis, nec eius effectus capaces esse poterunt. At infantes martyrij capaces non sunt; martyrium. n. vt cum S. Thom. 2. 2. qu. 12. 4 art. 1. docent Theologi, essentialiter est actus virtutis: infantes, cum vnu rationis careant, actus virtuosus capaces non sunt, proinde nec martyrij: implicat igitur, eos martyrio iustificari posse. Quæ dicta sunt de infantibus, eadem intellige de perpetuò amentibus.

**S**ECUNDA sent. affirmantis communis est, & certa apud Scholast. in 4. dist. & 4. S. Thom. ead. dist. q. 3. art. 3. ad 1. cont. 3. qu. & qu. 4. & 22. qu. cit. art. 1 ad 1. Cuius oppositam sent. Suarez. disp. 29. sect. 1 & Vasq. disp. 153. c. 7. appellant temerariam, & erroris norâ dignam. Et meritò, cum ea sic contra vniuersalem Ecclesiæ traditionem, que indiscretum in infantes omnes ab Herode propter Christum occisos celebrat & colit ut sanctos. Quam traditionem Baronius an. Christi 58. num. 37. docet descendisse ab Apost. & insinuat Origenes homil. 3 in diuersos infra. Nec dici potest 1. eos tantum proponere colendos ut sanctos, qui fuerunt circumcisi: Non. n. posset proponere omnes indiscriminatim, cum multi ex illis non fuerint circumcisi, vt infra. 2. omnes proponit adorandos ut martyres: ergo causa, propter quam ab Ecclesiâ adorandi propoununtur, non est, quia fuerunt Circumcisione iustificati, sed baptismo proprij sanguinis abluti. Autem constat: de omnibus proprium officium & sacrum de Martyribus instituit: eosque in hymno ad laudes & collectâ appellat Martyres, qui praconium non loquendo, sed moriendo confessi sunt.

Pari modo Patres eos Martyrum encomijs celebrant: Orig. homil. 3. in diuersos fine, Horum, inquit, & memoria semper, ut dignum est, in Ecclesijs

celebratur, secundum integrum ordinem Sanctorum ut primorum Martyrum pro Domino occisorum, & ut ipsa Bethleem primissas Domino Martyrum, in qua natus est ipse Salvator obvulsi videatur. Vbi insinuat, hanc beatorum Innocentum celebritatem institutam fuisse ab Apost. Bene ergo, & secundum voluntatem Dei eorum memoriam Sancti Patres celebrari mandarunt sempiternam in Ecclesijs, relut pro Domino morientium. Cum n. hic Pater proximus vi-

xerit tempori Apost. circa an. 200. per Sanctos Patres, alios intelligere non potuit, quam apostolos, vel eorum immediatos successores. Author de Stella

& Magis & nece Innocentum, inter opera Cypriani, eos Protomartyres vocat eo, quod in ordine Sanctorum Martyrum primum habeant locum: & paulò post:

bi nuper cruce latteo loti primissas Baptismi Martyrio consecrarunt, tradentes posteris formam, ubi necessitas articulus excluserit moram, non minus ad lauacrum animæ sanguinem efficacem, quam sanctificatas verbis solemnibus aquas. Idem occiso, quod merito operatur, qua extinctam peccati vitam, virtutemque emortuam viriusque rei continet sacramentum. Qui

bis docet, idem in infantibus operari mortem pro Christo passam, quod Baptisma. Leo Papa Serm. 1 in solemn. Epiph. de Herode loquens: Necari omnes

Bethleem parvulos subi: & quoniam quem metuat, nescit infantem, generalem sauitam in suspectam sibi tendit atatem. Sed quos Rex impius eximit mundo,

Christus inserit caelo: & quibus nundum sanguinis suis impendit redemptions, iam Martyris tribuit dignitatem.

Hæc Leo, qui docet Martyris dignitatem omnes Bethleem infantes consecutos fuisse: omnes; ergo non tantum circumcisæ: neque causa eos colendi est sanctitas in circumcisione collata, sed dignitas & corona in Martyrio donata. Idem Ser.

2. ead. solemn. de Christo; Noua, inquit, gloria coronabat infantes, & de initijs suis parvolorum primordia consecrabat: ut disceretur, neminem hominum diuinis incapacem esse sacramenti, quando etiam illa etas gloria esset apta Martyri. Et Ser. 6. sed hanc Herodis iniuriam rabiem ille vincit, & destruit, qui etiam parvulos Martyris gloria coronauit. Hoc ipsum multis testatur August. Vnus sufficiat locus lib. 3 de Symb.

ad Catech. cap. 4. in quo de infantibus pro Christo occisis, quos Martyres appellat, Sed quid, inquit, eis praestitit gratia, nisi ut erueret eos de potestate tenbrarum? praestitit eis Christus, ut pro Christo morerentur: praestitit ut suo sanguine ab originali peccato diluerentur. Ecce quomodo originalis ablutionem non in circumcisionem, sed in sanguinis pro Christo effusionem refert. Bernardus Serm. in Natali Innocent.

quasi prævidens aduersiorum dubium, sic eos erroris arguit: An verò de Innocentum coronis quis dubitet? ille pro Christo trucidatos infantes dubitet inter Martyres coronari, qui regeneratos in Christo non credit inter adoptionis filios numerari. Vbi optimam rationem huius coronationis assignat. Alio-

qui quando coenos sibi pueros, puerille, qui natus est nobis, non contra nos, propter se pateretur occidi: quod utique solo natus poterat prohibere, nisi melius aliquid eis prouideret: ut quemadmodum ceteris infantibus tunc

quidem circumcisione, nunc verò Baptismus sine ullo propria voluntatis usu sufficit ad salutem: sic nihilominus pro eo susceptum martyrium illis sufficeret ad sanctitatem.

Vbi totam causam sanctitatis horum Innocentum refert ad martyrium, quod in illis vicem baptismi suppleuit. B. Laur. Iustinianus in festo Innocent.

post med. sic scribit: Sine pugna consensu hic coronantur infantes. Non interrogati occiduntur: Innocentes auferuntur à seculo, & consecrantur Christo.

Nec corde credebant ad institutionem, neque ore confitebantur

3.  
Martyr  
gratiam  
infantib.  
negant,

9.  
Fundam.  
potissimum.

10.  
Martyres  
officij affi-  
mant.

Cenfura.

11.

12.  
Origines.

Author de  
Stella, &  
Magis.

14. Leo Papa.

15. Bernardas.

17. Laurinius  
Iustinianus.

18. *Agumentum  
inficiens*  
*bantur ad salutem, & tamen martyrij adepti sunt pal-  
mam. Ex his tale formo argum. Si causa salutis ho-  
rum infantium ex cit. Patrib. alijsque innumeris no-  
tuisset sanguinis pro Christo effuso, sed sola cir-  
cumcisio, cum haec non omnes consignauit, vt  
qui vel ad diem 8. nondum peruererant; vel qui  
erant gentilium filij, qui simul cum Iudeis habita-  
bant, non potuisset Ecclesia omnes indiscrimina-  
tum vt sanctos adorando proponeat: imo neque  
vt Martyres, siquidem eos non martyrium, sed sola  
Circumcisio sanctos effecisset. Ex quo sequitur,  
Ecclesiam magno in errore versari, adorando inter  
circumcisos non circumcisos, qui per aduersarios  
damnati sunt:*

19. *B. Laur. f. ius  
Institutionis.  
Nec dici potest 2. eos non virtute martyrij, sed  
speciali privilegio, facto ipsorum personis, saluos  
factos fuisse: nec confirmari auctoritate B. Insti-  
tutionis loco nos, ubi causam salutis horum infantium  
non refert ad ipsorum mortem pro Christo passam,  
sed ad misericordiam Dei: Commendare voluit De-  
minus in his pueris misericordiam suam: gratis, ut  
sic dicam, perceperant brauium felicitatis aeternae.  
Contrà enim 1. totam causam salutis horum par-  
vulorum Ecclesia cum cit. Patrib. refert in mor-  
tem pro Christo passam. Non potuisset referre, si  
alii causâ, non hac iudicasset illos saluos factos  
fuisse 2. multi ex cit. Patrib. explessè causam eorum  
saluationis referunt in mortem pro Christo suscep-  
tam, vt Anchor de Stella, Traducentes, inquit, po-  
steris formam, ubi necessitatibus articulus excluserit mo-  
rem, non minus ad lauacrum anima sanguinem effi-  
cacem, quam sanctificata verbis solemnibus aquas.  
Quib. verbis eand. efficaciam abluendi animam à  
peccatis tribuit cuicunque sanguinis pro Christo  
effusioni, ac baptismi lauacro. Bernardus est. & alij  
permuli, qui mortem horum infantium compa-  
ravit cum lauacro Baptismi, quod ex se vim habet  
iustificandi à peccatis.*

20. *Anchor de  
Stella &  
Magus.  
Bernardus.  
B. Laur. f. ius  
Institutionis.  
Neque cit. B. Laur. f. ius, quidquam fauet aduersariis:  
non. n. Ideo dixit, commendasse Deum in his pue-  
ris misericordiam suam, eosque gratis glorie bra-  
uium percepisse, quia nullo habito respectu ad ipso-  
rum mortem pro se passam, illos Deus coronauerit:  
sed quia præ alijs, qui diu in certamine pugnarunt,  
gratis quadammodo hi coronati videntur. Statim  
enim subdit. Alij laborant toto vita sua tempore: Alij  
usque ad sanguinem certant: nonnulli tentationibus, vi-  
gilijs, ieiunijs, pernotationibusq. crebris seipso affligi-  
unt: sicq. alijs atque alijs sic desudant & patiuntur, ut  
regni celestis mereantur esse participes. Ita autem hon-  
ora: brevissima propter Christum persecutione ingruen-  
te singulati pariter, & coronati sunt. Præterea verba,  
ut sic dicam, declarant, nullusque ipsorum mortem ex-  
cludere. Quin & nomen Brauium satis indicat, eos  
non omnino gratis, sed aliquo modo certantes, si  
non actu voluntatis, saltem actu corporis per infi-  
ctam mortem, coronatos fuisse.*

21. *Ex his, quæ de infantibus ab Herode occisis di-  
cta sunt, colligitur, idem dicendum de ceteris, qui  
ob similem causam occisi sunt, vel occidentur. Cum  
enim causa illorum salutis fuerit mors propter  
Christum passa, & non speciale aliquod priuile-  
gium ipsorum personis factum, eadem ratio erit de  
ceteris omnibus qui propter Christum occisi, vel  
occidenti sunt. Confirm. si potuit mors in odium  
Christi illata infantibus, eos absque circumcisione  
ab originali iustificare: eadem in odium Christi il-  
lata, ab eodem originali absque Baptismo poterit  
alios infantes iustificare.*

22. *Infertur contra aliquos apud Bacho. in 4. dist. 4. q.  
1. a. 2. fine, etiam infantes, qui in utero cum ipsa ma-  
tressa traxerint.*

*P. Amici Tomm. VII.*

tre propter Christum cruciantur, cōsequi cunctem struc-  
tum martyrij, quem consequuntur, qui exclusi ab utero matris cruciantur. Quod expressè R. dans pro-  
christianus. R. dist. 4. art. 2. q. 3. ad 1. Soc. q. 3. g. Visc. pter Christi  
tur, Rubio q. 1. art. 2. Gabriel. q. 2. a. 2. concl. 9. & art. 3. Lanx. i. martyrij  
dub. 2. Palud. dist. 6. q. 1. a. 3. concl. 1. Sotus dist. 5. q. un. consequi.  
art. 11. fine, Sylvest. v. Baptismus 1. q. 2. Vasquez tis.  
dist. 6. Toler. lib. 2. c. 22. Sæ v. Martyrium, &c. Nec  
est eadem ratio de Baptismo aquæ; quia hic non po-  
test contingere infantem intra matris uterum ex-  
istentem, sicut illum contingere potest mors propter  
Christum illata.

Deducitur, maiorem gratiam cōsecutoe fuisse in-  
fantes, qui circumcisi nectati sunt, quam qui non cir-  
cumcisi. Ut maiorem gratiam consequetur infans,  
qui post Baptis. in odium Christi interficeretur;  
quam qui ante Baptis. quia qui circumcisi, vel ba-  
ptizatus pro Christo occiditur, duplē cōsequi-  
tur gratiam, circumcisionis seu Baptismi fluminis,  
& Baptismi sanguinis.

23. *Ad fund. opposit. dist. maior, de martyrio quoad  
actum internum virtutis, & quoad opus externum  
mortis. Martyrium saluat eos etiam, qui capaces  
sunt exterioris operis mortis, quod propter realem  
conformitatem cum passione & morte Christi, iu-  
stificat illos ex opere operato: ut colligitur ex pro-  
missione indiscriminatim omnibus à Christo facta  
Matth. 10. Qui me confessus fuerit coram hominibus,  
confitebor & ego eum coram Patre meo, quam de martyrio  
intelligunt Patres, ut inst. eth. n. nequeant  
infantes ore Christum conficeri, saltē facta mor-  
tis confiteri possunt, iuxta illud, non loquendo, sed  
moriendo confessi sunt.*

24. *Dicss: ergo pari ratione poterit martyriū soldati  
quoad opus exterritum, absque actu interno iustifi-  
care adulterum, ut qui nunquam de martyrio cogita-  
uit, dormiens pro Christo occideretur. Resp. neg. Resp.  
conseq. sicut enim baptismus absque actu interno  
non iustificat adulterum, qui tamen iustificat infan-  
tem: ita nec martyrium, quod Baptismo succedit,  
absque actu interno iustificat adulterum, quod tamen  
non adulterum iustificat: ed quod plus requirit ab  
eo, qui est sui iuris & libertatis, quam qui libertatis  
visu non habet.*

### S E C T I O III.

#### An martyrium absque Baptismo, aut Pœni- tentia sufficiat ad iustificandos adultos?

25. *H*oc habet martyrium adultorum, non paruu-  
lorum, quod non solum suppleré possit Baptis.  
in ijs, qui non baptizati martyrium subeunt, sed &  
sacramentum Pœnitentia in ijs, qui baptizati ad  
martyrium rapiuntur ante confessionem sacram. de  
peccatis post Baptis. commissis. Interest præterea  
inter martyrium adultorum & parvulorum, quod il-  
lud necessariò requirit consensum adulti, non secus  
ac Baptismus, ut gratiam conferat: hoc ut gratiam  
infanti cōferat, nullum requirit, aut infantis, cuius  
capax non est, aut akerius personæ consentum, si-  
cet nec Baptismus. Quo fit, ut si adulterus dormiens,  
aut in phrenesim lapsus, qui nullam ante de martyrio  
subeundis voluntatem habuit, pro Christo occideretur,  
martyrij effectum non consequeretur; sicut nec Baptismi effectum, si nunquam ante illum  
desideravit, aut perire: secus si esset perpetuus  
amens: sicut enim tuhc baptizatus absque ipsius  
consensu, baptismi effectum, ita & martyrij con-  
sequeretur.

26.

*Martyrium  
adultorum  
necessariò  
requirit &  
consensum illo-  
rum.*

Porro consensus iste, quem in adulto martyrium requirit, necessarium debet esse supernaturalis, fundatus in fide diuinâ, pro cuius defensione suam vitam exponit: & saltem eum aliquo dolore supernat. de commissis, & cum actu speci, quo Deum sibi propitium fore martyr speraret. Quo sit, vt nec haereticus possit esse verus martyr, etiam si moriatur pro aliquo articulo fidei, cum veram fidem non habeat; nec gentilis, etiam si moriatur pro defensione alicuius virtutis moralis.

29.  
Due gravis-  
sime cōtron.

Dē martyrio adulorum controvetsia est: An martyrium ex quacunque virtute supernat. imperatum sufficiat ad remittenda martyri omnia peccata: an verò necessariū sit, vt ex charitate imperetur. Dixi imperatum: nam elicituē martyrium est actus fortitudinis infusæ, cuius officium est, hominem conformato circa pericula mortis in ordine ad finem supernat. ex S.Th. 2.2.q.124.4.2. Altera: an gratiā conferat instar sacram. ex opere operato.

30.  
Citat̄ur Sc̄o-  
lastici &  
Patres.

PRIMA sent. affirmat, martyrium nullam gratiam conferre adultis nisi ex opere operantis; & martyrium non esse sufficiens ad remittenda mortalita, aut originale, nisi imperatum à virtute charitatis; nam hæc sola sufficiens est, ex opere operantis, saltem dispositiuē peccata remittere, iuxta illud Luc. 7. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit mulsum: & Ioan. 14. Qui diligit me, diligetur à Patre meo. Hanc sent. vt antiquam & communem inter Theologos, & Patres defendit Vasq. disp. 153. à ca. 3. pro qua multos citat. At solū illam expresse docent. Alen. 4.p.9.8.m.9.4.5. Bonau. in 4. dist. 4. in 2. p. dist. ar. 1. q. 2. Palud. q. 3. ar. 1. concl. 1. Setus dist. 3. qu. vn. a. 11. propos. 1. & 4. vbi ait, sufficere solū aetum charitatis, quo quis dicit: Volo pro Christo mori, absque ullo dolore de peccatis. Idem repetit l.2. de naturâ, c. 16. Canu. relect. de Panis, p. 3. 9. Verum sent. contraria; Bannez 2.2.q.24.4.6. dub. 5. ad 7. Layman l.3. sc̄t. 3.n.6. Tbo. Valden. de Baptis. cap. 105. præter hos citantur S. Tho. Richar. Duran. Gabriel. Vega, qui, vt constabit, aut contrariam docent, aut huic non fauent.

31.  
Ex Patrib. 1. citatur Clemens Rom. qui lib. 5. Apost. confit. cap. 5. postquam docuerat, martyrium veriorem esse Baptismum, subiungit: Lætetur ergo, quod Magistrum imitetur, siquidem iussum est, ut si unusquisque perfectus sicut Magister eius. Manifestum autem est, cum, qui Christum imitari cupit, debere non in tormentis tantum, sed maximè in charitate eum imitari, mortem in odium Christi illatam ex affectu charitatis perferendo: alioqui non posse dici perfectus, sicut Pater eius confessus. 2. Citatur Author de Cœnâ Dom. apud Cypria. qui de bono latrone, fine, hæc habet: Latrocinium damnationem meruerat & supplicium, sed contritum penam mutauit in martyrium. Vbi totam martyrij virtutem tribuit contritioni; quâ virtute supplicium mortis, quod meruerat, commutatum fuit in martyrium. 3. August. lib. 13. de Cenit. Dei c. 7. de martyrio, Quid enim preciosius, inquit, quam mors, per quam sit, ut etiam delicta omnia dimittantur, & merita cumulatius augentur? Ex quo sic arguit Vasquez: Si martyrium gratiam conferret ex opere operato homini tantum attrito, quamvis in eo delicta remitterentur, haud tamen merita cumulatius augerentur: siquidem martyrium gratiam non conferret, nisi paulò ante mortem post lethalia vulnera accepta, post quæ vix tempus esset amplius prometendi: sine gratia autem iustificante nulla opera sunt æternæ virtus meritoria: ergo iuxta contrariam sent. merita in martyrio non cumularentur, sed potius minuerentur: Siquidem iuxta

32.  
Antbor de  
Cœnâ Dom.

33.  
Augustin.

Vasquez:

illam ferè omnes cruciatus martyrs pateteret ante infusionem gratiæ iustificantis, cum hanc martyr nō accipiat, nisi post consummatum martyrium: hoc autem consummatur paulò ante martyris obitum, quando iam cessat libertas ad meritum necessaria. Prætereà Augustinus subdit verba, quibus significat, ad martyrium requiri charitatem: Sed quando sine abundantia gratiæ spiritualis illius, qui ubi vult spirat, tantum Christum amare possent, ut eum in tanto vita discrimine sub tantâ spe venia negare nō possent? & l.3. de Baptis. con. Donat. o. 16. & l.4.c.17. docet, ideo mortem pro Christo haereticis non prodeße, quia charitatem habere non possunt.

Vlt. citatur Bernar. Epist. 77. ubi docet, martyrem adultum, de quo tantum ibiloquitur, non Bernardus: tam morte pro Christo toleratâ, quâ fide & charitate, quâ illam tolerat, à peccatis iustificari: quæ charitas etiam sine martyrio ad iustificandum sufficeret: ante med. Epist. Pro certo cum non aliunde martyrium, nisi ex fidei merito, illam obtinuerit prerogativam, ut singulariter vice Baptismi securè suscipiat, non video, cur non ipsa aque & sine martyrio apud eum tantundem possit, cui & sine martyrio probamento procul dubio innotescit: possit sane tantundem, dixerim, quantum ad salutis spectat obtentum, non autem ad meritis cumulum, quod indubitanter martyrium antecellit. Et ne videatur totum hoc ad solam fidem referre, subdit: Quomodo is, qui alieno debito se teneri forte in extremis positus recolit, si defit, unde persoluat, solâ nibilominus pœnitentia, & cordis contritione obtinere veniam creditur, ne iam pro eo damnetur: sic sola fides, & mentis ad Deum conuersio, sine effusione sanguinis, & sine profusione aque, salutem sine dubio operatur volenti, sed non valenti, prohibente articulo baptizari.

Nonnulli hanc eand. sent. confirmant testimonio Pauli: Etsi tradidero corpus meū, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Vbi videtur docere, martyrium sine charitate nihil ad salutem prodeße. At plurimum ad salutem sine charitate prodeßet, si instar Baptis. ex opere operato martyrem ex attrito efficeret contritum.

Vlt. prob. Cūm mors pro Christo tolerata vim iustificandi hominem attritum instar sacram. ex natura sua non habeat, illam habere debebit ex lege & voluntate Dei: at hæc nobis non constat: nec ex scriptura, nec Ecclesiæ definitione, nec Patrum traditione nec efficaci aliqua ratione.

Alij hanc sent. Probant 1. Si martyrium gratiam conferret ex opere operato ultra meritum operantis, oþo forent Ecclesiæ sacramenta: illud enim esset signum rei sacrae sanctificantis homines, quæ est sacramenti definitio; cui conuenit & definitum.

2. Sequeretur non posse assignari tempus, quo martyrium gratiam conferret. Non instanti mortis, quando martyrium est consummatum: alioqui sequeretur, toto tempore vita martyris fuisse in peccato, & instanti separationis anima à corpore, quâdo homo est extra viam, à peccato iustificari. Non instanti ante mortem, cūm nullo instanti ante mortem martyrium sit consummatum: martyrium autem gratiam non confert, nisi instanti, quo consummatur: sicut nec sacramenta gratiam conferunt, nisi instanti, quo complementur: alioqui posset martyr gratiam accipere ante mortem & deinde casu liberari à morte: quo evenuit homo iustificaretur, & non per martyrium, quia hoc morte ipsa martyris consummatur: ergo per actum propriæ voluntatis: ergo si sola attrito sufficeret, sola sine martyrio eo casu à peccatis iustificaret.

3. Voluntas efficax martyrij, & martyrium actu Terio. suscepimus

susceptum quoad essentialia non differunt : sicut si martyrium sufficiens est sine contritione hominem iustificare, sufficiens quoque erit efficax eius voluntas absque martyrio actu suscepito : proinde poterit peccator sola voluntate efficaci suscipiendo martyrium abique contritione à peccatis iustificari. Antec. prob. actus exterior nullam nouam honestatem superaddit actu interno, cùm tota honestitas moralis formaliter saluetur in solo actu interno.

4. Mors patienter pro Christo tolerata non est sufficiens remittere in heretico, vel schismatico peccatum heresie aut schismatis, quamdiu in heresi & schismate manent: ergo neque erit sufficiens remittere reliqua peccata, quamdiu peccator in illis manet : hoc est quamdiu de illis vel extra sacram. non conteritur, vel cum Baptismo, aut Confessione non atteritur. Antec. docent August. lib. I. de Bapt. con. Donatist. cap. 11. & lib. 3. cap. 16. & lib. 4. c. 17. Cypria, de simplicitate Prelator. ubi. Occidi, inquit, talis potest, coronari non potest, alijsq; Patres. Quinto si quis mortem opperat pro Christo ante Baptismum non iustificatur sine voto baptismo, si re ipsa Baptismum suscipere non potest: ergo nec post Baptis. si post Baptis. commisit aliquod mortale, absque voto sacram. Poenit. si id re ipsa suscipere non potest: non minus n. vnum sacram. quam aliud est necessarium ad salutem. At votum Poenit. est contritio: ergo sine contritione aut saltē attritione simul cum Baptis. vel Poenit. martyrium hominem non iustificat. 6. Si tempore martyrij se offerat commoditas Baptismici, qui baptizatus non est, aut Confessionis, qui Baptizatus conscientiam habet peccati mor. tam ille teneatur ante martyrium baptizari, quam hic confiteri. Igitur deficiente copia sacram. uterque teneatur de commissis conteri: quia teneatur voto supplere virtutem sacram. cuius inopia laborat: Neuter eam supplet actu attritionis, sed contritionis. ille n. actus vim sacram. supplet, qui sufficiens est scipio facere, quod faceret sacram. si suscipietur: hic non est actu attritionis, sed contritionis: hic n. tantum iuxta Trid. seq. 14. cap. 4. extra sacram. iustificat.

SECUNDA sent. docet, martyrium ex singulari priuilegio & speciali promissione Christi, habere vim conferendi primam gratiam, & consequenter instar sacramenti martyrem iustificare ex opere operato: Major in 4. dist. 4. qn. 3. §. Secunda propos. qui ad actum martyrij consequendum, solum requirit, ut martyris martyrio non dissentiat: Omnis, inquit, non dissentiens occisus pro Christo baptizatur Baptismo sanguinis: Andri. Vega. lib. 6. in Trid. 36. & 37. Henr. lib. 2. de Bapt. cap. 34. Bellar. lib. 1. de Bapt. cap. 6. Suarez. 3. p. 10. 3. disp. 19. seq. 3. Valent. 2. 2. disp. 8. qu. 2. punt. 2. Tolos. lib. 2. Sum. 6. 22. Lessi. apud Layman. Coninck. 3. p. qu. 66. art. 12. dub. 1. & 2. Sylvi. Nagn. ead. qu. art. 12. diffic. unic. concl. 4. Tanner. 3. p. diff. 4. de Bapt. q. 3. dub. 3. Proposit. 3. p. q. 68. de Bapt. art. 3. dub. 8. concl. 3. Corn. à Lapide in 1. Epist. ad Corinth. c. 13. in illa, Si tradidero corpus meum &c. His annumerat S. Tho. 3. p. q. 87. Caset. ibid. qui concedunt, posse hominem dormientem per martyrium ab omni culpam mortali, quam veniali liberari: Quia, inquit, S. Doct. passio pro Christo suscepta obtinet vim baptismi: & ideo purgat ab omni culpa & veniali, & mortali, nisi aequaliter voluntatem peccato inueniret inherentem. Non posse id martyrium, nisi vim haberet primam gratiam conferendi ex opere operato; prob. dormiens supponitur habere mortale, alioqui non posset in somno pro Christo occisus à mortali liberari, sed potius ante occisionem supponeretur

P. Amici Tom. VII.

ab omni culpā liber: nec ab ea liberari posset per actum charitatis elicium in ipso martyrio: quia in somno vsum libertatis non habet: nec per elicium ante somnum, quia tunc non per martyrium in somno patsum, sed per actum charitatis ante somnum elicium à peccato liberaretur: cùm actus ipsae charitatis ex le vim habeat iustificandi hominem à peccato. Sequitur ergo, quod hic à peccato liberatur per gratiam collatam à martyrio, quæ cùm supponat subiectum in peccato, necessariò erit prima, & ex opere operato, non operantis, cùm nullum opus martyr in somno exercere possit, quo primam gratiam mereatur. Idem in 4. dist. 4. q. 3. art. 3. qn. 4. affirmat, Baptismum sanguinis exceedere Baptismum aquæ, quia in Baptismo sanguinis & gratia magis angetur habenti, & amplior datur non habenti, si impedimentum non adsit: Et quodlib. 4. art. 19. posse aliquem martyrium sufferre sine charitate, et si pro contraria sent. hunc locum interpreteatur Caset. 2. 2. q. 12. 4. art. 2. fine, quod is, qui absque charitate martyrium sufferri, martyrij effectum nō consequatur. Nec refert, quod alibi doceat, martyrium efficaciam habere iustificandi hominem ex actu charitatis: intellige enim ne sibi contradicat, de charitate non antecedente, sed concomitante, vel consequente. Pari modo explica Richard. Durand. Gabriel. cùm doceant, Baptismum sanguinis vim iustificandi martyrem habere ex passione Christi, cui per mortem patienter toleratam martyrliter conformatur; si enim ad illud charitatem requirunt, eos intellige solidem de charitate concomitante, & consequente.

Nota 1. questionem non esse, an ratione præcepti, teneatur martyr ad martyrium per actuū charitatis se præparare; sed an martyrium per se ex Christi lege & promissione primam gratiam conferat, & peccata remittat, vt si ponatur casus, in quo martyr nullo præcepto teneatur ad sacram. Baptis. aut Poenit. suscipiendum, eò quod eorum opportunitatem non haberet; vel ad actum charitatis contritionis eliciendum, vt casu quo quis in somno pro Christo occideretur, prauia tantum attritione de peccatis; vel si absque culpa per inuinibilem inaduentiam hæc præcepta obliuisceretur, per quorum obseruantiam iustificaretur; vel si conaretur actuū dilectionis & contritionis elicere, attingeret autem solum actuū attritionis: queritur, an tali euentu martyrium ficeret ex stricto contritu, conferendo primam gratiam ex opere operato. 2. Etsi concedatur, martyrium non iustificare, nisi quatenus includit actum charitatis, non propriè sequi, illud gratiam non conferre ex opere operato; tum quia posset eam simul conferre ex merito operantis, maiorem scilicet tribuendo, quam ex solo merito operantis. Vti potest contritio primam gratiam conferre ex merito congruo operantis, & simul ex opere operato, maiorem tribuendo, quam ipsa ex se, vt actus operantis est, de congruo meteretur. Tum quia saltē quando martyrium subiretur ab homine iusto, conferret illi augmentum gratiæ, etiam ex opere operato; sicut illam tribuunt sacramenta viuorum. Verum de facto omnibus, qui negant martyrium à peccatis iustificare, nisi ratione actus charitatis, & qua imperatur, simul negant, illud gratiam conferre ex opere operato. His adnotatis,

Dico 1. Longè probabilius, est & sanctotum Martyrum ex auctoritati conformius, martyrium gratiam conferre ex opere operato, vel illam in iusto ultra meritum operantis augendo, vel in peccatore interdum primam conferendo: ex verbis Christi: Qui ex Meis sor-

me cons-

Marci 8.

August.

48.

49.  
4. Ex sacro  
Eccles. sensu.so.  
Magnis dis-  
crendis in er-  
rarij. iij &  
circumcisio-  
nem.

me confessus fuerit coram hominibus confitebor & ego eum coram Patre meo: & Marci 8. Qui perdiderit animam suam propter me, & Evangelium, salvato faciet eam. Quae iuxta August. & alios Patres specialem promissionem continent factam ijs, qui vitam pro Christo, eiusque doctrina exponunt. *Quicunque, in quic 13. de C. init. cap. 7. August. etiam non percepto regenerationis lauacro, pro Christi confessione moriuntur; tantum eis valeat ad dimissenda peccata, quantum si abluerentur sacro fonte baptismatis.* Qui enim dixit: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlorum: alia sententia istos fecit exceptos, ubi non minus generaliter dixit: Qui me confessus tuerit &c. Et alio loco: Qui perdiderit &c. Quid enim pretiosus, quam mors, per quam sit, ut etiam delicta omnia dimittantur, & merita cumulatis augeantur? Vbi non minus ex cit. Qui me confessus fuerit &c. colligit dari remissionem omnium delictorum morte ipsa Christum confitentibus; quam ex illis: *Nisi quis renatus fuerit &c. infert condonationem eorumd. Baptismum suscipientibus.* Nec dici potest, hanc efficaciam ab August. tribui martyrio ratione charitatis; exprelse enim illam tribuit ratione promissionis a Christo facta, & generalis sententia: *Qui me confessus fuerit &c. sicut in Baptismo ratione illius: Nisi quis renatus fuerit &c. Quid si solum ratione charitatis hanc vim remittendi peccata martyrio tribuisse, nullum posseisset inter ipsum & Baptismus assignare discrimen: nam etiam Baptismus suscipi potest cum eadem, immo & cum maiori charitate: cum tamē absolute pronunciet, Baptismum excedat martyrio, quia in hoc & omnia delicta remittuntur, & merita cumulatis augentur. Quod etiam notauit Auctor de Eccles. dogm. qui Baptismo remissionem, martyrio extinctionem peccatorum tribuit.**

2. Hæc sent. colligitur ex tacito Ecclesiæ sensu; quæ dum infantes ab Herode occisos colit ut beatos, supponit in martyrio esse aliquam vim iustificandi à peccatis independenter ab actu martyris, ei communicatam ex lege & promissione diuina: ergo eamdem vim retinet applicatum adultis: cum nullum habeamus fundementum excludendi à tali virtute & promissione adultos: cum potius verba, *Qui me confessus fuerit &c. primariò dicta sint adulteris, qui non solum opere, sed etiam ore Christum confiteri possunt. Sicut igitur ex verbis: Nisi quis renatus fuerit &c. colligit Ecclesia, communicatam esse Baptismo virtutem iustificandi à peccatis, quam Baptismus retinet etiam applicatus adultis: ira, quia ex illis, Qui me confessus fuerit &c. Ecclesia colligit, communicatam esse martyrio vim iustificandi parvulos ab originali, ut constat ex Collectâ pro Innocentib. Qui non loquendo, sed moriendo confessi sunt, procul dubio alludens ad verba Christi, nullum habemus fundam. à tali virtute excludendi adultos. Video, hoc argum. eludi posse exemplo circumcisionis, quæ eis iustificabat parvulos, non tamen adultos. Verum quid circumcisio adultos non iustificauerit ex opere operato, rectè colligimus ex uniuersali doctrinâ Concilij Florent. in decret. de unio. Arm. definiens, sacramenta antiquæ legi gratiam non contulisse, sed eam tantum per passum Christi dandam figurasse. Nullam habemus vel Ecclesiæ definitionem, vel Patrum auctoritatem, ex qua vel probabilitate colligere possimus, martyrium non iustificare adultos, sicut iustificat infantes, ex opere operato & promissione diuina. Alia ratio adduci solet: nempe quid dum Ecclesia pro canonizando martyre format examen, non indagat, an fuerit ante peccator, & non ex charitate*

pro Christo mortuus sit sed hoc ipso quid sibi per testes & humana indicia moraliter constat, illum mortuum fuisse pro defensione fidei, iudicat, procedendum esse in canonizatione illius. Hanc rationem omitto, cùm fieri possit contra nostram sent. in qua aliquem supernat. actum virtutis infuse ad martyrium requirimus, ut martyrem valeat à peccatis iustificare: cùm tamen neque de his actibus soleat Ecclesia inquirere, quando de martyribus pro canonizatione exameo format.

Efficacius prob. ex Patri principijs: 1. tria esse baptisma, Fluminis, Flaminis, & Sanguinis; at si martyrium suam efficaciam à peccatis iustificandi sortitur à solo actu charitatis, à quo procedit, non distinguetur à Baptismo Flaminis: nam hic etiam vim iustificandi à peccatis habet ab actu charitatis vel contritionis. Nec dici potest Baptis. Sanguinis distingui per opus exterrit mortis, cum id opus nihil in fœt. aduers. conduceat ad remissionem peccatorū; nec ex opere operato, quod martyrio negant; nec ex opere operantis, cùm nullum opus exterrit augeat honestatem actus interni.

2. Martyrium succedere loco Baptismi, expressè tradunt Patres, Clemens Rom. infra, Cyprian. epist. ad Iubaia. Tertull. lib. de Baptis. fine: vbi de Baptismo languinis concludit: *hic est Baptismus, qui langurum & non acceptum representat, & perditum redidit.* Idem iæpe docet August. Prosper lib. de sententijs, hanc de martyribus sententiam habet ordine 149. *Qui etiam non percepto regenerationis lauacro pro Christi confessione moriuntur, tantum eis valeat ad abolendam peccata, quantum si abluerentur fonte Baptismatis: & alij Patres quam plurimi. Atqui Baptismus aquæ gratiam conferit ex opere operato: ergo etiam Baptismus languinis, alioqui non perficit illi successeret quoad omnia præsertim, cùm, ut infra, illi succeedat quoad remissionem totius peccati, quam non nisi ex opere operato martyrium conferre potest.*

3. Martyrium quoad virtutem & efficaciam longe antecellere Baptismum aquæ. Clemens Roman. lib. 5. Apost. confit. cap. 5. *As vero, inquit, qui martyrio habitus est dignus, is letissimam in Domino percipiat, quod tantum coronam adipius sit, & quod propter confessionem ex hac vita exeat: et si Catechumenus sit, recedat ad Deum latens: reddit rationem: crucifixus enim, quo est propter Deum affidus, erit ei senior baptismus, quod is quidem experientia ipsa mortis comoritur Christo. reliqui vero mysticarum representatione.* Cyprianus cit. Epist. ad Iubaia, fine: *Nunquid, ait, Cyprianus, potest via Baptismi maior esse aut potior, quam confessio: quam passio: ut ex Cypriano August. refert.*

4. lib. de Baptismo cap. 16. *Ut quis coram hominibus Christum confiteatur, & sanguine suo baptizetur Cyprianus de exhorte. ad marty. fine: Docentes hoc baptismum gratia maius, in potestate sublimius, in honore pretiosius: Baptisma, in quo Angeli baptizant, & in quo Deus, & Christus eius exultant: Baptisma, quod post nemo iam peccat, baptisma, quod fidei nostra incrementa consummat; baptisma, quod nos de mundo recessentes statim Deo copulat. In aquæ baptismo percepitur peccatorum remissa, in sanguinis, corona virtutum. Auctor de Ecclesiast. dogm. cap. 4. ita martyrium Baptismo præsert, ut in hoc dimitti, in illo extingui peccata affirmet. Rupertus lib. 7 de divin. Ruperrum officijs cap. 5. vbi disputans, an martyrium sit Baptismus: *Quid ergo numquid hi baptizati sunt? Responset: Imò tantò maiorem gratiam præ illis, qui in pace Ecclesia moriuntur, afferri sunt: quanid graviori dispensio mortis ex sanguini Christi communicarunt. Nam in Baptismo communis, tantum similitudo mortis est, signis**

Patri principijs capitulo 1.

Principijs 2.

Tertullian.

Auctor de Ecc. dogm.

Bernardus.  
Argumenta  
formatur.

est, sicut ait *Apostolus*: *Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus: in martyrio autem ipsa mors.* Idem docet *Bernardus*. *Epist. 77. ut supra*, & alij Patres. Ex quo arguo: *Si martyrium gratiam conferret solùm ex merito operantis, non posset dici perfectius & efficacius Baptismo, maioremque, quam ille gratiam conferre: nam Baptismus gratiam confert, ex opere operato, & merito operantis: maior autem est gratia, quæ confertur ex utroque simul, quam ex merito operantis tantum.* Maior prob. idem actus attritionis, qui ante gratiā baptis. est dispositio, post suscepitam est meritum, intuitu cuius augetur gratia. Nec refert, quod actus martyrij, intuitu cuius datur gratia martyri ex opere operantis, semper est actus charitatis: actus baptizandi, qui ut dispositio requiritur ad gratiam baptis. est attritio; huc minus illo meritaria: licet enim actus charitatis sit magis meritorius, quam actus attritionis, semper tamen maior est gratia, quæ confertur ex opere operato, quippe quæ immediate fundatur in meritis Christi, quam quæ datur ex opere operantis, quæ immediate fundatur in merito creaturæ. Licet igitur gratia respondens attritioni, ut merito operantis, sit minor respondentे auctui charitatis: gratia tamen respondens attritioni, ut merito operantis, & Baptismo ut operi operato simul, maior est solā gratiā respondente martyrio ex solo merito operantis: proinde maiorem gratiam conferret Baptismus, quam martyrium contra Patres.

Principia 4.

A fortiori.

Quoniam.

Infat  
Vasquez.

Sed contra.

comparatione confessoris, qui multos annos affiduis corporis animique afflictionibus vitam impedit, longè minus bonum dat, aut malum patitur: Cum tamen ille tot peccantijs non semper consequatur remissionem totius penitæ peccatorū, quam consequitur martyr, etiam corporis salute omnino desperata. Quod si martyrium hunc effectum conferret ex opere operato, non est maior ratio, cur non etiam culpæ remissionem ex opere operato conferat. Quam sequelam ingenuè concedit Vasquez, ideoque, ne & consequens cogatur concedere, negat antecedens.

6. Martyrium hos effectus causare ex diuinâ pro-

Sexta princ.  
Ex Cyprian.

missione: non igitur ex naturâ actus, à quo impecratur. Antec. tradunt Cyprian. Epist. ad Iubai. cit. vbi de catechumenis, qui ante baptis. pro Christo moriuntur. sic scribit: *Deinde nec priuari baptismatis sacramento, utpote qui baptizentur glorioſissimo, & maximò sanguinis baptismo, de quo Dominus dicebat, habere se aliud baptisma baptizari. & passione sacrificatum consummari, & divina pollicitationis gratiam consequi.* Confirmat exemplo boni latronis, qui ex diuinâ pollicitatione consecutus est, & suorum peccatorum remissionem, & gloriae adoptionem.

August. lib. 13. de ciuit. cap. 7. ita concludit: *Mors erga non ideo bonum non videri debet, quia in tantam utilitatem non visa, sed diuina opitulatione conuerſa est: ut qua tunc (nempe in Paradiso terrestri) metuenda proposita est, ne peccatum committeretur, nunc suscipienda proponatur, ut peccatum non committatur,*

*commisumq. deleatur, magnaq. vittoria debita iusticie palma reddatur: en. refert utilitatem, quam mors, ne peccatum committatur, affert martyri, non in mortem, vel actu, quo toleratur, vel imperatur, sed in diuinam opitulationem, quæ facit, ut intercedente promissione, hanc utilitatem, quam martyrium ex naturâ uâ non haber, diuinâ liberalitate nobis afferat. Nec te moueant verba, quibus videtur hanc utilitatem ad iusticiam, quæ potius opus operantis respicit, referre: nomine enim iustitiae Augustinus (& Patres, ut Schol. explicant, & nos tñm.*

*6. disp. 6. sect. 7. & 8.) non intelligit perfectam & rigorosam fundatam in perfectâ iurium alteritate, sed quamcunque virtutem ad altitudinem ordinaram: quo pacto fidelitas in promissione fundata dicitur iustitia, quia est virtus ad alterum, & à S. Tho. 2. 2 q.*

*80. a. vn. ad 3. numeratur inter species potestatuæ iustitiae. Concludo: Sit aliquis peccator, qui nec opinatò ad martyrium statim rapiatur pro defensione Ratio practi- fidei: conetur iste ad actuū contritionis eliciendū, & illum non attingat, sed loco illius eliciat actuū*

*attritionis; ita tamen, ut moraliter putet, se eliciuisse actuū contritionis: nec illi per tempus vacet maiorem diligentiam adhibere, cum debeat contra Tyranni insultus, & tormentorum vim acerbatemque mortis se minire. Aut iste cum solo actu attritionis saluabitur, aut non: Si primum, habetur intentum, nempe martyriū ex attrito reddere martyrem contritum. Secundū difficile est creditu, nec diuinâ clementiâ dignum: nam et si iste non fecit quantum potuit, certè fecit quantum moraliter puit, se facere posse.*

Dico 2. Ut martyrium primam gratiam conferat ex opere operato, necessaria est aliqua penitentia, & dolor supernat. de peccatis. Prob. 1. ita pernas. de

Innocen. III. cap. Maiores de baptis. vbi definit, peccatum actuale, quod consensu contrahitur sine consensu minimè relaxari: 2. Constat à paritate Baptismi, & Aperi.

Penit. quorum utrumque, ut primâ gratiam conferat ex opere operato, requirit dolorem supernat. de peccatis, ut de Baptis. definit Trident. sess. 6. cap.

60:

Necessarius

est dolor si.

de

peccatis.

ca conclusio

afficit.

6. de Pœnit. *seff. 14. c. 3. & 4. & can. 4.* à fortiori hunc dolorem requirit martyrium, quod non est primò per se institutum ut ea sacram. ad peccata delenda, sed hoc habet ex adiuncto priuilegio.

Ex Trident. 3. Ex cod. Conc. *seff. 14. cap. 4.* vni definitur, hic dolor quo quis tempore fuisse necessarius ad imperatam veniam peccatorum: Igitur non tantum in sacram. Baptis. & Pœnit. sed etiam tempore martyrij, quo homo non eximitur ab obligatione seruandi præcepta diuina: quin maximè obligatur, cum per eorum obseruantiam debeat se ad martyrium disponere. 4. Cum peccatum in hoc statu naturæ elevarat cōmissum, sit offensa contra Deum finem supernat. saltem connaturaliter remitti nequit, nisi per retractationē supernat. peccatoris, quā præcedens voluntas, in cuius morali perseverantia habitualē consistit, tollatur, & aliqua satisfactio Deo fine supernat. offenso offeratur. Quæ satisfactio nequit respectu Dei, qui corda hominum respicit, alio modo fieri, quam proprio actu displicentia, quo offensa retractetur.

Confir. nil magis, s̄p̄ius, atque efficaciū, quām hic dolor de peccatis ad veniam impetrādā in scriptura inculcatur. Leuit. 5. agat Pœnitentiam pro peccato: 2. Paralip. 6. si conuersi egerint Pœnitentiam &c. lob. 2. Agite Pœnitentiam; Ierem. 18. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, agam & ego pœnitentiam: Ezech. 18. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, vitā vinet, & non morietur: Matthæi 3. & 4. Pœnitentiam agite: Lucas 13. Nisi pœnitentiam habueritis, omnes simul peribitis: &c.

Dico 3. Dolor de peccatis cum martyrio ad iustificandum requisitus, per se non est contritio, sed sufficit attritio. Affer. sequitur ex prima, quā prob. martyrij ex speciali priuilegio & promissione Dei instar Baptisini conferre primam gratiam, & ex attrito reddere martyrem contritum. Dixi per se: nam per accidens ratione alicuius præcepti tempore martyrij occurrit, poterit martyr illo tempore obligari ad actum contritionis eliciendum, de quo sequenti tomo.

Obijcies 1. Ex hac opin. sequeretur posse martyrem ad martyrium accedere cum solā attritione notā: sicut potest Badaptis. & Pœnit. accedi: quia ea dispositione accedit, quæ cum morte pro Christo tolerata sufficiens est ad remittenda peccata. Resp. conced. sequel. quantum est ex vi dispositionis ad effectum martyrij consequendum requisitæ: vt Henr. l. 2. de Bapt. c. 37. n. 1. fine. An autem teneatur conari contritionem elicere, eo quod articulo mortis homo semper teneatur tertiorem viam salutis amplecti, constat ex seq. to.

Obijcies 2. Ex Trid. *seff. 6. c. 4.* homo ante Baptis. à peccatis non iustificatur, nisi aut lauacro regenerationis, quod fit per Baptis. aut eius voto: post Baptis. non nisi Pœnitentia sacramēto, aut eius voto. Ergo martyrium per se hominem non iustificat, nisi vel in voto Baptis. qui Baptizatus nō est; vel in voto sacram. Pœnit. qui baptizatus est. Resp. Concil. cit. solū agere de medijs ad iustificationem ordinarijs, non autem de medijs extraordinarijs, cuiusmodi est martyrium. Quod inde constat, quia nec ibi mentionem facit de iustificatione infantium per sanctificationem in utero matris, vel per mortem in odium Christi passam: cum etiam hæc iustificant peccato originali.

Dico 4. Adeffectum martyrij consequendū interdum sufficit dolor & detestatio virtualis peccatorum, eminenter inclusa in actu formalis dilectionis Dei super omnia. Fund. dilectio hominis erga Deum ex divina promissione secum afferit dilectio-

nem Dei erga hominem, Luca 7. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum: Ioan. 14. Qui diligat me, diligerat à Patre meo: & dari potest calus, quo martyr excusat à formalī detestatione peccatorum. Ergo tunc sufficiet solus dolor & detestatio virtualis &c. alioqui posset quis amare Deum super omnia, & vi talis amoris vitam suam pro Christo profundere, & tamen non diligat à Deo, contra cit. scrip. Antec. quoad poster. partem prob. posset quis ardenti affectu charitatis terri in Deum, & vitalis affectus vitam suam in Dei honorem dare, & nihilominus à formalī detestatione peccatorum excusari, vel quia tunc menti non occurrerent, & per tempus non vacaret illa diligentius excogitare; vel & si menti occurrerent, propter subitam mortem, qua à Tyranno præuenientur, non posset contra illa formalem detestationem concipere. Quis hunc æternū damabit? Hoc calu veram puto Sotii sent. negantis, ad effectum martyrij consequendum necessarium esse formalem dolorem, aut Pœnit. de peccatis, sed tantum sufficere actum charitatis, quo martyr se offerat ad mortem pro Christo patientem. Nam alijs repugnat, vt seq. tom. hominem habere auctum dilectionis Dei super omnia, & peccata memoriaz presentia non statim detestari, si potest: vnde si potest, & actu illa statim non detestatur, à posteriori signum est, illum non habere verum actum dilectionis Dei super omnia, quia hæc statim tollit malum ab amico, in quem super omnia fertur amore amicitia. Ex dictis,

Inferunt 1. nullum actum inferiore charitate absque formalī pœnit. sufficere simul cum morte patienter pro fide Christi tolerati ad iustificandū hominem à peccatis. Fund. nullus est sufficiens cū sacram. mortuorum ad iustificandū peccatorem: ergo nec cum morte patienter pro Christi fide toleratā: cūm non minorem dispositionem requirat martyrium ad iustificandum, quām sacramenta mortuorum, quæ per se instituta sunt ad remittenda peccata. Confirm. Nullus actus prætercharitatem erga Deum ex divinā promissione habet annexam dilectionem Dei erga hominem.

2. Contra Caiet. cit. cum, qui cum voluntate mentiendi iuit dormitum, si in somno occidatur pro Christo, non consecuturum per martyrium remissionem talis peccati; cūm ad eam requiratur aliqua retractatio; sed per actum feruentis charitatis, quem instanti separationis animæ à corpore elicet; sicut remittuntur reliqua venialia, cum quibus iusti ex hac vita discedunt. vt seq. tom. Remissa autem culpā vi actus charitatis, remittitur tota pœna tali peccato debita virtute martyrij pro Christo in somno passi 3. Qui nunquam habuit voluntatem subeundi mortem pro Christo, & si iustus sit, & in somno in odium Christi occidatur, vel reperiatur cum mortali, cuius ante somnum præcessit attritio, non consecuturum effectum martyrij. Vnde nec iustus per talem mortem acquireret incrementum gratiæ, nec peccator cum præviā attritione iustificaretur. Ratio: sicut tali casu baptismus non conferret gratiam, ita nec martyrium: cūm nō minùs martyrium, quām baptismus, vt gratiam adulto conferat, & adulti voluntatem requirat. Ratio utriusque est institutio Christi fundata in conuenientia rei, vt nimis qui propriæ voluntatis est capax, nec sacramenti, nec martyrij effectum consequatur, absque proprio ipsius consensu. Nec refert, quod in somno propriæ voluntatis capax non sit: nam sufficit vt antea capax fuerit. Vnde sibi imputet, si defectu propriæ voluntatis fal-

64.  
Sufficit dolor  
ex supernat.  
motus infra  
motuū con-  
tritionis.

68.  
Nec sufficit  
actus infe-  
rior charita-  
te absque  
formalis.

65.

66.

67.  
Non requiri-  
det: stationē  
formalē pe-  
ccatorum.

69.

70.  
Qui nūquæ  
voluntatem  
habuit sub-  
eundi mar-  
tyrij, si in  
somno pro  
Christo ce-  
cidatur, non  
consequitur  
effectū mar-  
tyrij.

71.  
Sed qui vo-  
lunta: ē nun-  
quam retra-  
ctantur.

72.

Resp.

73  
Explicatio  
Clemens.

74.  
Ad Pseudo-  
Cyprianum.

75.  
Ad S. Aug.

tatis saltem virtualis & in genere, sacramentū esse. Etus, vel martyrij non cōlequatur: cū iuxta Christi præceptum, debeat homo semper eis vigil & ad mortem dispositus. 4. Eum, qui lemel voluntatem habuit subeundi pro Christo mortem, & nunquam illam retrahuit, si in somno propter Christum occidatur cum mortali, cuius ante somnum præcessit attritio, consecuturum effectum martyrij, sicut baptismi. Quia præcedens voluntas nunquam retractata, moraliter censemur perseuerare, ac proinde esse apta componere martyrium cum morte præcente propter Christum illatā effectumque martyrij subiecto, obicem non ponenti, conferre. Actus enim præcedens attritionis sicut sustulit habitualē voluntatem peccandi, ita obicem, qui in eā fundatur. DICES. Præcedens voluntas moriendi pro Christo retrahatur per subsequens mortale: ergo et si postea de illo peccator attritionē habeat, non poterit pro Christo in somno occisus martyrij effectum consequi. Resp. neg. antec. Quia non quodlibet mortale retractat quemcunque actum honestum, sed tantum illum cui formaliter opponitur. Quare adiuc admissio mortali, manere potest virtualiter præcedens voluntas pro Christo moriendi, quā posita attritione sufficiens est ad martyrium, eiusque effectum: non minus quam sufficiens foret ad baptis. eiusque effectus causandos: cū non minus unus baptis. quam aliis ex diuinā institutione primam gratiam confusat obicem non habenti.

Ad argu. oppositæ sent. Ad 1. du&um ex Clemente resp. 1. nullam ibi mentionem fieri de imitatione Christi quoad virtutem charitatis, sed solū patientiæ. 2. ex huiusmodihortatione, non sequitur, martyrem ex præcepto teneri ad imitationem eius, ad quod fit adhortatio: cū lāpe adhortatio fieri soleat de ijs, quæ sunt sub consilio. Nec te moveat tdiustum est: quia cū hoc præceptum non sit in specie de Christi charitate imitanda in martyrio tolerando, sed tantum in genere, vt martyr moriendo sit perfectus, sicut Magister eius, non cogimur illud intelligere de imitatione Christi quoad charitatem, sed quoad quamcumque aliam virtutem.

Ad Pseudo-Cypria. Resp. optimè dixisse: cor contritum penam latronis mutauit in martyrium: quia cū ille non fuerit martyr, vt August. L. 4. de Bptis. c. 22. & ratio suader, si quidem non pœna, sed causa martyrem facit: & ille mortem non propter Christum, sed propter sua scelera passus est; non potuit remissionem peccatorum consequi virtute martyrij, sed contritionis: merito cuius idē dicitur illius pœna in martyrium mutata, quia in eo contritio supplevit virtutē martyrij, omnem culpam & pœnam remittendo, vt constat ex illis verbis: Hodie mecum eris in paradiſo.

Ad August. 1. loco cit. secundum priora verba, nego, ex ijs sequi, merita martyris in martyrio non cumulari: licet enim gratia non conferatur, nisi quando aut nulla, aut exigua defectu. libertatis futura sunt merita; gratia tamen, quam martyrium ex operato confert, est adeo copiosa & abundans, vt excedat quæcumque merita, quæ martyris suis operibus comparare posset. Posteriora autem verba vel intelligi possunt de charitate, qua plerunque martyres mortem pro Christo appetunt, vel de amore concupiscentiæ, quo actu spei Christum amant, vt bonum beatificum proprium: nam etiam ad hunc amorem, cū sit, vt suppono, in substantiâ supernaturalis, requiritur peculiaris gratia Spiritus S. vt definit Trident. sess. 6. can. 3. In 2. loco

cit. negat cum Cypriano, martyrium prodesse hereticis defectu charitatis, non solū antecedentis, quā carent: sed etiam consequentis, quam dum heretici sunt, habere non possunt: & quia vñā cum charitate illis delupt reliquæ virtutes infuse, præcipue fides, sine quā nullum opus Deo placere potest. Ad Bernard. resp. 1. etio ille fuerit huius opinionis, etiamen opponimus multos Patres cit. 2. in ea epist. totum esse in confutando errore illorum, qui negabant ad salutem sufficere cordis contritionem, deficiente copiā Baptis. idē ostendit martyrium fieri Deo acceptum merito interioris fidei & cordis contritionis, qui actus ex se absque sanguinis effusione, vel aquæ profusione, quando in re haberit non potest, sufficiens sunt ad salutem: quæ sent. Tuā probabilitate non caret. Sæpe enim Patres ad efficacius aliquem errorem confutandum vii solent minūs probabili sent. Quin addo, non obscurè ex ead. epist. colligi Bernard. fauere nostræ sent. nam ibid. docet, martyrium quoad meriti cumulum longè superare Baptis. aquæ: eo quod, vt supra, supponit maiorem aliquam proportionem conferre martyrium, quam ex solo actu charitatis debita sit. Testimonium Pauli plerique nostræ sent. auctores explicant de charitate concomitanti, seu consequenti. Quod inde probat Bellarm. quia hoc ipsum dici etiam potest de Baptis. sc. qui Baptis. habet sine charitate, nihil ei prodest: cum tamen nemo negat, Baptis. conferre primam gratiam, & cum eā charitatem, ceteraque virtutes. Ceterum Chrysostom.

32. Paulum explicat per hyperbolēn, vel ex hypothēsi, vt nimurum si fieri possit, vt quis martyrium subeat sine charitate, tam antecedente, quam consequente, saluus esse non posset. Ad rationem Vasquez, ostend. testimonio scripturæ, adiuncta. Patrum explicatione tacito Ecclesiæ sensu, Patrum auctoritate, hanc Dei promissionem martyrio factam constare.

Ad rationem aliorum 1. neg. s'equel. Ad sacramentum enim requiritur, vt sit actio humana à Christo Ad aliorum cum certo ritu & cæmoniâ assumpta ad gratiam rationem 1. conferendam. Quæ conditio non conuenit martyrio. Non enim mors in odium Christi à Tyranno illata est actio à Christo assumpta ad gratiam conferendam, sed tantum à Deo permitta, quā posita ex suā liberalitate Deus, ob cōformitatem talis actionis cum morte & passione Christi, gratiam confert martyri vitra ipsius meritum. Ad 2. hoc argu. fieri Ad secundâ etiam potest de infantibus ab Herode eccisis: hi. n. 1. accipere debuerunt gratiam originalis deletivam aliquo instanti ante mortem. 2. dico, tempus, quo s. Dico, martyrium primam gratiam confert attrito, esse paulò ante mortem, quando martyr accepto lethali vulnere non solū non potest amplius naturaliter vivere, sed nec sensibus & ratione vī: tunc enim moraliter censemur consummatum: neque martyrem posse amplius gratiam martyrij perdere, cū non sit amplius in statu liberè operandi, ac proinde per peccatum acceptam gratiam amittendi: idque colligitur ex S. Tho. 2. 2. qu. 124. art. 4. ad 4. Quod si post acceptam gratiam diuinitus mors impediretur, tunc puto, hominem martyris coronam non amitterum. Quod etiam docet Suarez disp. 29. sect. 3. fine, & colligitur ex sensu Ecclesiæ celebrantis festum S. Ioannis Euang. sub ritu martyris. Ratio: eo casu martyr non soldm affectu, sed etiam opere passus esset, quantum pati potuisset, vt suam vitam pro Christo daret, mortemque sustineret. Siquidem reliquum illud vitæ, quod superesset, non esset vita hominis, sed planeta, cū nec rationis, nec sensus vīsum eo casu ha- bese

bere posset: proinde verè dici posset pro Christo suā viā perdidisse. Vnde perinde esset ac si mortuus iterū reuocaretur ad vitam. Ceterum an tali miraculo facto, Deus esset talem martyrem in gratiā per martyrium acquisita confirmatus: affirmat loco cit. Suar. Incertum putant alij, cūm nihil nobis, quid Deus tali calu fakturus esset, constet.

Ad 3. dist. antec. efficax voluntas subeundi martyrium, & martyrium actu suscepit quoad essentialia actuum internorum non differunt, concedo: quoad opus externum, cui ex pacto & lege Dei responderet grācia ultra meritum operantis, nego. Sicut efficax voluntas suscipiendi Baptis. & Baptismus actu suscepit quoad internos actus non differunt: differunt quoad externum opus, cui ex lege & promissione Dei responderet pecularis gratia, ultra meritum baptizandi, quæ non responderet soli internæ voluntati suscipiendi baptis. Esto igitur nihil honestatis moralis addat opus externum actu interno, quod tamen falsum esse docet tom. 3. disp. 16. abduc aliqua gratia saltem ex priuilegio respondere potest opere externo, quæ non responderet actu interno. Sicut de facto per omnes externo opere martyrij responderet laureola, quæ certe S. Tho. in 4. dist. 49. qn. 5. art. 3. quaff. 2. ad 3. non responderet soli voluntati internæ moriendi pro Christo. Vnde noranter Christus Matth. 10. suam coram Patre confessionem non promisit volenti illum coram hominibus confiteri, sed actu conscientibus: non enim dixit: *Qui me confiteri volueris: sed, qui me confessus fuerit, &c.* Ad 4. neg. conseq. h̄xreticus enim quamdiu manet h̄xreticus, veram fidem habere non potest: absque vera autem fide nullum opus Deo placere potest. Peccator vero, et si grāiam Dei non habeat, potest tamen voluntatem peccandi per supernat. attritionem retractare, & per opus priuilegiatum martyrij gratiam consequi: non minus quam per eam. attritionem & opus operatum sacram. gratiam adipisci. Quod si h̄xreticus, qui pro aliquo vero articulo fidei à tyranno occideretur, resipisceret, sive er toris p̄enitentiam ageret, illuminatus à Deo; cum sola attritione ex verā fide infusa procedente, vi martyrij iustificaretur, vt notat Henriquez lib. 2. de Baptis. cap. 36. num. 4. Ad quintum, neg. con seq. nam votum Baptis. aut P̄enit. non confert gratiam ex opere operato, sed tantum ex opere operantis: vnde non iustificat saltem dispositiū voluntem, nisi includat perfectam cordis contritionem. At vero martyrium (vt probatur) gratiam confert ad instar Baptis. aut P̄enit. ex opere operato, proinde vt martyrem iustificet, requirit tantum attritionem, quæ cum opere exterho martyrij primam gratiam confert. Ad 6. concessio antec. (non enim martyrium, vt suprad. martyrem deobligat ab obseruātiā præceptorū, quæ tempore martyrij servari possunt) neg. conseq. quantum est ex vi dispositionis ad martyrium requiri: quidquid sit, an ex alio capite teneatur ad contritionis actum, de quo so. seq. Ad prob. conseq. conced solum votum attritionis supplete non posse vim esse & cumque sacram. nego, non posse simul cum martyrio; quod ex diuina promissione annexū haberet priuilegū conferendi gratiam ex opere operato, cum attritione prima. vt si in defectum sacram. P̄enit. esset aliud sacram. quod ex diuinā promissione conferreret primā gratiam, nosset quis absque sacram. P̄enit. in voto tantum illius, cum hoc aliō sacram. re ipsa suscepit consequi primam gratiam. Sicut iuxta disp. 4. secl. 4. posset quis cum sola attritione probabiliter putata contritione, cum aliquo sacram. viuorum ceipſa

suscepio à peccatis iustificari. Ceterum Trident. loquitur de ordinario modo, quo solent homines iustificari.

Vtīm̄d̄ quarti potest: An hoc priuilegium conseruendi gratiam ultra meritum operantis concessum fuerit martyribus ante aduentū Christi. Pār̄ negans videtur ex dictis sequi. Siquidē docuimus, hoc priuilegium fundari in promissione Christi, Qui me confessus fuerit coram hominibus, confiteror & ego enī coram Patre meo: quæ facta non est martyribus ante aduentum Christi; priuilegium autem penderet ex concessione principis, quæ ante promulgationem nulli ius dat eo fruendi. Confirm. Ante aduentum Christi nullum sacram. gratiam conferebat adulto ex opere operato; ergo nec martyriū: cūm hic modus conferendi gratiam sit peculiaris legis Euang. propter meritum Christi actu exhibita.

Affirmant Henriquez lib. 2. de Baptis. cap. 36. nn. 1. & Suarez cit. disp. 19 secl. 3. ad 3. Quæ probabilit̄ est. Eamque i. docet Nazian. orat. de Machab. smit. affinans, neminem eorum, qui ante Christum natum martyrio perfundisunt, id cura Christifidem esse consecutum. Quibus denotat, eod. modo illos in Christi fide fuisse martyrio iustificatos, sicut iustificantur alij post Christum natum: Expressius circa finem; Hoc denique martyrij, nempe facinus, vicit illis qua postea pro Christo causa sunt nequaquam minorem laudem gloriamq. promeretur: quib. verbis eand. gloriam apud Deum tribuit martyrio Sanctorum ante Christum, ac post Christum: non enim loquitur de gloria solum apud homines. 2. Colligitur ex martyrio infantium, qui fuerunt ab Herode pro Christo occisi. Nam illi martyrium passi sunt, scilicet quando nondum saeta erat promissio à Christo; cūm tamen, vt ex 2. secl. constat, in illis martyrium operatum sit ex priuilegio, sicut operatum est in reliquis martyribus post promissionem à Christo promulgatam. Nec refert, quod hi martyriū passi sunt post Christi aduentum: nam si hoc priuilegium penderet ex promissione Christi, non potuit, antequam illam promulgasset, suum effectum operari: cūm eodem modo talis promissio se habeat, respectu martyrium ante, ac post Christum natum. nondum tamen promissione promulgata. 3. Causa, Propter quam concessum est hoc priuilegium martyrio, est, ex Partib. suprad. quia martyrium est perfecta & realis configuratio cum morte & passione Christi. Hæc autem causa vt Deus moveret ad huiusmodi priuilegium martyrio concedendum, non requirebat mortem & passionem Christi actu exhibitam, sed sat erat præuisam esse vt futuram, vt constat de martyrio Ioannis Baptiste, quod præcessit passionem Christi, & forte etiam promissionem à Christo martyribus factam. Et sanè decuit ad honorandam mortem Christi, vt iphius intuitu etiam futura Deus hoc priuilegium concederet omnibus, qui saltem propter implicitam ipsius fidem morte patienter toleratā realiter se conformatur: essent cū futura morte & passione eiusdem. Quemadmodum ad eam. Christi passionem exaltandam, nullam gratiam Deus antiquis Partibus concedere decrevit, nisi dependenter à futura morte & passione eiusdem.

Vnde ad fundam. opposit̄ resp. hoc priuilegium concessum martyrio, fundari quidem in illa promissione Christi, non quæ tunc primū instituta est, sed quæ tunc primū ore Christi explicata fuit, cum anteā etiam fuit vel per traditionem, vel per diuinam inspirationem. Fuit autem necesse, vt hoc priuilegium magis in lege Euang. explicaretur per publicam Christi promissionem, ad animandas

Ad fund. opposit̄ sens.

<sup>90.</sup>  
Disputatio  
III.  
Ad animandas tot hominum myriadas, qui pro eo mortem subituri erant. At illud quod dicitur, priuilegium suum effectum non operari, nisi sit notum ei, cui conceditur, verum tantum est de priuilegio, cuius effectus pender ex usu priuilegiati, quia nisi priuilegiatus illud sciat, non poterit eo uti: non est verum de priuilegio, cuius effectus pender ex sola voluntate priuilegiantis, quale est priuilegium martyrij, cuius effectus, quæ est gratia ultra meritum operantis, pender ex sola voluntate Dei illam benignè ac liberaliter conferentis.

Ad confirm. sacramenta sunt moralia instrumenta Christi, quæ gratiam non operantur, nisi ut assumpta à principali causa meritoria, qui est Christus: instrumentum enim morale cum facere debeat unum cum causa principali assumente; ideoque debeat per liberam voluntatem illius assumi, non potuerunt sacramenta gratiam operari ut moralia instrumenta Christi, antequam assumerentur per liberam voluntatem Christi: & consequenter non potuerunt ante Christi aduentum gratiam operari ut moralia instrumenta Christi. Contrà verò; quia martyrium gratiam non operatur ut morale instrumentum Christi, sed solum ex priuilegio sibi à Deo concessio, propter realem conformitatem ipsius cum morte Christi, potuit etiam ante Christum natum suum priuilegium effectum operari.

## DISPUTATIO XIII.

### De Sacramento.

### CONFIRMATIONIS.

### SECTIO PRIMA.

#### An & quando fit à Christo institutum?

i.  
Varia nomi-  
na.

**C**ONFIRMATIO sic à Patribus appellata ab effectu, quem producit; christma, à materia remota; consignatio, à materia proxima; manus impositio, quæ ante hoc sacram. ministrabatur; secundum inter sacramenta nouæ legis obtinet locum: non ratione dignitatis; sed quia, ut Patres testantur, est quoddam Baptismi complementum. Non quia sine illo baptismus non est perfectum & completem sacram. sed quia, ut S. Dott. 3.p.9. 72. ar. 7. ad 2. explicat, datur ad augmentum gratiæ, quod primam gratiam regenerationem per Baptism. collatam, compleat & perficit. Sicut n. in materialibus augmentum virtutis corporalis spectat ad perfectum & completum statum viuentis, sine quo viuens est quidem in sua specie completum; nondum tamen perfectum statum viuentis obtinet: ita baptizatus est quidem perfectus in Christo regeneratus, & in nouum hominem secundum Deum creatus; nondum tamen obtinet perfectum statum spiritualis creaturæ, cum sine sacramento Confir. nondum habeat gratiam corroborantem & confirmantem, quæ est huius propria. In Baptismo euim, ut testatur Melchiades in sua decreto. ad Epis. Hispan. post mod. regeneramur ad vitam; post Baptismum confirmamur ad pugnam: in Baptismo abluimur, post Baptismum roboramur. Et si continet transfiguris sufficient regeneracionis beneficia, vienias tamen necessaria sunt Confirmationis auxilia. Regeneratio per se saluas mox in passus sancti recessit.

Melchiades  
Pontifex.

piendos. Confirmationis autem armat & instruit ad agones mundi busus & prælia reseruandos. Contrà hæreticis securi errorem antiquorum, putant, hoc sacramentum esse metam Ecclesia ceremoniam.

Prob. hæc veritas i. Patrum testimonij. Dionysius lib. de Eccles. bierar. cap. 4. fine: Sed & ipsi, inquit, qui sacratissimo regenerationis mysterio consecratur, aduentum S. Spiritus consummans, inunctio targitur unguentis. Clemens Rom. lib. 3. Apost. cap. 16. Postea, inquit, Episcopus baptizatos christiungat. Cuius sacram. significationem explicat seq. cap. his verbis: Oleum pro Spiritu S. sigillum crucis, pro eruce crisma, confirmationis confessionis est: Et lib. 7. cap. 4. 4. postquam vero baptizauerit in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti ungat unguento chrismati, Urbanus I. in sua decreta. fine, de hoc Urbanus I. sacram. hæc habet: Omnes fideles per manus impositionem Episcoporum Spiritum sanctum post baptismum accipere debent, ut plane Christiani intueriantur. Origenes hom. 8. in Leuit. Sic ergo, ait, conuersis à peccato purificatio quidem per illa omnia datur, quæ superrius diximus: Donum autem gratiae Spiritus per oleum imaginem designatur, ut non solum purgationem consequi possit is, qui conuerterit à peccato, sed & Spiritu S. repleti. Tertullia. lib. de resurrect. ante med. hoc sacram. etiam quoad internos effectus ita describit: Caro unguitur, ut anima consecretur. Caro signatur, ut anima munatur. Caro manus impositione adumbratur, & ut anima spiritu illuminetur. Cyptian. epist. vlt. lib. 1. med. Vngi quoque, inquit, necesse est eum, qui baptizatus sit, ut accepto christmate, id est, uncione, esse unctus Dei, & habere in se Christi gratiam possit. Pacianus lib. de Bapt. Lauacrum peccata purificantur, chrismati sanctus Spiritus superinfunditur: utraque vero ista manu & ore Antiphisis imperaramus. August: lib. 2. contra litteras Petil. cap. 104. ita de hoc sacram. In hoc unguento sacramentum chrismati vult interpretari, quod quidem in genere visibilium signaculorum sacrosanctum est, sicut ipse Baptismus: & concludit: Discerne ergo visibile sanctum sacramentum, quod esse & in bonis, & in malis potest, illis ad premium, istis ad vitium. B. Gregor. in 1. cap. super Cantic. Balsamum nascitur, quod cum oleo Pontificali benedictione christma efficitur, quo dona sancti Spiritus exprimantur. Nec dici potest, hos Patres de Confirmatione locutos fuisse, ut de cæremonia ab Ecclesia instituta, ut hæretici autumant: 1. quia multi expressè dicunt, per illam nobis dari gratiam, & Spiritum S. Ecclesia autem potestatem non habet instituendi signum collatum gratiæ, aut Spiritus S. 2. multi hoc sacram. comparant cum Baptism. ei- que præfereunt, eo quod in Baptismo gratia, in Confirmatione plenitudo gratiæ donetur: 3. nonnulli expressè docent, huius sacram. usum ex ipsis Apost. descendere, Pacianus cit. Epist. 1. ad Sympron. Si Pacianus, ergo lauacrum & chrismati potestas, maiorum longè chrismatum ad Episcopos inde ex Apostolorum forma descendit &c. 4. aliqui expressè hoc appellant sacram. interrogatus n. Melchiades, quodnam manus esset sacram. manus impositio Episcoporum, an Baptismus in sua decreta. responderet: Scitote utrumque magnum esse sacramentum.

Prob. 2. ex Concilijs; duo sufficiant, quibus magis credendum est, quam hæreticis, qui odio erga hoc sacram. ducti illud negant; Augustinum pro suo errore citare audet Galinus lib. 4. Institut. cap. 19. nn. 12. qui tamen omnium expressissime, cit. testamento, hoc sacram. affirmat. Florent. in decreto. de unio. Arim. 9. Secundum, & Trident. sess. 7. can. 1. de sacram. ingen. Ofcan. 1. de Confirmat. hoc ut verum & proprium sacram. & unum è septem à Christo.

2.  
Confirmatio  
nō esse verit  
atem sacramentis.  
Dionysius.  
Clement  
Rom.

Origines.  
Tertullianus.  
Cyprianus.

B. Gregor.

Melchiades  
Pontifex.

Florentinus  
Trident.

VI. Synodus generalis. Christo institutum definiunt. Omitto Synod. 6. generali, quæ 93. can. de hoc sacram. mentione facit, his verbis: *Sancto primum christi mite inungentes, & frontem, & oculos, & nares, & os, & aures, consignantes autem diuimus, signaculum doni Spiritus sancti:* Hanc omitto: quia Canones Concilij non sunt ab ipso confecti nec omnes 102. approbati, ut admonitione ante canones adnotatur.

Prob. 3. hæc veritas ex scripturâ: *Cum audissent Apostoli, qui erant Ierosolymis, quod recipi esset Samarita verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannem. Qui cum venissent, orauerunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum sanctum, nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini IESV: Tunc imponerent manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum. Ex quo evidenter hoc sacram. colligitur ut distinctum à Baptis. Nam i. ex hoc habetur fuisse aliquod externum symbolum, sc. manuum Apost. impositionem, ut constabit seq. nec non aliqua verba, quæ simul cum impositione manuum proferebantur, ut de essentiâ sacram. noua legis; ut constat ex verbo, orauerunt; & Clemente l. 7. Apost. constit. c. 45. ad cuius symboli applicationem conferebatur Spiritus S. qui non datur nisi cum gratia, cuius esse collatum est proprium sacram. nouæ legis. Quod hoc symbolum fuerit diuersum à Baptis. aperte constat; illi enim dicuntur fuisse baptizati, qui tamen nondum Spiritum accepérunt, eo quod nondum super illos impositione manuum Apost. quæ ad hoc sacram. necessaria erat, facta fuerat. Ergo etiam si potuerint ab alijs baptizari, non tamen poterant ab alijs confirmari, sed debuerunt ad confirmandū mitti Petrus & Ioannes, vel aliquis ex Apostolis, qui tantum potestatem hoc sacram. ministrandi habebant: sicutdem ordinarius minister huius sacram. est Episcopus: soli autem tunc Episcopi erant Apostoli. Porro Spiritus S. non datur nisi cum ipsa gratia, cum qua vna cum reliquis diuinis personis venire dicitur ad hominem iustificatum, iuxta illud: *Si quis diligit me sermonem meum servabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansioem apud eum faciemus.* Peculiariter enim modo diuinæ personæ per gratiam dicuntur venire ad hominem iustum, ut ad proprium templum, in quo specialiter inhabitat, ut 1. ro. disp. penult. Atqui hæc constituunt verū sacram. ergo Confirmationis non est pura ceremonia, cum hæc non sit gratia collativa.*

At instant hæretici, ad verum sacram. requiri diuinam promissionem de gratia conferenda, quæ hic nulla est. Sed ideo, nulla esset scriptura, quæ hanc promissionem manifestè significaret, sufficeret rotulus orbis in hac partem consensus, ut Hieronymus aduersus Lucifer. dixit: Sufficeret Apostolorū exemplum: nam quid, quæso, expressius potest hanc Dei promissionem de gratia confirmatis danda significare, quam factum Apost. ad quorum manuū impositionē statim Spiritus S. dabatur? An poterant Apostoli propria auctoritate, nullâ Dei promissione factâ Spiritum S. cōfiteri? Illa igitur Spiritus S. visibilis donatio evidentiter supponebat diuinam promissionem de gratia confirmatis danda. Demū omnina loca, quibus Christus promittit se Spiritum S. daturum, quid aliud probant, quam hanc Dei promissionem? Ioh. 14. 15. & 16. & Acto. 1. Accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes, &c. Nam quod Apostoli in die Pentecostes per ignitas linguas, & alij per manuum Apost. impositionem visibiliter accepérunt, reliqui fideles inuisibiliter accipiunt per inuisibilem gratia, & charismatum infusionem.

Ioh. 15.

Hieronymus.

7.

Ceterum de tempore, quo fuit hoc sacram. à Christo institutum, inter Catholicos non cōstat. Probalior sent. Sotii in 4. disp. 7. qu. vn. art. 1. Sancti. disp. 32. sect. 2. &c. illud institutum fuisse ipsâ nocte cœnæ, quæ Christus Apostolos instruxit de hoc & alijs sacram. ministrandis. Quam sent. expresse tradit Eccl. Rom. de Confir. & Fabianus Papa Epist. 2. decre. post init. his verbis: *In illa enim die Dominus Iesus, postquam cœnauit cum Discipulis suis, & laxit eorum pedes, sicut à sanctis Apostolis predecessores nostri accepterunt, nobisq; reliquerunt, Chrisma confidere docuit.* Quibus non modò Pontifex suâ autoritate hanc sent. confirmat, sed insuper illam ex traditione Apost. descendere testatur.

Hic tamen sent. obstat videtur, quia nondum Apostoli vltimâ cœnâ instituti erant Episcopi, penes quos tantum est, hoc sacram. ministrare, ut Floren. & Trid. docet. Verum esto non potuerit ab Apostolis vltimâ cœnâ hoc sacram. fidelibus administrari, potuit tamen tunc institui, ut suo tempore administraretur. Quod non obscurè colligitur ex Solvito. cit. auth. Fabia. qui non dixit, *Chrisma tradere docuit* sed confidere.

## S E C T I O I I.

Quæ fit essentialis materia Confirmationis?

D VPLEX est materia huius sacram. sc. proxima, que est applicatio & usus remota in omnib. De virg. sacram. que in solo usu & operatione consistit: remota huius sacram. est manuum impositione, quæ initio solebant Apostoli hoc confidere: oleum & balsamum, quibus chrisma confiditur; & benedictio Episcopalis, quæ chrisma consecratur.

PRIMA sent. Affirmat, solam Episcopalis manus impositionem, absque christmatisunctione, esse materiam essentialē huius sacram. Hæc referente Aut. solam impositionem apud Marsil. in 4. q. 5. a. 1. fuit Canonistarum: fuit, manuū quam tamen, ut Sotii in 4. disp. 7. q. vn. a. 2. testatur, nullus Canonista docet. Prob. 1. ex facto Apost. qui ut legitur. Aet. 8. & 19. per solam manuum impositionem hoc sacram. ministrabante, nullâ mentione factâ de christmate, vel aliâ materiâ: at nec Apostoli potuerint absque essentiali materiâ hoc sacram. confidere; cum illa pendeat à Christo, qui potestate excellentiæ materias & formas omnium sacram. instituit. 2. tam apud Patres, quam apud sacros Canones hoc sacram. appellatur manus impositione, à materiâ, ex quâ constat: Urbanus I. cit. Per manus, inquit, impositionem Episcoporum, spiritum S. post Baptismum accipere debet. Eusebius Papa Epist. 3. Manus, inquit, impositionis sacramentum magna veneratione tenendū est: & de consecrat. dist. 5. ve Episcopi, inquit Canon, non nisi ieiuni per impositionem manuum Spiritum S. tradant.

SECUNDA docet, omnia hæc esse materiam Confirmationis, oleum, balsamo mixtum, & per Episcopum benedictum, & manuum impositionem ab ipsa christmatis unctione distinctam. Ita Tertullianus cit. Caro vnguit, ut anima consecretur. Caro signatur, ut anima munitur. Caro manus impositione adumbratur, ut & anima Spiritu illuminetur. 2. prob. omnes Patres, quamvis non singuli, mentionem faciunt horum omnium: ergo omnia requiruntur essentialiter ad hoc sacram. nam potissimum fundam. quo prob. hoc vel illud esse materiam essentialē huius sacram. est authoritas Patrum. Confirm. neque singuli Patres mentionem faciunt olei, balsami, & Episcopalis benedictionis: & tamen, quia sal-

8.  
Quo iespord  
hoc sacra-  
mentum à  
Christo in-  
stitutum;

Inflammat.

Solus.

10.  
De remota  
1. sent. esse  
solam impo-  
sitionem  
sacram. fuit, manuū

12.

2. sent.  
Tertullianus

<sup>13.</sup> Sess. quia saltem omnes horum omnium memineront; hæc omnia, ut infra, sunt essentialia huius sacram.

TERTIA afferit, solum oleum ex olio uesti essentiali materia Confirmationis: *Caiet. 3 p. qu. 72. art. 1. Sotis in 4. diff. 7. qu. vn. art. 2. Nauar. in sum. c. 22 n. 8. Valen. 3 p. disp. 5. qu. 1. pu. 2.* Pro qua citat *Victoriam in sum. & Cothurn. lib. 1. variar. resol.* aitque, hanc opin. esse tam illustrium Doctorum authoritate fundatam, ut contraria communis dici non possit.

<sup>14.</sup> Potissimum fundamen. 2. *fundamen. 2. nunc. III.* Fundam. est authoritas Innoc. III. cap. *Pastoralis, de sacram. non iterandis:* vbi interrogatus Pontifex, an Confirmation iteranda esset in eo, qui per errorem non chrismate, sed oleo tantum fuit vnguis; Respondet, non esse aliquid iterandum sed *cantè supplendum*, quod incaute fuerat pretermissum. Si autem balsamum esset materia essentialis Confirmationis, debuisset totum sacram. eo casu iterari: quia cum non fuisset per solam olei vunctionem essentialiter perfectum, iterum debuisset per triusque materiæ vunctionem perfici: cum nec pars materiae precedentis possit cōponere unum cum parte materiae presentis, nec pars materiae presentis cum parte materiae precedentis, quia tota materia essentialis debet esse moraliter præsens formæ. Confir. eodem modo ibi Pontifex responderet supplemam tantum esse Episcopalis manus impositionem in eo, qui sine illa fuerat per errorem ad subdiaconatum promotus, ac balsami vunctionem in eo, qui sine balsamo per errorem fuerat confirmatus: Sed manus impositio nō est de essentiâ subdiaconatus: ergo neque balsamum Confirmationis. 2. Materia sacram. debet esse clara & certa, de quâ nemo dubitare possit, ut patet in Baptis. Euchar. Extremâ. Vnct. & reliq. sacram. At balsamum multis modis adulterari solet, ut refert Plinius à Sotocitatu: Igitur non potest esse materia sacramenti; alioqui semper esse ausus dubius, an verum sacramentum conficeremus.

QUARTA, materiam Confirmationis esse vel oleum, vel balsamum, vel utrumque simul disignatur: ita ut sicut in Eucharistiâ consecratio non solum fieri potest in pane & vino simul, sed vel in pane tantum, vel in vino tantum, vel in utroque simul: ita Confirmation non in oleo & balsamo simul tantum, sed vel in solo oleo, vel in balsamo, vel in utroque simul. Hanc sententiam Valentia cit. tribuit *Cand.* Fund. exemplum de Euchar. cit.

QVINTA, negat Episcopalem benedictionem chrismati ingredi essentiali materia huius sacram. Prob. 1. hæc chrismati benedictio est aliquid sacramentale ab Ecclesia institutum, sicut est benedictio aquæ baptis. 2. eod. chrismati ab Episcopo benedicto vngitur baptizandus, & confirmandus: sed respectu baptizandi est pura ceremonia ab Ecclesiâ instituta: ergo etiam respectu confirmandi. Vnde sicut respectu baptizandi sufficeret chrisma à simplici Sacerdote benedicendum: ita respectu confirmandi. Hanc docent *Sotus in 4. diff. 7. q. 1. init. Palud. 9. 4. a. 3. ad 1. Capre. q. vn. a. 3. ad 1. con. 1. concl. Caiet. 3. p. 9. 72. a. 3. Sotus q. vn. a. 3. Palati. disp. 4. q. Quod si; Valen. cit. &c.*

SEXTA docet, essentiali materia Confirmationis esse oleum olivæ balsamo mixtum Episcopali benedictione consecratum: hæc sent. communior est. *S. Tho. 3. p. 9. 72. a. 2. Sylvest. v. Confirmatio. L. Henr. l. 3. de Confirm. c. 2. Bellarm. c. 8. Suarez. disp. 33. sect. 2. Coninck. 9. 72. a. 3. dub. 1. concl. 4. Sylvi. a. 2. & 3. Nugnez art. 3. diff. 4. licet oppositam putet probabilem.*

DICO 1. Nulla manus impositio, distincta ab ea,

quæ requiritur in sacri chrismati vunctione, est essentialis materia huius sacram. Et certa sent. fundata in *Flor. in decre. de vno. Arme.* vbi Pontifex, loco illius manus impositionis, per quam Apostoli dabant Spiritum S. decernit dati nunc in Ecclesia Confirmationem, hoc est sacri chrismati vunctionem. Vnde nulla manus impositionis mentio sit in *Pontif. Rom.* præter eam, quâ chrismati vunctione in modum crucis applicatur in fronte confirmandi; nec in ritu Græco. In hac afferit, omnes Catholici conueniunt: cum non possit Ecclesia errare in essentiali materia sacram. Controversia tantum est, an manuum impositionis, quam adhibebant Apostoli in administratione huius sacram. fuerit eadem, quam nunc Ecclesia adhibet.

Bellar. lib. 2. de *Confirm.* cap. 9. §. Est alia sol. securus Th. Waldensem putat, eand. fuisse manus impositionem per chrismati vunctionem, quam adhibent nunc Episcopi. Probat. 1. negati non possunt, Apostolos vos fuisse chrismati vunctione, ut *Dionysius*, & *Clemens Rom.* testantur. 2. eiudem vunctionis meminerunt antiquissimi Patres, ut rei per traditionem acceptæ. 3. apud Patres idem est sacram. chrismati, & impositionis manuum: quod enim in uno loco appellant chrisma, in alio vocant manuum impositionem. Vnde Innocen. III. cap. *Cum venisset*, de *sacra vnt.* Per frontis, inquit, chrismatonem manus impositionis designatur, que alio nomine dicitur *Confirmationis*. Vbi manifestè hoc sacram. appellat manus impositionem ab ipsa chrismati vunctione, quæ sit per manū Episcopi, dum confirmandum inungit. 4. hoc modo melius saluat, quod eadem materia sit semper adhibita ad hoc sacram. conficiendū. Nec refert, quod in Scripturā non fiat expressa mentione vunctionis, sed solius manuum impositionis: sapientia enim scriptura brevitas causa per figuram Synecdochen totum explicat per patrem. Hæc resp. optima est, nisi obstat *Florent.* cit. vbi ait, loco manus impositionis, quâ adhibebant Apostoli, successisse in Ecclesia Confirmationem, hoc est, chrismati vunctionem: aperte significans, aliam fuisse manus impositionem, quam adhibebant Apostoli tunc, ac adhibet Ecclesia nunc: alioqui dici non posset, loco illius nunc succidere chrismati vunctionem: cum nulla res proprie in sui locum succedat.

Respondet *Bellar.* i. non omnia, quæ habentur in Conciliis; & sacris Canonibus pertinere ad fidem, sed tantum ea, quæ directè definiuntur, non autem ea, quæ obiter afferuntur ad melius explicandam rem definitam: tale est hoc, quod à Concilio assertur, ut ab ipso non definiatur, sed tantum obiter dicatur ad melius explicandam huius sacramenti materiam. 2. Ut ipse ait, melius, & tertiū; nolle Concilium dicere, nunc chrismati vunctionem esse loco impositionis manuum, quasi nec Apostoli veterentur chrismate, nec nos manus impositione, sed tantum afferere velle, id ipsum, quod Apostoli faciebant per manuum impositionem, nunc facere Episcopos per chrismati vunctionem: ita ut diuersitas non assignetur in re & ritu conficiendi sacram. sed in modo tantum loquendi, & personæ à personâ: quia nimirum tunc hoc sacram. à manus impositione dicebarunt manus impositio, nunc Confirmationis qui illud conferebant, erant Apostoli, nunc Episcopi.

Secundum contra primum resp. esto, Concilium directè tantum ibi definiat, chrisma ex oleo & balsamo confectum esse materiam huius sacram. maximum tamen illi addit authoritatis pondus, ut vel sine expressâ definitione Ecclesias, vel absque eidem abs-

Que manus impositio essentialis materia confirmationis.

<sup>20.</sup> Respondeat Bellarm.

<sup>21.</sup> Contra eis Florentium.

<sup>22.</sup> Respondeat Bellarm. i.

<sup>23.</sup> Secundum.

<sup>24.</sup> Sed contra r. Bonfum 1.

denti absurdo, quod ex Concilij assertione sequeretur, nemini negare liceat: At neutrum est, vt mox constabit: igitur neganda non est. Responsum 2. aduersatur Concilio, quod diuersitatem non secundum denominationem, sed secundum esse assig-  
nat inter ritum, quo nunc, & tunc hoc sacram. celebratur: non .n. dicit loco illius manus impositionis nunc dicitur, sed datur, ( quod ritum importat ) in Ecclesia Confirmationis.

S. Thomas 3. p. qu. 72. art. 2. ad 1. & art. 4. ad 1.  
S. Tho. docet  
aliud manuē  
impositionem  
ab Apostolis  
adhibitam.

Concilium  
Moguntinum.  
sub Paulo  
III.

26.  
27.  
Duplexiter  
intelligitur.

Quem sequuntur Theologi in 4. diff. 7. docet, aliam fuisse tunc manuum impositionem, quam Apostoli adhibebant ad hoc sacram. ab ea, quam adhibet nunc Ecclesia, eo quod tunc Spiritus S. visibiliter in confirmatos descendebat. proinde opus non erat externa chrismatisunctione, quæ internam animi unctionem, quæ per hoc sacram. confertur, significaret. Eandem sent. sequitur Moguntinum an. 1549. cap. 8. Nam cum initio Spiritus sanctus ad cunctiorem recentis adhuc fiduci commendationem, signo visibili insueret confirmatis, externa unctione, qua illam internam designaret, tunc non erat opus. Postea vero adulta Ecclesia, & stabilita fide, cum signa externa apparere cessaverunt, nec iam amplius Spiritus sanctus visibiliter descenderebat, mōx in locum visibilis signi, unctionis chrismatis adhiberi cœpit, qua bis, qui confirmarentur, internam & spiritualem unctionem representarunt, ut quid intus agatur per gratiam, foris unctione visibili signo innotebeat. & verbi fidem externi elementi similiudo confirmet. Quæ responsio vti est Concilijs conformior, ita longè probabilior. Et potest dupliciter intelligi. 1. Quod materia huius sacram. non fuerit à Christo determinata quoad speciem, sed tantum quoad genus sub ratione signi sensibilis expressiū Spiritus S. roboris, quod per hoc sacram. datur, ut de materia Ordinis disp. 2. sect. 4. dixi. Proinde iuxta hanc sent. potuit Ecclesia, in cuius potestate erat, hoc signum quoad speciem determinare, pro uno tempore vti sola manus impositione; pro alio cum manus impositione, chrismatis etiam inunctione; pro alio vero sola chrismatis unctione, vti vtitur nunc Secundum quem modum optimè consonant omnia, quæ Patres & Concilia de hoc sacram. docent, culis diuersas pro diuersis temporibus assignant materias. Verum huic modo obstat Fabianus Papa, qui in eis. decreto, expresse affirmit, Christum in ultimā Cenā suos discipulos chrisma confidere docuisse: & consequenter afferere videtur materiam huius sacramenti fuisse à Christo quoad speciem determinatam. Hoc ipsum confirmat Ritus Ecclesie Graecæ, quæ in materia huius sacramenti conuenit cum Latinâ.

28.  
Seconda pro-  
babilius.  
Mogunt.

Ided probabilitas intelligi potest Responsio 2. vt materia quidē perpetua ac stabilis huius sacram. quod est charisma ex oleo & balsamo confectum fuerit à Christo quoad speciem determinata. Ceterum tempore Apost. ex Christi institutione dispensatum fuisse, ut in sola manus impositione, abique chrismatis unctione, hoc sacram. administraretur: sive quia eo tempore, vt Mōgunt. testatur, loco chrismatis unctionis, debantur à Deo ad evidenter recentis fidei commendationem alia signa miraculosa, quibus visibiliter significabatur descensus Spiritus S. in confirmatos: sive quia expediebat tunc, vt S. Tho. indicat in 4. diff. 7. q. 1. art. 3. ad 2. argu. cont. 1. qu. ad occultanda mysteria Christianæ Religionis, ne ea à Gentilibus irriderentur, abstinete a novo & insolito signo unctionis chrismatis, eiusque loco vti signo impositionis manus quod apud omnes erat vñitatum signum expressum

authoritatis signantis supra signatum. Hoc confirmat exemplum de baptis. cuius eti perperua ac stabilis forma quoad speciem instituta sit à Christo cum expresa inuocatione omnium diuinorum personarum, ut suprā, & constat ex Martb. vte. ad celebritatem tamen nominis Iesu tunc Iudeis & Gentilibus exos, instiūtū eiusdem Christi initio nascentis Ecclesie Apostoli baptizabant in solo nomine Iesu. Esto igitur pro perpetua ac stabili materia Confirmationis fuerit à Christo christina institutum, ad euidentiorem tamen fidei commendationem, & ad mysteria Christianæ Religionis Gentilibus occultanda, poruit Deus per alia signa miraculosa Spiritus S. descensum in Confirmatos ostendere.

Ad arg. Bellarmi. Resp. ea tantum probare, aliquando vlos fuisse Apostolos chrismatis unctione, quod vltro concedimus. præsentim quando cessarunt signa illa visibilia, quibus Spiritus S. visibiliter descendebat in confirmatos; vel Ecclesiæ fidis creuerat: probabile .n. est non coto tempore Apost. durasse modum illum visibilem. Vlos autem fuisse aliquando Apostolos chrismate non obscurè colligitur ex 1. Canonica Ioan. cap. 2. Sed vos unctionem habetis à sancto. Quem locum Cyrilus Ierosol. Catech. 3. Mystag. & August. tralst. 3. in Epist. Ioani apud Bellarm. cap. 8. & Lorin. hic explicant de Confirmatione. Et sane expediens fuit, ut aliquando hoc sacram. ab Apostolis ministraretur, eo ritu, quo erat perpetuū, iuxta Christi institutionem, in Ecclesiæ administrandum. Quod autem Patres modò hoc sacram. appellant manus impositionem, modò chrismatis unctionem, seu confirmationem, solum probat, aliquando illud administratum fuisse manuum impositione, ex quā nomen retinuit. Ex his constat hoc sacram. quoad externum symbolum, non quoad internum effectum, esse diuersum ab illo, quod Apostoli sola manuum impositione, cum certis verbis proportionatis, ceremonijs illis, quas tunc adhibebant, administrabant. Idque totum, ut suprā, factum est ex institutione & voluntate eiusdem Christi.

Patet ad arg. primæ sent. & simul cōfutata ma-  
net secunda: hoc enim ipso, quod à materia confi-  
rmationis excluditur manuum impositione vt distin-  
cta à chrismatis unctione, non possunt pro materia  
assignari ea omnia, quæ sent. 2. assignat. Ad auth.  
Tertulli Resp. illam esse repetitionem eiusd. manus  
impositionis, quæ chrisma per modum crucis impo-  
nitur in fronte confirmandi. Ad fundam. vero, vna  
cum sua confirm. Resp. autoritatem Patrum non  
esse adæquatum fundam. cum hoc, vel illud ponam  
materiam huius sacram. sed simul cum expli-  
catione & declaratione Ecclesie & Concil. ex qui-  
bus id certe constat. Atque hæc quidem iuxta po-  
sterius responsum probabilius: nam iuxta prius re-  
pondeo, ut suprā.

Dico 2. essentialis materia huius sacram. non est simplex oleum, sed cum balsamo mixtum. Hæc est communis sent. antiquiorum, & recentiorum, quid-  
quid Valentia dicat; expresse Florentini in decre. est.  
de vno. in quo assignans materiam huius sacram.  
ait esse chrisma confectum ex oleo, quod nitorem  
significat conscientia, & balsamo, qui odorem si-  
gnificat bonas famæ.

Neque explica, vt vñum definiat vt necessarium  
necessitate sacram. aliud præcepti sic ibid. definit  
materiam calicis esse vinum aqua mixtum, cùm  
tamen sit aqua necessaria tantum necessitate præ-  
cepti: non, inquam, potest hoc modo explicari.  
Concil. Cùm .n. definit materiam Confirmationis  
aqua præ-

19.  
Ad arg. Bel-  
larmi.

30.  
Ad arg. pri-

31.  
Essentialis  
materia bu-  
ies sacra-  
ti est oleum  
balsamo  
mixtum.

32.

13.  
Tridentum.

**Catechismus Rom.**

34.  
Prob. 2  
authoritate  
omnium fore  
Parum.

95.  
Ex traditio-  
ne.

lequè primo in recto assignat oleum & balsamum, dum ait esse christma ex oleo & balsamo cōfectum. Vnde vi modi assignandi colligi non potest, vnum potius quāli aliud esse materiam tantum præcepti: Contra verò, cūm materiam calicis assignat, non dicit esse aliquid ex vino & aquā mixtum, sed vi- num de vite, cui ante consecrationem aqua modi- cissima admisceri debet, ut ex ipso assignandi modo indicet, non quāli vnum atque aliud esse materiam calicis, cūm vnū in recto, aliud in obliquo assignet. Adde, quodd̄ infra multa dicit, quibus manifeste declarat aquam non esse materiam essentialē calicis: de Confirmatione ne verbum quidem habet, quo vel leuiter insinuat, balsamum non esse mate- riam essentialē. Idem docet Trident. sef. 7. can. 2. de Confirm. in quo supponit materiam huius sacram. esse christma, quod est compositum ex oleo & bal- samo. Nam licet christma Græcē quodcumque unguentum siveunctionem significet; à verbo xpīa hoc est vngō: ex accommodatione tamen vñs com muniter à Doctoribus Eccles. usurpatur pro com posito ex oleo & balsamo. quo sensu illud usurpat Trident. teste Catech. Rom. qui ex ordinatione Ponti- fices explicat Concilium: Hac autem inquit, nem- pe materia Confirm. christma appellatur, quo nomi- ne à Græco accepit, et si profani scriptores quodlibet unguenti genus significant, illud tamen, qui res di- uinas tradunt communis loquendi consuetudine, ad illud rautimmodo unguentum accommodarunt, quod ex oleo & balsamo. solemnē Episcopi Consecrationem con- ficietur. Prob. 2. ex Patrib. qui huius sacram. men- tionem fecerunt ferē omnes pro materia illius affi- gnanti christma. Vnde à materia hoc sacram. appelleant christma. Nec refert, quod interdum illud ap- pellent oleum, ut Origines hom. 8 in Lenit. Inno- cent. I. epist ad Decent. Damasc. lib. 4. Fidei cap. 10. iijdem n. authores, qui uno loco appellant oleum, alio appellant christma, ut in nocent. eadem epist. Aut certè, quia in Græco, ut dixi, christma quodlibet unguentum significat, qui ex Græco in Latinum hoc nomen trastulit, non tam habuit rationem Ecclesiastici, quam prosani nominis. Deducitur 3. ex continuata traditione & praxi Ecclesie, quā à tempore Apost. ad hanc usque semper inuolabiliter seruata est, ut non nisi ex oleo balsamo mixto hoc sacram. conficeretur. Huius testes sunt Dionysius, qui quamuis huius mixtioinis olei cum balsamo ex- pressè non meminerit, illam tamen ab effectu ita describit; lib. de Eccles. Hierar. cap. 4. p. 3. ante med. Dicimus igitur unguenti compositionem, colla- zionem esse quandam spirantium suauiter matricarum, habentem in se affatim odoratas qualitates, cuis qui participes sunt, pro quantitate eius, qua in illis sit, fragrantis participationis, odoris suauitatem replēnt. Clemens Rom. locis cit. materiam huius latram. ap- pellat christma, quod (ut ostensum) est compositum ex oleo & balsamo. Expressè balsami memi- netunt Fabian. Papa in 2. epist. decret. ad Episc. O- rien. init. Referens n. obiectiōnem Episcoporum, qui se excusabant, quod singulis annis non possent christma confidere veteri combusto: Dicunt, inquit, nec balsamum per singulos annos posse reperi. Et quod caput est, hoc ipsum docet ut ab Apostolis ordinatum, non quodd̄ Apostoli fuerint huius sacra- mixtionis authores, sed tantum primi ministri & promulgatores: ut Pontifex ead. epist. restatur, hanc sacrificiū christmatis unctionem confidere Aposto- los, doctos fuisse à Christo ultimā cōmā. Authot apud Cypria. de vñt. christm. insit. Hodie, inquit. christma confidetur, in quo mixtum oleo balsamum re- giae ac sacerdotalis glorie exprimit unctionis: Grego- P. Amici Temporū VII.

rius I. preced. sect. cit. Gregorius VIII. epist. 1. lib. 3. Regist. in quā reprehendit Armenos, quodd̄ chris- ma non ex balsamo, sed ex butyro conficiant. Innocent. III. cap. Cām venisset, de lacta. Vñt. Bra- cartense II. Can. 4. Florent. cit. Eadem materia ex oleo & balsamo pro christmate assignatur in Pon- tificale Rom. colligitur ex ritu Ecclesie Græcæ, ut Innocent. IV. & Clemens VIII. in Bulla de instruc- tione Græcorum supponunt. 4. probant: Omnis ea materia est essentialis sacram. quæ est necessaria ad verificandam formam sacram. ut constat inductio- ne; & quia forma ut vera est pars essentialis: sed balsamum est necessarium ad verificandam formam huius sacram. quam assignat cit. Florent. & prædicti- bit Pontificale Rom. sc. signo te signo crucis, & con- firmo te christmate salutis in nomine Patris & Filii, & Spiritus S. Et in nomine christmatis ex vñl Doctorum, ut supr̄, non venit simplex oleum, sed oleum balsamum mixtum. Ergo balsamum est materia essen- tialis huius sacram. cuius forma non verificatur oleo tantum adhibito. Carterūm hæc ratio recte pro- batur, si hæc tantum esset forma huius sacramenti. Verū quia non hæc tantum, ut infra, ratio nihil probat.

Ad Fundat. tertīa sent. sumptum ex cap. Pasto- ralis, resp. ibi tantum Pontificem negare, iteran- dam esse extēnam solemnitatem: cum quā ex in- stitutione Ecclesie solet hoc sacram. administrari, ut non obscurè colligitur ex particula illa sent. Carterūm hanc fuisse mentem Pontificis, vel inde patet, quodd̄ in sent. omnium deberet taliter confir- matus iterum confirmati: quia cūm nostrā sent. sit saltē probabilis, quod nec aduersarij negare ne- quēunt, fieri posse, ut talis non esset verē coh- firmatus, cūm materia sacram. non pendeat ex op- pinione Doctorum, sed ex Christi institutione. Verū quia etiam opposita sent. probabilis est, posset eo casu solo oleo vñctus sub conditione con- firmari. Nec refert, quod eod. modo cit. loco Ponti- fex responderet, supplendam esse manuum imposi- tōnem, quæ omisla fuit in collatione Subdiaconus, quæ tamen vel iuxta sent. multorum est tan- tum accidentalis, vel iuxta nostrā est materia ex- pressa vnius tantum potestatis, quæ posterius tē- porē alia conferri potest, nam ex hoc tantum collig- tur, voluisse Pontificem breuitatis causā vñl re- sponsione generali vñcū interrogatiōni satisfa- cere; vnicuique tamen modo proportionato: ut nimirum in uno sacram. suppleatur, quod omisla fuit substancialē; in alio, quod omisla fuit acci- dentale; vel ut materia alterius potestatis, quæ tē- porē posterior altera conferri potest. Ad rationem resp. ad hoc sacram. sufficere quodcumque balsa- mum sive perfectum, sive imperfectum & adulter- inum, quale est Indicum. Vnde referente Henrig. lib. 3. de Confirm. cap. 2. circa textum, Pius IV. con- cedit, ut possint Episcopi, qui sunt in Indiā, hoc sacra- ram. confidere ex Indico balsamō; quod est mi- nus perfectum: tale autem balsamum reperiri facile poterit. Præterquam quodd̄ ipsa praxis Ecclesie tot saeculis continuata satis ostendit, nunquam in Ec- clesiā Dei defuisse balsamum; nec Confirmationis vñl cessasse. Adde, quodd̄ cūm hoc sacram. non sit necessarium nec necessitate medijs, ut Baptismus & Paenit. nec præcepti, ut Eucharistia, non fuit neces- saria, ut eius materia esset ita obvia vel certa, ut reli- quorum sacramentorum.

Ex dictis confutata 4. sent. manet: si solum oleū; vel solum balsamum foret essentialis materia, non posset verificari id, quod Concilia & Patres pro 4. sent. materia huius sacram. assignant: Si quidem neutrū solū

Solum est chrisma; prout usurpatur ab Eccles. auctorib. Nec est pars ratio de Euchar. in illa n. potest una materia consecrari independenter ab alia, quia qualibet materia per se sumpta habet suam formam independentem à formā & materiā alterius: in hoc autem sacramento neutra materia per se sumpta habet propriam formam, sed utraque materia simul mixta habet eandem formam communem. Hinc etiam interstur, non valere sacramentum, si prius vngatur confirmandus oleo, & deinde balsamo: quia respectu neutrīus vocationis verifica tetur chrisma, quæ est materia ex utraque mixta.

40.  
Hoc chrisma  
debet confe-  
cramur nō  
Episcopo.

nisi ad Episcopum pertinere potest, qui eiusdem sacramentū ordinarius minister constitutus est. Canones & Concilia expressè prohibent, hanc consecrationem Christi presbyteris. Toletanum VII. Quia de re nesse nos conuenit, quod Episcopalis eminentia diuisa auctoritas non immixta sacris omnibus esse summa percensuit, quia ceteris sacerdotibus exercenda prohibuit: scilicet templorum Dei consecrationem, Chrismae benedictionem, sacrorumq; ordinum institutionem. Et Canone presbyter 26. qu. 6. Presbyter, inconsulto Episcopo, virgines non consecret: chrisma vero nunquam conficiat. Idem docet Innocent. IV. Bulla cit. Ratio: sicut ordinarius minister huius sacram. vt Concilia & Patres docent: est solus Episcopus: ita ordinarius etiam consecrator materiæ Confirmationis erit solus Episcopus: ad eundem quippe spectat materiæ consecratio, ad quem spectat consecratio sacramenti.

Dico 3. Materia esse otialis ad utrata huius sacram. est chrisma, ex præced. affer. consecratum ab Episcopo sicutem, vt ab ordinario consecrante contra Palud. & Capreol. opinantes sufficere chrisma non benedicū, constat ex constanti Ecclesiæ praxi, & communī sent. Concil. & Patrum. Dionysius sit. appellat sacram ac sanctum vnguentum; sc. Episcopi benedictione. Clemens Rom. lib. 7. Apost. Confess. cap. 43. expressè ait, chrisma prius esse ab Episcopo benedicendum. Fabianus Papa epist. 2. decret. cit. præcipit, singulis annis in cœnâ Domini nouum chrisma esse conficiendum, & vetus com burendum: sicut, inquit, à sanctis Apostolis predecessores nostri acceperunt, nobisq; reliquerunt: & chrisma sanctu n appellat; ita reliqui Patres. Florent. in decreto de uscio. Armeni: disertis verbis materiam huius sacram. ait esse chrisma per Episcopum benedicendum. ita seruat usus & praxis Ecclesiæ tam Graecæ, quam Latinæ, vt constat ex Bulla Innocent. IV. quæ incipit: Sub Catholica:

Nec momenti est ratio Palud. in contrarium, sc. benedictio nihil intrinsecum addit chrismati. licet in. nihil physicum addat, est tamen prævia conditio ex institutione Christi ad validitatē huius sacram. essentialiter requisita, vt Patres, Concilia, Catechis. Rom. his verbis docet: Consecratur autem chrisma solemnibus ceremonijs ab Episcopo: ita enim Salvator rem nostrum docuisse in extrema cena, cum chrismati conficiendi rationem Apostolis commendaret, Fabianus Pontifex, sanctitate & martirij gloriâ clarissimus, tradidit: & rationem assignat, cur debeat materia benedictione consecrari: quia in plerisque alijs sacram. Christus ita eorum materiam instituit, ut tantitatem quoque illi tribuerit: non solum enim aquam elementum Baptismi esse voluit, cum inquit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu S. non potest introire in regnum Dei: sed cum ipse baptizatus est, effecit ut ea deinceps vi sanctificandi predixa esset. Quoniam igitur Dominus hanc Confirmationis materiam vñ ipso, & trinitatione non separavit, recessarium est, ut sanctis & Religionis præcognitionibus consecretur; quæ rationem colligit ex Patrib, eaque communiter vñuntur Scholastici. Ex his assignatur disparitas, cur benedictio aquæ baptis. sit tantum sacramentale ab Ecclesiæ institutum, sicut etiam benedictio chrismati, quo baptizandi vnguntur: nam hæc benedictio non fuit à Christo instituta, sed ab Ecclesia ordinata: & consequenter poterit sine illa validum esse baptismus. Neque nouum est, vt aliquid sit substantiale respectu vnius sacram. & accidentalis respectu alterius. Etenim aqua essentialis est Baptismo, accidentalis vero materiæ calicis. Expressa inuocatio Sanctissimæ Trinitatis est essentialis forma Baptismi, accidentalis autem formis reliquo sacramentorum.

41.  
Accidentale  
vnius sacra-  
menti substat-  
tiale alterius

44.  
An possit ex  
dispensatione  
Pontificis  
sacerdos chris-  
mae i. com-  
mitti Sac. v.  
doli simplici.

45.

Legitur aliquando per Apostolica sedis dispensationem ex rationabili & urgente admodum causâ simplicem sacerdotem chrismate per Episcopum confecto hoc administrasse confirmationis sacramentum: non tamen concedit, ipsum administrari potuisse chrismate à sacerdote, sed ab Episcopo confecto. 3. Fabianus Papa cit. testatur, Christum in ultimâ cœnâ Apostolos docuisse, chrisma confidere: igitur consecratio chrismati de iure divino pertinet ad solum Episcopum. 4. hoc docet Catechis. Rom. verbis cit. Neque ad alium ea confectio nisi ad Episcopum pertinere potest: qui videtur omnino excludere omnem inferiorem sacerdotem. 5. Concilia & Canones. ut supra, consecrationem chrismati prohibent presbyteris. 6. minor necessitas erat in dispensatione consecrationis materiæ, quam ministri: cum eodem chrismate ab uno Episcopo consecrato, ut possint multi. igitur maior ratio in ministri &c.

46.  
Affirm. sen-  
tens a pro-  
babilius.  
Prob. 1. 3

Verum eti utraque sent. probabiliis sit, nunquam tamen prioris fundamento satisfit, dicendo, quia in administratione legimus aliquando dispensatum, non autem in consecratione materiæ: hoc n. non probat potestatis defectum, sed negationem dum taxat facti, & maiorem congruentiam, cur Ecclesia in consecratione materiæ nunquam dispensaverit, dispensauerit autem in ministro propter maiorem difficultatem habendi Episcopos, qui possit vt ordinarius minister hoc sacram. administrare, quim habendi chrisma ab Episcopo consecratum. Confr. sola facti negatio antequam fuisset in ministro huius sacram. dispensatum, non arguebat defectum potestatis in supremo Ecclesiæ capite: igitur neque sola facti negatio in dispensatione consecrationis materiæ arguet defectum potestatis in eod. 2. Potissimum fund. cut opposita sent. neget, posse consecrationem chrismati simplici sacerdoti committi, est quia Concilia & Patres affirmant, hanc esse propriam functionem Episcopi; prohibentque illam exerceti à Presbyteris: At non minus affirmant, administrationem huius sacram. esse propriam Episcopi; prohibentque, ne ille simplex sacerdos administret igitur si haec auctoritas non obstat, quo minus contedamus, posse

A maiori ad  
minus argu-  
m. num.

48.

posse per dispensationem summi Pontificis administrationem huius sacram. committi simplici sacerdoti, interpretando Concilia & Patres de administratione ministri dum taxat ordinarij, non essentialis: Cur eadem non obstante, concedere non possimus, posse per dispensationem summi Pontificis consecrationem chrismae simplici sacerdoti committi, interpretando Concilia & Patres de ordinario, non de essentiali consecrante? Præsertim cum nullum verbum habeamus in Patribus aut Concilijs, quo potius in uno, quam in alio afferere cogamur, posse per Apostolicæ sedis authoritatem dispensari. Quid si pro vna sent. valet facta, pro aliâ valebit deductum à majori ad minus ex eod. facto. Confirm. Tolitanum l. dum Can. 20. prohibet, ne presbyteri, sed solus Episcopus, chrisma confiant, aperte indicat, hanc consecrationem non debere essentialiter fieri ab Episcopo: *Quamvis penè ubique custodiatur, ut absque Episcopo chrisma nemo conficiat, tamen quia in aliquibus locis, vel Provincijs presbyteri dicuntur chrisma confidere, placuit ex hac die nullum alium, nisi Episcopum chrisma confidere.* Loquitur autem non de administratione, sed de consecratione materia: & per illud; *Quamvis penè ubique custodiatur; innuitur, aliquem tuisse locum, vbi hoc non seruabatur: nec ibi Cœciliū contrarium damnat ut irritum, sed solum prohibet, ne illud deinceps fiat.* Si autem putasset, consecrationem Episcopalem ad validitatem sacramenti essentialiter requiri, diligenter prouidisset, ut confirmatione chrismate per simplicem sacerdotem benedicto iterum confirmarentur, ne perpetuò fructu huius sacramenti frustrarentur.

49.  
Ad argum.  
50.

Vnde ad 1. oppositæ Resp. illud tantum esse arg. negatiuum, in quo neutra sent. positiue fundari potest, nisi aliunde constet de dispensabilitate: de quâ cum nobis constet quoad ministrum huius sacram. ex ead. non improbabilitate inferatur dispensabilitas quoad consecrationem materiæ eiusd.

50.

Ad 2. constat, quid difficilius sit ordinarium ministrum semper & ubique reperiri, quam materiæ consecrationem, quæ facilius ex uno in alium locum transferri potest. Ad Floren. dico, illud tantum docuisse, id quod factum est, nempe aliquando dispensatum esse in ministro, non autem in consecratione materiæ, non ramen negasse, id fieri non potuisse. Ad 3. Resp. Pontificem solum dixisse. Christum in ultimâ cœnâ Apostolos docuisse chrisma confidere: non autem dixisse, non posse per dispensationem supremi capituli Ecclesiæ simplici sacerdoti committi, ut chrisma conficiat. Ad 4. verba Catechis. intellige iuxta ipsius explicationem: *Negare ad alium ea confessio, nisi ad Episcopum pertinere potest, quicquid sacramenti ordinarii minister institutus est: ad solum autem Episcopum spectat esse ordinarium, non essentiali ministrum huius sacram.* ergo eadem ratione ad solum Episcopum, ut ad ordinarium, non essentiali ministrum pertinebit, consecratio materiæ huius sacram. Ad 5. eadem Concilia & Canones prohibent, ne presbyteri Virgines, & templo consecrant; & Innocentius IV. circ. bullæ, ne chrisma cōserant; cum tamen per dispensationem summi Pontificis possint simplices sacerdotes templo & Virgines consecrare, nec non chrisma conferre. Citatus autem Canon presbyter non tam indicat impossibilitatem quam difficultatem dispensandi in consecratione chrismae cum simplis sacerdotibus; eo quod nequeat esse tam virgens ratio dispensandi in consecratione chrismae, quam in consecratione Virginis. Ad 6. ex allata ratione tantum sequitur, non esse ita facile dispensandum in conse-

P. Amici Tom. VII.

cratione materiæ, quam in administratione huius sacram. cum minor necessitas urgere possit in consecratione materiæ.

Dico 4. Proxima materia huius sacram. est vñctio chrismae in modum crucis supra frontem confirmandæ facta. Ita Scorsus in 4. dist. 7. q. 1. init. materia proxima, inquit, est vñctio facta in fronte in figurâ crucis cum chrismate sanctificato: Durandus q. 2. n. 9. Rubri q. 1. a. 1. Gabriele q. viii. a. 1. not. 1. & reliqui ferè. Constat ex perpetuo vnu & praxi Ecclesiæ, ex Concilijs & Patribus, qui etiâ non singuli omnium assignatarum partium expressè meminerint; nulla tamen est, cuius mentio in iis non fiat: vñctionis in formâ crucis facienda meminerunt Dionysius de Ecclesiæ.

Quesit pro-  
xima mate-  
ria confor-  
matio.

Hierar. cap. 4 fine, Clemens Rom. l. 3. Apost. Confir. cap. 17. Cornelius Papa & Martyr in Epist. ad Fabium Antio. post med. in qua loquens de Nouato heretico: *Negare Domini, inquit, sigillo ab Episcopo ob signatus fuit.* Est autem Domini sigillum, crucis signum: Cyprianus in Epist. ad Inbai. August. in Psal. 141. in ea verba, *In via bac & c vbi alludens ad hanc sacram vñctionem signo crucis per hoc sacram. in fronte impressam: usque adeo, inquit, de cruce non erubescit, ut non in occulto, sed in fronte paret.* Quid autem loquatur de signo crucis per Confirmationem impressio constat ex sequi. Multa sacramenta aliter atque alter accipimus. Quedam, sicut nostis, ore accipimus, quadam per totum corpus accipimus. Quia vero in fronte erubescit ille, qui dixit quis me erubuerit coram hominibus, erubescam eum coram Patrem meo, qui in cœlis est, &c.

Florentinum in decreto de vno. Armen. vbi simul rationem assignat, cur hæc vñctio per modum crucis in fronte facienda sit: ideoq; inquit, in fronte, vbi verecundia sedes est, confirmandus inungitur, ne Christi nomen confiteri erubescat, & præcipue crucem eius, qui inde est scandalum, genibus autem fulbita secundum Apostolum, propriæ quod signo crucis signatur. Propter quam rationem pallium hoc sacrum, Concilia & Patres apellant sacram sigillum, Dominicum signaculum, Regiam notam. Notat Suarez hoc signum crucis debere fieri ipsa vñctione chrismae, nec sufficere ad validitatem huius sacram. si prius sine chrismate signetur, & deinde inungatur confirmandus: quod probabile est, quamvis nequeat efficaci ratione probari, ex formâ huius sacram. aut expressâ authoritate: licet enim hoc affirmet Pontificale Rom. dum præscribit in fronte chrismate pollice, signandum esse signo crucis confirmandum: id tamen non intelligitur præscribere ut necessarium, necessitate sacram. sed præcepti, ut de pollicè infra patet. Probatur igitur ex vnu & praxi Ecclesiæ, quæ hoc sensu implicitam Patrum authoritatem interpretatur. Meminerunt

Per modum  
crucis.

frontis, in qua hæc sacra vñctio fieri debet, Tercullianus lib. de prescript. cap. 16. vbi referens, quo pacto Diabolus diuinorum sacram. ministeria insultans: *Tingit, inquit, & ipse quosdam, utique credentes & fidelios suos, expiationem delictorum delauacrum reprobitionis: signat illic in frontibus milites suos:* Innocentius I. in Epist. de cre. ad Deogn. Eti. Episc. cap. 3. vbi prohibet, ne presbyteri frontem chrismate signent, quod solis, inquit, debetur Episcopis: Leo I. Epist. 88. in qua etiam prohibet presbyteros, chrismate baptizatorum frontes signare: Cyrillus Ierosol. Cath. 3. Prudentius in Psychomachia: post inscripta oleo frontis signacula, per que vnguentum regale datum est: B. Gregorius lib. 3. Epist. B Gregor. epist. 9. Presbyteri baptizatos infantes signare bis in fronte chrismate non præsumant: Idem prohibet in suis Bullis Innoc. IV. & Clemens VIII. circ. docente

In fronte.

L 2 Augst.

<sup>58.</sup> August. Floren. *saprà.* Ex quibus colligitur hanc vunctionem cum signo crucis in fronte confitmandi esse de essentiâ huius sacram. Vnde temere Ledesma apud *Suar. disp. 33; sect. 3.* solum putat esse de necessitate præcepti, & fieri posse in quacunque corporis parte. Prob. assertio ratione. In omnibus sacram. quæ in vslu constunt, proxima materia, est actualis applicatio materiæ remotaæ circa suscipientem sacram. vt quia materia remota Baptismi est aqua, proxima materia eiusdem est actualis ablutio baptizadi: Quia remota materia Extremæ-Vunctionis est oleum benedictum, proxima materia ipsius est vunctione eiusdem olei in præcipuis sensibus infirmi applicata. Igitur, quia remota materia Confir. est chrisma, proxima materia eiusd. erit vunctione eiusd. in fronte confitandi.

<sup>59.</sup> *Vunctione in fratre & solum essentiali.*

Quod autem vunctione in fronte; & nō in aliâ corporis parte sit essentialis Confirmationi, constat 1. ex perenni vslu & praxi Ecclesie fundata in autoritate Patrum & Concil. licet enim antiquitus confitmandus non solum vngeneretur in fronte, sed etiam in oculis, naribus, ore, & auribus, vt haberetur apud *Cyrill. Ierosol. Catech. 3.* & apud *6. Synod. gener. Gan. 95.* sive ad quamcunque aliam Canones illi spectet, sola tamen vunctione frontis erat essentialis, reliquæ adhibebantur vt ceremoniae accidentales. 2. constat: vt Floren. & August. docent, frons est sedes verescundiz, in qua militare signum accipit confitmandus, vt non erubescat Christi doctrinam etiam sanguine coram Tyranno profiteri. Voluit enim Christus regio signo crucis vt militari notam suos Athleras insignire, vt deposita omni erubescentiâ, libera fronte illum coram hominibus profiterentur. Complementum huius materiae est.

<sup>60!</sup> *Necesse est de eis sentia ut admittatur pollice dexteræ.*

Aessentialis sit huic sacram. vt ipso pollice dexteræ manus Pontificis, immediate administretur? Hoc approbare videtur vslus & praxis Ecclesie, quæ in Pontificali præscribitur, sc. hanc vunctionem faciendam esse summitatem pollicis dexteræ manus confirmantis. Verum cum Suarez cit. dico, validè posse hoc sacram. quouis digito sive dexteræ, sive sinistriæ Pontificis manus confici. Fundam. sive hæc vunctione sive dexteræ, sive sinistriæ manu, sive uno, sive alio digito, nihil derogat naturæ & essentialiæ huius sacramentii. An ea validè fieri possit medio aliquo intercedente? Negat Suarez. Confirmandum videtur. Et certum puto valere. si fiat medio aliquo lineo vel goffinio panno: non enim hoc obstat videtur validitati sacram. nam perinde est, ac si fieret ipso Episcopidigito. 2. probabile etiam censeo, hanc vunctionem fieri posse medio penicillo aut alio simili instrumento. Nam & per hunc modum saluantur omnia, quæ sunt huic sacram. essentialia; & per talem vunctionem verè & propriè diceretur Episcopus confirmandum inungere, & manum illi imponere: sicut verè & propriè dicitur baptizare, qui medio instrumento baptizandum abluit. Neque alia manus impositio est huic sacram. necessaria, quam que requiritur & sufficit ad ipsum confirmandum inangendum. Vnde ad Pontificale respondet, illud tantum sub præcepto præscribere, vt confirmandus debeat Pontificis pollice inungi.

<sup>61.</sup> *Possit fieri instrumento.*

firmo te chrismate salutis, In nomine Patris, Filii, & Spiritus S. Quam expressè tradunt Floren. in decret. de instruct. Arme. Catech. Rom. Pontificale Rom. Prob. 1. Forma sacramenti exprimere debet naturam ipsius: ad hoc enim adiuncta sunt Verba, vt clarius explicent, quod natura sacram. continet. Nec forma continere debet verbum, quod non explicit aliquid pertinens ad substantiam sacram. nam hoc ipso verbum non constitueret essentialiter formam, sine quo adhuc confici posset sacram. nec sacramentum continet debet aliquid substantiale, quod per formam non exprimatur, alioqui talis forma non esset sufficiens. Quid autem hæc forma exprimat naturam Confirmationis prob. hoc sacram. est militare quoddam signum, quo Christianus ascribitur in militem Christi, impressum sub peculiari materia, denotante animi robur & firmitatem, quæ ad Christi fidem tuendam suscipienti confertur. Ergo ipsius natura consistit in susceptione signi crucis, quod est militaris nota, sub quâ omnes fideles sub Christo militant, impressi sub materia chrismati, quæ natura sua apta est denotare animi robur & firmitatem, quæ in hoc sacram. ad pugnandum contra tyrannicos insultus datur. Igitur ipsius forma exprimere debet tam crucis signum, quam proximam materiam, sub quâ, & per quam imprimitur, quæ est ipsa chrismati vunctione. Quia vero robur, quod in hoc sacram. datur, principaliter ordinatur ad profitendam Christi fidem; potissimum autem Christianæ fidei mistrium est Trinitas, expressio huius mysterij erit essentialis formæ huius sacram. quod essentialiter ordinatur ad professionem huius mysterij, tanquam principalis obiecti nostræ fidei, non minùs quam Baptismus, cuius hoc est complementum. 2. Prob. explicando partes formæ: per Tò signo te signo crucis, exprimitur militaris nota, quam confirmandus à Pontifice accipit in fronte, in qua est sedes verescundiz & audacia. Per Tò Confirmo te chrismate significatur materia, sub quâ, & per quam crucis signum datur, quæ de se idonea est denotare internum animi robur & firmitatem. Sicut enī christi ex oleo & balsamo confeatum roborat & consolidat corpus: ita de se aptum est significare animi robur & firmitatem. Præterea verbum confirmo, non solum denotat externam vunctionem, sed etiam internam animi firmitatem. Per Tò salutis, indicatur animi sanctitas, quæ per hoc sacram. confertur. Per reliqua verba exprimitur principale obiectum fidei, ad quod tuendum confirmandus accipit hoc militare vexillum vñà cum interioribus armis gratia & fortitudinis.

Bellar. cit. lib. 2. de confirm. cap. 10. opinatur, verba illa, chrismate salutis, non esse essentialia: 1. quia includuntur in verbo Confirmo: sicut enim non dicitur Baptizo te aquâ, eo quod hæc includitur in verbo Baptizo: ita nec essentialiter, Confirmo te chrismate salutis: eo quod hæc includuntur in verbo Confirmo, quod idem sonat, ac vng. 2. hoc satis exprimitur actione vngendi. 3. hæc non repetiuntur in quodam ordine antiquo Romano, quem citat Alcuinus. Opposita sent. communior est, cō quod per illa verba exprimatur materia proxima huius sacram. quæ est chrisma, seu chrismatio: & in omni sacram. debet per formam exprimi proxima materia sacram. Quare potius patet in hæc formâ non esse de essentiâ nomen illud salutis, cūm in assignata non sit necessarium, per formam explicitè significari effectum sacram. vt patet in Baptismo, cuius forma explicitè non exprimit animi munditiem, sed tantum implicitè quatenus exprimit proximam materiali.

<sup>62.</sup> *Explicantur partes principales formæ*

### SECTIO III.

Quæ sit essentialis forma Confirmationis?

<sup>63.</sup> *Communius sent.* Sanctus Tho. 3.p.9.72. art.4. & Scholastici in 4. Disp. 7. hanc assignat: Signo se signo crucis, & con-

Quæ vocis formâ non esse de essentiâ nomen illud salutis, cūm in assignata non sit necessarium, per formam explicitè significari effectum sacram. vt patet in Baptismo, cuius forma explicitè non exprimit animi munditiem, sed tantum implicitè quatenus exprimit proximam materiali.

materiam, quæ animi ablutionem & regenerationem denotat. Pari modo in hoc sacram. explicitè exprimi posset sola materia, quæ est chrisma, eoque mediante implicitè animi salus, absque alio nomine eam expressè significante. Simili modo nec videatur necessarium nomine *signo*, sed sat esset solum verbum *signo te cruce*.

66.  
Ad Bellar.

Ad 1. *Bellar.* nego, *Chrisma salutis* includi verbo *Confirmo*: hoc enim indifferens est ad significandum quamcunque materiam, quæ de se idonea esset ad denotandum animi robur & firmitatem. Nec est par ratio de verbo *Baptizo*, quod per se determinatum est ad ipsam aquæ ablutionem significandam: vnde superfluè omnino poneretur aqua.

67.

Ad 2. nego, sufficere exercitam actionem vngendi, absque verbo illam exprimente: alioqui neque in Baptismo opus esset verbo *baptizo*, cùm per exercitam actionem ablutiendi exprimatur proxima materia Baptis. Ratio: verba adiuncta sunt sacramentis, ut explicitè significant ipsorum operationes. Ad 3. dico, non omnia, quæ de formis sacram. habemus, reperiri scripta apud Ecclesiast. Authores, sed multa solum orerentur ad nos deuenisse, iuxta illud Pauli, *Tenete traditiones, quas didicistis, sine per sermonem siue per Epistolam nostram. Rationem indicant Dionysius de Eccles. Hierar. sine, & Innocen. I. in Epist. I. c. 3. quia non audebant antiqui Patres mysteria nostra Religionis omnia scripto vulgare, ne à gentilibus irriderentur.*

68.

*Obijcies 1.* Etiam per Baptis. homo ad scribitur in militiam Christi: sed in Baptis. nulla fit mentio de consignatione crucis ergo neque fieri debet in hoc sacram. Resp. neg. maior. per Baptismum enim homo adscribitur in familiam Christi. Vnde necesse non est, vt in Baptismo fiat expressa mentio consignationis crucis, quæ est militare signum, sub quo militabit milites Christi. Huc reuocatur resp. S. Thos. cit. q. art. 4. ad 3. dicentis, idem in Baptismo non fieri mentionem crucis, quia Baptismus est regeneratio spiritualis, per quam homo primò incipit sibi spiritualiter viuere. Confirmatio vero est militare vexillum, quo Christianus armatur ad pugnam spiritualis: vnde in hoc fieri debuit expressa mentio militaris signi, quod confirmatus accipit militatus Christo.

Responsio 5.  
Thom.

*Obijcies 2.* Superfluum est alterum verbum *signo*, vel *confirmo*: cùm unum tantum è duobus sufficiat. Resp. neg. antec. utrumque enim est necessarium. Alterum ad exprimentem externum signum Crucis; Alterum ad internum robur & fortitudinem animi. Dices. Posset uno verbo utrumque significari, si hoc modo dicatur: *Signo te cruce, & chrismate*: vel *confirmo te cruce & chrismate*. Resp. neg. antec. prior enim modus etiè exprimat externum signum crucis, non tamen internum animi robur & fortitudinem. Posterior etiè exprimat crucem, vt res quædam est, non tamen illam, vt actio ministri est Verbum enim *confirmo* propriè nō significat externam actionem, quæ Pontifex cruce confirmandum consignat, sed potius virtutem & effectum, qui ex tali consignatione in confirmingando causatur.

71.

Et hæc pro explicatione communis sent, quarti ipse olim fecutus sum. Verum vbi Græcorum formam diligenter examinaui, non possum amplius illi assentiri. Græcorum forma in eorum Rituali habetur, ὅπερις δωρᾶς τῷ μαρτύρῳ: quod Latinè signum seu sigillum, vel signaculum doni Spiritus S. significat. Hanc esse validam colligitur ex ipsius antiquitate; traditur enim à Synodo 6. Generali Can. 95. Sancto primū chrismate inungen-

tes & frontem, & oculos, & narcs & os, & aures: consignantes autem dicimus: signaculum doni Spiritus S. 2. Cùm hæc forma sit Florentino multò antiquior, ut reportè cuius expressa mentio sit in Synodo 6. annis 750. circiter ante ipsum; & in hoc Concil. congregato ad vniendam Ecclesiam Græcam cum Latina, nulla mota sit de hac forma Græcorum controværia, vbi tamen de formâ Baptis. & materiâ Euchar. de quibus inter Græcos & Latinos controværat, decisa est quæstio, manifestum signum est, hanc formam vt validam approbatam & receptam fuisse. 3. Nec Innocen. IV. nec Clemens VIII. in peculiariibus Bullis de vniione inter Græcos & Latinos villam mentione faciunt de hac formâ Græcorum, sed illam potius vt validam supponentes, prohibent solum, ne hoc sacram. administretur à pueris Presbyteris, vt mos erat apud Græcos, sed tantum ab Episcopis, ad quos vt ad ordinarios ministros administratio specat. Imò Clemens VIII. ibi specialiter huius formæ meminit, eamque vt validam supponit; initio prohibens, ne Græci Presbyteri Baptizatos christiane in fronte consignent, iubensque bætizantes omittere verba quædam, *Vbi habetur forma huius consignationis*: at apud Græcos alia forma huius sacram. non est, nisi quæ supra sergo dum Pontifex illam appellat formam huius sacram. approbat vt validam.

Confir. si illam saltē vt dubiam iudicasset, debuisset præscribere, vt per illam confirmati, iterum essent saltē sub conditione confirmandi: vti ibid. præscribit, esse sub conditione reconfirmandos infantes Græcos à Græcis Presbyteris baptizatos; eo quod hi soleant vñā cum Baptismo Confirmationem conferre. Cùm igitur hæc Bulla Pontifex dogmaticè instruat Græcos de essentiali ritu administrandi factam, quo debent cum Latini Ecclesia cohaerent, debuisset hoc dutium in formâ Græcorum tollere, si illam vt dubiam iudicasset, vt fecit in eod. factam. à puro Presbytero collato: alioqui defuisset in substantialibus sacram.

Prob. 4. vt disp. 2. sect. 4. de materia Ordinis ostendit, ad formam sacram. sufficit vt implicitè tantum naturam sacram. significet, vt possit vt à cum materia determinatè illam exprimere. At hæc forma Græca implicitè saltē per signaculum doni Spiritus sancti exprimit naturam huius sacram quæ est animum robore cōtra Tyranni insultus, & simul coniuncta cum externo symbolo vñionis determinatè exprimit illud. Sobintelligitur autem in hæc formâ vel imperatiuum verbum, *Accipe*, vel substantiū eff. Tandem dñm hæc scribo, controværia decisa est à nouâ congregatione ecclâ ab Urbano Decisio sub VIII. super Euchologio examinandum: quæ censuit formam illam esse validam; ac proinde nihil in ea immutandum, sed imprimendam, vt hæc tenus fuit.

Inferritur, in formâ Latinâ hoc sacram. perficiante expressionem diuinarum personarum: cùm talis expressio in eâ formâ non sit essentialis. Nec est eadem ratio de formâ Baptismi: quia cùm per Baptis. homo primò renascatur ad fidem, debet ipsius principale mysterium ei explicitè proponi vt credendum. Per Confirmationem autem cùm homo iam supponatur ad fidem renatus, & ad Religionem Christianam admissus per explicitam diuinarum personarum professionem, non est amplius carund. expressa professio necessaria.

Vnde ad authoritatem Florentini, Catechismi, pontificis Rom. Theologorum, qui in Confirmatione expressam requirunt diuinarum personarum invocationem, dico, eam tantum requiri sub precepto in

cepto in Ecclesia Latinâ. Alioqui ipsa non posset permittere, ut Græci hoc sacram. administrarent absque expressâ inuocatione diuinarum personarum; uti non permittit, ut absqne expressâ inuocatione eundem administretur Baptismus.

79.  
Difficultas  
hic superest.

At hinc sequeretur validè etiam conferri posse Baptisma sub hac formâ: *Ablutio animæ in nomine Patris, & Filij, & Spiritus S.* Verum neg. sequel. 1. quia forma Baptismi determinata est quoad speciem à Christo, *Matth. vlt.* formam autem confirmationis non habemus quoad speciem à Christo determinatam: probabile enim est, ut de formis & materijs Ordinis dixi, illam determinatam tantum fuisse genericè sub ratione signi implicitè saltem expressiui naturæ huius sacram. 2. maior est ratio, ut potius in Baptis. exprimatur persona baptizata, quam in Confirmatione persona confirmata: quia cùm Baptismus per se sit emundatiua subiecti à peccato, debuit exprimi subiectum, quod emundatur, ut in Pœnitentia. Confirmationis autem, cùm per se non sit emundatiua subiecti à peccato, sed roboretia animi, potius exprimi debuit principalis author roboris, qui est Spiritus S. sicut quia author & subiectum peccati est persona, quæ baptizatur, & confiteretur, debuit in his duobus sacramentis subiectum exprimi.

## S E C T I O IV.

### Qui effectus confirmato conferantur?

80.  
Affertio de  
fidei.

Ad Heb. 6.

81.  
Charactere  
Confirmationis  
non distinguitur  
esse à baptis-  
mali.

Dico 1. Hoc sacram. imprimet in animâ confirmandi characterem spiritualem indelebilem distinctum à charactere baptis. quæ peculiari nota confirmatus insignitus adscribitur in milicâ Christi. Ita definit *Floren. in decre. de urbis. Armen. 5. & Trid. sess. 7. Can. 9. de Sacram. in gen.* Et constat ex ipsius initerabilitate: sacramenta enim quæ characterem imprimunt, rite semel suscepta amplius iterari non possunt, sc. Baptismus, Ordo, Confirmationis: quia is character est indelebilis: Quod hoc sacram. sit initerabile constat 1. ex verbis Pauli: *Non rursum iacentes fundamentum Pœnitentie ab operibus mortuis, & Fidei ad Deum, Baptismatum doctrina, impositionis quoque manum: per quam imposi. teste Chrysost. hom. 9. & Ambros. Ansel. & alijs, intelligitur Confirmationis, quæ semel iacta iterari non potest:* 2. ex *Tolos. VIII. Can. 7. vbi Concilium aperiè docet sanctum christum semel collatum repeti non posse;* 3. ex *Floren. & Trid. sess. 7. de Sacram. in gen. can. 9. quæ expresse definiunt, Confirmationem, Baptismum, & Ordinem iterari non posse.*

82.

Quod autem character Confirmationis sit distinctus à baptismali, patet: quia Confirmationis est distinctum sacram. à Baptismo; & Ordo ab utroque. Confirm. character baptismi nullum alium supponit in subiecto, estque prima ianua ad reliqua sacram. character versus Confirmationis supponit baptismalem: & ad reliqua necessarius non est. De naturâ huius characteris plura disp. 7.

Dico 2. Confirmationis præter spiritualem characterem causat in animâ suscipientis augmentum gratiæ habitualis, simul cum peculiaribus auxiliis opportuno tempore dandis ad Christi fidem fortiter & constanter profiriendam: est de fide ex regulâ à *Floren. cit. & Trid. sess. 7. can. 5. de Sacram. in gen. traditâ*, quod sacramenta nouæ legis continent gratiam, quam consignificant, eamque obicem non ponentibus conferunt. At Confirmationis est verum sacram. à Christo institutum, ut *seq. 1. ergo*.

Dixi augmentum gratiæ: quia cùm hoc sacrati: per se non sit institutum ad delenda peccata, sed ad corroborandum animum ad spiritualem pugnam, per se non confert primam gratiam, sed eam supponit, & suppositam auger: quo fit, ut per se requirat statum gratiæ: vnde non potest adulterus licet ad illud accedere cum conscientiâ mortalis. Quamvis eo casu peccator characterem acciperet, quia hic non pugnat cum peccato, sed solum requirit in subiecto virtualem, & interpretatiuam voluntatem suscipiens sacram. Ceterum non tenetur confirmandus per confessionem, sed sufficit per contritionem, ad hoc sacram. se preparare, ut docet *Pontifi. Rom. de hoc Sacram.* quod commune est reliquis præterquam Eucharistia, quæ peculiari decreto *Trid. sess. 13. cap. 7. & can. 11.* ad dignam præparationem prærequirit confessionem sacram. An hoc sacram. per accidens conferat primam gratiam remissiunam peccati, *disp. 4. sect. 4.*

Non potest  
adulterus licet  
sè accedere  
cum peccato  
mortali.

Tandem quod hoc sacram. præter augmentum gratiæ habitualis peculiaria conferat auxilia opportuno tempore danda ad fidem Christi constanter defendendam, constat ex fine, propter quem à Christo institutum est, qui est ad ipsius fidem tuendam. Omne autem sacram. præter gratiam habitualem, conferat peculiare auxilium, quæ dicitur gratia sacram. ad melius, faciliusque consequendum finem, propter quem est institutum.

Controversia est, an maiorem gratiam conferat hoc sacram. quam baptismus. Affirmant aliqui, id quod in hoc sacram. datur plenitudo, in baptismis prima gratia. Negant alii, id quod in baptismis homo regeneratur in Christo, remittaturque omnis culpa & poena; verum neutra opinio certò definiti potest, cùm tota res pendeat ex voluntate Christi, quæ quoad hanc partem nobis reuelata non est: & Patres non magis pro vñâ quam pro aliâ sententia citari possunt:

Maior immo  
gratiæ con-  
ferat hoc sa-  
cramentum  
quam Bap-  
tismus,

### Quodnam subiectum sit huius sacramenti capax?

S Vppono 1. solum hominē viatores esse capaces huius sacram. ex illâ generali regulâ, quod omnia sacram. instituta sint pro omnibus viatoriis, eò quod soli homines viatores sint capaces nouæ gratiæ, cuiusque accrementi. 2. Solos homines baptizatos esse capaces eiusd. cùm baptismus sit ad reliqua sacram. necessariò requisitus.

66.

Dico 1. Omnis homo baptizatus viator, infans, adulterus, vir, fœmina, rationis capax, amens, capax est huius sacram. Quia est capax effectus huius sacram. ergo & ipsius sacram. nam sacramentum est propter effectum. Antec. prob. effectus huius sacram. est character & augmentum gratiæ: ad hanc autem conferenda sufficit in parvulo (eadem ratio est de perpetuo amente) sola voluntas Christi: in adulto ad characterem sufficit sola voluntas virtualis & interpretatiuam suscipiendo sacram. & ad augmentum gratiæ, præter hanc requiritur status gratiæ. Sed qui quis baptizatus adulterus habere potest virtualem & interpretatiuam voluntatem suscipiendo hoc sacram. si vel semel illam habuit, & nunquam retrahuit; vel etiamsi illam nunquam explicitè habuit, habuit tamen implicitè, hoc ipso quod habuit voluntatem sui spiritualis projectus. Vnde dari potest perpetuo amentibus & moribundis, etiamsi illud antea non perierint; nec non ijs, qui in amentiam inciderunt, modò certò non constet, illos ante amentiam fuisse in statu peccati.

Omnis homo  
capax huius  
sacramentum.

Dico

**Dico 2.** Expedit, ut hoc sacram. non conferatur infantibus, sed ratione ventibus, saltet quando primò ad usum rationis perueniunt. Hanc assert. amplectitur Pius V. in Catechismo ipsius ius. edito. & Prob. tum propter meliorem subiecti dispositio- nem: tum maximè, ne propter ignorantiam hoc sa- cramentum iteretur.

### Quisnam fit ordinarius minister huius sacramenti?

Dionysius.

Clemens Rom.

Fabianus.

Melchiades.

Innoc. I.

Leo I.

Tolet. I. &amp; II. Innoc. IV. Clement. VIII.

Quæ veritas fund. habet in scrip. Act. 8 dicuntur Hierosolymis in Samariam missi Petrus & Ioannes ad confirmandos eos, qui baptizati erant à Philippo. Erat autem hic unus è stipe Diaconis ab Apost. electis, Act. 6. vt ex communis PP. docet Lorianus in 8. c. Act. Porro nulla reddi potest ratio, cur potius Apostoli, & non alij, vel ipse Philippus, qui eos ba- ptizauerat, hoc sacram. contulerint, nisi quia soli Apostoli tunc erant Episcopi: proinde ad eos tan- tū ut ad ordinarios ministros spectabat hoc mu- nus baptizatos confirmandi. Ratio sumitur ex insti- tutione Christi. Congruentia est: quia per hoc sa- cram. homo adscribitur in militiam Christi; in mi- litiam adscribere non est cuiuscunque, sed exercitus. Ducū, quales in exercitu Ecclesiastico sunt Episco- pi, qui Apostolis succedunt.

Contrà non modò sentiunt hæretici nostri tem- poris secuti Wicoff. sed etiam Armasanus l. II. Arme- nic. qu. c. 4. à quo teste Waldensii l. 2. de sacram. cap. 114. Wicoffus suam hæresim hausit: autumant enim hoc esse commune Episcopis cum sacerdoti- bus. Ex dictis.

**Inferrur 1.** Nullū fore sacram. à simplici sacerdote collatum: quia cùm ex institutione Christi ordina- riū minister ipsius sit Episcopus, à quoquaque infe- riōri collatum erit inuidum. At, inquires, minister est causa extrinseca; ergo non potest irritare sacra- mētum, si exeroqui omnia intrinseca adhibeantur. Sed cōtrā, licet sit causa extrinseca, est tamen neces- sariū requisita ex voluntate Christi: sicut est etiam causa extrinseca Presbyteratus, qui tamen ab alio quā ab Episcopo collatus, est irritus.

**Inferrur 2.** A quolibet Episcopo, etiā hæretico & degradato hoc sacram. collatum esse validū. Est ob- stans & cōmuni sententia. Ratio: ad hoc sacram. ministrandum, non requiritur nisi debita materia & forma applicata à ministro habente ordinem Epis- copalem. Sed per hæresim vel degradationem Episcopus non amittit ordinem Episc. cùm hic pendeat à Christo, qui per nullum peccatum tollitur, aut im- peditur, quod minus validē, esto non licite, functio- nes Episc. exerceat, ut definit Trid. de quolibet pec- cato *seff. 7. Can. 12. de sacra. in gen.*

Maior controversia, an saltēt per dispensationem possit simplex sacerdos validē hoc sacram. ministra- re. Quā expediū *disp. 7. sect. vlt. sc.* posse per dispen- sationem solius Papæ, non inferioris Prälati. Quam sent. approbat Flōren. dum in *decre. de unio. Armen.* admittit fuisse aliquando per Apostolicā sedis au- thoritatem ex rationabili & validē urgente causa dispeſtatum, ut simplex sacerdos Confirmationis sacramentum administraret.

A quoquaque Episcopo col- latus hoc sa- cramentum validum est.

93.

Concl. Flōr.

94.

## DE AUGUSTISSIMO EVCHARISTIAE SACRAMENTO.

## DISPUTATIO XIV.

### De existentia Eucharistiae.

**VERITATUR:** Quibus argumentis probatur realis præsētia corporis & sanguinis Christi in Eucharistia? Consistit hoc sacram. in reali præsētia corporis & sanguinis Christi sub speciebus panis & vini; quæ cū fide teneatur, ijs arg. est probanda, quæ illā faciunt evidenter credibilē; ut si humanus intellectus obiekti veritate, quæ non videtur, conuinci non possit, saltēt cōuinciat ut evidentiā credibilitatis, quod illud sit à Deo revela- tū; proinde falsum esse nequeat, cùm nequeat Deus falsum revelare. Res fidei comprobantur, ex scripturā, ex traditione, ex Ecclesiæ autoritate.

**Prob. 1.** Scripturā nulla veritas manifestius ex- primitur, ut falsò dixerit Caiet. 3. p. 94. 75. art. 1. illam non posse absque Ecclesiæ authoritate, eu- denter probari; & cōrdarius in opus. de Cœna Domini afferuerit, colligi ex verbis Euang. ut testatur Sotus in 4. dist. 9. qu. 2. art. 1. Primo igitur hanc veritatem tradidit Christus Joan. 6. vbi occasione capta, ex illo miraculo, quo quinque panibus multa hominum millia satiauit, primū eos ad fidem suam adhortatur; tum à fide, transfutum facit ad corpus suum id hoc sacram. dandum. Quid ibi non lo-

Evidentiā  
Eucharistiae.

Probatur ex  
Scriptura.

95.

*Non manducatur Christus nisi per fidem. Prob. 1.*

*Secundus.*

*Tertius.*

*Quartus.*

*Quintus.*

*Sextus.*

*Hec veritas exprimitur.*

non loquatur tantum de mandatione spirituali per fidem, ut heretici contendunt. Constat i. quia comparat & preferret se Mannæ, qui typus fuit huius sacram. non preferret, si vel manna esset tantum signum corporis sui, vel de sola fide loqueretur; quia etiam Patres, qui manna manducarunt, in Christum crediderunt. 2. quia loquitur in futuro: *Panis quem ego dabo, caro mea est: ut portet, quia nondum hoc sacram. instituerat: cum autem de fide loquitur, non in futuro, sed in praesenti, vel praeterito loquitur; quia obiectum fidei semper est praesens.* 3. Si de sola mandatione per fidem loqueretur, sic Christo fuisset, dicere, nisi meipsum manducaueris: *Cum autem distinguat carnem & sanguinem per modum cibi & potus, quis dubiter mysterium hoc designasse? cum fides non aliter credat carnem, aliter sanguinem.* Huc faciunt illæ explicite confirmationes: *Caro moa verè est cibus: Sanguis meus verè est possum: nempe ad excludendum cibum metaphoricum, qui sola fide manducatur.* 4. Hoc ipsum efficaciter confirmat scandalum Iudorum, qui de mandatione corporali Christi verba intelligentes dixerunt: *Durus est bis sermo; quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Cum tamen Christus si de spirituali mandatione per fidem loquutus fuisset, facile hoc scandalum sedare potuisset; at tantum abeat, ut Christus hoc sensu traditam doctrinam explicaret, ut illam priori sensu iure iurando confirmaret. 5. Ioannes, alioqui in mysterijs Fidei, præsertim quæ ultimâ cœna peccata sunt, diligentissimus, de hoc ne verbum quidem; quia nimis de illo egreditur hoc cap. 6. Quod etiam notavit August. lib. 3. de confessione Evangel. cap. 1. alioqui dicendum esset, præcipuum mysterium nostra fidei ab eo fuisse pretermisum. Et sane necessarium fuit, ut Apostoli, priusquam tantum sacram. è manibus Christi ultimâ cœna sumpturi essent, à Christo instruerentur, ne, ut in 26. Matt. adnotat Christoff. cum postea audituri erant: *Accipite & manducate: hoc est Corpus meum;* turbarentur, sicut turbati fuerant Joan. 6. cùm primum hoc mysterium audierunt. 6. Sequeretur, busquam de hoc mysterio præceptum extare, nullibi eius excellentiam & utilitatem à Christo explicatam, ut de Baptismo præstiterit: ultima enim cœna solù in illud instituit. Adde, omnes Catholicos scriptores, quotquot vel ex professo in Joan. scripserunt, vel obiter in hunc locum incidunt, vñanimi consensu hunc locum de Eucharistia intellexisse; paucis exceptis, qui potius, ut facilis Lutheranis responderent, ex hoc loco probare contendentib. laicam communionem sub vera que specie, dixerunt, h̄c non agi de mandatione sacramentali.

4. *Hec veritas exprimitur* Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22. *Hoc est Corpus meum: Hic est Sanguis meus: quæ verba ad eis visa sunt Luthero clara, ut cùm maximè propensus esset ad h̄c sacram. negandum, ingenuè fassus sit, se nō posse tam manifesto testimonio Christi repugnare, qui, ut restatur de abroganda Missa, longam de hac re disp. habuit cum demone, qui sophisticis argu. contendebat, Christum non adesse sub sacris speciebus: à quo tamen, ut ipse Lutherus testatur, conuincit non potuit. Et sane si heretici interrogarentur, quibus verbis Christus uti potuisse ad realem suam præsentiam in hoc sacram. significandam, fateri debent, non potuisse clarioribus: aut igitur negent, hoc fieri potuisse, quod plerique non audent, nisi pauci cum Calvino; ut concedant, hoc factum esse, conuicti tam manifesto testimonio Christi.*

Confir. eam Paulus 1. ad Corinth. 11. quam & testatur, se accepisse à Domino; & ad tam sancti panis & calicis sumptionem docet, necessariam esse sui probationem, quæ ex Trid. sess. 13. c. 7. in eo consistit, ut nullus mortal is peccati conscius, quantumvis sibi contritus videatur, absque prævia Confessione ad hoc sacramentum accedat. At quid opus tantâ præparatione ad inane frustulum panis sumendum? ad symbola fidei, quibus Christi corpus repræsentatur, cù debita veneratione sumenda, in clamat Calvinus: *At quidai cādem præparatione opus ad imagines Christi dignè venerandas? sane si sola fide Christi corpus in hoc sacram. manducatur, & fides exerceri possit etiam cum conscientiâ mortalis, quid opus tantâ præparatione?*

Sed audiamus hereticos Christi verba explicantes. pronome *Hoc*, explicante adverbialiter, pro *Hic*, vt tensus sit, *bi*, *sed* *Corpus meum: expositio riendu* magis, quām impugnanda: Ecquis rem oculis præsentem, cuiusmodi at Christi corpus Apostolorū prospektui, digito videndam commonsteret? 2. Explicante verbum *est*, pro significat: siquidem familiare, inquit, erat Christo, uti verbo substantiuo, pro significatiuo, *Ioan. 15. Ego sum vitis vera, vos palmaries: Pater meus agricola est.*

Alij non in verbo, *Est*, sed in nomine, *Corpus*, tropū fingunt, ut nimirū hac voce non significetur corpus Christi naturale, sed aut mysticum discipulorū, aut signum & figura veri corporis Christi. Alij demum pronomen, *Meum*, exponunt possessiū, ut sensus sit, *boc offenso pauc, est Corpus meum*, id est, à me creatum.

Sed hæc duo postrema commenta aperte refellunt verba subseq. quod pro vobis tradetur: *qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum: at non corpus, & sanguis Apostolorū: non panis à Christo creatus; sed corpus, & sanguis Christi pro nobis traditū, & effusus est in remissionem peccatorum.*

Reliqua falsa esse, inde constat: nam ersi licetū sit *vti metaphoris; in testamento tamen, legibusq; cōdendis, nunquā licet; ne tropis & metaphoris mens testatoris, legislatorisque in dubium reuocetur.* Christus autem in ultimâ cœna leges condebat universales sacramentorum prototâ Ecclesiâ suumque testamentum faciebat, in quo ultimam suam voluntatem declarauit: ergo ut sapientissimus legislator verbis vñus est proprijs, ne in dubium reuocati posset eius mens, ut in alijs sacramentis & legibus præstiterit: quam regulam s̄pē *Augus. 3. de doctri. Christ. c. 10. docet, seruandam in diuino sermone, ut ad morum honestatem, vel ad fidei veritatem referatur.* Adde, quod quando scriptura vñit metaphoris, ex anteced. & conseq. constat, illam metaphorice loqui: at h̄c nullum est signum figurata loquutionis, cuncta conspirant ad verâ propriam quæ. Nam quod Christus promisit *Ioan. 6. adimpleat Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22.* sine vñlā ambage verborum, simplici sermone. Est aliud signum propriæ loquutionis; nam s̄pē quod vñus Euang. metaphorice, alius propriæ narrat: h̄c conspirant in eandem loquutionem, eidem planè verbis omnes. Et quidem si Apostoli in alio sensu, quām proprio, illam intellexissent, petiissent à Christo, ut illam sibi explicaret, ut alias fecerunt.

Concludo ergo contra hereticos cum Damasc. lib. 4. *Fidei, cap. 14. Non est figura panis & vinum, corporis & sanguinis Christi, absit enim hoc, sed est ipsum corpus Domini deificatum, ipso Domino dicensi, hoc est meum, non figura corporis, sed corpus, non figura sanguinis, sed sanguis:* Et Ambro. lib. 4. de Sacram. cap. 5. *Ante verba Christi, calix est vini & aquæ*

*Clement.*

*Vñlā hereti- corū expli- cationes.*

7.

9.

10. 1

*In refutatio- ne & legibus nella meta- phora, p. 9.*

12.

*Quæ verba in Scriptura metaphorica*

13.

15.

<sup>14.</sup> aqua plenus, ubi verba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur, qui plebem redemit.

Prob. 2. hæc veritas ex perpetua & nunquam interrupta traditione, ab Apost. ad nos usque, continuatæ successione, per manus maiorum delata, quæ in omni ætate & seculo viguit, cuius opposita sent. ut aperta hæresis à fidelibus semper habita, & op-pugnata est. Primus oculatus traditionis testis sit B. Andreas Apost. vitæ ab eius Discipulis conscriptæ; Ego omnipotenti Deo immaculatum agnum quotidie sacrifico, qui cum sit vere sacrificatus, & vere à populo carnes eius manducata, integer persenerat viuis. Secundus Iacobus Frater Domini, qui in sua Liturgiâ explesè fateretur, per verba sacram. verum corpus & sanguinem Christi confici: Idem in sua Marcus Euang. Tertius sit Ignatius, qui fuit Apostolorum tempore, ad Smyrnenses Epistolâ: Eucharistias & oblationes non admittunt, quod non constreantur Eucharistiam esse carnem Salvatoris, qua pro peccatis nostris passa est. Quartus sit Clemens Rom. III. à Petro Pontifice, ab ipso in successorem nominatus l. 8. Apost. constit. cap. 17. vbi Deum alloquitur: Rogamus te, ut mittas spiritum Sanctum tuum super hoc sacrificium, testem Passionis Domini Iesu, ut ostendat hunc panem corpus Christi tui, & hunc calicem sanguinem Christi tui. Et cap. 21. Perceptio corpore & pretioso sanguine Christi &c, quæ verba leguntur etiam in Liturgiâ Iacobi Apost. Eandem veritatem in suis Liturgijs, & alibi expresserunt Basilius, Chrysost. &c. Alios huius traditionis testes, qui per singulas ætates illam confirmarunt, lego apud Bellarm. lib. 2. de Euchar. ut vel hinc appareat Calvinii impudentia, qui, ut suum errorem defenderet, ausus est lib. 4. Inst. cap. 18. n. 11. omnes antiquos Patres damnare, quod contra Christi & Evangelij ordinationem plus a quo huic sacram concesserint: sc. melius potuit Calvinus hæc scire, quam Apostoli & Discipuli Domini, qui ex ipso Christi ore hauserunt.

Hæc Apost. traditionem confirmat praxis Ecclesiæ, quæ semper diligentissimam se exhibuit in pertractando hoc sacrum. Nam antequam fideles sumerent, adorabant, non representans tantum, sed ut vere continens corpus Christi, ut Theodore dixit, bac mysteria adorari, non quia significant, sed quia ea sunt, que creduntur: 1. illud inuocabant, 3. diligentissime cauebant, ne aliquod frustulum in terram caderet. 4. non permettebant illud videri ab infidelibus & catechumenis. Quintum signum huius veritatis est antiqua cæremonia, cuius meminit Aug. l. 2. de peccat. meritis c. 26. quæ benedicebatur panis, ut daretur catechumenis; quem sanctum sacramentumque appellat August. Quamvis, inquit, non sit corpus Christi. quod si Eucharistia nihil aliud esset, quam pirus panis, sola sacerdotis benedictione sacratus, quid opus erat alium panem benedicere, ut daretur catechumenis? aut cur hic etiam non appellatur corpus Christi? 6. demonstrat id, quod, iuste Tertull. in Apolog. c. 7. gentiles Christianis exprobrabant, nempe quod ad infantem comedendum congregarentur. Idem testatur Auerr. qui nos impios appellat, eò quod Deum nostrum manducimus. Tandem ostendunt tot miracula, quæ Deus in diuersis locis, temporibus, & personis ad hanc veritatem confirmandam operatus est, quorum exempla passim leguntur in historijs, & ipse multa vidi, & audiui, quæ negari moraliter non possunt, nisi à pertinace.

Prob. 3. principaliter ex Conciliis generalibus; hauc veritatem docuit, Nicenum 1. sub ann. 320. & Cœlij. Iterum etiam in hac diuinamensiæ, ne humilianter inten-

simus ad propositum panem & calicem, sed attollentes menem, fide intelligamus, sicut in sacra illa mensa agnum illum Dei tollentem peccata mundi, incruente à sacerdotibus immolatum, & pretiosum ipsius corpus, & sanguinem verè nos sumentes credere. Ephesinum in Epist. Cyrilli ad Nestor. à Concilio approbatâ, tom. 1. Conc. cap. 26. Ad mysticas benedictiones accedimus, eaq; ratione sanctificamur, ut pote sacræ carnis, & pretiosi sanguinis Christi omnium nostrum salvatoris partus effetti. Et paulò post: nequo enim iltam ut carnem communem suscipimus, sed sanguinem verè vinificam, ipsiusq; verbi propriam. Tertiò exortâ hæresi Berengari, qui primus circa 1050. publicè presentiâ Christi in hoc sacram. negauit, definita est hæc veritas in Concilijs, Vercell. sub Leone IX. & duob. Rom. sub Nicolao II. & Gregorio VII. per publicam confessionem fidei, & abiurationem contraria hæresis, à Bereng. factam, ut habetur de consecratione dist. 2. Ego Bereng. 4. In Lateran. sub Innocen. III. Can. 1. Verum Christi corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraci-  
ter continetur, transsubstantiatis pane in corpus, & vi-  
no in sanguinem, poneat divina. 5. In Vienn. Gene-  
rali, sub Clement. V. vbi statuitur festum Corporis Christi, & adoratio illi debita, contra Begardos &  
Beguinias. 6. In Constanti. Generali sub Martino V.  
vbi sess. 13. sub poenâ excommunicationis prohibe-  
tur laicis communicatio sub utrâque specie: Cum  
firmissime credendum sit, & nullatenus dubitandum,  
integrum Christi corpus & sanguinem, tam sub specie  
panis, quam sub specie vini, veraciter contineri. 7. In  
Florent. sub Eugenio IV. Ipsorum, inquit, verbo-  
rum virtute, substantia panis in corpus, & substantia  
vini in sanguinem convertuntur. 8. Ex professo in  
Trident. sess. 13. cap. 1. Principio docet sancta Syno-  
dus, & aperiè ac simpliciter proficitur, in almo sancta  
Eucharistia sacramento, post panis, & vini consecra-  
tionem, Dominum nostrum Iesum Christum, verum  
Deum, atque hominem, verè realiter, ac substancialiter  
sub specie illarum rerum sensibilium contineri. Qui-  
bus hæreses 4. confutantur. 1. Vbiq; assertum, Christum adesse in hoc sacrum. non virtute conse-  
cratiōnis, sub ubiquitatis corporis Christi. 2. Sacra-  
mentariorum negantum, Christum verè esse in hoc  
sacram. sed tantum ut in signo. 3. Caluinist. affirmanti,  
Christum non esse in hoc sacram. realiter, sed  
solâ fidē apprehensum. 4. Caluinist. dicentium,  
Christum non esse in hoc sacram. substancialiter,  
sed per quandam virtutem accidentalem, quam no-  
bis coniungitur.

Prob. 4. ex dupli absurdo. 1. si Eucharistia non esset, nisi purus panis, Ecclesia Christi excede-retur in sacrificijs ab antiquâ Synagogâ: nam hæc præter sacrificium Missæ, nullum aliud habet, quo diuinam recognoscat excellentiam, cum illa & multas, & varias habuerit oblationes & victimas, quas diuinæ libabat maiestati; corruerent antiquæ Prophetiz, quibus semper aliquid maius, & ex-cellentius promittebatur in sacrificium Ecclesiæ post aduentum Messiæ, quam ante nūquæ fuit, Malach. 1. Zach. 8. leg. S. Tho. 3. p. q. 75. art. 1. Se-  
cundum, est intolerabilis error idololatriæ, quem Christus ab incunabulis suis nascentis Ecclesiæ usque ad finem mundi, quoisque duraturum est hoc sacrificium, permisisset in totâ Ecclesiâ, ut in puto pane & vino adoraretur verum corpus & sanguis ipsius. Explicatur: iam tunc quando Christus hoc sacrum. instituebat, si re ipsa noluisset sub illo suum corpus relinquere, sed signum tantum corporis sui, prævidisset Ecclesiam in hunc errorem lapsuram, & quidem rationabiliter moram ex verbis

Temeritas  
Calvinis.

Vera praxes  
Ecclæ.

mirabilis.

Definitioni-  
bus Ecclæ  
& Cœlij.

verbis ipsius. Vnde tenebatur ab hoc errore Ecclesiam liberare, utendo verbis, ex quibus posset colligi, illum metaphorice loqui; at cum ex toto contexto constet oppositum, manifeste sequitur de falso suum corpus in hoc sacramento consecrasse, ut verba ipsa significant.

Ex his conficitur haec demonstratio: Implicit obiectum illud esse falsum, quod ea signa credibilitatis habet, quae evidenter moraliter ostendunt, quod sit a Deo reuelatum: tale est hoc sacram. vt constat ex omnibus signis & rationibus, quas attulimus, quae omnia simul sumpta, maiorem faciunt evidenter credibilitatis, quod hoc sacram. sit a Deo reuelatum, quamquam quod India sit, vel Aristoteles fuerit, de quibus dubitate extrema dementia est. Maior prob. ad Del prouidentiam spectat, non permittere tot signa credibilitatis in confirmationem rei falsae ad Religionem spectantem: cum naturale sit homini, in rebus, quarum evidenter non habet, eas amplecti ut veras, quae maiora & evidenter habent signa credibilitatis; alius Deus ipse testificetur moralis causa erroris, cum aliunde non possit homo de obiecti falsitate fieri certus; adeo ut non minus, vere quam confidenter dixerit Riebar, Victorinus I. de Trinit. cap. 2. Domine si est error, a te dece prisimus; nam ista in nobis tantis signis & prodigiis confirmata sunt, & talibus, que non nisi per te fieri possunt. Nec dici potest, hominem certum fieri discursu naturali, quo naturaliter apprehendit implicatiem huius mysterij: nam in rebus dei, cum supererit captum nostri intellectus, prohibemur uti discursu; sed potius precipitum, captiuare intellectum in obsequium carum; alioquin multa alia mysteria nostra Fidei essent neganda, si ea obliqua lance humani discursus essent examinanda, & approbanda.

QVARITVR 2. An hoc sacramentum instituit potuerit ante Incarnationem? 1. sent. negat; Casell. 3. p. qu. 76. art. 2. Paluda. in q. dist. 8. q. 1. art. 3. Conclu. 2. videtur S. Thom. 3. p. q. 73. art. 5. ad 2. Et in 4. dist. 8. q. 1. art. 3. q. 2. Fundam. Caiet. esse sacramentale supponit esse naturale, in quo essentialiter fundatur; & solùm addit supra esse naturale corporis Christi, extrinsecam presentiam ad species panis & vini: implicit autem produci presentiam sine re presente, sicut implicit conservati presentiam destructo corpore presente: ergo.

Fundam. Palud. Implicit, aliquid conuerti in id, quod non est; quia convertibile supponit id, in quod debet conuerti: ergo implicit, panem conuerti in corpus Christi non existens. Confirm. Si corpus Christi fuisset prius producendum sub presentia sacramentali, non potuisset deinde produci sub presentia naturali; quia producio est ad esse.

SICUND A affirmat: Sciri in 4. dist. 10. q. 4. 5. Hic duo Aureol. dist. 8. q. 1. art. 4. Meyro dist. 11. q. 9. Sciri dist. 8. q. un. art. 5. argu. 2. & dist. 10. q. 1. art. 2. init. Gabr. lec. 47. in Cano. Misso. Suar. disp. 47. sett. 2. Sensus, quem titulus querit, præ se fert, est, an ante factam unionem humanitatis cum Verbo, hoc n. importat Incarnationem, potuerit hoc sacram. institui, apertam inuoluit implicitam; cum hoc sacram. essentialiter consistat in reali presentia sacram. corporis & sanguinis Christi sub speciebus, panis & vini, quae essentialiter supponit unionem hypost. eiusdem. sicut implicit, constitui corpus hic ante ipsius realem productionem: in hoc viderur Caiet. impugnasse Sciram. Verum in alio Doctores 2. sent. disputant; sc. an prius corpus & sanguis Christi potuerit fieri presentia sacram. quam presentia naturali: hunc sensum admittere

potest tò ante Incarn. hoc est, antenaturalem presentiam humanitatis Christi, non ante unionem ipsius cum Verbo.

Dico 1. Non implicat absolute, hoc sacram. institui potuisse ante Incarnationem. Fundam. potuit corpus Christi uici Verbo per actionem Incarnationem, & eodem instanti simul fieri praesens sub speciebus panis presentia sacram. sicut poruit uiri Verbo, & eodem instanti fieri presentia presentia naturali, absque sacramentali; cum nulla sit essentialis conexio inter presentiam sacram. & naturalem; sunt enim modi à parte rei distincti à corpore, & à neutra determinate pendent essentialiter corpus.

Nota Mayro, non fuisse tunc futura in hoc sacram aliquia ex vi verborum, aliqua per concomitantiam; quia non supponeretur corpus Christi alibi existens, sed primò produceretur; & consequenter omnia fierent presentia ex vi verborum. Sed non Quid ut placet; nam ad concomitantiam sufficit, ut quan. verborū uerbi, si formula sufficeret nisi corpus & sanguis: nam sicut nunc producetur nisi corpus & sanguis, ita fieri potuisset tuuc. Ex eod. fund. sequitur, posse Christi corpus desinere sub omni presentia naturali, manens sub sacramentali. Nam quā ratione potuit produci sub modo sacram. existendi, absque eo quod produceretur sub naturali: cādem ratione posset desinere sub naturali, manens sub sacramentali: quia non plus pendent res ab aliquo in facto esse, quam in fieri: ergo si potuit Christi corpus sine illa presentia naturali produci, poterit sine illa conseruari.

Dico 2. Implicit hoc sacram. institui potuisse ante Incarnat. ex vi verborum, vi quorum de facto est institutum. Fundam. de facto haec verba non habent vim producendi unionem hypost. inter humanitatem & Verbum: sed solùm ueniendi Christū cum speciebus, vel producendi corpus & sanguinem sub illis: atque hoc sacram. essentialiter supponit unionem hypost. continent n. Christum, qui eam essentialiter dicit: ergo implicit, potuisse institui ante Incarna. ex vi presentium verborum; cdm nec verbahanc unionem producerent, nec aliunde supponerent producam.

Dico 3. Repugnat, hoc sacram. institui ante presentiam naturalem Christi cum omnibus ijs circumstantijs, cum quibus de facto est institutum. constat; nam de facto institutum est per verba à Christo prius tempore prolatā: nec potuit illa proferre, nisi sub modo presentia naturalis, humano modo, per gutturis collisionem, quantitatuum contactum corporum, qui sine extensione locali fieri nequit. Confirm. si ante prolationem verborū Christus supponeretur sacramentaliter existens, iam presentia sacramentalis non esset terminus prolationis verborum, ut nunc est.

Ad fundam. Caiet. Nego, esse sacramentale supponere esse naturale, seu naturalem presentiam corporis; quia haec nullam habet essentialiēm connexionem cum presentia sacram. cum sit modus disparatus & oppositus. Si intelligat naturalem substantiam corporis prius naturā supponi productam sub presentia sacram. concedo, esse sacramentale supponere esse naturale; sed nego, hoc sensu id solūm dicere extrinsecum respectum ad species sacras; nam includit ipsum esse naturale corporis, in quo hic respectus fundatur. Vnde sequitur solūm, produci & conseruari corpus sub presentia sacram. sine naturali. Ad fund. Palud. sufficit ut corpus Christi supponatur existens prior.

Atens prius natura quā panis in ipsum cōuertatur. Nam in instanti complez̄ significationis verborū, produceretur corpus vnitum hypostaticē Verbo, & eodem instanti vniaretur accidētibus panis, vī cuius vnoīonis substaniā panis conuertetur in corpus Christi. Ad confirm. negat Scotor. sequel. & concedit, idem corpus sacramentaliter productum, potuisse produci & formari in vtero virginis secundūm esse naturale: sicut non obstante, quod nunc existat naturaliter, adhuc produci potest sacramentaliter. S. Thomam Scotorus explicat de potentia ordinata, non autem de absoluta.

## DISPUTATIO XV.

## De natura &amp; essentia Eucharistia.

## SECTIO PRIMA.

## Quid essentialiter importet Eucharistia?

**M**VLT A concurrunt ad hoc sacram. panis & vinum, ut materia remota; verba consecratoria, actio transubstantiativa panis & vini in corpus & sanguinem Christi; quæ consecratio dicitur, quia per eam consecrantur species, quæ sunt proxima materia; species ipse consecratæ, Christus sub his speciebus realiter contentus, indivisibilis præsentia ipsius sub iisdem, sumptio Eucharistia, gratia sacramentalis, quæ mediā sumptione confertur. Certum est, primum & vlt. non ingredi essentiam huius sacram. Nam materia remota nullius sacramenti essentiam ingreditur: gratia, cùm sit effectus sacramenti, solum concurreat ut terminus significationis sacramentalis. De reliquis est;

PRIMA sent. Aureol. in 4. dist. 8. qn. 1. art. 1. affirmantis, Eucharistiam, ut est purum sacram. essentialiter constitui speciebus, verbis & viu sacram. Quod Eucharistia sunt species, & non Christus. Probat: quia Christus est res sacram. ut in Baptismo character: sed res sacram. non est purum sacram. sed res significata per sacram. ut constat de charæter. Quod sit verba, colligit ex definit. sacram. nouæ legis: Est enim signum & causa rei sacrae: at verba significant, & efficiunt corpus Christi sub speciebus. Quod vñus sacram. sit etiam pars essentialis Euchar. probat: facit illam productiua vñimi effectus, qui est gratia, sine quo non esset productius.

Quoad prima duo consentit Marsil. q. 6. a. 2. not. 2. & 5. Gabriel eti g. 1. a. 1. doceat, species panis aut vini, ut Christi Corpus & sanguinem continent, esse sacramentum; a. 3. dub. 2. sub formidine afferit, etiam consecrationem & comedionem esse duo alia sacram. à primo distincta; quia singulis conuenit definitio sacram. omnia tamen dici vnum aggregatione & ordine, ad vnum finem proximum, qui est spiritualis refectio: Sicut Ordines dicuntur vnum sacram. per respectum ad presbyteratum, in quo discrepat ab Aureolo.

SECUNDA est Nugnez 3. p. q. 73. a. 1. diff. 2. afferens, Eucharistiam essentialiter constitui speciebus panis & vini, ut materia; & verbis consecratorijs, tanquam formâ, cum essentiali tantum ordine ad consecrationem, comedionem, & corpus Christi, quæ tantum importantur in obliquo. Fund. omnia sacram. nouæ legis constant rebus sensibilijs ut

materia, & verbis ut formâ. Confirmat ex modo loquendi Concil. & Patrū, qui dicunt, in hoc sacram. contineri corpus & sanguinem Christi: ergo in ratione sacram. non cōstituitur per Christi corpus in recto, alioqui diceretur esse ipsum corpus Christi, non ipsum contineri in sacram.

TERTIA Magistris in 4. dist. 8. Bonau. p. 2. a. 2. q. 1. Scotor. q. 1. Richar. a. 1. q. 1. Sotij. q. vn. a. 1. affirmantum, Euchar. in ratione sacram. essentialiter constitui per species, quæ sunt signum corporis Christi. Quod non per verba, probat Scotorus: est permanens sacram. verba sunt successiva. Quod non per corpus Christi, probant reliqui: Christus est res significata per species, sicut character per extēnam ablutionem.

QUARTA Valdens. de Eucbar. c. 21. docēris. Euchar. in recto solum dicere corpus Christi, in, in obliquo 4. Sotij. connotare species, quas appellat sacramentum secundūm quid, ratione rei contenta.

QVINTA Alens. 4. p. q. 10. me. 3. a. 3. Capreol. in 4. dist. 8. q. 1. a. 3. ad 1. con. 1. concil. Caier. 3. p. q. 75. a. 1. 5. Et post, & 5. Vnde conuenientius, Suar. disp. 42. Vasq. disp. 167. Henr. 1. 8. de Sacr. c. 6. & 7. Coninck. q. 73. a. 1. & c. docentium, sacram. hoc essentialiter constitui ex speciebus ex Christi corpore.

Dico 1. Eucharistia non constat verbis consecratorijs, ut formâ intrinsecè constitutive ex Florent. in decre. de unio. Arme. ubi docet, per verba Saluatoris confici hoc sacram. Quia ipsorum virtute substantia panis in corpus Christi, & substantia vini in sanguinem conuertuntur: ergo hoc sacram. potius est effectus verborum, quam constitutum ex ipsis: non enim dixit, ex verbis constitui, sed confici; quod habitudine importat causa efficientis, non formalis. Et licet ibid. verba appelleat formam, intelligit de formâ, quæ efficitur, non quâ constituitur.

Fundam. Eucharistia est sacram. permanens; ex Trident. sess. 13. can. 7. ergo nequit constitui ente successivo ut formâ intrinsecâ. Quia ens permanens perseverat, corruptio successivo: at nulla res constitui potest essentialiter per formam corruptam; alias sequeretur perseverare integrum natum rei, corruptâ eius formâ essentiali. Confirm. aut verba constituant essentialiter Euchar. aut non. Si secundum; habetur intentum: Si primum; ergo illis corruptis, non manet integrum sacramentum Euchar. contra Concilia. Respondet Nugnez, manere verba virtualiter in speciebus, per realem virtutem ab ipsis causatam, cum quâ virtute species compoudent vnum physicè. Sed contrâ: non verba, sed virtus à verbis producta, esset forma constitutus Euchar. in esse sacram. permanentis: 2. fictitia est ista virtus, ad fugam argum. conficta; nam non est naturalis; quia verba naturaliter non producunt nisi sonum, speciesque soni, quæ necesse non est, ut physicè attingant species consecrandas, ex quæ statim desinunt, desinente motu verborum: nec supernaturalis; esset enim separatio specierum à propriâ substanciali, earumque vñio cum corpore Christi, succendentis in munus propriâ substanciali; aliud superuacaneum est: at hæc non sunt virtus, sed effectus verborum, quatenus ut instrumentum Christi efficiunt, quod significant.

Respondet 2. Aureol. manere verba virtualiter, sicut manet offensa, vel opus studiosum in mente Dei, & hominum. Confir. consensus vnius conjugis moraliter tantum perseverans sufficit componere vnum matrimonium cum actuali consensu alterius. Sed contrâ: corruptis verbis, non dicere manere Euchar. nisi moraliter in mente Dei, vel hominum, ut manifestactus humani physicè corrupti,

Panis & vi-  
ni non sunt  
constitutiva,  
nec gratia  
sacram.

Probab.

2. Sent.

Fundament.

Verba non  
pertinent ad  
constitutio-  
nem Euchar.

Nugnez

Rejetur.

## Disp. XV. De natura & essentia Eucharistie. Sectio I.

132

**corrupti**, quod falsum est: nam independenter à cognitione Dei vel hominum, Eucharistia peruerat physicam sacram, etiam transactis verbis: 2. non potest dici forma semel prolatâ moraliter perseuerare, sicut dicitur offensa aut opus honestum, vel quicunque consensus non retractatus: Ratio: ea tantum dicuntur moraliter per modum habitus perseuerare, quorum retractatio penderet à libertate voluntate: talis est consensus liberè elicitus, quem dum semel elicitorum non retracto, video interpretatiū velle, & quasi illum continuatē elicere. Atque autem externi, quia semel producti non manent amplius in nostrâ potestate, non dicuntur moraliter, sed physice perseuerare, si existant, vel physice non perseuerare, si corruptantur. Quod patet: si sacerdos post prolationem formam verborum cum debet à intentione super debitam materiam, retracto. Et actum, non fieri irritum, sacram. sicut fieret irritus consensus, si semel elicitorum retractatur, quia hic penderet à libertate, non illud. Patet ad confirm. reliqua sacram. constituuntur ex verbis, ut formam intrinsecā; quia sunt entia successiva, quae ut componant unum, satis est, ut in aliquā sui parte moraliter conueniant.

**Respondent.** Respondent alij, manete verba consecratoria quo-  
ad denominationem, quatenus denominant species consecrata, ac proinde verba consecratoria non esse formam inherentem, sed solum denominantem hoc sacram. sicut esse cognitionem essentialiter constituit ex obiecto & cognitione, ut formā; non inherente, sed denominante.

**Confirm.** Confirmant 1. forma ut forma non potest habere aliud modum concurrendi, quam intrinsecē componendi; nec aliud effectum quam compositum ex ipsa resultans: sed ex Florent. verba consecratoria sunt forma Euchar. ergo componunt intrinsecē illud; non inherendo, sed denominando.

**Secondo.** 2. Species panis & vini ut distincte à verbis, non possunt habere integrum rationem sacram. ergo essentialiter includunt verba ut formale complementum sacramenti. Antec. prob. ut distincte à verbis, non habent integrum & completam significationem sensibilem gratiæ nutrimentalis, qualis requiritur ad hoc sacram. de se enim nec significant præsentiam corporis & sanguinis Christi, nec gratiam nutrimentalem; neque ad hanc significandā sunt instituta; neque ad hanc excitant intellectum videntis, nisi dependenter à verbis consecratoriis: ergo integrum significationem habet ex verbis ipsis: sine quibus nec significant gratiam nutrimentalē; nec ad eam intelligendam intellectum videntis excitarent. Sed contra, falsum est, hoc sacram. includere formaliter intrinsecē denominationem à verbis præteritis, ut formale complementum sui; cum, ab illis solum pendeat efficienter; & nullus effectus includat formalem denominationem suę causā efficientis: cognitionem vero formaliter includit cognitionem, ut formam formaliter tribuentem esse cognitionem; Eucharistia solum connotat verba ut causam efficientem sui, unde nec complementum in esse sacram. accipit in genere causa formalis à verbis: nam in esse sacram. adquæratur constituitur per esse signum nutrimentalis gratiæ: hoc autem habent species panis & vini, ut continent corpus & sanguinem Christi, independenter à verbis: quod sic ostendo: nam idem foret sacram. si alio modo, quam per verba institutum fuisset: igitur verba non compleant hoc sacram. formaliter in ratione sacram. sublatā enim formā, tolleretur compositum ex tali formā resultans. Antec. prob. rationem Eucharistici sacram. formaliter ha-

bet ex eo, quod est cibus & potus spiritualis animi: hoc formaliter habet per ipsas species panis & vini, ut continent corpus & sanguinem Christi: igitur. Ad i. confit. concedo, formam ut formam non posse habere aliud effectum, quam compositum ex ipsa resultans: nego, verba consecratoria concutentes ad sacram. Euchar. in genere causa formalis, sed solum efficientis; ex Florent. Ad 2. nego antec. nam species panis & vini sunt signum sensibile gratiæ nutrimentalis, ut continent corpus & sanguinem Christi, independenter à verbis, ut à forma formaliter denominante, licet dependenter ab ipsis, ut à causa efficiente. Nec excitant intellectum videntis proximè & immediatè per denominationem à verbis deriuatam, sed per continentiam corporis & sanguinis Christi.

**Dicess.** Species panis & vini sunt signum gratiæ nutrimentum, quæ sunt consecratæ: sunt consecratae formaliter per verba consecratoria: ergo hæc formaliter integrant rationem sacramenti Euchar. nutrimentalem gratiam significantis. Resp. neg. minor. non. n. species dicuntur sacrae seu consecratæ formaliter à verbis, sed à corpore & sanguine Christi, per cuius unionem redundunt formaliter sacrae.

**Dico 2.** Eucharistia non constituitur essentialiter per consecrationem, sive per actionem transubstantiationis. Fund. hæc est via ad sacram. via non est ratio constitutiva termini; nec effectus constituitur per actionem, quam producitur, sed per suam entitatem. Confir. possunt circa idem numero sacram. variari actiones, ut si fiat medio instrumento, vel à solo Deo; actiones enim variantur variato agente: nequit igitur actio esse forma essentialiter constitutiva huius sacram. alias, variata actione, variaretur hoc sacram. sicut quia reliqua sacram. essentialiter constituantur actione, variata actione, variatur numero sacramentum.

**Obiecit:** S. Tho. 3. p. 9. q. 73. a. 1. ad 3. & in 4. diff. 8. q. 1. a. 1. g. 1. affirmant, hoc sacram. esse sanctificationem materiæ, per quod distinguitur ab alijs quæ consacrant in usu materiæ consecratae.

**Resp.** id dixit S. Tho. quia per ipsam sanctificationem materiæ immediate attingitur hoc sacram. sicut per actionem immediate attingitur terminus: unde in 3 p. non dixit, esse ipsam consecrationem materiæ, sed perfici in ipsa consecratione materiæ, quod importat habitudinē viæ, ac per hoc recte ab alijs sacram. distinguitur, quæ non perficiuntur consecratione, ut viæ proximâ & immediatâ, sed remotâ & mediata, & ideo in illis dicitur sacramentale, quia non pertinet immediatè ad sacram. ut consecratio ad Eucharistiam.

**Dico 3.** Sumptio non pertinet essentialiter ad hoc sacram. quia ante sumptionem est essentialiter integrum, ex Concilijs, quæ illud appellant absolute sacram. etiam ante sumptionem: Ratio: hoc sacram. est permanens: ergo non potest essentialiter constitui per aliquid successivum, qualis est usus sacramentalis.

**Dico 4.** Hoc sacram. non constituitur adquæratur, aut solis speciebus, connotato tantum corpore Christi; aut solo corpore Christi, connotatis tantum speciebus: Fundat. prioris: per corpus Christi hoc sacram. est formaliter causatum gratiæ nutrimentalis. ut affer. 5. at hoc est causatum est præcipuum in hoc sacram. ut in ceteris nouæ legis: ergo corpus Christi non se habet tantum connatur in hoc sacram. quia rem constituit, secundum primarium conceptum ipsius, qui conceptus præsupponitur ad esse connaturum. Confir. contra sent. non saluat Concilia & Patres, in recto predicantib.

26.

prædicantes de hoc sacramento corpus Christi.

Fundam. posterioris: sensibilitas intrat formalē constitutionem sacram, quod essentialiter est præticum signum sensibile gratiæ: est autem hoc sacram. formaliter sensibile per species: igitur species intrat formalem cōstitutionem huius sacram. Ceterū licet non repugnet, aliquid connotatiū intrare formalem constitutionem rei, vel, extrinsecè, ut cognitio intrat constitutionem cogniti; vel intrinsecè, ut albedo constitutionem albi; io re tamen nostrā nequeunt species connotatiū tantum intrare constitutionem Eucharistiæ: 1. quia species non sunt extrinseca, sed intrinseca forma huius sacram. 2. non importantur per modum formæ adiacentis corpori Christi, ut importatur albedo subiecto albo; sed per modum partis sensibilis constituentis vnum compositum sensibile sacramentale cum ipso corpore Christi, ut importatur forma artificialis in opere artis. quæ vna cum materiâ componit vnum opus articiale.

*Non repugnat aliquid connotatiū intrare formalem constitutionem res.*

Dico 5. Hoc sacram. essentialiter constituitur ex speciebus & corpore Christi contento sub illis: S. Tho. in 4. cit. ad 2. affirmantis, ex speciebus & corpore Christi fieri vnum sacram. non minus quam in reliquis, ex elemento & virtute diuinitutis habita sit vnum sacram. Supponit sacramenta esse causas gratiæ per qualitatem additam, quæ vna cum elemento integrat vnam causam productivam gratiæ, cui in hoc sacram. succedit corpus Christi, quod vna cum speciebus integrat vnam virtutem causatiuam refectionis spiritualis.

Fundam. corpus & sanguis in recto & in Quid prædicantur de hoc sacram. ergo illud essentialiter cōstituunt: quia nequit in recto & in Quid prædicari, nisi quod est essentialē & constitutiūm rei: non n. dicitur potentia est obiectum, sed ordo ad obiectum; quia ordo, non obiectum est essentialē constitutiūm potentiae: vnde si ordo tantum specierum ad corpus, non corpus constituet essentialiter hoc sacram. ordo ad corpus, non corpus Christi prædicaretur de illo. Antec. docent Patres; Ignatius ad Smyrnæ. Eucharistiam appellat carnem Salvatoris: Ambros. de ijs. qui mysterijs c. vlt. in illo, inquit, sacramentum Christus est, quia corpus est Christi: Et lib. 4 de sacram. cap. 90. Antequam consecratur, panis est, ubi antem verba Christi accesserunt, corpus est Christi: ex verbis Christi Ioan. 6. Caro mea veræ est cibus: sanguis meus veræ est potus: Si ergo vera est hæc, corpus Christi est cibus; est etiam vera sua conuertens, hic cibus est caro Christi. Confirm. Hoc sacram. essentialiter est sacrificium; seu realis repræsentatio cruentis sacrificij in aræ crucis consummati: sed ut sacrificium essentialiter constituitur ex speciebus & corpore Christi: ut in Can. Hoc est, de consecra. dist. 2. dicitur; hoc sacrificium duobus constare, visibili elementorum specie, & inuisibili Domini nostri Iesu Christi carne, & sanguine. 2. Non repugnat, ut aliquid sit res sacram. & simul constituat sacram. constat de sacram. Pœnit. in quo attritio est res sacram. respectu externæ confessionis, & tamen intrinsecè constituit sacram. Pœnit. ut essentialis materia ipsius: ergo quamvis corpus Christi sit res sacram. respectu specierum, potest intrinsecè constituere illud: quod indicat eis. Can. Conficitur sacrificium Ecclesie duobus, sacramento, & res sacramenti, id est, corpore Christi.

Hoc sacramentum est essentialiter sacrificium. 30. Dico 6. Implicat, ut effectus constituit suam causam: sed res sacram. est effectus sacramenti: ergo implicat, ut illud constituat. Confirm. Res sacram. supponit sacram. ergo non constituit, sed

supponit co[n]stitutum. Resp. ad minor. non semper res sacram. est effectus sacram. totalis & integrè sumpti, licet sic effectus partialis & inadæquate accepti, ut in Pœnit. attritio est res sacram. partialiter sumpti, nempe externæ confessionis: hec implicat, ut effectus sacram. partialis constituit illud sub ratione sacram. totalis, ita corpus Christi res sacramenti partialis, nempe specierum, simul constituit illud formaliter sub ratione sacramenti totalis; ex quo patet ad confirmationem.

Prob. 3. Sacmenta nouæ legis non solum sunt signa, sed etiam causa gratiæ: sola autem species non sunt causa gratiæ: igitur sola species non sufficiunt ad integrum essentialiam sacram. Minor prob. sacramenta non causant nisi ut causa morales per bonitatem moralis: sed species praecise à corpore Christi, non sunt capaces bonitatis moralis; cum non consistant in actione humana, quæ sola est causa pax bonitatis moralis, sed in entitate physicâ. Nec dici potest, quod species ut consecratæ actione ministri, sint capaces bonitatis moralis, quia actio consecratua non pertinet ad hoc sacram. Vnde licet illa ut actio Christi principalis authoris, sit capax bonitatis, quæ ut instrumento Christi mouet Deum ad transubstantiandum panem & vinum in corpus & sanguinem Christi; quia tamen non pertinet ad hoc sacram. in facio esse, quæ productuum est gratiæ sacram, non possunt species ratione illius moraliter mouere Deum ad causandam gratiam.

Bâdem ratione nec dici potest, quod vel actio dispensatiua, vel perceptiva huius sacram. sit moralis causa gratiæ, cum neutra sit illi essentialis; nec perceptiva necessariâ debeat esse moralis, cum possit hoc sacram. dari pueris. Est igitur Eucharistia moralis causa gratiæ per bonitatem Passionis & meritorum Christi, quæ in hoc sacram. applicantur medio corpore & sanguine Christi, ut principali instrumento meritorum Christi: hæc est potissima excellentia huius sacram. præ alijs, quod in hoc terra causa mouens moraliter Deum ad conferendam gratiam sacram. est ipse Christus per sua merita: ergo corpus & sanguis Christi, intrinsecè pertinent ad essentialiam huius sacramenti, quæ causatum est gratiæ.

Dico 7. Si species non causant gratiam, non participant formalem rationem sacram quæ in virtute causatiuâ gratiæ formaliter consistit. Resp. neg. sequel. sufficit n. ut componant vnum sensibile signum prædictè causatiuum gratiæ cum corpore & sanguine Christi. Sic exterum signum, quo quis, loquela destitutus, manifestat internum suum dolorem, ut participer formalem rationem sacram. Pœnit. sufficit, ut cum interno dolore, qui tantum cum solutione sacerdotis elevatur ad gratiam sacram. conferendam. componat vnum signum sensibile gratiæ causatiuum. Ratio: species vna cum corpore & sanguine Christi, constituant vnum compositum sacram. ratione cuius compositionis sacramentalis participant ea, quæ sunt propria corporis & sanguinis Christi.

Dico 8. Quæ solum concomitantet sunt in hoc sacram. non constituant essentialiter illud, sed tantum quæ sunt vi verborum. Fundam. absque ijs, quæ sunt in hoc sacram. concomitanter, tota essentialia huius sacram. saluari posset: igitur non constituant essentialiter illud, cum nequeat integrâ essentialia rei saluari, aliquâ ipsius parte sublatâ. Antec. prob. integra essentialia huius sacram. consistit in prædicto signo sensibili nutrimentalis gratiæ: at totum hoc salustur per sola ea, quæ in hoc sacram. sunt vi verborum: igitur ea tantum illud

*Quæ ratio  
nem dicunt  
res sacram.  
officiale  
sacram.*

32. *prob.*

*Quomodo  
Eucharistia  
sit causa  
gratiae*

33.

34.

35.

*Tantum illa  
constituit  
hoc sacra-  
mentum,  
qua sunt in  
ea vi ve-  
rum.*

essentialiter constituant. Minor prob. 1. promissio gratiae nutrimentalis non est facta, nisi corpori & sanguini Christi, ut cibo & potui animæ, Ioan. 6. significatio autem sacramentalis responderet promissio: igitur integra essentia huius sacram. consistit in solo corpore & sanguine Christi significato per modum cibi & potus spiritualis animæ. 2. ideo cetera dicuntur concomitanter in hoc sacram. adesse, quia non adsunt ut per se illud integrantia, sed per accidens, & sine quibus saluaretur integra essentia sacram. 3. quæ solùm concomitanter adsunt, non adsunt sensibiliter, cum non adsint vi sensibili significationis verborum, aut specierum; quæ solùm significant ea, quæ hic adsunt vi verborum: cum enim species sint effectus verborum, non se extendunt ad significanda nisi ea, ad quæ se extendunt verba ipsa, virtute quorum ponuntur species in hoc sacramento.

Ad 1. fund. primæ nego, rem sacramenti, quando non est ultimus effectus, ut est gratia, non posse essentialiter pertinere ad sacram. ut constat de attritione: nec est eadem ratio de charactere, quia hic supponit integrum sacram. ut essicæ signum gratiae.

Ad 2. non quodcunque signum rei sacræ est sacramentum, prout hic de sacram. disputatur; sed debet esse signum rei sacræ formaliter sanctificantis homines. Quamvis igitur verba significant, & efficiant corpus Christi, non sunt tamen sacramentum, quia non efficiunt rem sacram formaliter, sed efficienter tantum sanctificatiuam hominum.

Ad 3. nego, vñum sacram. esse rationem formalem; est n. conditio dñntaxat, sine quâ hoc sacram. gratiam non causaret. Ratio: nec ab illo accipit sensibilitatem, quippe quam habet à speciebus; nec vim causatiuam gratiae, quam habet à corpore & sanguine Christi: paret; nam si hoc sacram. datur pueru, conferret illi gratiam, cum tamen ipsius manducatio nil conferret ad vim causatiuam gratiae; cum non esset actio moralis, quæ sola est apta causare gratiam per modum causæ impetratoræ.

Ad 4. Gabr. nego, esse plura sacram. Euchar. sicut sunt plures Ordines. quia cum Eucharistia ordinetur ad vñum effectu spiritualis refectionis, debuit esse vna: ordines cum singuli ordinentur ad effectus & potestates diuersas, debuerunt esse plures.

Ad fundam. secundæ, concedo omnia sacram. nouæ legis constare verbis ut formæ, aut consti-tutine, ut reliqua sacram. aut efficiente, ut hoc.

Ad confit. dico, ex illa loquuntione tantum ar-gui distinctionem inadæquatam inter corpus & species sacram. qualis est ista, in homine est anima.

Ad 2. Tertiæ, quod Christus sit res significata per species, non impedit, quin simul cum speciebus constituat intrinsecè sacramentum. Vnde non nego in hoc sacramento tria illa, quæ in omnibus sacramentis distingui solent; sacramentum tantum, quæ sunt species, licet non integrum; rem tantum, quæ est gratia; rem & sacramentum simul, qui est Christus sub speciebus contentus.

## SECTIO II.

An hoc sacramentum sit vñum species?

Prima sent. est Gabr. in 4. dist. 8. q. 2. ar. 2. concl. 2. & 3. negantis, esse vñum unitate sacramenti & significati per se, licet dici possit vñum unitate ordinis & finis proprij ac significati totalis. Quia tam species panis absque speciebus vini, quam species vini absque speciebus panis, sunt integrum sacram.

aliо qui communicans in vñā tantum specie, non sumeret integrum sacram. nec in pyxide affluaret totum. Confit. species panis per se tantum significant corpus; species vini per se tantum significant sanguinem: ergo non sunt vñū unitate significati per se, licet sint vñum unitate ordinis & finis proprij ac significati totalis, quia singulæ species concomitantे talēm continent totum Christum.

**SECUNDA** affirmat: Alens. 4. p. qu. 10. me. 3. ar. 1. S. Tho. 3. p. qu. 73. ar. 2. & in 4. dist. 8. qu. 1. art. 1 qu. 2. Affirmant Bonau. in 2. p. dist. 8. ar. 2. qu. 2. Scotti qu. 2. & Resp. Aureol. qu. 1. ar. 2. Richard. ar. 1. q. 2. & Mars. qu. 6. art. 2. Palud. q. 1. ar. 1. Capreol. qu. 1. art. 1. concl. 2. Sotii qu. vñ. ar. 2. Caiet. 3. p. loco cit. Sylvi. ibid. & Recen. Fundamentum habet in Concilijs & PP. loquentibus de illo ut de vno sacramento; & docet Catech Rom. Quare Sotius hanc assert. air, esse amplectendam ve Ecclesiæ confessionem, & oppositam Nagnei in cit. ar. 3. p. appellat erroneam, & errori proximam; censura nimis rigida. Difficultas est, vnde sit hæc unitas desumenda. Alens. & Bonau. desumunt ex unitate institutionis, licet non excludant unitatem finis. Sed contraria: institutio est extrinseca, per modum causæ efficientis, à quâ non sumitur unitas termini. **Aureolus** ab unitate rei contentæ, qui est Christus: cum enim tam species panis, quam vini contineant & significant totum Christum, licet illæ directè corpus, & ex consequenti, sanguinem; hæc directè sanguinem, & ex consequenti corpus, habent formalem unitatem termini significati: cum idem sit formale significatum vñiusque. Sed contraria, cum sanguis indirectè tantum & concomitan-  
sumitur à re-  
sider importetur per species panis, & corpus per spe-  
cies vini, non poterit unitas huius sacram. desumiri  
ex unitate rei contentæ; quia hæc ut directè signifi-  
cata ex vi verborum, non est eadem in vitroque  
signo. Nam ab eo sumenda est unitas signi, à quo  
signum per se specificatur, sc. à termino per se im-  
portato; quo tantum invariato, manet unitas signi:  
at variato termino indirectè significato, manet  
unitas specifica Euchar. idem quippe est sacramentum,  
si species vini solum continerent sanguinem,  
& species panis solum corpus &c.

S. Thomas, cum quo sentiendum, unitatem Euchar. desumit ex unitate finis, ad quem ex Christi institutione ordinatur: hæc autem est spiritualis animæ refectio; nam sicut cibus & potus integrant vñum conuinium materiale per ordinem ad vnam refectionem corporis; ita corpus & sanguis Christi sub speciebus panis & vniuam comeditionem sacram. per ordinem ad vnam refectionem animæ. Nam sicut homo, inquit Marsilius, ad perfectam refectionem corporalem eget cibo, ut roboretur: & potu, ut à nitio calore refrigeretur: ita animus ad plenam refectionem spiritualem eget Christi corpore, ut in vita gratiæ roboretur, & Christi sanguine, ut à noxio concupiscentiæ calore refrigeretur: omnem enim effectum, quem materialis cibus & potus quoad vitam agunt corporalem sustentando, augendo, reparando, & delectando, inquit Florent. hoc quoad vitam operatur spiritualem hoc sacram. sc. Eucharistia essentialiter est signum: signum ut specificationem, ita unitatem sumit à termino significati: hic est perfecta animi sanctitas per modum spiritualis refectionis, quæ est gratia habitualis, cum ordine ad diuersa auxilia, vel robortantia & conservantia in vita spirituali; & hæc respondent sacramento corporis existentis sub speciebus panis: vel extinguentia & mitigantia concupiscentiam, & hæc respondent sacramento sanguinis existentis sub speciebus vini: quo sit, ut quamvis

Mandamus est con-dicio ad causandam graiam.

39:

40. Omnia sa-cram. con-stare verbis, ut forma.

41.

42.

43. Negat Ga-briel.

Fund.

44.

Vnde speci-  
fica unitas  
Eucharistia.

45.

46.

47. Sunt. se-  
quendo.

48. Ratio am-  
plius expli-  
citur.

quathuis sit diuersa gratia sacram. respondens corpori, & sanguini, utrumque tamen integrat vnum terminum totalem perfectam refectionis spiritualis, importatum per hoc sacram. Vnde & partes ipsorum materialis integrates hoc sacram. quae sunt species panis continent corpus, & species vni continent sanguinem, sunt heterogenes; quae ut componant vnum signum totale refectionis spiritualis, eandem similitatem requirunt, quam cibus & potus materialis in ordine ad refectionem corporis.

Dicess: ergo laici sumentes tantum corpus, defraudentur gratia respondentis sanguini. Resp. nego sequel, quia licet non recipiant illam ex vi formalis & directa significationis sacram. recipiunt tamen ex vi materialis & indirecte: quia sicut concomitantes cum corpore accipiunt sanguinem, ita cum eo indirecte & ex consequenti accipiunt gratiam sacramentalem illi respondentem.

Instas: ergo saltem in triduo si quis sumpset corpus, fuisset defraudatus gratia respondentis sanguini. Resp. Transeat totum. Ad fundam. 1. Sent. nego antec. Ad prob. dico, nec laicos sumere, nec in pyxide asservari integrum sacram. formale, sed tantum materia; quia scilicet sub speciebus panis concomitantes saltem continetur sanguis. Ad conf. nego sequel, quia significatum per se & ultimatum huius sacram. non est corpus & sanguis Christi, sed gratia refectionis significata per corpus & sanguinem Christi, quae integrant vnam comeditionem sacramentalem.

### SECTIO III.

#### Vnde unitas numerica Eucharistie?

**P**RIMA sent. defunxit ex unitate numerica corporis Christi, quia sicut est vnum numero corporis in omnibus speciebus, ita omnes species, quae docunque, & à quocunque consecratae sint, vnum numero sunt sacramentum. Prob. 1. In Eucharistia sacramentum & sacrificium sunt idem: sed sacrificium est vnum numero, propter unitatem victimæ, ut constant can. in Christo, de consecrat. dist. 2. Siens vnum est corpus, non multa corpora, ita vnum sacrificium. 2. Si Christus assumet plures humanitates, esset unus homo: ergo unius sibi plures species sacram. est vnum sacram. 3. Si corpus esset in pluribus locis replicatum, ibique haberet plures albedines, non plura, sed vnum est album: ergo etiam Christus in pluribus sacram. replicatus, in eiusque habens plures species, dicendus est vnum, non multiplex sacram. 4. Solum corpus & sanguis Christi in hoc sacram. importantur in recto, species tantum connotative; ad multiplicationem autem numericae concreti requiritur multiplicatio eius, quod importatur in recto: non enim multiplicaretur album, si multiplicarentur albedines in eodem subiecto: igitur multiplicatis tantum speciebus, connotativa importatis, non multiplicatur sacram. quod est concretum ex speciebus & corpore Christi. Hanc sent. probabilitatem censet Suarez, disp. 39. sed 4. quam cum ipso sequuntur aliqui recen-

SIC VND AVASQ. disp. 168. c. 2. defumentis ex solâ unitate specierum, ut vnam sacram. numero sit, quod constat vna numero specie consecrata, plura, quae ex pluribus, sive hanc à diuersis, sive ab eodem sumuntur. Quia unitas numerica sacram. sumi debet ab aliquo, quod non se habet accidentiter ad sacram. sed aliquo modo substantialiter; pertinet enim ad substantialia complementum rei:

P. Amici Tomus VII.

hoc nequit esse nisi unitas specierum: quia sicut unaquaque species consecrata habet suam integratam significationem per ordinem ad ultimum effectum, quem potest cauare; ita plures species habent plures significationes per ordinem ad plures effectus, quos in diversis causare possunt. Nec refere, inquit, quod plura sacram. ab eodem sumpta non conferant, nisi vnam tantum gratiam: nam hoc iacto est, quia ad communicandum vnum, vel plures effectus, pender à sumptione, ut à conditione sine qua non. Hac VASQUEZ.

**T**ERTIA Nugnez 3. p. qu. 73. ar. 2. diffio. 2. illam sumentis ex unitate formæ & materiæ, ut vnam sit, quod constat ex vna materiâ & formâ verborum; plura, quod ex pluribus materiis & formis. Quia unitas numerica principaliter sumitur ex materia, & aliquo modo etiam ex formâ.

**Q**UARTA probabilior affimat, defumendam esse ex morali unitate specierum, cum ordine ad vnam sacram. refectionem, mediâ vna sumptione morali, ut conditione sine qua non, contrâ verò pluralitatem ex pluralitate specierum, cum ordine ad plures refectiones sacram. mediis pluribus sumptionibus moralibus Fundam. Hoc sacramentum est à Christo institutum ut spirituale conuiuum; corporalis instar, sed conuiuum corporale numerica vnitatem sumit ex morali unitate ciborum, cum ordine ad vnam refectionem corporalem, mediâ unicâ comeditione morali; ergo ex iisdem numericam vnitatem sumet hoc conuiuum spirituale. Antec. est de fidè Iean. 6. Caro mea verè est cibus: sanguis meus verè est potus. Minor prob. distincti cibi ordinari postulant ad vnam corporalem refectionem, media vna morali comeditione. Contrâ verò, unus cibus ordinari potest ad plures corporales refectiones, mediis pluribus moralibus comeditionibus. Quo sit, ut comedant: unus eodem cibos, non frangat secundum, quod tamen frangit alius, quia unus illos comedit vna morali comeditione continuata, alius distinctis & discontinuis. Hinc est, quod Ecclesia non prohibet vna comeditione sacram. plures hostias consecratas sumi, prohibet pluribus plures hostias eadem die sumi.

**Q**uod autem tam comedio corporalis ad reflectionem corporis, quam comedio sacramentalis ad reflectionem animæ se habeat ut conditio sine qua non, & consequenter per ordinem ad illam non debeat desAMI vnitatis numerica conuiuij, tam corporalis, quam spiritualis, prob. rora essentia conuiuij saluatoris per hoc, quod sit roboratium virium corporis, vel animi: huc autem non habet conuiuium per comedionem, ut per rationem formalem, sed ut per conditionem applicantem; habet .n. se comedio, ut deserens cibum ad varias corporis partes, qui delatus propriâ virtute eas resicit & roborat: non secus ac se habet applicatio rei odorifera ad reficiendas vires cerebri: qualitas enim odorifera excitata & applicata olfacti, naturâ suâ virtute reficit cerebri vires. Confir. comedio sacram. non requiritur, ut reddat sensibile sacram. nam hoc habet à speciebus; quae propter essentialiter integrant hoc sacram. neque ut causa gratiae sacram. nam hoc causatur à solo corpore & sanguine Christi, ut fuerint instrumentum executionis passionis ab anima Christi acceptata: ergo solum se habet ut conditio; quia quod neutrò ex istis modis integrat sacram. non potest illud substantialiter integrare, cum in his tantum consistat integra essentia sacramenti.

**O**biectus 1. ex hac sent. sequitur 1. in illis formulis consecratio; quae nunquam sunt sacramen-

taliter

taliter sumende, nullam posse assignari numeri-  
cam unitatem: At hæc est aliquid intrinsecum pér-  
tinens ad esse substantiale rei: igitur ante sumptionem  
ex trinsecum huic sacram. assignari debet unitas  
numerica huius. Sequela prob. ante sumptionem,  
hoc sacram. est indifferens, ut sit unum, vel  
plura, cum unitatem, vel pluralitatem desumat  
media voâ, vel pluribus sumptionibus. 2. Seque-  
tur, numericam unitatem in hoc sacram. compleri  
per aliquid ipsi accidentale & extrinsecum, sc. per  
sumptionem. 3. hoc sacram. sumptum à peccatore  
nō habete suam unitatem numericam; quia in pec-  
catore non habet refectio spiritualis, in or-  
dine ad quam illa completetur. 4. dum hoc sacram.  
determinatur per unam morsalem sumptionem ad  
unitatem numericam, simul esse unum & per  
unam actualem sumptionem, & plura in potentia  
per ordinem ad plures numero sumptiones morales.

61. Resp. nego sequel. ad prob. ante sumptionem  
per assignationem tantum connotaram, est hoc sa-  
cram. indifferens ut sit unum, vel plura; non post  
sumptionem actu posita. Igitur ad unitatem hu-  
ijs sacram. non requiritur unitas sumptionis actu  
posita, sed per assignationem tantum connotata.  
Sicut idem cibi ante assignationem ad unum, vel  
plures comediones, sunt indifferentes ad unum,  
vel plura conuiua: post assignationem sunt unum,  
vel plura conuiua ante actualem comedionem.

62. Ad 2. neg. sequel. nam numericam unitas huic  
sacram. non sumitur à sumptione sacram. ut à ter-  
mino dante numericam unitatem, sed ut à condi-  
tione sine qua substantialis terminus ipsius, qui est  
spiritualis refectio, non daret numericam unitatem.

63. Ad 3. neg. sequel. nam substantialis terminus  
dans numericam unitatem huic sacram. non est  
actualis, sed possibilis refectio spiritualis: sicut  
enim hoc sacram non constituitur essentialiter per  
actualem cautionem gratia refectus: sed per esse  
causatum gratia refectus: ita terminus dans  
numericam unitatem; non est unitas gratia refec-  
tus causata, sed causabilis. Ad 4. ex suppositione,  
quod per designationem hoc sacram. sit deter-  
minatum ad unam morsalem sumptionem, est in-  
ifferens ad plura. nego: ante factam suppositionem,  
concedo. Sicut idem cibi corporales post  
factam designationem ad unam numero moralem  
refectionem seu comedionem, non sunt amplius  
indifferentes ad plura conuiua, licet fuerint indis-  
ferentes ante factam designationem.

64. Obiectus 2. Duæ voces significantes cundem nu-  
mero terminum, differunt numero: ergo ad plu-  
ralitatem numericam non requiritur numericam  
numero terminum, sed sufficit numericam plu-  
ralitas signorum. Resp. dist. antec. differunt oume-  
do differenti. ro complete & in ratione signi formaliter, nego:  
nam hoc sicut formaliter constituitur per ordinem  
ad significatum, ita per ordinem ad illud sumit  
completam unitatem, vel pluralitatem: differunt  
incomplete & materialiter, concedo.

65. Obiectus 3. Hoc sacram. non solum constat spe-  
ciebus, sed etiam Christi corpore; sed hoc est unum  
numero, sub quibusunque speciebus: ergo non  
potest ex pluralitate specierum, etiam cum ordine  
ad diuersa sumptiones sacram. desumi pluralitas  
huius sacram. Resp. nego sequel. nam signum ut  
signum formaliter unitatem, vel pluralitatem su-  
bit ex perfecta unitate, vel pluralitate termino-  
rum signatorum: quia igitur hoc sacram. est  
signum spiritualis refectionis, ex unitate, vel plu-  
ralitate huius sumit perfectam suam unitatem, vel  
pluralitatem: esto signum materiale non sit perfe-

& multiplex: qui igitur hoc sacramentum habet  
multiplex significatum formale, potest esse multi-  
plex numero, ratione significati formalis; esto sic  
vnum ratione signi materialis.

66. Ad 1. Fundam. 1. sent. dist. maior. sunt idem  
materialiter, concedo: sunt idem formaliter, nego:  
formaliter enim sacrificium consistit in oblatione  
victimæ: oblatio autem, cum sit actio, numericam  
unitatem sumit à re oblatâ: quæ, cum sit vna, new-  
ps Christus, vnum constituit sacrificium. Sacra-  
mentum consistit formaliter in significatione per-  
fectæ sanctitatis, quæ multiplicatur ad multiplicatio-  
nem mandationis sacram. Ad 2. falsum est  
antec. Et esto sic verū, neg. conseq. nam ideo in eo  
casu esset unus, & non plures homines, quia cum  
naturis assumptis non multiplicaretur supposi-  
tum, quod in ea opinione est necessarium ad mul-  
tiplicationem nominis substantiæ. Ad multiplici-  
cationem sacram. sufficit, ut multiplicetur signum  
sensibile cum suâ significatione; quia in hoc for-  
maliter consistit sacram. Licer igitur Christus sit  
vnum contentus in quolibet sacram. multiplicatur  
tamen in symbolo per relationem ad diuersos ef-  
fectus ultimatos. Ad 3. i. neg. conseq. nam con-  
creta adiectiva non multiplicantur ad multiplicatio-  
nem formæ, sed subiectis quia cum importent  
formam ut alteri adiacenter, non multiplicantur, nisi multiplicato subiecto, cui adiacent. In hoc sa-  
cram. species potius se habent ut subiecta, sacra-  
mentaliter sensibiliter continens corpus & sanguinem  
Christi. Vnde dispar est ratio de corpore re-  
plicato habente plures albedines, quia hoc casu  
non multiplicatur subiectum, sed formâ adiacens  
subiecto. Esto species se habeant in hoc sacram.  
ut forma, quæ dat sensibilitatem huius sacram. nego,  
multiplicatis speciebus non multiplicari numero  
sacramento: quia licet se habeant ut forma respectu  
corporis & sanguinis Christi, non tamen importa-  
tur ut forma adiacens, sed ut constituens vnum  
sacram. cum Christo, sicut forma artificialis cum  
materia. Vnde sicut multiplicata formâ substanciali,  
vel artificiali in subiecto, multiplicatur com-  
positum formaliter: ita multiplicata formâ sacram.  
multiplicatur compositum ex ea resultans.

67. Ad 4. neg. maior: utrumque enim tam corpus,  
quam species importantur in recto.

68. Ad fund. 2. Sent. neg. minor. quia non tantum  
ad substantiam Eucharistie pertinent species, sed  
etiam ordo ad spiritualem refectionem, media sa-  
cram. sumptione. Falsum autem est, vnam, aut  
plures species habere vnam, aut plures significa-  
tiones, nisi media sacramentali sumptione.

69. Ad fund. 3. neg. ex unitate formæ conse-  
cratoris sumi posse numericam unitatem huius sa-  
cram. illa n. non constituit sacram. & vna numero  
forma confici possunt plura numero sacramen-  
ta, ut vna numero forma baptizandi & absoluendi,  
plura numero Baptismata, & Penitentia.

## DISPUTATIO XVI.

De materia remota Eucharistie.

**H**ACTENVS de materia proxima perma-  
nente, ex qua constat hoc sacram. Nunc  
de remota transeunte, altera ex quâ con-  
sicutur corpus; altera ex quâ sanguis. Ma-  
teriam corporis debide est, esse panem, Matth. 26.  
Mare. 14.

*Marc. 14. Luc. 22.* vbi dicitur Christus accepisse panem, cumque in suum corpus transubstantiasse; quod æquè certum est, hunc panem non esse ex fructibus arborum, aut leguminibus, vt constat ex Florent. in decre. de vno. Arme. definitio materia remota huius sacram. esse panem triticeum. Ratio: talis panis est visualis & communis, in quo Christus hoc sacramentum instituit.

## SECTIO PRIMA.

*Quis panis, quod vinum fit materia remota Eucharistie.*

**C**ontroversia est, an omnis panis ex frumento sit sufficiens materia: nomine frumenti, teste Isid. lib. 17. cap. 3. Etymolog. veniunt omnia ex misia, quæ habent aristas, cuius vulgaris species sunt, triticum, siliquo, far, spelta, hordeum.

**PRIMA** sent. est Argent. in 4 dist. II. qu. 2. art. 1. Gabr. qu. 2. & in can. Missa lett. 35. affirmantium, omne genus frumenti sufficere; quia frumentum est vniuocum ad omnes species prædictas: ergo & panis ex ijs confectus: sicut quia omne vinum de vite est vniuocum, quodlibet sufficit. Hanc sent. excluso hordeo, sequuntur Palud. cit. dist. qu. 1. art. 4. Caet. 3. p. qu. 74. ar. 3. Sotus dist. 9. art. 3. quia, vt Palud. restatur, aliquæ Ecclesie consecrant in pane speltaceo: non est autem verisimile, eas in terram graui errare: & sicut sanguis, ait Caet. ex diversis cibis generatus, est eiudem speciei, ita panis ex diversis granis confectus.

**SECUNDA** Alens. 4. p. q. 10. me. 4. art. 1. §. 4. S. Tho. 3. p. qu. 74. art. 3. & in dist. II. qu. 2. art. 2. & 4. con. gen. cap. 69. Scotti dist. II. qu. 6. Duran. qu. 4. Ricbar. art. 2. qu. 2. Marsi. q. 6. ar. 1. dub. 2. Sylvi. 3. p. ibid. affirmantium, solum panem ex tritico esse sufficientem materiam Eucharistie: ex siliquo verde & spelta eatenus sufficere, quatenus illæ sunt species tritici. Idem sentit Bonan. dist. II. p. 2. art. 1. q. 4.

**Quæ** sent. vera est, quam docuit Florent. loco citato. Nec recte Caet. Concilium explicat de materia præcepti, non sacramenti; nam eodem modo ibi assignat materiam sanguinis, quæ est vinum de vite: at hæc est necessaria necessitate sacram. ergo & illa. Ratio: institutio Christi; qui hoc sacram. instituit in pane visuali; sed hic fit ex tritico; nam alius omnis substituitur in defectum huius. Vnde nec panis simpliciter dici consuevit, sed cum addito panis hordeaceus, panis ex milio &c. Confir. ex Duran. illud est materia sacram. cui primariò conuenit ratio nominis: sed nomen panis primariò conuenit triticeo, reliquis cum addito, & in defectum huius. Hæc censetur Apostolica traditio, quam Ecclesiastica Authoritas confirmavit, vt restatur Catechismus Romanus.

Cæterum probabile est, siliqinem, & speltam esse species tritici, propter affinitatem accidentium; maximè, vt periti testantur, quia illæ nascentur ex tritico: quod, teste S. Tho. qu. cit. ar. 3. ad 2. signum est specificæ identitatis: quia semper generans generat sibi simile in specie. Vide Scott. & Palud. Refert Albert. in 4. dist. 12. art. 7. fuisse à fide Apost. iudicatum, speltam esse speciem hordei: ad quod ipse respondet, vel non fuisse definitum, vel talem definitionem ex ignorantia processisse. Dubiam censet spelta materiam Sylvius, 3. p. q. 74. art. 3. quam qui in necessitate consecrat, forte excusari posset ob probab. opinionem.

Ad 1. Gabr. cuius sententiam Henrig. lib. 8. de

sacram. c. 9. appellat temerariam, Resp. licet frumentum sit vnuocum physicè ad omnes frumenti species, non est vnuocum moraliter; èd quod pro pane visuali venit solus triticeus. Dispar est ratio de vino: quia quodlibet de vite, etiam moraliter, & in ordine ad humanum vsum, est vnuocè vnum. Ad 2. patet ex dictis. Ad 3. sanguis generatur ex cibus, vt ex termino à quo: panis ex granis, vt materia ex quâ inexistente & componte, idèo diuersa diuersum efficiunt panem.

Deducitur 1. Panem contextum ex granis diuersæ speciei, non esse materiam, si maior pars sit diuersæ speciei: secùs si minor, quia tunc supponitur, quod maior pars conuertat minorem in substantiam panis triticei: alioqui si talis materia maneret cum parte triticea non conuersâ, non conseraretur: sicut nec aqua, nisi in vinum conuersa, ut infra. 2. Massam crudam, aut torridam sole, non esse aptam materiam: quia panis visualis requirit, vt coquatur igne: sicut nec pasta oleo friza, vel aquâ elixa. 3. Panem ex aqua relacea non esse materiam consecrabilem. S. Tho. q. cit. art. 7. ad 3. & in 4. dist. II. qu. 2. art. 4. qu. 1. ad 3. contra Caet. ibid. & Alens. 4. p. q. 10. me. 4. art. 1. §. 6. èd quod censet, aquam non esse partem essentialē componentem, sed transeuntem: est n. inquit, panis tertia res resultans ex commixtione farinæ & aquæ per pastæ decoctionem. sed quidquid sit, an aqua sit materia componentis, an transiens certè talis panis non est visualis: consequenter ineptus ad consecrationem. 4. Panem ex amydo non esse aptum: S. Tho. qu. cit. art. 3. ad 4. & in 4. dist. II. qu. 2. art. 2. q. 2. ar. 3. Scotti q. 6. Quia sit ex tritico corrupto: & ex eo non sit panis visualis, cum eius materia non tam sit tritici farina, quæ lac ex eo expletum, ut notauit Sotus. oppositum docent Palud. & Caet. 5. Exhalationes, quæ exhalant ex pane calido, non esse aptam materiam. Lüchar. quia esto illæ sint substantialiter panis: non sunt tamen in forma panis visualis. Eadem ratio est de spiritibus, qui exhalant ex vino, nam neque illi sunt in forma potus visualis esto sint substantialiter vinum.

*An panis azymus fit necessarius?*

**PRIMA** sent. seu error Glossæ c. litteras, de celebr. Missar. afferentis, ex Hugo, Azymum in Ecclesia occidentali esse necessarium necessitate sacramenti. 2. Error Græcorum affirmantium, solum fermentatum esse materiam consecrationis. Quia Christus consecravit in fermentato: 13. Luna Mattij pridie Paschæ: quando azyma nondum inceperant: hæc n. incipiebant Luna 14. quando agnus immolabatur, Exodi 12. Quod Christus eodie consecratet, colligunt 1. ex Ioan. 18. vbi Iudei dicitur, & ipsi non introierunt in pratorium, ut non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha. ergo nondum Iudei pascha celebrauerant. 2. ex cap. 19. Christus dicitur mortuus in Parasceue Paschæ: est autem parasceue totum tempus præcedens, in quo ea, quæ ad Paschatis celebritatem necessaria erant, parabantur. 3. ex cap. 13. vbi omnia illa, quæ Christus gestæ in cœna, dicuntur gesta ante diem festum Paschæ: 4. Joann. 19. dicitur magnus dies ille sabbati: quia in illum inciderat Pascha. 5. Si Christus consecrasset Luna 14. condemnatus & crucifixus fuisset ipso die Paschæ, quod Iudei propter legem non licebat: nam eo die prohibiti erant omnes actus iudiciales.

**TERTIA** sent. S. Thom. qu. cit. art. 4. & omnium Scholastic. in 4. dist. II. affirmantium, in utroque Necessitas pane, est præceptum.

pane, azymo, & fermentato validè consecrari posse; teneri tamen sub præcepto & Latinum in azymo, & Græcum in fermentato iuxta ritum suum Ecclesiæ consecrare, ut definit Eugenius IV. in decreto de unio. Arme. Quia siue in azymo, siue in fermentato Christus consecrat, vterque panis est visualis: vterque venit nomine panis simpliciter: Lnc. 24. accepit Christus panem, & cognoverunt eum in fractione panis, cum tamen panis ille azymus fuerit; quia currebant azyma, quæ durabant per septem dies. Confir. certum est, non in albo & rubro vi-<sup>28.</sup> tuo simul Christum consecrasse, sed in alterutro tantum; & tamen, Græcis farentibus, utrumque est materia apta consecrationis; quia utrumque est vi-<sup>29.</sup> num simpliciter & visualis. 2. Falsum est, Christum consecrasse Luna 13. quando azyma nondum incepant, ut est communis sent. Latinorum Patrum, & Scholast. quæ senserunt traditio fidei; & colligitur ex Paulo 1. Corintb. 5. Epulemur, inquit, in azymis sinceritatis, & veritatis: ubi alludit ad azyma sacram. præmisserat enim illa: Et enim Pascha nostrum immolatus est Christus: & prob. vero simile non est, Christum, qui in omnibus fuit diuina legis obseruantissimus, in hoc legem non seruasse: maximè, quia Matth. 26. Marc. 24. Lnc. 21. aperte dicitur Christus Pascha cum discipulis suis celebrasse ipso primo die azymorum. Nec rectè Euthymius primum diem azymorum explicat, ipsum pridie azymorum; nam Lucas adit, diem festum. Erat autem dies festus, solus primus, & septimus dies azymorum, Exodi 12. Ceterum qui primus in Ecclesia Latina præcepit, hoc sacramentum consecrandum esse in azymis, fuit Alexander I. apud Platinam.

19. Ad 1. Græco-

qui, noloisse Iudeos in prætorium introire, ut munidi comedenter azyma, & sacrificia, quæ per septem dies celebrabantur; omnes enim illi dies ob eam solemnitatem, appellabantur Pascha. Leg. Vsq. disp. 172. c. 7. Ad secundum, dicitur parasceue Paschæ, non quodd esset pridie ante festum Paschæ; sed quia erat pridie ante festum sabbati, qui solus dies habebat parasceue, hoc est præparatorium ciborum, quia in solo die sabbati non licebat cibos ad manducandum præparare. Vnde Marc. 15. Erat autem Parascene, quod est ante sabbatum. Dicitur autem à Ioanne Parasceue Paschæ, non quodd esset Parasceue sabbati, quod inciderat in Pascha, sed quia Parasceue sabbati erat ipsius Paschatis.

21. Ad 3.

Ad 3. Quæ à Christo gesta sunt in nocte Cænæ, dici ab Euangelista facta ante diem festum Paschæ, sumptu die, pro die artificiali, prout distinguitur à nocte; non pro naturali, ut complebitur noctem. Vnde non dixit, ante festum, sed ante diem festum: Est explicatio Cœchis. Rom. cap. de Euch. leg. S. Tho. cit. Ad 4. Dicitur magnus dies ille sabbati, quia inciderat in secundum diem azymorum; qui ob frequentiam populi, qui ad Pascha conuenerat, erat celeberrimus. Ad quintum 1. non est certum ex scriptura, actus iudiciales fuisse in hoc festo prohibitos. 2. Facile poterant existimare, pro bono communi se pro tunc ad eam legem non teneri.

22. Ad 4.

Superest inter Latinos controværsia, an interdum licitum sit, vel Latino in fermentato, vel Græco in azymo cōsecreare: quod tribus in cibis contingere potest. 1. Instante morte, in quo carrit præceptum de communicando, & alioqui non suppetit debita materia præcepti. 2. Ad supplendum sacrificium. 3. Quando Latinus iter facit per Ecclesiæ græcam, vel Græcus per Latinam.

Ad 1. Resp. non licere. Quia cum hoc sacram. non sit necessarium necessitate medijs, sed præcepti, non obligat nisi cum debit is circumstantijs, in quibus potissima est materia ab Ecclesiæ præcepta; sicut hec liceret in eo casu sacram facere, vestibus non sacris, aut non ieiuno. Ad 2. Resp.: Licet; quia maius præceptum est integritas sacrificij, cum sit diuinum, quam determinatio materiæ, quæ est humanum. Ad 3. Resp. Utrumque licet fieri posse: nam & poterit se conformare consuetudini illius Ecclesiæ, per quam transit, ex doctrinâ Ambrosij, ut in quâ moratur; & adhuc licet poterit seruare leges suæ Ecclesiæ, si nullum sit scandalum. Secùs si fiat incola loci, quia tunc tenetur seruare consuetudinem illius Ecclesiæ, ut cæteri ciues: nec refert quod caput sit Schismaticum, quia in illis, quæ sunt licita, tenemur obedire. Dices. Quid si Latinus iter faciat per Ecclesiam Græcam, in quâ sunt Monasteria, in quibus seruatur ritus Ecclesiæ Latinæ, num tenebitur sacram facere in illis seruando ritum Latinum? Resp. Utrumque licet posse, & ad neutrum sub præcepto teneri, sicut & Græco iter facieoti per Ecclesiam Latinam.

### An solum vinum de vite fit materia remota?

**N**on defuerunt Hæretici, qui materiam remota tam sanguinis dixerunt esse aquam, qui propriæ Aquarij dicti sunt. Alij. lac, ut refertur in Conc. Brachar. III. cap. 1. Alij mel, contra quos sufficiat locus Matth. 26. ubi dicitur Christus accipisse calicem, eumque in proprium sanguinem conuertisse. Quid autem materia calicis fuerit vinum de vite, constat ex illis, non bibam a modo ex hoc genime vite; quam veritatem supponunt Concilia Latera sub Innoc. III. Carthagi. III. Aurelia. IV. Altisid. Trident. sess. 13. eamque definit Floren. & confirmat traditio Ecclesiæ ab Apostolis ad hæc tempora: cuius optima congruentia est: quia cum hoc sacram. sit institutum per modum conuiuij, non potuit sub conuenientiori materia institui, quam panis & vini; quia sicut hæc sunt cibus & potus corporis, ita sacramenta sub eorum speciebus instituta sunt cibus & potus animæ.

Deducitur 1. Mustum est apta materia consecrationis: S. Tho. q. cit. art. 5. ad 3 omnium Scholast. Mustum definiturque à Julio Pape, ut refertur de consecratis apia mat. diff. 2. c. cum omne, ubi docet non solum posse, sed etiam licere in multo consecrare tempore necessitatis. Ratio: mustum est simpliciter vinum, licet non perfectè purgatum & defæcatum; habet enim omnes proprietates vini, & tale à scripturâ appellatur Ad. 2. Musto plenisunt. 2. Succus intra folliculos vuvarum inclusus, non est apta materia consecrationis: ex eod. Julio cit. Ratio: quamdiu ille manet in baccis inclusus, habet formam cibi, non potus; qualem oportet esse materiam calicis. iuxta illud: Bibite ex hoc omnes. 3. Succus expressus ex vuâ acerbâ, non est materia consecrabilis: S. Tho. q. cit. art. 5. ad 3. & reliq. Ratio: hic non est vinum visualis: est autem consecrabili succus ex vnâ non perfectè maturâ, ut Sylvest. v. Euchar. 1. q. 3. Quartò: acetum non est materia consecrabilis, quia non est vinum, sed vinum corruptum, sicut cadaver non est homo, sed homo mortuus: Est aptum vinum acidum; peccat tamen, quia eo consecrat, ob irreverentiam sacram. S. Tho. &c. 5. Potest consecrari in succo expresso ex vuâ passis, in quo fama est, consecrare Egyptios: quia talis succus est vinum, coquæ perfectius, quo ab aquæ humore purgatius. Nec obstat, quodd vuâ, ex quibus exprimitur

Licet  
Græco in a-  
zymo, aut  
Latino in  
fermentata  
consecrare

26.

27.

28.

resp.

Affir.

30.

Mustum  
apta mat-  
eria con-  
secratio-

31.

Non success-

us ex vnu-

32.

Non expre-  
sus ex vnu-

33.

Nec acerba,

34.

Nec succus ex vuâ pas-

35.

Nec successus ex vuâ pas-

primitur, sicut passus: nam hoc non variat succum intra folliculos contentum: secus si ob nimiam siccitatem, opus esset, ad exprimendum humorum, nimia copia aqua: quia tunc amitteret rationem communis & visualis vini. Ob eandem rationem non est idonea materia lora, quae sit ex aqua iniecta acinis, vel racemis in dolio expressis, nisi illa sit in parua quantitate, quae conuerti possit in vinum. 6. Apta materia consecrationis est vinum coagulatum, modò congregatio tanta non sit, ut vinum conuertatur in lapidem: *Sylvestr. v. Euchar. 2. q. 10 Angel. v. e Missa. Sot. in 4. dist. 9. art. 5. Suar. disp. 45 sect. 1. V. usq. disp. 175. cap. 2. S. v. Missa. n. 3. contra Arsil. y. Euchar. & alios.* Fundam. tale vinum simpliciter est potabile, licet difficulter: sicut panis durus est simpliciter comedibilis, licet cum difficultate. 7. Non est materia apta calicis vinum in pane imbibitum, est tamen materia apta corporis. Primum constat, quia tale vinum imbibitum in offa panis non habet rationem potus, qualis debet esse materia calicis. Secundum prob. talis panis, etiam vino perfusus, est simpliciter panis, & comedibilis per modum cibi: igitur est apta materia corporis.

**Dic̄s.** Vinum consecratum adhuc mixtum panis conseruat Christi sanguinem: ergo est aptum consecrationi sanguinis. Nam eadem dispositio requiritur ad conseruationem sanguinis, quae requiritur ad consecrationem eiusd. Resp. neg. conseq. & probatio: quoniam ad consecrationem requiriatur, ut materia sanguinis possit initio consecrationis demonstrari per modum potus, ut & materia corporis per modum cibi: quod non est necessarium ad conseruandum sanguinem: at nequit vinum perfusum pani demonstrari per modum potus; erit autem aptum conseruare sanguinem, quia ad conseruandum sanguinem sufficit, ut retineat species vini, etiam si non retineat illas in forma potus.

Quæres, cur est necessarium, ut vinum in consecratione sit in formâ potabili, non autem post consecrationem? Resp. quia in consecratione debet verificari pronomen, quo sanguis per pronomen *Hic* demonstratur per modum spiritualis potus factâ autem semel consecratione, non est amplius necessaria talis demonstratio, sed sufficit, si tantum retineat species vini. Ex dictis,

**Colliguntur tres regulæ.** 1. nunquam esse licitum dubia materia vti, neque ob integratem sacramenti; cum grauiora sint incommoda, quae ex hoc sequuntur; quia sacrificans exponit se periculo frustandi sacram, & idololatriandi; manecque idem periculum dimidiandi sacrificium.

**Secunda:** nunquam esse licitum in materia Sacram taliæ materia certa, uti probabili & minus certa, quando certa commode haberi potest, tum ob periculum frustandi sacram. cum hoc non tam pendeat ex opinione hominum, quam ex institutione Christi, tum ob damnum spirituale, quod infert proximo, priuando illum fructu sacram. eoque peccatum est maius, quo sacramenti vslus & fructus ad salutem est magis necessarius.

**Tertia:** tempore necessitatis licitum esse vti materia probabili, quando certa haberi non potest; quia tunc, pensatis omnibus, prudentia dicit, ita esse agendum; cum maius malum sit, illud prorsus omittere, quam perficere in materia probabili: quia primum est certum malum proximi: secundum non est certum periculum frustandi sacram. Nec est eadem ratio de materia dubia; quia operari cum dubio semper est malum, non autem cum ratione probabili: nam haec est proportionata regula humanorum actuum, cum homo non ope-

retur, nisi medio discursu; deducendo unum ex alio probabiliter. Unde sic operans est certus præcice de rectitudine sua operationis: quod si aliter contingat, non imputatur illi, cum non possit, nec semper tenetur maiorem certitudinem habere.

### An dicitur quo iure fit vino admiscenda aqua?

**F**uit error Armen. ut constat ex decreto fidei Eugenij. IV. post. vls. sessi. non esse aquam vino consecrando admiscendam. quam sequuntur heretici nostri temporis. Oppositam sent. ut certam traditionem ab ipsis Apost. deriuatam, & ab omnibus tam Græcis, quam Latinis Ecclesijs, ab initio nascentis Ecclesiæ constantes seruatam, definit loco Eugenius IV. cuius sacræ ceremoniæ triplicem rationem reddit. 1. quia iuxta testimonium SS. Patrum, creditur Christus in vino aqua mixto consecrasse. 2. ad denotandam aquam quæ ex Christi latere profluxit. 3. ad significandum effectum huius sacramenti, qui est uno Christiani populi cum Christo.

Controversia est, iure ne diuino, an humano sit aqua vino consecrando miscenda. Prima sent. Alphonsi de Castro lib. 6. aduers. heret. v. Euch. heresi 7. affirmantis, esse diuinum; quia eiſi, inquit, ex Christi institutione non esset, Ecclesia nihilominus hoc statuere poterat. Supponit ergo esse præceptum Christi. Fundam. Concilia Africa. Carthag. III. Aureli. IV. Cyptia. Epis. 3 lib. 2. hoc præceptum appellat Dominicam traditionem, cuius authot & magister fuit Christus. Secunda Valdens. lib. de sacram. titu. 4. c. 32. assertentis, præceptum miscendi aquam vino consecrando fluxisse ab Apostolis, & quibus primò corpus est vslus miscendi aquam in calice, non à Christo, qui merum in cena consecravit. Probat, Patres rationem huius ceremoniæ non reducant a factum Christi, sed ad mixtionem aquæ, quæ profluxit ex latere Christi, ut constat ex Innocent. III. de celebrat. Missa. cap. in quadam. recurret autem ad factum Christi, si Christus aquam vino consecrando miscuisset.

**TERTIA** probabilior. Affirmat, & Christum miscuisse vino aquam, consecrando, & nihilominus præceptum hoc non esse diuinum, sed Ecclesiasticum. Primum ut certam traditionem ab Apostolis deriuatam supponit Concilia Florent. & Trident. sess. 22. cap. 7. quam insuis Liturgijs expulerunt Jacobus, Marcus, & Clemens Rom. lib. 8. confit. cap. 17. his verbis: Similiter & calicem miscens ex vino & aqua, & sacrificans tradidit eis, dicens: Bibeite ex eo omnes. Hic est calix sanguinis mei.

Secundum docuit Scotus in 4. dist. 11. q. 7. Richar. art. 3. qu. 1. Argent. q. 2. art. 1. fine, & colligitur ex Trident. sess. 22. cap. 7. Monet, inquit, sancta Synodus præceptum esse ab Ecclesia sacerdosib[us], ut aquam vino in calice offerendo miscant: non dixit, præceptum esse à Christo sed, ab Ecclesia. Fundam. potuit Christus hac ceremonia vti, & nihilominus eam arbitrio Ecclesiæ relinquere sub præcepto seruandam, sicut creditur in azymo consecrasse, & tamen arbitrio Ecclesiæ reliquit, in azymo, vel fermentato esse sub præcepto consecrandum: quia non solum Græcis consecrandum est in fermentato, Latinis in azymo, sed Latinis tempore Leonis IX. ad equitandam heresim Ebionit. præceptum fuit, consecrandi in fermentato, ut referunt Alens. 4. p. q. 10. ms. 4. ar. 1. q. 3. Bonau. in 4. dist. 11. art. 3. qu. 1. S. Thom. qu. 2. art. 2. qu. 3. Scot. qu. 6. Durand. qu. 4. n. 10. Palud. qu. 1. art. 4. concl. 6. Richar. art. 2. qu. 3. ad 5. Argent. q. 1. art. 1. Gabr. qu. 2. art. 3. dub. 3. Mars. qu. 6. art. 1. Qui autem

35. *Vinum conseruandum est.*

36. *In pane immixtum materialiter corporis.*

37.

39. *Nec lucet dubia materia ob integrum sacramentum.*

40. *Nec probabili, quando certa haberi potest.*

41. *Tempore necessitatis licet vti probabili.*

42.

43.

44.

45.

46.

47.

48.

49.

50.

51.

52.

53.

Aquam vi-  
no miscen-  
dam præce-  
pit. Alex. I.  
59.

Qui autem primus in Ecclesia Latina aquam vino  
consecrando miscendam præcepit, fuit Alexander  
I. teste Platina.

Deducitur 1. posse in hoc præcepto urgente  
causa, ab Ecclesia dispensari: 2. posse sacerdotem,  
si desit aqua, consecrare in solo vino ad perficien-  
dum sacrificium inchoatum: quia integritas sacri-  
ficii est de iure diuino: securus ad inchoandum, quia  
minus est omittere, quam ea paragere sine debitiss  
circumstantijs: 3. non satis esse, aquam miscere vi-  
no in dolio, vel vase, sed in ipso calice continente  
vinum, & in ipsa celebratione Missa. Quod si  
oblivione non fuerit ante offertorium mixta, de-  
bet statim misceri sine oblatione: non est miscen-  
da post consecrationem: quia tunc cessat significa-  
tio, & tempus præcepti.

50.  
Ad argum.  
51.

Ad 1. primæ sent. dici hoc præceptum à Patri-  
bus & Concilijs diuinum eiusque authorem fuisse  
Christum: quia fundatur in facto Christi. Ad 1. sec-  
undæ, huiusmodi authoritates esse piè exponen-  
das, ut nolint Patres simpliciter negare, Christum  
aquam vino miscuisse, cum oppositum certa tradi-  
tione constet, sed contra Ebionitas, solum negasse,  
aquam vino miscuisse, ut necessariam ad validita-  
tem sacram. Ad 2. ex eo non sequi, quod si Christus  
hac cæmoniâ non sit usus: sed quod præceptum  
sit impositum etiam ad significandam aquam, quæ  
ex latere Christi profluxit.

sanguis consecratione verbi celestis: & cap. 5. Ante  
verba Christi, calix est vini & aqua plenus: ubi ver-  
ba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur.

Hierony. in 14. cap. e Marci in illa, Accepit Iesu  
panem &c. scribit: Formans sanguinem suum in cali-  
cem vino & aqua mixtum: aperte docens, consecra-  
tionem, quâ Christus calicem consecravit, imme-  
diatè cecidisse in utramque materiam, tam vinum,  
quam aquam vino mixtam. Damascenus lib. 4. fi-  
dei cap. 14. hæc habet: Non potest panem nisi ipsius cor-  
pus facere, & vinum & aquam sanguinem? quibus  
verbis distinctè ponit, vinum & aquam in sanguine  
conuersti: quod sèpè repetit eod. cap. Confir.  
ibid. docet, illud Christum in potum spiritualem  
in hoc sacram. instituisse, quod in hominibus esse  
potus solet visualis, qui communiter ex vino & aqua  
componitur: quia mos, inquit, hominibus est, panem  
manducare, vinum & aquam bibere, coniunxit his ipsis  
suam divinitatem, & fecit hanc suum corpus & sanguinem.

Iustinus Martyr Apolog. 2. pro Christia. fine. Pra-  
sidens postquam gratiarum actionem perfecit, & popu-  
lus eius appreceptione lata eam comprobauit, qui  
apud nos vocantur Diaconi atque Ministri, distribuunt  
unicuique presentium, ut participet eum, in quo gratia  
aucta sunt, panem, & vinum & aquam, & ad absentes  
perferunt. Et ne videatur de alia re, quam de Eu-  
char. loqui, mox subiungit: Porro alimentum hoc  
apud nos appellatur Eucharistia. Paschalius apud Ba-  
ron. an. 1188. fine: Aqua consecratur, non quod aqua  
permaneat, sed vertatur in sanguinem. Quo quid pro  
hoc sent. clarius? Idem docet Hidelbertus apud  
eund. Aqua in sanguinem vertitur. Idem confirmat  
Algerus ibid. sed licet in mensa Domini tria confi-  
tuantur munera, sunt tamen duo, per quam sacrificia-  
tur, est aqua mixta prius vino, sed quando sacratur,  
non nisi sanguis erit. Patres dicunt, aquam simul  
cum vino consecrari, & consecratione in sanguinem  
verti: si autem deberet in vinum verti, ante-  
quam consecraretur, non posset de eâ verificari,  
quod simul cum vino consecratur, cum tempore  
consecrationis non sit aqua, sed vinum. Nec dici  
potest, Patres loqui de aquâ in vinum conuersa-  
tum quia hæc explicatio est nimis extorta, nullum-  
que habet in Patribus fundamentum. Quia pari ra-  
tione dici posset, triticum consecrari, & in Christi  
corpus conuerti; quia consecratur panis, qui ex  
tritico conficitur. Dici etiam posset, sacerdotem  
bibere vinum, quia bibit sanguinem, qui ex vino  
consecratur. 2. cum hæc veritas pendeat ex insti-  
tutione Christi, eaque nobis innoscere non pos-  
sit, nisi Patrum traditione, standum est proprietati  
verborum, quibus Patres eam nobis tradunt.

53.  
Quid sit  
esse partem  
essentialē,  
quid inte-  
gralem sa-  
cramentū.

**D**ICITVR pars essentialis. sine qua non con-  
figitur sacram. ut aqua naturalis est pars essen-  
tialis materia corporis, quia sine illa non fit panis  
visualis, qui est materia corporis. Dicitur pars inte-  
gralis, quæ non requiritur essentialiter ad mate-  
riam sacram. integrat tamen illam, & coniuncta  
cum reliquis partibus, conuertitur in corpus, vel  
sanguinem Christi: sicut in sacram. Pœnit. dolor  
& Confessio venialium coniunctus cum dolore &  
confessione mortalium, est pars integralis materiae  
Pœnit. quia licet sine eo fieret sacram. tamen con-  
iunctus cum confessione mortalium, fit pars inte-  
gralis totius materiae Pœnitentie, supra quam to-  
tam cadit absolutio.

54.  
1. Sent.

PRIMA sent. Armacani lib. 9. de quæst. Arme. cap.  
9. affirmantis, aquam esse partem essentialē ma-  
teriae calicis. Probat 1. id affirmat Iulius I. de con-  
secrat. dist. 2. cap. Cùm omne: non enim potest, inquit,  
calix Domini esse aqua sola, aut vinum solum nisi  
utrumque misceatur. 2. quia eandem autoritatem  
Iulij citat & approbat Concil. Brachar. III. cap. 2.

55.  
Dua ratio-  
nes Cypria-  
ni.

TERTIUS Cyprianus Epist. 3. lib. 2. post. med. & re-  
fertur de consecrat. dist. 2. can. 1. Sic autem, inquit,  
in sanctificando calice Domini offerri aqua sola non po-  
test, quomodo nec vinum solum potest: 1. quia ut fari-  
na sine aqua non est apta materia corporis, ita nec  
vinum sine aqua est idonea materia sanguinis. 2.  
quod fecit Christus, est necessarium ad essentialē  
sacramenti, sed Christus consecravit vinum mix-  
tum aqua: ergo.

56.  
Sene vera  
similior.

SECUNDA Alani lib. 1. de Euch. c. 13. Toleti lib. 2.  
sum. c. 25. Coninck 3. p. 9. 74. a. 8. & alior. apud ipsum,  
asserentium, aquam esse partem integralē mate-  
riae calicis. Quam sent. nonnulli censem de fide.

57.  
Ambr.

Prob. 1. Ex Patribus. Ambros. lib. 4. de sacram.  
fine: Vinum, inquit, & aqua in calice mixtur, sed fit

sanguis consecratione verbi celestis: & cap. 5. Ante  
verba Christi, calix est vini & aqua plenus: ubi ver-  
ba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur.

Hierony. in 14. cap. e Marci in illa, Accepit Iesu  
panem &c. scribit: Formans sanguinem suum in cali-  
cem vino & aqua mixtum: aperte docens, consecra-  
tionem, quâ Christus calicem consecravit, imme-  
diatè cecidisse in utramque materiam, tam vinum,  
quam aquam vino mixtam. Damascenus lib. 4. fi-  
dei cap. 14. hæc habet: Non potest panem nisi ipsius cor-  
pus facere, & vinum & aquam sanguinem? quibus  
verbis distinctè ponit, vinum & aquam in sanguine  
conuersti: quod sèpè repetit eod. cap. Confir.  
ibid. docet, illud Christum in potum spiritualem  
in hoc sacram. instituisse, quod in hominibus esse  
potus solet visualis, qui communiter ex vino & aqua  
componitur: quia mos, inquit, hominibus est, panem  
manducare, vinum & aquam bibere, coniunxit his ipsis  
suam divinitatem, & fecit hanc suum corpus & sanguinem.

Iustinus Martyr Apolog. 2. pro Christia. fine. Pra-  
sidens postquam gratiarum actionem perfecit, & popu-  
lus eius appreceptione lata eam comprobauit, qui  
apud nos vocantur Diaconi atque Ministri, distribuunt  
unicuique presentium, ut participet eum, in quo gratia  
aucta sunt, panem, & vinum & aquam, & ad absentes  
perferunt. Et ne videatur de alia re, quam de Eu-  
char. loqui, mox subiungit: Porro alimentum hoc  
apud nos appellatur Eucharistia. Paschalius apud Ba-  
ron. an. 1188. fine: Aqua consecratur, non quod aqua  
permaneat, sed vertatur in sanguinem. Quo quid pro  
hoc sent. clarius? Idem docet Hidelbertus apud  
eund. Aqua in sanguinem vertitur. Idem confirmat  
Algerus ibid. sed licet in mensa Domini tria confi-  
tuantur munera, sunt tamen duo, per quam sacrificia-  
tur, est aqua mixta prius vino, sed quando sacratur,  
non nisi sanguis erit. Patres dicunt, aquam simul  
cum vino consecrari, & consecratione in sanguinem  
verti: si autem deberet in vinum verti, ante-  
quam consecraretur, non posset de eâ verificari,  
quod simul cum vino consecratur, cum tempore  
consecrationis non sit aqua, sed vinum. Nec dici  
potest, Patres loqui de aquâ in vinum conuersa-  
tum quia hæc explicatio est nimis extorta, nullum-  
que habet in Patribus fundamentum. Quia pari ra-  
tione dici posset, triticum consecrari, & in Christi  
corpus conuerti; quia consecratur panis, qui ex  
tritico conficitur. Dici etiam posset, sacerdotem  
bibere vinum, quia bibit sanguinem, qui ex vino  
consecratur. 2. cum hæc veritas pendeat ex insti-  
tutione Christi, eaque nobis innoscere non pos-  
sit, nisi Patrum traditione, standum est proprietati  
verborum, quibus Patres eam nobis tradunt.

62.  
Roboratur  
argu. potiss.

Prob. 2. rationib. 1. Multò certius est, totum  
contentum in calice per consecrationem conuerti,  
in sanguinem, quam aquam prius conuerti in vi-  
num: ergo hoc est afferendum. Quoniam quæ ex  
reuelatione pendent, ea potius sunt afferenda, quæ  
certiora sunt. Antec. prob. multi de fide putant,  
quod totum in calice contentum per consecra-  
tionem conuertatur in sanguinem, ut constat ex Pa-  
trib. Concilijs, Tridens sess. 13. Can. 2. ubi definit,  
totam substantiam vini conuerti in sanguinem,  
manentibus duntaxat speciebus. Accipit autem vi-  
num pro toto contento in calice. Nullus vero un-  
quam de fide putauit, aquam prius conuertendam  
esse in vinum, quam in sanguinem, cum de hoc  
rationabiliter dubitare possimus, non de illo.

2. Per mixtionem aquæ cum vino fit unus potus  
visualis: hic n. non est tantum vinum purum, sed  
etiam vinum aquâ mixtum: Igitur totum mixtum  
ex aqua & vino per modum unius potus visualis, se-  
cundum

65.  
Tertia.66.  
Quarta.67.  
Quintuplic  
facto Chri  
sti.68.  
Vrgens rde  
con.69.  
Sexta.70.  
Septima.71.  
Octava.72.  
Nonaprobi.

candum omnes suas partes, ex quibus componitur, conuertitur in sanguinem Christi. 3. Etiam aliquid materia extraea misceatur pani, quia tamen illa componit unum cibum visualem cum pane, conuertitur in Corpus Christi: ergo pars ratione, quia aqua componit unum potum visualem cum vino, conuertitur in sanguinem eiusdem. 4. Sicut aqua mixta farinæ triticeæ transire in Corpus Christi: ita aqua mixta vino, transire in sanguinem eiusdem. 5. Christus consecravit totum concentum in calice, alioquin non fuissent verificata illa verba: *Hic est sanguis meus: quod supponunt pro toto contento: sed Christus, ut ex PP. Conciliis, & traditione constat, consecravit vinum aqua mixtum: Non est autem vero simile, tam breui tempore illum aquam prius conuersam fuisse in vinum, quam in sanguinem. Vrgent aliqui Recens. Si Christus eo animo aquam vino miscuisset, ut ea prius conuersa fuisse in vinum, quam in sanguinem, temper deberet Ecclesia, inter mixtionem aqua cum vino, & consecrationem interponere sufficiens tempus, quo talis præconuersio aqua in vinum fieri posset ante consecrationem; neque vello casu sacerdotem obligare posset ad consecrandum, antequam talis præconuersio aqua in vinum probabiliter facta esset: At aliquo casu Ecclesia, non exceptando tempus aptum ad præconuersione, obligat sacerdotem ad consecrandum, i. quando sacerdos paulatim consecrationem aduertit, non fuisse tempore oblationis calici apposita aquam: 2. quando in ipsa sumptione aduertit loco vini fuisse puram aquam. In veroque casu præcipit rubrica, ut sacerdos apponat aquam, & statim consecret. Sequela prob. non posset Ecclesia, contra factum & intentionem Christi, apponere cum vino materiam non consecrabilem: nam hoc esset magnam irreuerentiam interrogare huic sacram. non secus ac si cum vino misceretur lac. aut mel: unde potius his casibus deberet Ecclesia abstinere à mixtione aqua: quod cum non faciat, manifestum signum est, exemplo Christi edocet. non et intentione aquam miscere vino, ut prius illa conuertatur in vinum, sed ut simul cum vino immediatè vertatur in sanguinem. 6. Olim, ut in Concilio Trident. cap. 19. rectia pars aqua misceretur vino: at verosimile non est, vel aquam illam conuersam fuisse in vinum, antequam conuersa fuisse in sanguinem; vel remansisse in propriâ naturâ in sanguinem non conuersam: nam hoc modo daretur populo occasio idololatriandi. 7. Si aqua tempore consecrationis nondum esset in vinum conuersa; non posset virificari forma calicis: nam pronomen *Hic* cadit supra totum, quod in calice continetur. 8. Si aqua nondum in vinum transmutata in sanguinem non conuertetur, sequeretur sacerdotem illam simul cum sanguine sumentem, non manere ieiunium, atque adeò non posse aliam Missam celebrare. 9. Nequit aqua naturaliter in vinum conuerti: experientia n. constat aqua mixtam vi-  
no multo tempore post mixtionem à vino extracti posse: nullum purum elementum conuertitur in mixtum: vinum est succus substantia viventis, qui non dignatur, nisi natuâ virtute nutritius facultatis; non secus ac sanguis; qui non dignatur, nisi natuâ virtute nutritiuâ animalis: & sicut sanguis ab animali secretus non habet vim conuertendi in sui substantiam aliam materiam; ita nec vinum à vite separatum: demum, experientia constat, quod plus aqua miscetur vino, eo magis vinum debilitati: at si vim haberet conuertendi in se aqua, posset per innatam virutem in primitam suam generq.*

exem se reducere, uti reducunt se reliqua agentia cùm agendo aliquid patiantur. 10. Esto vinum vim habeat conuertendi aquam in se, non tamen posset tam breui tempore illam in se conuertere, velue quando sacerdos immediatè ante consecrationem debet illam calici apponere: præterea neque vim habet conuertendi rotam aquam in se, quin saltum traxisse aliquas particulas maneat in vinum non conuerso; ut constat, tum de viventibus, quæ quamvis vim habeant conuertendi alimentum in se, nuquam tamen illud rotum in se conuertunt, quin semper remaneant aliquæ partes excrecentiæ: tum de igne, qui quamvis sit omnium elementorum actuissimus, nunquam tamen rotam materiam combustibilem in se absumit, ut patet de cineribus & fuligibus, quæ post combustionem remanent. 11. Materia calicis, ut ex scripturis &c. Conciliis constat, est, vinum ex vite genitum: sed quod ex aqua gignatur, non est ex vite genitum: igitur non est idonea materia calicis.

THEOMA sent. communis omnium Scholast, affirmat, aquam esse partem essentialem, nec integralem calicis: unde docent, prius illam conuertendam esse in vinum, quam in sanguinem: Ita Alens. 4. p. qn. 10. me. 4. art. 1. §. 5. Albers. in 4. dist. 12. art. 9. Bonav. dist. 11. art. 1. qu. 3. S. Tho. 3. p. qn. 7. q. 4. art. 8. & in 4. dist. 12. qn. 2. art. 4. qu. 1. ad 2. Scotus qu. 7. Palud. qn. 1. art. 6. concl. 5. Richar. art. 3. qu. 3. Argen. qn. 1. art. 1. p. qn. Gabrie. qu. 2. art. 3. dub. 3. Sotus qu. 3. art. 6. concl. 3. Mayro. dist. 13. qu. 3. & ferme omnes Redten. Suarez. dist. 4. j. sett. vlt. Vasquez. disp. 17. d. cap. 8. Nugner. 3. p. qn. 7. 4. art. 8. diffic. vn. Sylus. ibid.

Dico 1. Aqua mixta vino non est pars essentia-  
lis materiæ calicis, est certa allatio, quæ habetur Aqd mix-  
de consecra. dist. 2. can. 1. Nam si vinum tantum quis tam vno  
offerat, sanguis Christi incipit esse. Colligitur ex Filio non est par-  
ticipante, materiam huius sacramenti esse vi-  
num: subiungiti, cui ante consecrationem aqua medi-  
teria admiscere debet, non quod putet, aquam esse  
esse materiam, sed solam ceremoniam: alioqui di-  
cere debuisset, materiam calicis esse vinum & aquam: verbum debet, non materiam, sed præcepit necessitatem designat. Eadem veritas constat ex Triden. sess. 22. cap. 7. ubi docet, præcepit esse ab Ecclesia sacerdotibus, ut aquam vino in calice offerant de miscant. Non potest autem Ecclesia materiam sacram. præcipere, sed solum materiam à Christo præscriptam declarare. Fundam. materia huius sacramenti est vinum visuale: sed de essentiâ vini visua-  
lis non est aqua, cum etiam metum dicatur & sic vinum visuale.

Dico 2. Aqua non est pars integralis huius sacra-  
menti. Hanc sent. quidquid oppositæ opinionis Aut. Nec partem  
thores contendant. ut probabiliorem ab Innoc. integralem  
III. definiri puto cap. cum Martha, de celebra. Mis-  
sa. 5. Que sinistræ: vbi pontifex adserit tres sent. 1. vi-  
num & aquam, quæ in hoc sacram. miscentur, di-  
uinâ virtute mutari in sanguinem & aquam, quæ  
de latere Christi profluxerunt: 2. aquam mixtam Au-  
vino transubstantiari in sanguinem, prius in vi-  
num conuersam: 3. aquam rewanere cum acciden-  
tibus vini in sanguinem non conuersam. Ex his  
tribus secundath definit ut probabiliorem. his ver-  
bis: Verum inter opiniones predictas. illa probabi-  
lier indicatur, quæ afferit, aquam cum vino in sanguine  
non transmutari. Cum igitur Pontifex nullam  
mentionem supra fecerit opinionis docentis, aquam  
adhuc in vinum non conuersam transmutari in  
sanguinem, non potuit per probabilem opinio-  
nem intelligere illam, sed nostram, cuius tantum supra  
mentionem fecerat. Confit. verba illa, inter omnes Confir.  
opiniones.

opiniones prædictas, solum referuntur ad opiniones ab ipso Pontifice supra relatas: unde si nouam statueret opinionem à supra relatis diversam, non possent Pontificis verba verificari. Adversarij dicentes, quod secundum opin. Pontificis faciat bimembrum, ut simul contineat vitamque conuersationem, mediaram, & immediatam, tamque solùm approber, quod continet immediatam conuersationem aquæ in sanguinem; non satisfaciunt; quia cum nulla huius immediata conuersationis aquæ in sanguinem mentionem suprà fecerit, sed ratiùnem mediatae alteriusque tantum opinionis afferentis, aquam manere cum accidentibus vini sub propria natura aquæ in sanguinem non conuersam, non potuit postea vt probabiliorem docere eam, cuius antea nullo pacto meminerat. Non infior, Glos. famo loco Aduersariis fauere, sed pluris faciens est Catechis. Rom. qui cap. de Euchar. hunc locum explicat de conuersione mediata; vt mox.

Prob. 2. *Auctor.*  
Pij. 3. Et c.  
Prob. 2. *Floren.*

Prob. 3. *ex Florent. in decre. de vno. Armen.* in quo iubet Pontifex, modicissimam aquam ante calicis ablacionem esse vino admiscendam, ad quam tam sanctam vniuersalis Ecclesiam consuetudinem adhucatur Armenos, qui hanc ceremoniam non scrubabant: & corrigit, quod Concil. Triburi. Provin. cap. 19. statuerat, tertiam aquæ partem esse vino admiscendam: At nulla alia ex causa moueri potuit ad hoc, nisi quia putabat, aquam non priùs in sanguinem, quād in vinum conuerti; ac proinde præcipit modicissimam esse admiscendam, vt faciliter possit ante consecrationem in vinum conuerti.

Non. n. moueri potuit; vel quia terra pars aquæ destrueret porum visualē, cūm adhuc in ea quanitate maneat visualis potus vini, vt aduersarii non negant: alioqui decretum Triburiense. intolerabilem continuisset errorem, nullusque, qui se tali decreto conformasset, consecrasset: vel quia factio Christi conformius est, modicissimam, quam tertiam partem aquæ vino miscere: cūm poriū in sent. aduersario Christi conformius sit, tertiam partem admiscere: ed quod (vt ipsi aiunt) Christus visuali potu vusu est quali solebant incole illius loci, qui notabilem partem aquæ vino miscerant, ut pote potenti ac gerero, quale ea regio fert: Vel ad mysticam significationem tū aquæ ex latere Christi profuentis, cum populi cum Christo vniōnis: nam ad priorem mysticam significationem praefat, notabilem aquam miscere: notabilis n. una cum sanguine ex latere Christi profluxit, vt Iean. 39. aperte: continuo exiit sanguis & aqua: et qui videt testimonium perhibuit, corporeo visu aquam à sanguine discernens: mystica vero significatio ex quæ bene potest per notabilem, ac per modicissimam aquam exprimi: modò ad denotandam maiorem Christi sanguinis virtutem, vinum excedat aquam quia maior est, inquit cit. Triburi. maiestus sanguinis Christi, quād fragilis est populi. Restat igitur, vt finis Florent. propter quem decretum Triburi. correxit, fuerit, quia iudicauit, aquam priùs conurandam esse in vīnum, quād in sanguinem.

Prob. 4. Trident. sect. 13. can. 2. definit; facta conuersione panis in corpus, & vini in sanguinem, manere solas species panis & vini: & 3. can. determinat, utrum Christum considerari sub singulis, aut in

speciebus, separatione facta: sic arguo: Ex Concilio post consecrationem, non maneat, nisi sola species panis & vini ergo nulla substantia, nisi sola panis & vini conuertitur in corpus & sanguinem Christi: igitur omnis substantia, quæ erat mixta cum pane & vino, & non erat panis & vīnum, non conuertitur in corpus & sanguinem Christi, sed manet in sua propriâ naturâ non conuelta. Prior conseq. prob. Si alia substantia, quād panis & vini conuertetur in corpus & sanguinem Christi, facta & consecratione, non manerent eamdem species panis & vini, sed illius etiam substantia, que simul cum pane & vino conuerta fuisset in corpus & sanguinem Christi: hoc autem est contradictionis antecedentis à Concilio definiti: igitur aqua non conuerta in vinum, non conuertitur in sanguinem.

Dicas 1. Concilium solum definiri contra eos, qui negabant, panem & vīnum conuerti in corpus & sanguinem Christi, non definire, nullam aliam substantiam integrantem panem & vīnum visualē conuertita corporis & sanguinem Christi. Confir. primum est affirmatum, secundum negatum, quod per se non sequitur ex definitione affirmatiū. Rerum igitur Concilium affirmare unum, & non negare alterum. Sed contrà; esto principale intentum Concilij sit, contra hæreticos huius temporis affirmare panem & vīnum conuerti in corpus & sanguinem Christi: verba tamen propriæ significatiōne accepta, extendunt se ad negandum, omnem aliam substantiam, quæ non sit panis & vīnum, conuerti in corpus & sanguinem Christi, ut constat ex illis manentibus dum taxat species panis & vini: quæ non solum assertant conuersationem panis & vini, sed etiam virtute negant conuersationem cuiuscunq; alterius substantia, quæ panem & vīnum substantialiter non componit.

Dicas 2. per panem & vīnum non intelligi nudam substantiam panis & vini, sed quamcunq; aliam componentem & integrantem panem & vīnum visualē. Vnde particula dumtaxat non excludit à speciebus vini species aquæ, quia hæ integrant potum visualē, sed solum species alterius substantia, quæ visualē potum non integrant.

Sed contrà; 3. *Canci.* Concilium docet, facta separatione, totum Christum manere sub singulis speciebus panis & vini: ergo in 1. can. non potuit per species panis & vini intelligere etiam species aquæ, vel alterius substantia mixta cum pane & vino: alioqui separari possent species aquæ à speciebus vini; & faciliter, si vel multum de aqua ad misceretur, vel pars aquæ mixta vino congelaretur; tunc ob densitatem & duritiam non facile species aquæ miscerentur cum speciebus vini, adeoque facile separari possent ab ipsis speciebus vini, & sub illis manere Christus. Quod quemvis circa finem *An Christus* concedat Coninck, probabiliter defendi posse, nec non videt repugnare Concilijs; quæ docent, non nisi sub speciebus panis & vini considerari corpus & sanguinem Christi. Quod si dicas, eo casu desitatum Christi sanguinem sub speciebus solius aquæ, contrà; hoc non est conforme Concilio docenti, sub singulis vini specierum partibus manere Christum; aqua per aduers. est pars vini visualis; ergo sub ipsis etiam speciebus manebit Christus. Maximè, cūm per disunctionem à speciebus vini, nullam subeante mutationem quoad vīnum potū humani; quæ mutatio potissimum spectanda est in hoc sacram. factentibus aduersarijs; hoc autem sic ostendo: Ponatur species aquæ non continuæ, sed tantum contingue cum speciebus vini, ita ut species vini ambient tantum species aquæ, & pon faciane

non faciant cum illis vnum continuum, sed contiguum: quod facile fiet, si aqua apposita vino congeletur: nam tunc p̄t̄ duritie & densitate non continuabitur, sed tantum contiguabitur cum vi-  
no. In tali casu non puto, affirmaturos aduers. de-  
sturum sanguinem sub speciebus aquæ, cùm ad-  
huc in tali casu species aquæ componant vnum potum v̄sualem humanum cum speciebus vini; ad  
quem nihil referit, quod aqua sit continua, vel con-  
tigua vino, sicut nec quod inter aquam & vinum  
aliquis intercedat aëris, modò aqua circumambiatur  
a vino. Prob. 5. ex Florent. constat, vinum esse ma-  
teriam calicis, aquam solūm apponi ut cæremoniam sacram: ergo neque ut mixta vino, nisi con-  
uetra in illud, est materia sanguinis: sicut quia pa-  
nis triciceus est materia corporis, nulla alia materia  
mixta pani, erit idonea materia corporis. Ratio: il-  
lud tantum convertitur in corpus & sanguinem Christi, quod substantialiter integrat panem & vi-  
num, quæ sunt materia huius sacram. sed extrinse-  
cūs apposita non integrat substantialiter vinum,  
alioqui quidquid misceretur cum illo, conuertere-  
retur in sanguinem. Quod falsum est, alioqui si  
cum pane misceretur aliquid de buryro, melle, vel  
alio liquore, talis substantia, cùm non variaret pa-  
ni v̄sualem conuerteretur in corpus Christi. Eo-  
dem modo panis madefactus aquâ, conuerteretur  
cum aquâ in corpus Christi; immo & cum aëre intra-  
poros panis & vini incluto, cùm nec talis aëris va-  
riet v̄sualem cibum, ac potum. Quæ maxima absur-  
da ex opposita sent. sequuntur.

Dico 3. Si aqua mixta vino immediate ante prolationem verborum non est cōuersa in vinum, non conueritur in sanguinem, sed manet sub for-  
mâ aquæ mixta speciebus vini. Fundam. ut mate-  
ria consecrari possit, debet esse præsens formæ ver-  
borum: sed si immediatè ante prolationem formæ  
aqua non est in vinum cōuersa, non potest esse  
materia præsens formæ: ergo. Maior: prob. mate-  
ria debet consecrari virtute formæ: ergo debet esse  
præsens formæ, ut ab ea possit effectum consecra-  
tionis recipere: comparantur enim verba ad mate-  
riam, sicut agens ad passum: vnde sicut non produ-  
citur effectus, nisi præsente passo, ita non conse-  
cratur materia, nisi præsens formæ. Confir. vel aqua  
conuertri posset in vinum post consecrationem, vel  
instanti consecrationis, vel ante eam, inchoata iam  
formâ verborum: at in nullo casu conuertri potest in  
sanguinem: Non in primo; quia nec species conse-  
crata vim habent conuertri illam in sanguinem,  
alioqui vim etiam haberent conuertri vinum de  
novo illis appositum: Nec verti potest in sanguine-  
m vi præcedentis consecrationis; nam quando  
siebat consecratio, illa non erat apta materia; vnde  
respectu consecrationis, est, ac si non esset.

Non in secundo: quia implicat, eandem rem si-  
mul incipere, & desinere eodem instanti, cùm im-  
plicet rem esse, & non esse eodem instanti: si au-  
tem aqua conuerteretur in vinum instanti conse-  
cationis, pro eo inciperet esse vinum: si eodem in-  
stanti conuerteretur in sanguinem, desinerecet esse  
vinum, quia inciperet esse sanguis, qui vi præsen-  
tis institutionis pugnat cum substantiâ vini: igitur  
in eodē instanti esset vīnū, & desinerecet esse vinum.

Non in tertio casu; quia licet forma non operetur  
effectum transubstantiandi vinum in sanguinem,  
nisi ultimo instanti, quando ipsius significatio est  
completa, requirit tamen toto tempore, quo pro-  
fertur, materiam præsentem, alioqui non verifica-  
retur ipsius significatio, in quâ exprimitur mate-  
ria præsens per pronomen *Hic*: sicut non valeret

Baptismus, si baptizandus non esset præsens toto  
tempore, quo profertur forma Baptismi.

Dices. Sufficit præsentia moralis inter mate-  
rias, & formas sacram. sed vinum ex aquâ conve-  
sum in fine verborum formæ consecrationis, esset  
moraliter præsens formæ consecrationis, seu cum  
aliquâ parte formæ: ergo vi illius posset in sanguine-  
m conuerti. Maior constat in materia & forma  
Baptismi, reliquorumque sacramentorum, que-  
ndo oportet ut sint simul physicè, sed tantum mo-  
raliter præsentes.

Resp. dist. maior. sufficit præsentia moralis in-  
ter materiam & formam sacram, quando materia  
non debet à formâ transmutari, concedo; nego;  
quando materia debet à forma transmutari, ut vi-  
num in sanguinem; non aqua à forma Baptismi,  
neque christma à formâ Confirmationis, sed tantum  
subiectum debet transmutari. Vnde sicut subiec-  
tum baptizandum, vel confirmandum, quia de-  
bet per hæc sacram transmutari, non sufficit, ut  
sit præsens post prolationem formæ, sed debet ad  
illam præsupponi, seu ad integrum actionem essen-  
tiale: non debet materia præsupponi ad formam,  
quando non comparatur ad illam ut subiectum re-  
ceptiuum illius, sed solūm ut indifferens ad de-  
terminatum, uti comparatur aqua Baptismi ad  
verba eiusdem. Vergebis. Sufficit præsentia mor-  
alis materiæ consecrandæ, ut hostia intra pyxidem  
recta. Resp. sufficere materiam moraliter præsen-  
tem, quoad locum, non quoad tempus, quia po-  
test subiectum distans spatio esse capax passionis,  
cùm simpliciter existat; non subiectum distans  
tempore: quia simpliciter non est: ac proinde nec  
capax passionis realis. Non infiior, oppositam sen-  
tentiam, quam tuerit Vasquez disp. 201. cap. 4 fine  
esse etiam probabilem.

Deducitur 1. modica aqua est vīno miscenda, ut  
tempore consecrationis sit versa in vinum. vnde  
Florent. præcipit esse modicissimam. Alexis 4. p.  
qu. 10. me. 4. art. 1. §. 5. fine docet, sufficere guttam  
quantumcunque tenuam. Sylvestris mones, esse  
miscendam initio Missæ, quod Patres Dominicani  
obseruant. 2. Aqua artificialis non irritat hoc  
sacram. sicut irritat sacramentū corporis, si misce-  
atur pani. Ratio: in hoc aqua non est essentialis, si-  
cuit in illo: peccaret tamen grauiter, qui cā vtere-  
tur: posset tamen uti, quando naturalem non habe-  
ret, & Missa esset inchoata: si non esset inchoata,  
potius esset omitenda. Ita Palud. q. 1. art. 6. concl. 3.

Ad 1. primæ sent. Td non potest, ut cadit supra  
aquam importat necessitatem sacram. ut cadit su-  
pra vinum, importat solam necessitatem præcepti,  
ut idem sit, quod licet non potest. Ita S. Tho. 3. p.  
q. 47. art. 7. ad 1. Et ex cit. Brabaren. Nam si vi-  
num, inquit, tantum quis offerat, sanguis Christi inci-  
pit esse sine nobis, hoc est sine significatione coniunc-  
tionis nostri cum Christo, ad quem finem docet  
miscendam esse aquam Cyprianus etiam expresse  
loquitur de necessitate præcepti, ut ex cod. con-  
stat, qui vteatur ijsd. verbis, quæ postea usurpatum  
Concil. Quoad patitatem, quam affert, explican-  
dus est de necessitate præcepti, non sacramenti.  
Quoad factum Christi, Resp. non omnia, quæ  
Christus ad hoc sacram. conficiendum seruauit,  
censenda esse de necessitate sacram. Nam certum  
est, Christum consecrasse, vel in pane azymo, vel  
in fermentato: in vino albo, vel rubro: cùm tamen  
certum quoque sit, tam fermentatum, quam azymum:  
tam rubrum, quam album vinum esse idoneam  
materiam huius sacramenti.

Ad 1. secundæ, Resp. Patres locutos esse de  
consecratione

Inter illas  
tautum mā-  
terias &  
formas sa-  
cram mora-  
lis similitas  
sufficit qua  
non tr. ins.  
mutantur  
in alijs re-  
quiruntur  
physica pre-  
existente.

95:

96:

Aqua arti-  
ficialis se-  
misceatur  
vino non ir-  
ritat sacra.

Ad artib.  
Cypriani.

99.

100.

Ad artib.  
Eastman.

consecratione mediata; ut nimirum prius aqua convertenda sit in vinum, quam in sanguinem, ut ex Floren. deduxi. mentionem non fecerunt praconversionis aqua in vinum, quia totum intentum illorum erat, exemplo & facto Christi docere, vinum aqua mixtum esse consecrandum, nulloque modo aquam conuertendam esse vel in phlegma, vel in aquam, quae ex latete Christi fluxit, ut nonnulli putabant, ab Innocentio III. cit. relati.

Cut dici non possit, vel triticum conuerti in corpus Christi, vel Sacerdotem bibere vinum, intelligendo de mediata conuersione, fatio est: quia nec triticum mixtum pani conuerti potest in panem, ut sic conuersum conuerti possit in corpus, sicut aqua mixta vino conuerti potest in vinum, & sic conuersa in sanguinem: quam tantum mediata conuersionem factam virtute vini, intelligunt PP. cum docent, aquam conuerti in sanguinem: Nec fidei Catholicæ integritas, ob periculum errandi admittere potest illa propos. *Sacerdos bibit vinnm.*

Ad rationem 1. nego antec. quod aliqui de fide putarint, totum contentum in calice per consecrationem conuerti in sanguinem, id priuata opin. putarunt, existimantes, Patres aliter explicari non posse; cum tamen authores nostræ sent. optimâ ratione in Concilijs fundata, Patres explicit, de toto concepto iuxta materiæ capacitatem; alioqui qui quis liquor vino mixtus deberet post consecrationem in sanguinem conuerti. Nec propterea datur populo occasio idololatriandi, si interdum ante consecrationem aqua non sit in vinum conuersa, quia populo non offertur adorandum, nisi quod est adorationis capax. Ad 2. neg. conseq. nam quamvis materia huius sacram. sit vinum vsuale, non tamen quidquid illud ingreditur, est apta materia: alioqui etiam aer in eius poris inclusus, vel alijs liquor, qui usalem potum moraliter non variaret, in sanguinem conuerteretur. Est igitur materia huius sacram. vinum usuale, non qualcunque, sed mysticum, aptum ad mysticia representanda. Ad 3. neg. antec. cum sit per ratio de materia corporis & calicis, ut supr. unde retror. argu. sicut aqua, vel alia substantia mixta pani, non conuersa in substantiam panis, non conuertitur in corpus Christi: ita nec aqua, vel alijs liquor non conuersus in vinum, conuertitur in sanguinem. Arque ex his patet ad 4. Ad 5. Resp. Christum consecrasse totum contentum in calice; quia vero simile est, Christum tam modicam apposuisse aquam, ut ipso tempore consecrationis fuerit in viuum conuersa, ex Bonav. in 4. dist. 1. p. 2. art. 1. q. 3. ad 3. & S. Tho. in 4. dist. 44. qu. 1. art. 2. ad 4. q. post med. Ratio: Christus in hoc sacram. non est usus vino mixto, modo usuali, temperantia causa, sed modo mystico, significationis ergo. Ad instantiam recent. Resp. neg. sequel. ad prob. nego, non posse Ecclesiam in aliquo casu Sacerdotem obligare ad conficiendum hoc sacram. antequam aqua sit in vinum conuersa: quia cum cæremonia haec, de miscendâ aqua vino consecrando, sit ferè certa ex traditione Patrum ob factum Christi, non sit tam certum, aquam prius conuertendam esse in vinum, quam in sanguinem, sed utrumque versetur sub probabili opin. potuit Sacerdotum obligare ad id, quod erat certum, relinquendo disputationi id, quod erat dubium. Sicut Ecclesia obligat Sacerdotem ad impendendam absolutionem moribundo, qui signa tantum dedit doloris, esto controuersum sit, an talis confessio sit sufficiens materia absolutionis: ita in Euchar. ut se conformaret cum Christo, qui usus est vino aqua temperato obligat Sa-

cerdotem ad consecrandum vinum aqua temperatum, etiam in casu, in quo probabilitas aqua non esset in vinum conuersa. Ad 6. Resp. 1. hoc Concl. provincialis, quoad hoc correctum fuisse <sup>ad sextam</sup> Florent. vniuersali. 2. ante Florent. licetum fuisse consecrare vinum tertia parte aqua mixtum, siue quia multi putabant, non fuisse necessarium, prius aquam in vinum conuerti, siue quia non putabant absurdum, post consecrationem manere substantiam aqua cum speciebus vini; sicut nunc putant authores nostræ sent. quando aliquo casu statim consecratur vinum mixtum aqua. Ad 7. neg. sequel. nam pronomina, *Hoc & Hic*, solum cadunt <sup>ad 7.</sup> supra materiam idoneam, qualis est solus panis in consecratione corporis, & solum vinum in consecratione sanguinis: alioqui si cum vino mixta esset particula lactis, etiam super illam caderet forma. Ad 8. neg. aquam in sanguinem non conuersam impedire Sacerdotem à celebratione alterius Mis. <sup>Ad 8.</sup> sed quia sumitur per modum vnius potus; & posset Sacerdos se conformare alteri opinioni probabili. Ad 9. neg. antec. cum n. vinum natura sua sit validum, non est, cur illi haec virtus aggenerandi sibi simile, negetur. Ad 1. prob. Resp. vel illam non esse aquam, sed humorem substantialiter integrantem vinum; quod, ut corpus mixtum, varias excipit qualitates: Vel certè esse aqua, non extrinsecus appositam, sed intrinsecus componentem: si in mixto sunt elementa formaliter. De quo inox. Ad 2. neg. antec. ut patet in plantis, quæ terram & aquam conuertunt in propriam substancialiam. Ad 3. nego, vidum naturaliter gigni sola virtute nutritiæ facultatis, sed etiam ab alio vino genito ex vite: ut ignis non solum producitur virtute solis, sed etiam ab alio igne, solis virtute producto. Nec est par ratio de sanguine, qui separatus virtutem conuertendi in se aliam materiam non habet. Ad 4. vinum per continuam mixtionem aqua debilitatur, quia continuo agendo reparatur à contrariis qualitatibus aqua, quæ paulatim vini qualitates refrangunt: & agendo, subtiliores actiuioresque spiritus amittit; quibus amissis nequit se in pristinum statum reducere, vti se reducant alia agentia, quæ agendo vim actiuanam non amittunt. Ad 10. Esto interdum ob temporis breuitatem nequeat aqua in vitum transmutari, ut casibus assignatis, illud ramen est per accidens, & præter primatiam intentionem Ecclesiæ, quæ per se aptum tempus designat ad huiusmodi aquæ præconuersionem. Quod casibus fortuitis aptum tempus non expectet, ut gentiores causæ rationabiliter Ecclesiam mouent, ut supr. Cæterum omnes partes aquæ conuerti possunt in vitum: nec est eadem ratio de alijs corporibus, quæ constant ex multis partibus crassis & heterogeneis: Haec n. difficilè conuertuntur in substancialiam agentis aut alterius corporis, aqua cum constet ex partibus tenuibus & homogeneis, est facilè conuertibilis in substancialiam alterius corporis. Ad 11. neg. solum vitum ex vite immediate genitum, esse aptam materiam calicis, sed quodcunque habet veram naturam vini potabilis: ut vitum miraculosè ex aqua genitum in Canâ Galileæ: ita & productum ex aqua, mediâ nativâ virtute vini ex vite geniti. Dum Concilia docent, materiam calicis esse vitum de vite, non excludunt <sup>Quando</sup> aliud, quod habeat veram naturam vini, sed omnia <sup>magna ca-</sup>lium vitum ex vite. <sup>de vite.</sup>

Deducitur, vitum, quod tantum virtute alterius vini ex vite progeniti, productum esset ex aqua, fore aptam materiam calicis, etiamsi nullum aliud vitum ex vite immediate genitum cum eo mixtum

102.  
Ad ratio-  
nes I.

103.  
Ad Secun-  
dam.

104.  
Ad tertiam,  
quartam.

105.  
Ad quintam.

106.  
Ad instan-  
tiam recen-  
siorum.

106.  
Ad 9.

107.  
Ad prob. 1.

108.  
3.

4.

109.  
Ad decim-  
rationem

110.  
Ad 11.

111.  
112.

*Vinum ex aqua producatur etiam esse apta materia.*

mixtum foret. Ratio: tale vinum haberet veram naturam vini. Cōfir. de facto tale vinum ex aqua producitur, mixtum cum vino ex vite genito, conuertitur in sanguinem; ergo etiam si cum illo mixtum non foret, cum per talē mixtionem nihil acquirat, per quod fiat apta materia calicis.

*Nec difficit. quod aqua & corpus & sanguinem Christi non inveniuntur agitata.*

Quare, an posito, quodd̄ elementa sint formaliter in mixto, cōuerterentur in corpus & sanguinem Christi? Ratio dub. oritur ex praecepto. scilicet. si aqua extrinsecus apposita non est apta materia consecrationis, neque erit intrinsecus mixta, cum sit eadem ratio. Confit. si aqua & cetera elementa conuertentur in corpus & sanguinem Christi, possent eorum species separari, in eisque corpus & sanguis Christi conseruari. Sed nihilominus.

*Dico, in hac opin. elementa conuerti in corpus & sanguinem Christi. Prob. quidquid est de substantia panis & vini, conuertitur in corpus & sanguinem Christi, ex Trid. sess. 13. c. 4. & can. 1. ut etiam aqua ex qua conficitur panis, quia integrat substancialiter panem: At elementa in hac opinione sunt de substantia panis & vini: integrant enim substantia mixtum, vt forme partiales viuens: nec sunt accidentia, sed substantia mixta ergo si non conuertuntur, aliquid substantiale pertinens ad naturam panis & vini manet, nec omnia accidentia panis & vini erunt sine proprio subiecto, scilicet. accidentia elementorum manerent cum substantia elementorum, non coherenter cum doctrina Trid. Cōfir. qui, praeter formam totalem, concedunt partialem corporeitatem in mixtis, docent, eam conuerti in corpus & sanguinem Christi.*

*Ad rationem dub. ratio discriminis est; aqua extrinsecus apposita non est de substantia vini sicut intrinsecus mixta, quia sine hac nequit conseruari & generari, potest sine illa. Ad confir. nego, sub talibus speciebus conseruari sacramentaliter Christum, sicut nec conseruaretur sub speciebus separatis aqua, ex qua constabat panis cōuersus in corpus Christi; nec in sola quantitate à reliquis accidentibus separata, recte Argent. in 4. dist. 10. q. 2. a. 3. concil. 2. ad 2. Ratio: Christus non continetur sub his speciebus, nisi quamdiu sub illis continetur substantia panis & vini, si adesset: sed sub speciebus elementorum separatis à speciebus mixti, non conseruatetur substantia panis & vini: ergo.*

*Contra militat argu. supra factum in affirmantes, aquam extrinsecus appositam immediate cōuerteri in sanguinem; scilicet. si potest Christi sanguis conseruari sub speciebus aqua coniunctis cum speciebus vini; idem poterit sub speciebus aqua separatis à speciebus vini, cum vel acquirant species aqua per iuxta positionem cum speciebus vini, quo formaliter hiant idoneæ conseruare sacramentaliter Christi sanguinem. Ita si potest Christi sanguis sacramentaliter conseruari sub speciebus aqua substantialiter componentiis naturam vini ut coniunctis cum speciebus vini; idem poterit sub speciebus aqua separatis à speciebus vini.*

*Resp. neg. paritas aqua enim quæ substantialiter componeret natum vini, naturaliter exigeret unionem continuam cum formâ vini, & partibus ipsius: aqua extrinsecus apposita, vt faciat unum potū visualem cum vino, non requirit. vt via tur cum formâ vini, aut cum partibus ipsius, sed sufficit, si illi tantum iuxta ponatur. Quo sit, vt si sanguis Christi conseruari possit sub speciebus aqua extrinsecus appositorum, vt continuatis cum speciebus vini, conseruari etiam possit sub iisdem, vt discontinuatis, & solū iuxta positionem semper enim efficiant cum illis potum visualem. Contra vero, nisi*

*Species aquæ, substantialiter componentis naturam modicam tamen vini, sunt continuatæ ac physicè unitæ cum speciebus vini, non sunt aptæ sacramentaliter conseruare Christi sanguinem; scilicet non nisi quantumdū aptæ sunt naturaliter conseruare & facere vnum per se cum formâ vini: atque discontinuatis & rāndū iuxtaposita forme vini, non sunt aptæ facere vnum per se cum illa: nam vnum per se non fit, nisi mediā unitone substantiali: ergo inter ea, inter quæ vino substantialis non intercedit, nec substantialis compositione intercedere potest: ac proinde defectu talis conditionis Christi sanguis sacramentaliter conseruari non poterit.*

### S E C T I O III.

*An materia conseruanda debeat esse præsens Ministro & sub certa quantitate?*

*P RIMA sent. Maioris in 4. dist. 11. q. 2. affirmans, posse Sacerdotem consecrare hostiam à tergo, Negat primus vel trans patrem existentem. Quia potest consecrare vnam hostiam latenter sub aliâ, vel lente: sequitur, non requiri materia præsentiam.*

*SECUNDA S. Tho. in 4. dist. 11. q. 2. a. 1. q. 3. ad 1. Dual. 7. q. 6. Paul. q. 1. a. 3. Gabr. q. 2. dub. 1. Richar. dist. 10. a. 7. q. 1. Sot. dist. 9. q. 1. a. 2. & relig. requirentium materię consecrandæ præsentiam: Quæ vera est; alioqui posset Sacerdos hostiam consecrare in quacunque distantia, quod falso est. Ratio: non possumus Apriori. ut materia opposito modo, quam in formâ exprimatur, à Christo prescripta: sed in formâ consecrationis materia exprimitur, vt præsens ministro, ex pronome Hoc, quod non verificatur, nisi de præsente: ergo.*

*Maior cōtrouersia est, qualis præsentia requiratur. Sumitur hic præsentia non pro sola existentiâ rei in loco, sed pro relatione eiusdem ad cognitionem præsenteris, ita ut illa materia dicatur prælens ministro, quæ aliquæ cognitione ab ipso percipitur. Omnes conueniunt ad præsentiam sacram. non sufficere, vt materia percipiatur à consecrante sola cognitione intellectuali, aut imaginaria, sed requiri, ut percipiatur aliquæ notitiâ sensus, quia hoc sacram. perficitur in materia sensibili per pronomen demonstr. Hoc, quod ex naturâ suâ requirit materiam sensui præsentem. Non est tamen necesse, ut illa percipiatur in se, sed sufficit, ut percipiatur in suo cōtidente, ut panis in pyxide, vinū in calice, etiam cooperito: nec requiritur, ut sit pteles omni bus sensib; alioqui cœcus non posset consecrare (cuius oppositum docet Sot. de quodam Episcopo, qui quotidie consecrabat ex dispensatione Pontificis) sed sufficit, ut alicui sit præsens.*

*Difficultas est, an cuiuslibet sensus notitia sufficiat. Certum est, visus notitiam sufficere, cum sit certa; non tamen quævis est sufficiens, sed qua materia consecranda signari valeat pronomine Hoc, quæ enim à longe videamus, non signamus pronomine Hoc, sed Illud: vnde talis præsentia non est ad sacram. sufficiens; duo enim requirit materia consecranda, & notitiam aliquam sensus, ut certum reddat consecrante de qualitate materię, & debitam loci propinquitatem, cum debeat à ministro consecrari; quod fieri nequit, nisi sit ipsi moraliter præsens. Sufficit etiam notitia tactus, nam eâ certi reddimur de præsentia materię consecrandæ; nec solum, quæ coram, sed etiam quæ à tergo existentia tangimus, validè consecrare possumus, contra Sot. Sufficit etiam panem & vinum percipere iustificatus, gustu, vel auditu, hoc est ex relatione gustus, auditus. alterius.*

alterius: nam etiam haec notitia sufficit, ut aduertit Sotius, licet, ut ipse inquit, culpa non careret. Ceterum in dubio rationabili semper est reprobanda consecratio.

124. Ad fund. primam. nego conseq. Nam quatuor una hostia sic sub alia, vel sub hinceto, aut pyxide teneta, est tamen sensui praesens, ratione continentis; quo pacto non est a tergo, vel post partem extensis, nisi attractetur, quia neque in se, neque in suo continente est sensui praesens.

125. Diccas. Infans intra uterum matris existens, non est moraliter praesens, ut possit Baptismum suscipere: ergo nec hostia intra pyxidem existens. Resp. nego conseq. infans enim debet physicè ablui, ad quod requiritur physica praesentia subiecti abluendi: hostia non debet verbis consecratoriis physicè tangi, adeoque sufficit moralis eius praesentia.

126. Altera qu. Duplex de- terminatio. QVÆRITVA 2. An materia consecrandam debeat esse sub certa quantitate determinata? Determinatio altera quoad magnitudinem, ut maior consecrari non possit; altera quoad parvitudinem, ut minor consecrari nequeat.

Fundam. PRIMA sent. Alens. 4. p. q. 10. me. 4. a. 2. §. 6. Bonau. in 4. dist. 10. p. 2. a. 1. q. 4. 1 alud. dist. 11. q. 1. a. 3. Angelis v. Eucbar. 1. n. 25. affirmantum, materiam consecrandam esse determinata quoad maximum, non quoad minimum. Quia quantitas materiae consecrandae sumi debet per ordinem ad usum fidelium propter quem hoc sacram. est institutum: ergo tanta, & non maior consecrari potest, quanta probabilitate sufficit ad usum fidelium.

127. Confirm. 1. Confirmat 1. Palud. virtus consecrativa in ministro est finita: ergo nequit se extendere ad infinitam materiam consecrandam. 2. Angelis: alioqui posset hoc sacram. confici in irrisione, contumeliam & veneficia. 3. Alens. minister debet se conformare intentioni Christi & Ecclesie.

128. SECUNDA S. Tho. 3. p. q. 7. 4. a. 2. & in 4. dist. 11. q. 2. a. 1. q. 3. Et opusc. 59. c. 5. Durand. dist. 11. q. 6. Richar. dist. 10. art. 7. q. 1. Caiet. loco cit. art. 2. Gabrie. dist. 11. q. 2. dub. 1. Sotii dist. 9. q. 1. art. 2. Sylvest. v. Eucbar. 2. num. 4. affirmantum, materiam consecrandam non esse determinatam quoad maximum; quoad minimum docet Major in 4. dist. 10. q. 1. determinari ad illam, quæ inter visibiles est minima; Sotius ad quacunque, sub qua conservari potest panis & vinum.

129. 130. Materiæ cō- MATERIA CONSECRANDA non est per se de- terminata quoad maximum. Prob. 1. fide constat, ferenda nō Christum potestatem dedisse sacerdotibus conse- crandi panem & vinum: nullà auctoritate aut tra- quoad maxi- ditione constat, hanc potestatem ad certum termi- num limitasse: vnde oppositam sent. Sylvestri vocat periculosam. 2. sequetur, consecrata suffi- ciente materiâ ad usum fidelium, non posse poste à sacerdotem alias quantumvis parvam consecrare, quia illa non esset ad usum fidelium; neque parochum paucos habentem parochianos, multas particulas consecrare. Ratio: ut recte Durand. hoc sacra- ram. non consistit in usu, sed in consecratione ma- teriæ, quamvis ordinetur ad usum, ut ad effectum po- steriorem: ergo salvatur eius essentia in sola mate- riâ debitè applicata cum certa formâ & intentione ministri. Et, ut S. Tho. usus fidelium non debet sumi pro ijs, qui actu occurunt, sed qui occurrere pos- sunt; alioqui non posset consecrari nisi quantum sufficeret ad usum fidelium actu communicantium: sed numerus fidelium, qui occurrere possunt, non est determinatus; cum & multi, & ijdem sapienter communicare possint. Dixi, per se; nam per accidens, defectu presenti, posset consecratio impediri, ut

131. si Sacerdos formam proferret supra quantitatē pa- nis Græcio Viennam usque protensam, solidum con- seccaretur quantum esset illi moraliter praesens.

Dico 2. quæcunque minimæ qualitas sensibilis, in quâ substantia panis & vini conservari potest, est apta materia consecrationis. quia haec habet omnes conditiones ad consecrationem requisitas: est sensibilis, quæ est principia conditio sacram. & sub eâ conservatur substantia panis & vini, quæ est materia remota huius sacram. Nec refert, quod sit minimæ; nam Christus de facto existit sub minimâ parte materiæ consecratæ.

Diccas 1. non quæcunque minimæ quantitas aquæ sufficit ad Baptis. ergo neque quæcunque minimæ aquæ qualitas panis ad hoc sacram. Resp. materia Baptismi non est aqua, nisi ut abluens; ut nō quæcunque minimæ aqua moraliter ablut: Panis est materia Eu- char. ut continens Christum: quælibet autem minimæ quantitas panis potest continere totum Christum.

Diccas 2. Hoc faciat. est institutum ut cibus: sed ad rationem eibi requiritur aliqua determinata sensibilitas. Resp. esse institutum ut cibus; non mate- riale, qui ut corpus reficiat, determinatam requiri- t quantitatem; sed ut spirituale, qui ut animam reficiat, certam quantitatem non posticit. Vrges. Est institutus ut cibus spiritualis mediæ sumptuone cor- porali: sed ut cibus sit corporaliter sumptuabilis, cer- tam requirit quantitatem. Sed contraria; sumptuio cor- poralis est tantum conditio applicans; quæ positâ, sacramentum propriâ virtute reficit spiritualiter animam: conditio cum non debeat operari, non requirit certam quantitatem.

Dico 3. Nulla pars naturaliter insensibilis, etiam si in ea conserueretur substantia panis & vini, separata à toto, est apta materia consecrationis. Fund. de es- sentiâ sacram. est, ut sit signum sensibile: nec sufficit ut sit sensibile supernaturaliter; sicut, quævis diuini- tis Deus conserueret substantiâ vini sub accidenti- bus aceti, non propere esset idonea materia ca- licis; eo quod non esset vinum usuale, quali homi- nes utuntur, qui præcipue ad accidentia attendunt.

Obijcies 1. Si Deus miraculosè conserueret subst- 132. antiam panis sub minimo sensibili, sub quo non pergit naturaliter conseruari, esset apta materia consecra- tionis: ergo si miraculosè reddat sensibile minimum panis, quod naturaliter non est sensibile, erit etiam apta materia consecrationis. Resp. nego conseq. quia priori casu factò semel miraculo, sunt omnia naturaliter requisita ad panem usuale: sc. pa- nis cum omnibus suis proprietatibus, accidenti- bus, naturaliter sensibilis: sicut vinum in Canâ Ga- lieæ ex aquâ miraculosè factum. In posteriori ca- su, adhuc posito miraculo, minimum illud manet insensibile secundum se, & naturaliter extra obie- ctum oculi corporei, sicut vinum conseruatum sub accidentibus aceti, secundum se manet extra usum humanum. Quando igitur res per miracu- lum efficitur accommodata naturaliter usui homi- num, est apta materia consecrationis, secus quan- do non redditur.

Obijcies 2. Christus conseruaretur in quavis parte etiam insensibili hostiæ consecratæ, si à toto diuide- recur: separatio enim non varia naturam panis: ergo posset etiam in ea primò produci; eadem enim dis- positio requiritur. Resp. nego antec. nam in parte insensibili separata à toto non conseruaretur panis usus, qui debet esse sensibilis. quidquid sit, an in ea conseruaretur panis simpliciter. Christus autem conservatur sub accidentibus panis, quamdiu sub illis conseruaretur panis usus. Ad prob. in toto quælibet pars sit sensibilis ratione totius, cum quo con-

quo continetur; unde separata variatur quoad sensibilitatem. A fortiori sequitur, non fore Christum in punctis, si haec posita sunt, & separari possint à continuo; fore tamen in ijs in continuo existentibus.

Dico 4. Potest in toto consecrari quilibet minima pars, non consecratis reliquis, modò sensibilis sit, & merite designari possit. Fundam. licet illa pars inexistat & continetur cum toto, verè tamen est materia sacram. ergo ex intentione ministri ea tantum designari potest, ut actualis materia sacram. sicut consecrari potest una dimidietas hostia, non consecratâ alia, & quæcunque pars determinatè signabilis: quia continuatio cum toto non impedit consecrationem, ut constat de vino, quod mixtum sanguini, sui consecrationem non impedit. Secùs, si sacerdos volens consecrare unam partem hostia, illam non determinet, vel confusè intendat consecrare omnes quartas, aut quinas proportionales, reliquias intermedias; aut si ex decem particulis, vellet consecrare nouem indeterminatè: in his enim casibus nihil efficiet; nam actio consecratoria cadere debet supra materiam determinatam, cùm sit prædicta & operativa. Nec sufficit, ut sacerdos se remittat ad Deum, ut illa sit consecrata quam Deus designaverit; designatio n. fieri debet à ministro, à quo forma designatiua profertur.

Vltimo queri potest, an materia consecrabilis debeat esse sensibilis ipsi consecrantian sufficiat, ut saltum alicui sit sensibilis. Priorē partem affirmant aliqui ex quod consecrare debeat per pronomen demonstrativum designare materiam consecrabilem: Posteriorem alijs: quibus magis assentior; ex dictis n. 123, ubi ostendi, ad presentiam materie consecrandas, sat esse si cognoscatur ab alio. ex cuius relatione certus sacerdos sit; cùm possit illam demonstratio p ronomine ostendere, etiam si illam ipse non cognoscat cognitione visu, aut tactu propriâ, modò fiat certus ex visu, aut tactu alterius. Ex quo patet ad fund. opere.

Sequitur, non potest consecrari guttam vini cum magnâ aquæ quantitate remanentem; cùm illa non possit determinatè signari. Et ostendi p ronomine demonstratio Hoc, vel Hoc.

Ad fundam. primas sent. patet ex dictis. Ad 1. confir. nego conseq. nam solus Deus est causa effectus huius sacram. sacerdos est tantum causa materialis. Et esto sacerdos sit causa physica; est tamen causa obedientialis, quæ agit in virtute Dei.

Ad 2. concedo sequel. nam hoc non sequitur ex institutione Christi, sed ex malo usu ministri, sicut homo viri libertate in contumeliam Dei, quamvis ei data sit in laudem ipsius. Ad 3. duplex est intentio, alia confiendi sacram. & haec necessaria est, & sufficit; alia reuerenter viendi sacram. quæ solùm requiritur, ut licet; non ut validè fiat.

## SECTO IV.

An in aliquo casu ex dispensatione Pontificis liceat in Una tantum specie consecrare?

<sup>affirmans.</sup> PRIMA sent. Alberti in lib. de corp. Christi cit. à Soto in 4. dist. 12; q. 1. art. 12. Palud. in 4. dist. 11. q. 1. art. 2. concl. 5. Maio. dist. 9. q. 3. vel alia impress. q. 1. 8. At dicit: Adria q. 6. de Eucar. Gabr. in Cano. Missa, lect. 8. 4. litt. L. fine, Angeli v. Eucar. 1. n. 20. Antoni. 3. p. titu. 13. c. 6. Henrig. lib. 8. de sacram. c. 13. Innoc. IV. de offic. Missa, &c. affirmantium, sive quia consecrationem in vrâque specie putant

P. Amici Tomus VII.

esse præceptum Eccles. non diuinum, ut Maior, qui docet, hoc licet esse cuilibet sacerdoti ad communicandum infirmum in casu necessitatis, Adrianus, &c. siue quia licet putent esse præceptum diuinum, adhuc censem, Pontificem posse interpre-

tari, ad ius diuinum aliquo casu non obligare, ut si in regno aliquo vinum conseruari non possit.

Prob. 1. Et. Prob. 1. Et. Prob. 1. Et.

Prob. 1. Et. Prob. 1. Et. Prob. 1. Et.

Prob. 1. Et. Prob. 1. Et. Prob. 1. Et.

Prob. 1. Et. Prob. 1. Et. Prob. 1. Et.

Prob. 1. Et. Prob. 1. Et. Prob. 1. Et.

Prob. 1. Et. Prob. 1. Et. Prob. 1. Et.

Prob. 1. Et. Prob. 1. Et. Prob. 1. Et.

Prob. 1. Et. Prob. 1. Et. Prob. 1. Et.

Prob. 1. Et. Prob. 1. Et. Prob. 1. Et.

Prob. 1. Et. Prob. 1. Et. Prob. 1. Et.

Prob. 1. Et. Prob. 1. Et. Prob. 1. Et.

Prob. 1. Et. Prob. 1. Et. Prob. 1. Et.

Prob. 1. Et. Prob. 1. Et. Prob. 1. Et.

Prob. 1. Et. Prob. 1. Et. Prob. 1. Et.

Prob. 1. Et. Prob. 1. Et. Prob. 1. Et.

Prob. 1. Et. Prob. 1. Et. Prob. 1. Et.

Prob. 1. Et. Prob. 1. Et. Prob. 1. Et.

Prob. 1. Et. Prob. 1. Et. Prob. 1. Et.

Prob. 1. Et. Prob. 1. Et. Prob. 1. Et.

Prob. 1. Et. Prob. 1. Et. Prob. 1. Et.

que specie: quia præualeat integritas sacrificij, ad quod hoc sacram. est essentialiter institutum, priuatae caiusque utilitati; cum hoc sacramentum non sit ad salutem simpliciter necessarium.

<sup>158.</sup> *Pontificis nre ob publicam utilitatē dispensare posse probabilitus.* Dico 3. Probabile est, ex authoritate totorum, posse in hoc iure, ob publicam dumtaxat utilitatem, à summo Pontifice, per iuris interpretationem dispensari: probabilius tamen est, nec ob publicam utilitatem id posse: Fundam. ex S. Tho.

<sup>159.</sup> 3. p. qu. 74. art. 1. ad 2. & Caiet. ibid. Hoc sacram. est essentialiter institutum in sacrificium realiter expressum cruenti sacrificij crucis: ergo sicut illud importat realem, ita hoc sacramentalem separationem corporis à sanguine: quia representans debet exprimere representatum: sed ratio perfecti sacrificij præualere debet cuicunque utilitati animalium: Antec. constat. Lnc. 22. *Hoc facite in meam commemorationem: ex quibus Trident. sess. 22. cap. 1. colligit, Christum preceptum dedisse Apostolis, eorumque in sacerdotio successoribus, offerendi Deo Patri in sacrificium suum corpus & sanguinem sub speciebus visibilibus panis & vini.*

<sup>160.</sup> Nec sufficit, ut sanguis implicitè tantum representetur sub speciebus panis, vel contraria: Nam ut sit expressum cruenti sacrificij, debet verumque exprimi sub forma visibili. Minor prob. ratio sacrificij respicit immediatè cultū Dei; utilitas vero animalium, quam respicit ut sacramentum non est, simpliciter necessaria: sed cultu Dei præualeat debet cuicunque bono non necessario animalium: ego.

<sup>161.</sup> *Ad primū.* Ad 1. fundam. prime sent. nego, hoc esse preceptum humanum, sed diuinum, huic sacram. con naturale. Nec dari potest calus, quo Pontifex interpretari possit illud non obligare, sc. quo cultus, qui in hoc sacrificio exhibetur Deo, non præualeat bono non necessario animalium. Nego, principalem finem huius sacram. esse bonum animalium; aio, esse cultum Dei; ex verbis Christi: *Hoc facite in meam commemorationem, quibus ex Trident. precipitur cultus sacrificij.* Ad 2. neg. minor. Ad 3. neg. maior. Species n. panis & vini sunt de integritate Eucharistis, etiam ut sacrificij. Quinque vñctiones solū sunt de integritate Extremas-Vnctionis ut sacramenti; quod quia principaliter ordinatur ad utilitatem animalium, potest moribundo conferri, etiamsi nequeat secundūm omnes vñctiones perfici. Ad 4. de integritate confessionis esse solam integritatem formalem: quia totum hoc sacram. ordinatur ad utilitatem animalium: de integritate Buchar. ut sacrificij, esse utrasque species, quibus visibiliter sacramentaliter corpus separatur à sanguine. Ad 5. concedo, hoc sacramentum dimidiare, non esse intrinsecè malum, sed ex sola prohibitione extrinsecè Christi, de non dimidiando sacrificio ab ipso instituto: cuius integratī nulla debet animalium utilitas præualeare. Vnde Gelas. Papa de confscr. dist. 2. c. Comperimus: *aut aus integrā sacramenta percipiunt, aut ab integris arceantur, quia diuina vñus, eiusdemq; mysteriis, sine grandi sacrilegio non posse prouenire.*

<sup>162.</sup> *Ad casum 1.* dico, licere tunc vñam tantum speciem consecrare, quia sacerdos succedens integrat vñum sacrificantem cum precedente. Ad 2. Resp. præualeat ius vita temporalis & spiritualis huic iuri de non dimidiando sacrificio: quia hoc est ius diuinum positivum, cui præualeat ius naturale vita, secus quando id cogatur facere in contemptum fidei, quia tunc præualeat ius naturale diuinum de tuendo honore Deo debito.

<sup>163.</sup> *Ad 6. argu.* Ad 6. quidquid sit de antec. quod etiam dubium est apud PP. negatus paritas: quia Christus, insti-

tutor sacram. ut poruit in hoc casu potestate excel- <sup>167.</sup> lētia, quam Ecclesia non communicauit. Ad 7. dico esse totum Christum sub quavis specie, sed inuisibiliter, non visibiliter sacramentaliter, ut postulat natura sacrificij. Ad 8. historiade Innocen- <sup>168.</sup> VII. concedente Noruegijs consecrare tantum in pane, non est admittenda; tum propter rationem, quam adfert, quia scilicet. vinum in ea regio- ne ob nimium frigus acescit; quod experientia constat esse falluum: siquidem nunc de facto consecratur in veraque specie. Tum maximè, quia dicit concessum fuisse, ut calix sine vino sacrificaretur, quasi possit pro vino aliis liquor consecrati, quod est contra substantiam huius sacram. Ad 9. nego conseq. integras n. sacramenti censemur de sub-stantia huius sacrificii, ad quam non se extendit Ecclesias potestas. Ad 10. neg. conseq. nam in alijs iuribus, vel supponitur immediata potestas in <sup>169.</sup> voluntatem contrahentium, quā sublatā, cessat obliatio, ut in voto & matrimonio, qui ut contraetus humani pendent à voluntate contrahentium: que subiecta est Papis in ordine ad bonum salutis: sic ut voluntas filiorum est subiecta. Patri in ordine ad bonum priuatū ipsorum: vel recipere possunt interpretationem iuris in ordine ad bonum publicum, ut residentia pastoralis: vel certe supponitur potestas communicata à Christo, ut in commissione ministri Confirmationis, & Ordinis.

## DISPUTATIO XVII.

### De conuersione panis & vini in corpus & sanguinem Christi.

**Q**UADRIVIUS: An cum corpore & sanguine Christi <sup>1.</sup> *substantia panis & vini?* Error Bertrandi. Primus error Bertrandi. Waleram. Vñc. garq.. cleff, Lutheri affirmantium, integrum sub-stantiam panis & vini manere cum corpore & san-gine Christi. 2. Joannis Parisiensis, quem impugnat Palud. Caprol. Sotus &c. assertant, panem manere vñitum hypostaticè verbo, non immedia-tè, ne Deus dicatur panis, vel impanatus, sed acciden-tante corpore Christi. fundam. ne accidentia de- neant sine subiecto: quia de pane prædicatur corpus Christi, ut *hoc est corpus meum*. Nam pronomen *Hoc* supponit pro pane, Joannis 6. Panis, quem ego dabo, caro mea est. Tertius Durandi in 4. dist. 11. q. 3. n. 5. opinantis, manere cum corpore Christi mate-riam panis. vnde hanc conuersionem appellat super-naturalem quoad modum; naturalem quoad sub-stantiam, cui similis est conuersio, que fit per nu-trimentum; in quā materiā alimenti manet cum alito. 4. dicentium, manere formam, destructā materiā, quia in hoc sacram. manent operations formæ panis & vini, ut est nutritio, inebriare &c. 5. docentium, panem, qui sumendus est à iustis. conuersti in corpus Christi, qui à peccatoribus, non conuersti. Sexta opinio est Henrici, quam confutat Scotus in 4. dist. 11. q. 4. assertant, ali. opini亨- quam realitatem panis manere cum corpore Christi. Fundam. ex Ambro. lib. 4. de sacrament cap<sup>4.</sup> 4. *Id quod erat panis, est corpus Christi;* relatiuū enim *Quod*, non refert accidentia panis; quia illa nec sunt corpus Christi: sed refert substantiam panis; non quoad gradum specificum, quia illa de-sinxit, sed quoad genericum substantia, qui virtute diuinā

diuinā communitatū in corpus Christi. Eadem triduitur Caiet. 3. p. q. 75. a. 3. vbi cōcedit hanc propos. Quod fuit panis, est corpus Christi: negat has: Quod erat panis, non est aliquid; Quod erat panis, est nihil. Sed immēritō, vt constat ex art. 4. vbi solum contendit, substantiam panis non desinere in nihilum, sed loco eius succedere corpus Christi: solumque docet, panem manere in corpore Christi, vt in suo simili; quia ambo conueniunt in ratione corporis. Leg. ipse & Contrariatur, & §. Ad obiecta.

Septima opinio est aliquorum apud Paulud. in 4. dist. 12. q. 3. a. 1. quam vt probabilitē defendit Bannez. 1. p. q. 4. a. 2. dub. 2. aſſerentium, sub accidentibus Euchar. manere existentiam panis & vini. Probat 1. Bannez auth. S. Tho. 3. p. q. 77. a. 4. vbi, quamvis, inquit, subiectum non remaneat, remaneat tamen esse, quod habebant bususmodi accidentia in subiecto, quod quidem est proprium, & conformis subiecto. Quia, vt Sotius 1. phys. q. 6. a. 1. accidentia existunt existentia substantiae: sed manent accidentia panis & vini: ergo manet existentia substantiae panis & vini. 3. Repugnat, aliquid creatum conuerteri in aliquid in-creatūm: Si autem substantia panis & vini defineret quoad existentiam, conuerteretur existentiam corporis & sanguinis Christi, qua est existentia in-creata Verbi, qua tota eius humanitas existit.

Catholica sent. est. oī substantiae panis & vini post consecrationem manere cum corpore & sanguine Christi. Hanc docent Concilia Lateran. sub Inno-vent. III. Conſtantien. ſeff. 8. contra 1. a. Wicleff; Florene. in decre. de Euchar. Trid. ſeff. 13. c. 4. & Can. 2. vbi deſinit, in hoc sacram. fieri conuerſionem totius substantiae panis in corpus, & totius substantiae vi-ni in sanguinem, manentibus duntaxat speciebus panis & vini: Namque vel expressè docent PP. cām affirmant, post consecrationem, non eſt amplius panem & vinum, sed carnem & sanguinem Domini; vel vt certam ſupponunt, dum aſſertunt, panem & vinum conuerteri, etatimutari, transferri, tranſeſtementati in corpus & sanguinem Christi: in ean-dem, vno, excepto Durando, conſpirant omnes Scholast. eam Magist. in 4. dist. 11.

Sola controverſia inter Catholicos est, an hæc veritas colligi poſſit ex verbis Christi? Negant Sotius in 4. dist. 11. q. 3. §. Hic duo, Paulud. q. a. 1. ad 4. Durand. q. 1. n. 13. Argent. q. 11. a. 2. Fund. aequa vera eſſent verba Christi, etiamſi euiphiſius corpore ma-neret substantia patis: quia tunc pronomen *Hoc* non demonſtraret substantiam panis, ſed contentum ſub illis; ſicut modū non demonſtrat acciden-tia, ſed contentum ſub illis. Confirmat Durand. quia propositio indeſinita poſſet verificari de uno tantum: ergo licet cum corpore maneat patis, poſſet hæc, Hoc eft corpus meum, verificari tantum de corpore.

Affirmant S. Tho. 3. p. q. 75. art. 2. & in 4. dist. 11. q. 1. art. 1. q. 1. Capreol. q. 1. art. 1. concl. 1. & art. 3. ad 8. contra 1. concil. Marſ. q. 8. art. 1. concl. 4. Sotius dist. 9. q. 2. art. 1. fine, Bellarm. lib. 3. de Euchar. cap. 19. Sylinus 3. p. loc. cit. &c. Quae ſent. vera eft, 1. ex Tri-ident. cit. cap. 4. vbi ex ea, quod Christus verè dixit eſte corpus ſuum id, quod ſub ſpecie panis offere-bat, colligit, ſemper per ualorem uifit in Ecclesiā Dei poſt confeſerationem fieri conuerſionem totius ſubstantiae panis in corpus &c; vbi aperte indicat, hanc veritatem colligi ex veritate ipsa verborum. 2. ratione S. Tho. quā cæteri vruntur. Si cum cor-pore Christi maneret ſubstantia panis, verba Chri-ti non eſtent vera, quia quando ſub aliquo ſenſibili plures latenter ſubstantiae, non verè dicitur. Hoc eft hoc, vnde tantum ſubstantia demonstrata: ergo

ſi ſub ſenſibili ſpeciem panis utraqe ſubſtantia panis & corporis Christi lateret, non verè dicere-tur. Hoc eft corpus Christi, ſed potius, vt S. Tho. adpertit, Hic ſeu in hoc eft corpus Christi. Antec. prob. induſtione, tam in naturalibus, quam in ar-tificialibus. Falso quippe dices, hoc, demonſtrato homine, eft anima: hoc, demonſtrata crumenā aurū argentiique plenā, eft aurum. Ratio: ex communi uſu & hominum iuſtitutione, quando hoc prono-mina ſtant pro contento, designant totam ſubſtantiam, qua ſub continentे ſenſibili lateret. Vnde impliciter & virtualiter hanc ratiuam inuoluunt, hoc eft tantum hoc, & non aliud: led Christus uſus eft nominibus, vt ex humana iuſtitutione ſignifi-caat: quia cum loqueretur ad homines, debuit no-minibus vti, vt ſunt humano modo ſignificativa: ergo ſi ſub ſpeciebus panis vna cum corpore eſtet etiam ſubſtantia panis, non verè dixit, Hoc eft corpus meum, ſed potius. Hic, vel, in hoc eft corpus meum. Leg. Caiet. in cit. a. 2. §. Contra 2. rat. Ferrat. 4. cont. gent. cap. 63. §. Circa 3.

Quando tñ  
Hoc, pro con-  
ſidero, designat  
ſubſtantia  
ſub continente

Dicas. Eo caſu ſenſus eſtet, ſub hoc ſenſibili con-tinentē, quod eft ſubſtantia panis cum ſuis accidenti-bus, eft corpus Christi: ſicut nunc ſenſus eft, ſub hoc ſenſibili conſinente, quod ſunt ſpecies ipſe panis, eft corpus Christi: cum non minus poſſe corpus Chri-ti conineri ſub panis ſubſtantia, quam ſub eius ſpeciebus. Conſir. poſteſt ſub vna ſubſtantia artifi-ciali conineri alia, & ratione talis conſinenteſt iola ſubſtantia contenta demonſtrari, vt, hoc dolium eft vi-num; hac area eft panis: ſenſus enim eft, con-tentum in hoc dolio eft vi-num, contentum in hâc ar-ca eft panis: ita contentum in hoc pane eft corpus Christi. Resp. nego, verè & propriè ſub panis ſubſtantia demonſtrari poſte corpus Christi, vt de-monſtratur ſub accidentibus ipſius, & vna ſubſtantia ſub alia artificiali conſinente: Quoniam, vt Chri-ti corpus verè & propriè demonſtretur ſub panis ſubſtantia, debet illa aliquo modo conineri corpus Christi: at nullo modo illa Christi corpus conineret; neque vt vna, vt ſubſtantia artificiali conineret aliam, ſiquid utraqe eſtet ſitul pen-trata ſub iſdem accidentibus ſenſibiliſbus; vnde non eſtet maior ratio, cur vna potius, quam alia alteram conineret: neque vt locuſ, quia non eſſet in illa, vt in loco, led utraqe ſimul eſſet in loco diſtincto: neque vt accidens coninerens ſubſtantiam, quia non eſtet ſub illa per modum ſubieſti, ob quam rationem dici non poſteſt, hoc, demonſtrato lapide, eft Deus, vel Angelus, etiamſi utraqe ſit penetratiuē in illo, eo quod neuer eſt in illo, vt contentus in conſinente.

Ex his patet ad paricatem, cum de accidentibus panis, quia ſub illis corpus Christi conineret per modum ſubieſti ſuſtantis, ſicut ſub illis conineretur propria ſubſtantia; cum de ſubſtantia artificiali, in qua alia conineretur vt in vale.

Inſtabis. Semper accidentia panis ſignificant panem, quia ſignificant illum naturaliter: ergo neque deſtructa ſubſtantia panis, ſignificabunt corpus Christi; quia ſignificatio ad placitum, non poſteſt tollere ſignificationem naturalē. Resp. concedo, de ſignificatione aptitudinali, & hanc tollere nequit ſignificatio ad placitum: quia acci-den-tia panis, ſicut eſſentiale ordinem dicunt ad proptiam ſubſtantiam; ita ſemper illam aptitudi-naliter ſignificabunt nego tamen de actuali, quam-potest mutare ſignificatio ad placitum, quia haec non eſt de eſſentia, proinde ſeparabilis. Acciden-tia igitur panis, aptitudinaliter quidem ſignificant panem, actualiter verè ex dignitā iuſtitutione,

Acciden-tia  
panis ſig-niſi-  
cans panem  
ap-ti-tu-di-na-  
liter.

Christi corpus; denominatio autem non cadit supra significationem aptitudinalem, quam accidentia panis continent, sed supra actualē, quam ex divinā institutione acquisitā.

*Substantia panis sit corpus Christi: est etiam vera hæc: Substantia panis post consecrationem est aliquid, quod negat S. Thom. art. 3. ad 3.*

S E P T I M A non est aperte contra Concil. cum illa non afficeret, existentiam substantialem remanere, ut actum substantiaz, sed accidentium: est tamen implicitè contra Concil. quatenus admittit verum contradictorium eius, quod definit Concil. est enim definitio Concilij hæc *Tota substantia panis conuertitur, remanentibus tantum speciebus, cuius contradictione est, Non tota substantia panis conuertitur, remanentibus tantum speciebus;* quæ ut verificetur, sufficit, ut aliquid substantiaz quoquo modo remaneat cum accidentibus. Falsum præterea est, accidens existere existentiæ substantiaz: 1. quia nulla existentia distinguitur ab essentiæ: 2. esto distinguatur, non potest existentia substantiaz, quæ est existentia per se, esse proportionata essentiæ accidentis, quæ est in alio. 3. sequeretur, productio nem accidentis non terminari ad existens, quia existentiæ accidentis presupponitur in substantiæ, in quæ illud producitur: implicat autem, esse productio nem, & non terminari ad existens; cùm omnis productio formaliter ponat rem extra causas, extra quas formaliter ponitur per existentiam. 4. si existentiæ distingueretur ab essentiæ, distingueretur ut modus, quem implicat conseruari, corrupto fundamento.

Ex his patet ad rationes oppositæ sent. falluum enim est, corpus & sanguinem Christi existere existentiæ increata Verbi. S. Thom. loquitur de esse accidentium, ut distincto ab esse subiecti. Dicitur autem hoc esse proprium & conforme subiecti, quia individuatur per ordinem ad illud.

Ad fundam. Scot. nego, si cùm corpore maneret panis, pronomen *Hoc demonstraturum tantum* Ad fundam. Scot. corpus, sed utrumque, & quidem principaliter panem, ad quem primariò ducerent accidentia propria panis: sicut si in crumenâ simul cum auro esset argentum, pronomen *Hoc* non solum demonstraret aurum, sed etiam argentum. Nec posset, nisi falso ad unum limitari, quia nomina non significant ex priuatâ intentione proferentis, sed ex publicâ imponentis. Nec est eadem ratio de accidentibus, quia illa non demonstrantur per pronomen *Hoc*, sed contentum sub illis tantum: sicut cùm dicimus, *hoc dolium est vinum*, non dolium, sed contentum sub illo demonstramus. Cui autem semper pronomen *Hoc* demonstraret totum contentum sub continente, non semper cum contento demonstraret continens, est, quia continens patet ad sensum: Vnde nisi specialiter exprimatur, non intelligitur demonstrari per pronomen *Hoc*; quia demonstratio tendit ad aliquid occultum patefaciendum: contentum autem contraria, quia est occultum sensui, nisi specialiter exprimatur, semper intelligitur totum demonstrari per pronomen demonstrarium, alioquin demonstratio esset deceptoria. Ad confit. Durand. Resp. cum Caiet. propositionem singularem & determinatam, qualis est illa, *Hoc est corpus meum*, non posse significare aliquid vagum & indeterminatum.

Q U A R T U R 2. An de potentia absoluta simul cum corpore Christi sacramentaliter existente manere possit substantia panis? Negant Bonavent. in 4. dist. 11. p. 1. art. 1. q. 2. ad ult. Palud. qu. art. 1. §. Non valent. Capreol. qu. 1. art. 1. concl. 1. Ferrar. 4. con. gen. c. 63. §. Pro solut. Fundam. est authoritas S. Dob. 3. p. 9. 75. art. 2. & in 4. dist. 11. qu. 1. art. 1. ad 1. quæ afferentis, hoc esse impossibile; quia debet fieri per motum localem: implicat autem corpus vel

16.  
Primum &  
2. error im-  
pugnatus.

17.

18.  
Ad fundam  
virtutibz.

19.  
Contra 3.

20.  
Quartum.

21.  
Quintum.

22.  
Ad sextam  
opin.

23.  
Ad ambo-  
ra S. Am-  
broxi.

24.  
Censura opa-  
tionis.

*Contra terrium Durandi, sequeretur, corpus Christi continuò augeri & crescere per continuam acquisitionem materiaz, quæ media transsubstantiatione vniretur corpori & sanguini Christi. Contra 4. dico, manere operationes formæ in suis accidentibus, ut in proprio instrumento. Contra 5. est illud Pauli 1. ad Corinth. 11. Qui .n. manducat indignè, iudicium sibi manducat, non dijndicans Corpus Domini. Vbi supponit accidentem cum peccato, sumere Corpus Domini, alioqui non peccaret peccato sacrilegij, qui cum peccato ad illud accederet; quia non sumeret corpus Christi, sed purum panem.*

*SEXTA opinio est falsa: 1. quia, ut arguit Scotus, tollit transsubstantiationem, quæ dicit delusionem totius substantiaz panis: nam ex tenus una substantia conuertitur in aliam, quatenus definit ex viaterrus: ergo si non tota substantia panis definit ex vi corporis Christi, non tota substantia panis transsubstantiatur in corpus Christi. 2. Implicat, panem connecti secundum gradum specificum, & non secundum gradum genericum, cùm quivis gradus genericus sit de essentiæ inferioris: implicat autem, rem produci, vel corrupti, non producio, aut corrupto eo, quod est de ipsius essentiæ. 3. ex hac opin. continuò accresceret corpori Christi noua substantia panis & vini, quia in illud conuertetur in quavis sacramentali conuersione. Leg. Scot. cit. Ambrosius benignè interpretandus est, ut non id, quod erat determinatè panis, fiat corpus Christi, sed accommodè, id, quod contentum erat sub speciebus panis, fiat Christi corpus, ita ut relativum Quod non referat determinatè substantiam panis, sed contentum sub speciebus, quod antè est panis, post consecrationem est Christi corpus. Illas propos. quas admittit Caiet. exprelsa negat S. Thom. art. 8. *Nenam vera est hoc: Sub-**

25.  
Res corpus  
Christi exi-  
stentia Verbi.

26.

Ad fundam  
Scot.

27.  
Quatuor  
et sex.  
Negant.

pus vel moueri ad posteriorem locum, non relatio priori, vel ad diuersa loca simul: ergo implicat, coram Christi motu locali fieri praesens in sacramento; non relatio loco caelesti, vel ad diuersa altaria simul, in quibus consecratur. 2. ut indicat Ferrario citato §. dicitur 2. non potest idem corpus circumscriptius esse in pluribus locis.

Affirmant Secundum 4. dist. 11. q. 3. §. Hic duo, Dux. r. and. q. 1. n. 11. & 14. Argent. qu. 1. art. 2. Caiet. art. 2. §. Ad eundem. Sol. dist. 9. q. 2. art. 2. §. Sed rogas: & Recen. Quae probabilior sent. Fundam. non implicat: nam fieri posset praesens cum substantia panis per actionem productivam, non deserendo cibum. Constat de facto non fit praesens in hoc sacram. formaliter per desitionem panis: quia cum haec sit negatio actionis conseruatiæ, non potest esse corpori formalis ratio essendi hinc, sed per actionem positiuam producentem, vel adducentem corpus Christi sub speciebus panis: sed haec ipsa terminari posset ad corpus sub iisdem accidentibus, non corrupta substantia panis: ergo fieri posset praesens sacramentaliter, manente substantia panis. Nam positus iisdem causis, sequitur idem effectus: ergo si corpus Christi est formaliter in hoc sacram. vi actionis solius producentis, vel adducentis, et tantum posita ponetur corpus sub iisdem accidentibus. Minor prob. substantia panis ad hanc actionem non concurrit nisi ut terminus à quo positius, qui quoniam extrinsecè & connaturiè tantum concurrir, non variat intrinsecè actionem; eadem quippe foret actio eductiva formæ ignis, siue manente, siue corrupto termino à quo positivo: Eadem foret actio creativa animæ: siue corrupto, siue manente embrio. Ratio: actio non variatur intrinsecè, nisi variatis causis ad eam intrinsecè inservientibus, cuiusmodi non est terminus à quo positius, qui tantum connatur. S. Thomam explicat Caiet. & Sotius de potentia ordinaria. Aut certe, cum S. Tho. dixit, impossibile esse, ut corpus Christi fiat simul praesens cum substantia panis in hoc sacram. intellexit de praesentiæ per actionem conseruatiæ, quæ ut seq. disp. essentialiter includit desitionem termini à quo. Unde si corpus Christi fieret praesens simul cum substantia panis, non fieret per actionem conseruatiæ, sed per actionem pure productivam corporis, & sustentatiæ accidentium; quæ licet intrinsecè & formaliter foret eadæ, quæ nunc est, connaturiè tamen esset diuersa; quia non connatur desitionem panis, deservit cuius connationis non dicteretur conuersio.

Ad 1. rationem; ego, id tantum fieri debere per morum localem; fit per actionem similem ei, quæ de facto fit praesens accidentibus non corporata desitione panis. Ad 2. quidquid sit de anteced. (de quo infra) nego conseq. quia corpus Christi non esset circumscriptius, sed sacramentaliter cum substantia panis.

## DISPUTATIO XVIII.

### De natura Transsubstantiationis.

**C**VIC hoc mysterium perficiatur, ut vidi-  
mus, conuersione totius substantia panis  
& vini in corpus, & sanguinem Christi,  
qua à Trident. sess. 13. cap. 4. & Can. 2. pro-  
priæ & aptissimæ transsubstantiæ appellatur, ex-  
plananda erit transsubstantiæ natura; in qua

explicanda desudant Theologis, irridentibus hetero-  
cis, qui non modicum ipsam negant; sed etiam vo-  
cabulum, ut barbarum, portentosum, fastidiosum-  
que calumniantur. Sed relatio his, qui veræ fidei  
armis spoliati, nequeunt de hoc profundo Fidei  
mysterio decerpere tota nostra, non de re ipsa, quam  
certa fide amplectimur, sed de modo eam explican-  
di, cum Catholicis futura erit contentio.

## SECTIO PRIMA.

### Quæ ad veram conuersiōnē requirantur

**Q**uoniam transsubstantiatio est conuersiōnis species, quæ nequit perfectè intelligi, nisi intellectu geneti, & quæ ad id spectant, prius dispu-  
tandum de conuersione, quæ genus est ipsius.

Ad hanc requiruntur 1. ut versetur inter duos terminos positivos, per quod differt: à creatione, quæ est à termino negatiuo, sc. à non esse rei simpliciter, ad esse rei simpliciter; & à generatione, quæ est ex termino priuatiuo, scilicet ex negatione forme in subiecto apto ad illam recipiendam. Vnde anima rationalis vi actionis, quæ producitur independenter à subiecto, non est terminus conuersiōnis embrionis in seipsum; quia vi huius actionis non sic ex embrione ut ex termino positivo, sed ex nihilo sui. Est autem terminus ad quem conuersiōnis, vi actionis regeneratiæ, quæ vnitur subiecto, quia vi huius actionis embrio per naturalem incompossibilitatem definit seu conuertitur in animam rationalem.

Dices. De facto nulla datur generatio, quæ simul non sit conuersio, sc. quæ non presupponat aliam formam in subiecto, quæ definat vi productionis subsequentis formæ. Sed contrà: hoc per accidens se habet ad generationem; nam etiam si forma genita nullam presupponat in subiecto sibi repugnam, ex eo tantum quod flat ex priuatiōne sui, vobis dicitur generatio. Deinde fallum assu-  
mitur; nam prima generatio rerum nullam supponit in subiecto formam, cum fuerit prima inducta in subiectum; nulla conuersio: immo etsi quævis genera-  
tio sit identice conuersio, distinguuntur eam  
penes terminos formales; generatio dicitur, quæ sit ex priuatione sui; conuersio quæ procedit ex for-  
ma positiva incompossibili.

2. Ut sit aliquid tertium commune virisque ter-  
mino, sub quo, deficiente uno, succedit alter: cum in conuersione debeat terminus à quo definire vi termini ad quem. seu per formalem incompossibilitatem cum illo; quæ nequit inter duos terminos exerceri, nisi sub aliquo communis termino, sub quo dum succedit unus, nequit alter conservari.

Confirm. Non potest una substantia creata im-  
mediate destruere aliam; sc. per suspensionem con-  
cursus conseruatiæ effectus: cum nulla substantia  
effectiæ pendeat in conseruaci ab aliâ creata: ergo  
debet aliam mediare destruere, sc. auferendo illi  
aliquid, à quo in suo esse pendet: quia non datur  
alius modus, quo id possit: at nisi id, quod aufer-  
tur à termino à quo, maneat sub termino ad quem,  
non saluabitur conuersio, quæ essentialiter postula-  
bit, ut res, quæ conuertitur, mantescundum ali-  
quid sui in eo, in quod conuertitur, alioquin esset  
pura desitio termini à quo, & simplex produc-  
tio termini ad quem. igitur in omni conuersione, seu  
ut dicatur res in aliam conuerti, debet aliquid rei  
conuersa manere in conuertente, seu datur aliquid  
virique termino commune. Diccas, Potest unus  
actus

Omnia tristis.  
substantiatio  
est conuersio  
non consistit.  
Quædā ad  
conuersiōnē  
requiriātur ē.

Per accidens  
ad generationis  
nem formæ  
precedit.

Secundum est  
versus secun-  
dū, &c.

Quot modis  
una res alia  
destruiri.

actus immediatè destruere alium, est vnum actus nō pendeat in conservari ab alio; ita actus fidei immediatè destruit actu scientie; actus amoris Dei actu odij eiusdem. Resp. vnum actus destruit alium, vel mediante subiecto, quo occupato ab uno actu, per incompossibilitatem definit alius; vel mediante potentia, quæ propter limitationem sue virtutis, dum producit vnum actu, cessat ab olio.

8.  
Tertium ad conversionem requisitum.

3. Requiritur, vt hoc commune requisitum sit capax viriusque termini, vel naturaliter, vt in conversione naturali; vel saltēm obedientialiter, vt in supernaturali. Fund. sub hoc communi debet successus constitui uterque terminus; nec potest, nisi viriusque sit capax: sc. ad conversionem requiritur, vt aliquid, quod fuit sub termino à quo, maneat cum termino ad quem; in conversione naturali capacitas naturalis termini à quo & ad quem, qui uterque naturaliter respiciat commune requisitum, sub quo sit conuersio; utrāque enim forma tam præcedens ligni quam subsecvens ignis, naturaliter respicit commune subiectum, sub quo sit conuersio ligni in ignem. Quid verò in supernaturali, saltēm obedientialiter debeat tale requisitum esse capax viriusque termini, patet: Alijs non posset sub illo uterque terminus constitui, nec fieri conuersio simpliciter; quia tantum se extendit potestia obedientialis creatorum, quantum se extendit omnipotentia Dei, cuius illa est instrumentum. Dixi, saltēm obedientialiter: quia non est necesse, vt in conuersione supernat. hoc requisitum sit tantum capax obedientialis extreborum, cum possit esse capax etiam naturaliter, vt accidit in omni conuersione supernat. quoad modum: vt in conuersione aquæ in vinum facta in Cana Galileæ, Ioan. 2. in conuersione vxoris Loth in statuam salis Genes. 19. in utrāque enim commune subiectum, quod fuit materia prima, naturaliter erat capax viriusque termini à quo definitis, & ad quem succedentis.

9.  
Illiud cōmu-  
ne sit ali-  
quid intrin-  
secū sermico  
& Log.

10.

A priori.

11.

12.

4. Requiritur, vt hoc tertium commune, sub quo recedente uno, succedit alterum, sit aliquid intrinsecum & proprium termini à quo, sub quo succedat terminus ad quem: defectu cuius conditionis nō dicitur corpus Christi, sacramentaliter existens sub speciebus panis, conuersti in substantiam chyli, quando alteratis in stomacho speciebus panis, definit sub illis esse corpus Christi, & in eius locum succedit substantia chyli: cum species Euchar. non sit propriæ corporis Christi, sed panis conuersus.

5. Requiritur, vt terminus à quo definit vi termini ad quem, aliqui nulla esset inter desitionem termini à quo, & productionem termini ad quem conexio, adeoque nulla inter eos esset unitas ad comprehendendam unam actionem conuersiū, sed esset pura desitio unius, & simplex productio alterius. Vnde quāuis productio componere posset conuersionem, cum quāuis desitione, si nulla inter desitionē unius & productionem alterius necessaria foret conexio. Ratio, est natura conuersionis, quæ est causalitas, mediante quā vnum conuerst in se aliud, ipsius vices gerens: quod non potest, nisi vi sua causalitas illud destruat.

Dicas. Sufficit, vt terminus ad quem succedat termino à quo, non à se, sed ab alio destructo, vt de saeto una forma substantialis succedit alteri destructæ, non à se, sed à dispositionibus prius natura introductis. Similiter posset Deus destruere substantiam panis, & loco ipsius sub iisdem accidentibus substituere corpus Christi. Sed contraria, tunc non dicetur vnum in se aliud conuertere; hoc est, illud vi sua causalitas destruere: eo casu, dicetur quidem corpus Christi substitui loco panis, haud tamen

in se panis substantialiam conuertere: ideo in conversione formalis una forma destruit aliam vi sua causalitatis; hoc est, forma substantialis destruitur à dispositionibus dispositiū, vt quo: à forma formaliter, vt quod: eodem quippe instanti intrinseco est dispositio ultima ad formam, & simul forma genita, qua simul cum dispositionibus destruit formam præcedentem: ita corpus Christi eodem instanti destruit substantialiam panis per sustentationem ve quo, & per suam substantialiam ve quod. Hæc ferè certa; conuersa.

Hæc ferè certa.

1. An de ratione conuersionis sit, vt terminus à quo definit simpliciter, an tantum sufficiat, vt definit ab aliquo munere substantiali. Pro poster. parte, i. ratio desumitur à paritate termini ad quem, qui, ut infra, necesse non est, vt simpliciter producatur, sed sufficit, vt succedat in aliquo munere substantiali: ergo idem dicendum de termino à quo.

Contraria.

2. dantur aliquæ conuersiones, in quibus terminus à quo non definit simpliciter, vt in conuersione hominis in cadaver, anima rationalis definit solum à munere substantiali informandi corpus. 3. Saluatur vnius substantialis in aliam conuersio, per solam defitionem munera substantialis: talis enim definitio non potest pertinere, nisi ad conuersionem substantialiem, cum sit definitio ab aliquo substantiali. Con-

Secunda.

firm. quando conuertitur homo in cadaver, definit sola uno substantialis.

Dico: ad conuersionem requiri, vt omnino definit id, quod formaliter dicitur in aliud verti. Ratio: verti in aliud, ex suo conceptu, importat definiti vi causalitatis alterius. unde aliud est, substantialis verti in substantiali; aliud munus substantialiale vnius in munus substantialiale alterius: sed ad hoc necesse est, vt munus substantialiale vnius simpliciter definit: ergo nec dici poterit una substantialis verti in aliud, nisi quæ vertitur, definit esse substantiali; quia sub quâ ratione formalis vnum dicitur in aliud verti, deber definit esse, alioqui sub eadem vertetur, & non vertetur.

Debet simili-  
plificiter, defini-  
tive, id quod  
dicitur in  
aliud con-  
verti.

Ad 1. rationem, discrimen est; de ratione termini ad quem, solum est vt succedat termino à quo, eiusque munus gerat, siue producatur, siue non producatur: de ratione termini à quo, est, vt vertatur in terminum ad quem: que versio intelligi nequit, absque desitione eius, quod formaliter verti dicitur. Confir. In homine forma alimenti conuertitur in formam aliti, absque productione formæ, seu animæ rationalis, in quam alimenti forma conuertitur; tantum quia anima succedit in munus termini à quo, sc. in materiam alimenti per substantialiem informationem illius. Ad 2. neg. terminum à quo conuersio hominis in cadaver, esse animam rationalem; sicut nec terminus à quo conuersio vxoris Loth in statuam salis, fuit anima rationalis, sed compositum substantialiale, seu homo, qui in utrāque conuersione definit simpliciter; formaliter importans unionem animæ cum corpore. unde per mortem non dicitur anima, sed homo conuerti in cadaver: sicut nec anima, sed vxor Loth conuerta est in statuam salis. Ergo etiam, inquit, dicitur panis conuerti in corpus Christi, etiam conseruata substantiali panis, corrupta tantum ipius vno cum accidentibus. Sed neg. sequel. panis enim non constituitur formaliter per unionem cum accidentibus, nam hæc est illi accidentalis; sed per unionem formæ cum materiâ: Homo formaliter constituitur per unionem animæ cum corpore: ergo hæc sola destructa, dicitur homo destrui: destruta vno panis cum accidentibus, non dicitur destrui panis.

Ad 1. rationem.

12.

Notandum  
discrimen.

Inferas:

50. Inferas: ergo saltem desinente solâ vniōne forme panis cum materia, destruetur panis; adeoque posset in hoc mysterio saluari conuersio, per solam destructionem vniōnis formæ cum materia panis. Resp. neg. r̄d ad eoz: nam ex Concilijs, & verbis Christi habemus, in hoc mysterio non solum panem, sed totam substantiam panis conuersti in Christi corpus, proinde tota substantia panis est terminus à quo huius sacre conuersationis: igitur tota substantia panis debet desinere. Ad 3. neg. antec. ad prob. dico, talem desinētionem pertinere ad conuersationem non substantiz, sed muneris substantialis; nam talis est conuersio, qualis est desinētio rei, quæ conuertitur. Si res, quæ desinuit, est substantia conuersio est substantiz, si munus substantialis, conuersio est muneris substantialis: conuersio enim formaliter denominationem sortitur ex termino, qui desinuit. Confirmatio est pro nobis: sicut, desinente solâ vniōne substantiali inter animam & corpus, non dicitur tota substantia hominis, sed homo tantum conuerti: ita, desinente tantum munere substantiali, non dicitur tota substantia, sed munus tantum conuerti.

*Conuersio est substantialis, sed accidentalis, secundum quod terminus à quo sursum.*

51. sed 3. rat.

2. Controverstunt: an conuersio essentialiter includat aliquam actionem. Valsq. 10. 3; disp. 18. c. 12. Et negant Funda. licet conuersio naturalis per se includat actionem, cùm fiat per physicam repugnatiā vniōis formæ cuon alia; cùmque nequeat una forma alteri physice repugnare, nisi per actionem, quā producēt in subiecto illud informe, informandoque aliam expellat; adeoque producēt forma per se requiratur ad conuersationem naturalem; non tamen per se requiritur ad conuersationem supernaturalem, nam hæc fieri potest per solam repugnatiā moralē.

*Conuersio est substantialis, sed accidentalis, secundum quod actione.*

Affirmant communis Theologi, requiri physicam aliquam actionē ad omnem veram conuersationem, sive naturalem, sive supernat. Fund: in omni conuersione debet terminus ad quem, per physicam repugnatiā expellere terminus à quo: hanc enim intrinsecam repugnatiā cum termino à quo vera conuersio includit; moralē autem repugnatiā terminus ad quem cum termino à quo solū extirpescit includit. Subsimo: nō potest terminus ad quem per physicā repugnatiā expellere terminus à quo, nisi per aliquid, quo illi physicē repugneret, nec potest fieri physicē repugnans nisi per aliquam actionem: Nam potest terminus ad quem conseruari, siue physicā repugnatiā cum termino à quo; sc. anima rationalis, & quævis forma etiam materialis intime præsens subiecto habenti aliam formam, & corpus Christi suis accidentibus: & tamen nec forma intime præsens repugnabit alteri formæ, nec corpus Christi substantiz panis. Ut igitur tam forma fiat physicē repugnans cum aliā, quam corpus Christi cum substantiā panis, necessariō producendum est aliquid, quo ex non repugnante fiat physicē repugnans, cum nequeat physicus transitus intelligi, absque physicā actione.

34. Dicō.

Dices: non per actionē, sed per informationem forma physicē opponitur alteri formæ: ergo non actionē, sed informatio est per se necessaria ad conuersationem. Resp. ad verā conuersationem requiri actionem, cùm nec informatio, nec sustentatio sine actione fieri queat; & vrraque dicat vniōem informatiæ, vel sustentantis cum informabili, vel sustentabili; nec vno absque actione fieri possit, in quo cunque tandem conuersio formaliter sita sit, de quo mox. Addo: et si ad conuersationem simpliciter sufficiat sola moralis repugnatiā termini ad quem cum termino à quo; ad conuersationem tamen con-

naturaliori modo factam; requiri physicam repugnatiā inter terminum ad quem & terminum à quo; ac proinde requiri physicam actionem ad conuersationem connaturaliori modo factam: ratione cuius physicæ actionis terminus ad quem fiat physicæ & intrinsecè incompossibilis cum termino à quo, ut seq. 3.

35. Tertiō ergo controuertitur: an actio requiratur formaliter proximè, at tantum remota & antecedenter ad conuersationem. Multi putant, requiri formaliter. Fundam. conuersio est mutatio constant ex desinētione termini à quo, & productione termini ad quem: ergo sic ut desinētio requiritur proximè & formaliter, ita & productio.

*Controver. 3.*

Oppositum est verius; nam id tantum p̄bxitimè & formaliter ad conuersationem requiritur, quod proximè & formaliter reddit terminum ad quem repugnantem cum termino à quo; seu quod est proxima & formalis causa desinētis termini à quo; cùm hæc sit essentialis ratio conuersationis, ut vnum definat ex positione alterius: Id autem non est actio, sed vno termini à quo cum eo quod erat termini à quo: nam per actionem, solū efficiuntur, non formaliter, terminus ad quem sit repugnans termino à quo: vnde possit terminus à quo actiū expellere terminum ad quem, etiam si non formaliter illi repugnaret: vt si Deus se solo efficienter conseruat accidentia panis independenter à subiecto, eo ipso substantia panis desineret: & tamen in eo casu Deus non opponeretur formaliter substantiz panis, sed tantum effectiū. Requiritur igitur actio remota & antecedenter, quatenus requiritur ut productua vniōis, per quam proximè & formaliter terminus ad quem sit formaliter incompossibilis cum termino à quo. Ad fund. neg. antec. de quo iam statim.

*Abesse non requiri proximè & formaliter ad conuersationem.*

Quarto controuertitur, an ad conuersationē requiratur productio termini ad quem. Affirmant aliqui Recen. cum Suar. Fund. idem, quod præced. sent. Confir. in omni conuersione, tam naturali, quam supernat. haec tenus facta, repertus productio termini ad quem, vt in conuersione aquæ in vinū Ioh. 2. vñoris Loth in statuam salis Gen. 19. signum ergo est, illam necessariō requiri.

*Controver. 4.*

*Fundamenta.*

Sed contrarium probabilius. Fundam. hoc colligi non potest, neque ex conuersione vt sic; nam hæc tantum dicit commutationem vniōis termini in aliū, quod saluari potest sine productione, per solam substitutionē termini ad quem, in munus & vicem termini à quo: Neque ex conuersione substanciali; nam hæc etiam saluari potest per successionem substanciali in munus & officium præcedentis substanciali. Confirm. Vel hæc productio termini ad quem requiritur vt causa proxima, per quam terminus ad quem fiat formaliter incompossibilis termino à quo; vel vt actio & via ad id, per quod terminus ad quem fiat formaliter incompossibilis termino à quo. Non primè; quia terminus ad quem non fit formaliter incompossibilis cum termino à quo; actione, quæ producitur; sed quæ vniūt cum aliquo, quod erat termini à quo: anima enim rationalis non fit incompossibilis cum embrione, actione, quæ creatur; sed actione, quæ informat eandem materiam, quam informabat embrionem. Non secundo; nam productio termini ad quem, est actio & via ad esse termini ad quem: Atqui terminus ad quem non opponitur termino à quo, per esse simpliciter, cùm possint manere terminus ad quem, & terminus à quo secundum esse simpliciter: sed in ordine ad aliquod tertium: per productio nem autem suum terminus ad quem non fit sub aliquo tertio.

*Nec requiri productio termini ad quem.*

*Resp. hoc tamē secundum bassetum.*

35.

31.  
Ad fundam.

tertio, quia sub illo non fit per actionem terminatam ad esse simpliciter, sed per actionem terminatam ad esse unitum. Ad fund. opposit., neg. conuersione essentialiter componi ex desitione termini à quo, & productione termini ad quem; sed ex desitione termini à quo, & successione termini ad quem in munus substantiale incompossibile cum termino à quo. Ad confit. neg. in omni conuersione reperi pro dictionem termini ad quem, ut patet in conuersione embrionis in animam rationalem, cuius creatio omnino per accidens & concomitante se habet ad conuersione, cum vi illius possit anima manere praesens embrioni, nulla conuersione facta embrionis in animam rationalem.

32.  
Centrum.

Quintò controvèrtitur, an conuersio per se importet mutationem termini ad quem. De termino à quo, non est difficultas, cum ille desinere debeat vi termini ad quem. Dixi, per se, ut excluderem mutationem per accidens, quia interdum est necessaria, non ad conuersione formaliter, sed ad defectum aliquem supplendum; sicut necessaria est aliqua mutatio in corpore Christi, ut fiat presens pani, & possit panis in illud conuerti. Affirmant omnes, qui putant, conuersione per se importare producctionem termini ad quem. Fund. impossibile est, ut terminus ad quem ex non repugnante fiat formaliter repugnans termino à quo, absque ullâ sui mutatione, cum debeat per aliquid reale, quod antea non habebat, illi repugnare.

33.  
Cōuersio im-  
portat mu-  
tationē ter-  
mini à quo.

Oppositum docent communiū, nempe conuersione per se tantum importare mutationem termini à quo, non termini ad quem: Bonanent. in 4. q. 11. p. 1. art. 1. qu. 1. in corp. & ad ult. & qu. 3. corp. S. Ioh. ibid. q. 1. art. 3. qu. 1. ad 3. Herv. in 4. dist. 11. qu. 1. ad 2. Caiet. 3. p. 9. 75. art. 4. 5. Pro solut. & exprelse Scot. quodlib. 10. 6. Ad ista, fine. Quod probabilitus est. Fundam. ad conuersione veram, sufficit, ut terminus ad quem succedit in munus termini à quo: id præstare potest, absque mutatione sui: igitur potest esse conuersio, absque mutatione termini ad quem. Minor prob. 1. posset corpus Christi in hoc sacram. succedere substantię panis in munus sustentandi accidentia, absque sui mutatione, per solam mutationem substantię & accidentium. Nec obstat, quod debeat Christi corpus per aliquam mutationem fieri praesens, antequam sustentet accidentia panis, nam hæc mutatio est per accidens ad conuersione, quia possit panis conuerti in corpus Christi in celo existens. 2. posset persona creata conuerti in increatam, absque ullâ mutatione personæ increata: ut si persona increata vñiret sibi hypostaticè naturam creatam in propria persona existentem. Ad fundam. opposit., dist. antec. impossibile est, ut terminus ad quem fiat ex non repugnante repugnans, absque mutatione sui, nego; absque mutatione aliquà, saltem illius testij, sub quo succedit, concedo, ut patet in exemplis allatis.

34.

35.

## S E C T I O N I I.

Quotuplex sit conuersio?

36.  
Cōuersio as-  
cidentia, sub-  
stantia.  
Transforma-  
tio.  
Transubsta-  
ntia.

D iuiditur t. conuersio in accidentalem, quia versatur circa terminos accidentales: ut cùm frigidum conuertitur in calidum, aut contraria, & substantialem, quia versatur inter terminos substantiales: alteram, in qua pars tantum substantię conuertitur in aliam partem substantię, ut cùm forma ligni conuertitur in formam ignis, quæ transformatio dicitur, quia versatur inter formas alte-

ram, in quā tota substantia secundum omnes suas partes conuertitur in aliam substancialē, cuius nullum potest esse in naturā exemplum; quia nullum agens naturale agere potest, nisi dependenter à materia, quia est pars substancialis compositi naturalis: ergo nullum agens naturale potest conuertere totam substancialē secundum omnes suas partes in aliam substancialē: hoc enim ipso, non penderet à materia eius actio, quam agens agendo destrueret: nam ut ab eā penderet deberet esse, quando ipsius actio esset: sed tunc materia non esset, quia via actiois destrueretur, & alia integra substantia produceretur; quia cùm non produceretur dependenter à materia, necessariō crearetur.

Vnicum huius conuersione exemplum habemus in conuersione panis & vini in corpus & sanguinem Christi; in quā tota substancialē panis & vini conuertitur in substancialē corporis & sanguinis Christi, quia à Trid. apollonim transubstantatio appellatur. Controvèrtitur autem, an ad conuersione substancialē requiratur, ut uterque terminus sit substancialis; an sufficiat, ut unus tantum sit substancialis.

37.  
Vnicum ex-  
empl.

PRIMA sent. affirmat, sufficere, ut solus terminus à quo sit substancialis. Quia conuersio dicitur potissimum ex termino à quo; & principaliter importat desitionem rei: est enim versio unius in aliud: sed terminus à quo est, qui in conuersione desinit: ergo ex desitione ipsius principaliter habet, ut sit conuersio: ergo ad conuersione substancialē sufficit, ut hic tantum sit substancialis.

38.

SECUNDA docet ad conuersione substancialē sufficere, ut solus terminus ad quem sit substancialis. Quia in omni mutatione, quod principaliter intenditur, est terminus ad quem: quem per se agens agendo intendit, sc. communicationem sui, non destructionem alterius, nisi per accidens & consecutiō. Sic ad denominandam mutationem substancialē sufficit, ut solus terminus principalis sit substancialis, cùm omnis denominatio defūmatur à priori formā.

39.

TERTIA requirit utrumque terminum substancialē ad conuersione substancialē; Quia versor est. Fund. conuersio utrumque mutationem per se requirit: est enim composita ex desitione termini à quo, & successione termini ad quem: ergo ut sit substancialis utrumque terminum postulat substancialē. sc. ut compositum dicatur simpliciter, & sit substancialē, non sat est, ut unus tantum extremū sit substancialē, sed utrumque debet esse substancialē: ergo ut cōuersio cōposita ex mutatione termini à quo, & ad quem, sit substancialis, non sufficit, ut sit unus tantum terminus, sed utrumque debet esse substancialis: quia non mindūs conuersio componit ex mutatione utriusque termini, quām cōpositum ex unione utriusque extremi.

40.  
Ad cōuersio-  
ne substancialē  
requiriuntur  
utrumque ter-  
minus sub-  
stantia.

Confit. Ex eodem habet conuersio, ut sit substancialis ex quo habet ut sit conuersio: habet ut sit cōuersio ex mutatione utriusque termini; nam, qualibet mutatione sublatā, tollitur cōuersio, & tantum remanet vel pura desitio, vel simplex productio, aut substitutio. Maior prob. per ordinem ad eadē principia essentialia desumenda est ratio specifica, per ordinem ad quā desumitur ratio generica, cùm utraque constituant essentialiter rem.

41.

Ad fundam. utriusque sent. Resp. esto, conuersio principaliter importet, vel mutationem termini à quo, vel mutationem termini ad quem, tamen ut sit substancialis, requiritur, ut utrumque termini mutatione sit substancialis, cùm ex utrumque mutatione essentialiter constituantur. Tunc denominatio rel

Quādū do-  
minatio ad  
posteriori for-  
ma.

43. **ratio rei desumenda est ex posterior forma, quando neutra forma rem essentialiter constituit.**

**Diccas**, ut homo dicatur corporeus, sufficit, ut unum tantum extremum sit corporeum: ergo ut conuersio dicatur substantialis, sufficit, ut unus tantum terminus sit substantialis. Sed neg. conseq. & retror. argu. sicut non sufficit, ut homo dicatur spiritualis, quod unum tantum extremum sit spirituale: ita nec sufficit, ut conuersio dicatur substantialis, ut unus tantum terminus sit substantialis. Et sicut compositum ex extremo spirituali & corporeo denominatur simpliciter corporeum ab extremo inferiori: ita compositum ex mutatione substantiali & accidentalis denominabitur simpliciter accidentale ex termino inferiori; nam bonum ex integrâ causâ, malum ex quocunque defectu: denominatio substantialis, sicut & spiritualis, habet rationem boni simpliciter; denominatio accidentalis, aut corporei, habet rationem boni deficiens; ergo compositum ex mutatione accidentalis & substantiali, denominabitur accidentale; sicut compositum ex extremo spirituali, & corporeo, corporeum.

**Dividitur 2. conuersio in naturalem, quæ fit virtute agentis naturalis, semper cum productione termini ad quem; (cum nullum agens naturale, unum in aliud convertere valeat, nisi producendo formam in subiecto incōpossiblem cum alia forma.) & supernaturalem; alteram quoad modum, quæ versatur circa terminos naturales, non exigentibus causis naturalibus, ut sit conuersio aquæ in vinum, virginis Maria in statuam salis.**

**Diccas**: ergo conuersio panis in corpus Christi est supernaturalis tantum quoad modum, nam etiam hec versatur inter panem & corpus Christi, qui sunt termini naturales. Sed neg. conseq. quia licet termini ipsi à quo, & ad quem sint naturales quoad entitatem; sunt tamen supernaturales quoad modum. intrinsecum desinendi & succedendi; qui dicitur supernaturalis quoad essentiam; solumque supernaturale quoad modum, dicitur illud, quod tantum ab extrinseco agente supernaturale, non exigentibus causis secundis. sit, ut instantanea mutatio aquæ in vinum, uno animæ rationalis cum corpore iam defuncto: in quibus omnia intrinsecum sunt naturalia. At in conuersione sacram. licet terminus à quo, & ad quem sint quoad entitatem naturales, uterque tamen quoad aliquid intrinsecum conuersioni, est supernaturalis: nam corpus Christi est supernaturale in modo succedendi sub accidentibus panis, sub quibus succedit ad instar spiritus indivisibiliter, & per unionem sustentatiuam supernaturale. & in munus substantiale panis: ad quæ omnia Christi corpus non habet potentiam naturalem, sed obedient. Panis etiam desitio est intrinsecè supernaturalis hoc ipso; quod sit exterminio ad quem supernaturaliter succedente, nam conuersio essentialiter impotrat successionem termini ad quem, vi cuius convertiscit.

**47. Conuersio supernaturalis quoad essentiam.** Altera est supernaturalis quoad essentiam: quæ dividitur in substantiale, & est conuersio substantialis in substantiam, ut panis in corpus Christi, persona creata in incretam: & accidentale, quæ est conuersio unius accidentis supernaturale, in aliud, ut conuersio habitus fidei in habitum gloriae; conuersio actus fidei in actum visionis beatæ, quæ saltem naturaliter pugnant in eodem subiecto.

**48. Implicat substantialis inter terminos supernaturales.** Ceterum nota non posse dati conuersione substanciali, quæ versetur inter utrumque terminum supernaturale, quoad entitatem. Quia non est possibilis substantialia, aut persona supernaturale, quæ con-

verti possit in personam supernaturale, incretam; licet uturales quod possit dari conuersio substantialis, quæ versetur inter virumque terminum supernaturale, quoad intrinsecum modum succedendi & desinendi, ut supra.

**Potes.** An conuersio actus naturalis in supernaturalem, vel contraria, dicenda sit naturalis, an supernaturale. Ut cum voluntas ex odio Dei convertiscit in amorem, vel contraria, ex amore in odium eiusdem. Resp. prior conuersio est supernaturalis: 1. quia fit ab agente supernaturale concurrente creatura obedientialiter. 2. et si actus odij sit naturalis, eius tamen desitio est supernaturale, quia non desinit per puram suspensionem concursus potentie vitalis, quo pacto esset naturalis, sed per productionem amoris supernaturale, quo pacto desitio odij est supernaturale, quia ut sic connotat actionem supernaturale, vi cuius desinit.

**Posterior vero est naturalis**, 1. quia fit viribus naturali; 2. et si actus, qui desinit, sit supernaturale, tamen quia desitio proximè desumitur ex ordinè ad terminum ad quem, vi cuius formaliter desinit, si hic naturaliter producitur, naturaliterque opponitur termino à quo, esto ille sit quoad entitatem supernaturalis, eius tamen desitio erit naturalis.

**Diccas**: ergo etiam quando terminus à quo est accidentis, si desinat vi termini ad quem substantialis, desitio erit substantialis. Sed neg. conseq. quia potest desitio termini à quo denominari supernaturalis non solum ex entitate supernaturale, desinente, sed etiam ex modo definendi: sicut potest productio termini ad quem denominari supernaturalis non solum ex entitate effectus producti, sed etiam ex modo productionis: at non potest desitio accidentis denominari substantialis ex modo tantum desinendi: sicut nec potest ipsius productio denominari substantialis ex modo tantum productionis. Non enim dicitur productio substantialis productio accidentis independenter à subiecto: ergo nec dicerur desitio substantialis, desitio accidentis vi productionis substantialis; nam tam productio, quam desitio denominatur accidentalis, vel substantialis ex sola entitate producta, vel destructa.

**Deducitur 1. conuersio componitur ex duplice mutatione; ex desitione termini à quo, & productione seu successione termini ad quem; utraque mutatio procedit ex termino à quo in terminum ad quem; desitio ab esse termini à quo ad non esse termini à quo; productio vel successio contraria non esse termini ad quem ad esse termini ad quem, vel à non substitutione in aliquod munus in substitutionem in aliquod munus. 2. Infertur, ut conuersio simpliciter dicatur mutatio, non esse necessarium, ut ex parte utriusque termini sit vera & propria mutatio, sed sat esse, ut tantum ex parte unius termini, nempe à parte termini à quo, qui desinit, sit vera & propria mutatio; ex parte termini ad quem, sufficit, ut tantum substituatur in aliquod munus loco termini à quo, quod fieri potest absque mutatione sui, sola mutatione termini à quo, ut probatum est.**

### SECTO III.

**An hæc sacramentalis actio sit vera conuersio, & quis sit formalis terminus ad quem?**

**C**atholici conueniunt, hanc esse veram conuersionem, cum id Concilia cit. præsertim Trident. definiant; & omnia in hac facta conuersione reperi, quæ sunt de ratione conuersionis substantialis ut sic, cum nequeat salutari vera species, nisi includat omnia, quæ ad genus spectant; & genus

49. **Conuersio vobis in ex odio Dei in amore supernaturale.**

50. **Conuersio a Dei amore Dei in odio naturalis.**

52. **Conuersio ex duplice mutatione.**

53. **Vt dicitur mutatio. sufficit ex parte termini à quo mutatio.**

54. **An qua ad veram conuersio omnis reperiatur in sacra conuersione.**

& genus essentialiter includatur in specie; & hæc conuersio sit species ad conuerzionem substantiam vel sic, de quâ præmisi scitu necessaria.

Quare controversia non est, an hæc sit vera conuersio substantialis, sed, an sint vera ea, quæ i. scđ. iudicata sunt essentialia conuersioni substantiali vel sic: Porro cardo versatur, in assignando formaliter termino ad quem huius sacræ conuersionis: nam de termino à quo, omnes conueniunt, illum esse rotam substantiam panis & vini; medium vero verique termino commune, esse eiusdem panis & vini accidentia, sub quibus succedit corpus & sanguis Christi. Conueniunt etiam de termino ad quem materiali, qui est ipsum corpus & sanguis Christi, aliquo modo incompossibilia cum substantia panis & vini.

PRIMA sent. affirmat, esse corpus Christi, quatenus ex virtute & significatione verborum sacram. pugnat cum substantia panis: Vsq. 3. p. 30. Fundam. corpus Christi, ut formalis terminus ad quem, opponi debet termino à quo, eumque formaliter expellere: ex essentiâ conuersionis supræ: nequit autem illi opponi eumque formaliter expellere ex naturâ sua; ergo ex veritate & significatione verborum: expellit autem illum veritate & significatione verborum, quatenus nequeunt verba, virtute quotum Christi corpus ponitur in hoc sacramento, verificari, nisi ad positionem ipsius desinat substantia panis. Minor pater: Corpus Christi nullam habet ex se cum substantia panis oppositionem: nam præsentiam sacram. quam nunc habet ad species sacram. habere potuisse cum substantia panis. Conseq. prob. cùm non sit aliis facilior modus, & hic ad veram conuersionem sufficiat, non est aliis difficilior adstrudendus. Quod sufficiat, prob. Tridentinum transubstantiationem panis in corpus, & vini in sanguinem Christi colligit ex veritate verborum, s. 13. cap. 4. Quoniam autem Christus Redemptor noster corpus suum id, quod sub specie panis offerebat, verè esse dixit, ideo persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, idq. nunc denud sancta Synodus declarat, per consecrationem panis & vini, conuersionem fieri totius substantia panis in substantiam corporis, & totius substantia vini in substantiam sanguinis Christi &c. Ic. cùm verba practice significant id, quod erat panis, esse corpus Christi, ut hæc sint practice vera, necessariò requiriunt, ut ad præsentiam corporis Christi desinat substantia panis; cùm non possint, manente substantia panis, verba hæc: Hoc est corpus meum, esse vera, ut supræ. vnde sicut agens naturale, iudicendo formam in subiectum, conuertit formam præcedentem subsequentem: ita sacerdos, constituendo vi verbotum sacramentalium corpus Christi sub accidentibus panis, conuertit substantiam panis in corpus Christi; nisi quod illud physicè formam, hic moraliter Christi corpus sub speciebus panis producit.

Variè hanc Vsq. sent. impugnant recentiores: alij ex eo, quod non saluat naturam veræ conuersionis, quæ postulat, ut ab intrinseco habeat omnia requisita; hæc autem Vsq. conuersio tantum ab extrinsecâ veritate verborum habet, ut opponatur substantia panis: ergo. Sed contrâ: esto non saluat naturam physicæ conuersionis, saluat naturam moralis, quod sufficit ad denominationem realis: nam causa moralis, est vera realis; ad illam sufficit, si habeat omnia requisita intrinsecè moraliter & denominatiæ, ut habet corpus Christi significatum per verba consecrationis; sc. moralem incompossibilitatem cum substantia panis, postulans esse id,

quod erat panis; proinde postulat, ut desinat substantia panis, cùm non possit simul perseverare.

Alij impugnant ex eo, quod corpus Christi, ut significatum per verba consecrationis, opponitur substantia panis tantum in actu i. nam significatio verborum, non est actualis positio, sed principium, à quo procedit actualis positio corporis, cùm significatio in sacram. sit ratio, per quam constituitur in actu i. operatus, non actualis operatio sacram. Sed contrâ: esto, significatio sit ratio constitutens in actu i. operativa gratia: est tamen in corpore Christi hæc significatio, formalis ratio, quâ ipsum constituitur oppositum substantia panis; moraliter postulans, actu subesse accidentibus panis, destruktâ substantia panis. Ratio, respectu gratia, significatio sacram. Se habet ut principium effectuum, sive physicum, sive morale; respectu conuersionis panis, moraliter constituens corpus ut expulsuum substantia panis: quod sufficit, ut expulsio panis moraliter causata à corpore, ut significato per verba sacram. verè sit moralis conuersio panis in corpus Christi. Ita corpus Christi, ut physicè unitum cum accidentibus panis, constituitur physicè incompossibile cum substantia panis; proinde expulsio panis facta vi corporis physicè uniti cum accidentibus panis, verè est physica conuersio panis in corpus Christi.

Ratio igitur, quâ prædicta sent. impugnatur, est: non saluat naturam conuersionis iuxta connaturaliorem modum, quem exigit; sc. ut non moraliter, sed physicè causetur à termino ad quem; iuxta quem modum cetera supernaturalia operatur: sc. conuersio est operatio, quâ unus terminus per incompossibilitatem expellit alium, eumque in seipsum conuertit, per introductionem sui sub aliquo, quod fuit præcedentis termini: At hæc connaturalius saluantur, per physicam, quam per moralem incompossibilitatem termini ad quem cum termino à quo: connaturalius enim est, ut terminus ad quem per intrinsecam formam, quam per extrinsecam tantum denominationem opponatur, & expellat terminum à quo. Ratio: conuersio est de-silio termini à quo in terminum ad quem, vi causalitatis formalis, aut materialis, vel quasi formalis, aut materialis ipsius termini ad quem: hæc causat per immediatam exhibitionem sui: igitur quod ratio, per quam causant, est illis intimir, cd causalitas est connaturalior. At forma physica est magis intrinseca rei, quam moralis, extrinsecè de-nominans. ergo. Confir. propter hunc connatura-liorem modum agnoscunt PP. & Theologi, omnem conuersionem hactenus à Deo supernaturaliter factam, esse per physicam, & non tantum per moralem incompossibilitatem termini ad quem cum termino à quo, ut conuersio uxoris Loth in statuam salis; conuersio aquæ in vinum in Canâ Galileæ: nec ratio est, cur illas potius, quam hanc, physicè Deus operatus sit. Dic s. Connaturalior modus causandi est, ut sacramenta physicè, quam moraliter gratiam causent; cum priori modo, per intrinsecam formam, posteriori per ex-trinsecam dumtaxat denominationem causent: & tamen in nostra sent. non physicè, sed moraliter tantum gratiam causant. Resp. neg. maior nam connaturalior modus causandi nostrorum sacram. est, ut moraliter, non physicè gratiam causent: i. quia causant ut instrumenta Passionis Christi, quam moraliter gratiam causat: instrumentum autem eo connaturalius causat, quod in modo causandi magis imitatur principalem causam, virtute cuius opera-tur. 2. causant ut actiones humanæ à Christo sub-stitutas

fitur vice suarum actionum, quæ moraliter tantum gratiam causabant. Ad prob. sacramenta non per formam dumtaxat extrinsecam moraliter causant gratiam, sed per formam intrinsecam, mouendo Deum ad illam conferendam, per intrinsecam bonitatem, quam inchoatè saltem habent, per ordinem ad obiectum honestum, quod implicitè saltem intendere debet minister, ut disp. 4. sect. 11.

Infertur, conuersionem physicam respectu moralis conuersionis, non modo esse magis connaturalē, sed etiam magis propriam: nam illa conuersione est magis propria, quæ magis accedit ad causalitatem formalem, vel materialem, quæ est per intrinsecamentitatem rei informantis, aut substantiatis, vi cuius informationis, aut sustentationis expellitur terminus à quo. Ex quo etiam sequitur, magis propriè sacramenta esse reales causas gratiarum, etiam si sunt tantum morales, quam moralē conuersionem panis in corpus Christi per veritatem verborum: nam illa sunt morales cause per intrinsecam aliquam honestatem, hæc tantum per extrinsecam repugnantiam, prouenientem ex sola extrinseca significatione verborum.

Ad fundam. *Vasq.* neg. conseq. Ad prob. infra. Ad Concil. Resp. illud non tam ex veritate verborum collegise conuersionem panis & vini in corpus & sanguinem Christi, quam ex connaturaliori modo, quo supponitur hoc mysterium à Deo peractum; sc. ut supposito, quodd ad veritatem verborum nequeat substantia panis simul cum corpore Christi sub iisdem accidentibus manere, physicè expellatur ab ipso: nam hoc connaturalius saluat incompossibilitatem corporis Christi cum substantia panis, quam verba sacram. exprimunt.

**SACUNDA** sent. affirmat, terminum ad quem formalem huius sacræ conuersionis, esse praesentiam corporis Christi, sive corpus Christi ut praesens speciebus panis: *Sots* quodlib. 10. §. *Contra ista,* & in 4. dist. 10. qu. 1. §. *Quantum ergo,* & dist. 11. qu. 3. §. *Quantum ergo,* *Palud.* qu. 2. fine. & q. 3. art. 2. ad 2. *Rub.* qu. 1. art. 3. *Ocham* q. 6. ad 1. dub. *Mars.* q. 8. art. 2. *Concl.* 8. Fundam. cum corpus Christi praexistat secundum totum suum esse substantiale, non videtur, quoniam aliud esse sub speciebus sacram. acquirere possit, quam esse praesentia.

Sed contraria: hæc opinio non saluat substantiam conuersionem, quæ requirit utrumque terminum formalem à quo, & ad quem substantiam.

Dicentes sufficit, ut sit substantialis terminus materialis. Sed contraria: quod specificat non est terminus materialis, sed formalis. 2. non saluat formalis oppositionem, quam terminus ad quem habere debet cum termino à quo: nam per praesentiam sacram. corpus Christi non opponitur substantia panis; quia posset cum eadem praesentiæ sc. definitiæ & indivisiibili, manere cum substantia panis, eiusque circumscriptiæ & diuisibili perspectiæ. Ad fundamentum infra.

**TERTIA** formalem terminum ad quem huius conuersionis assignat habitudinem corporis Christi ad substantiam panis, ut in ipsum transsubstantietur: *Mayro.* in 4. dist. 11. qu. 13. fine. Sed contraria: cum hic ordo nihil ponat in corpore Christi, ratione cuius fiat formaliter incompossibile cum substantia panis; non poterit per hunc esse terminus formalis conuersionis. Nisi forte dicatur, hoc ipso quod corpus Christi assumitur à Deo, ut terminus ad quem transsubstantiationis panis in ipsum, eleuati per potentiam obedient. ad formalem repugnantiam cum illo. Sed contraria: vel hæc repugnatio distinguitur à corpore Christi, & explicandum

est, quid illa sit: vel non distingueatur: & impossibile est, ut illud per eleuationem acquirat, cum nequeat per eleuationem acquirere aliquid a se individualiter; neque eleuatio mutet intrinsecam naturam rei, nec quæ intrinsecè identificantur cum re ipsa.

**QUARTA** docet, terminum ad quem formalem huius sacræ conuersionis, esse corpus Christi secundum est substantiale, non quod de facto accipit, sed quod acciperet virtute verborum. si non existeret: *Sots* in 4. dist. 9. quæst. 2. art. 4. 1. *Alier.*

Sed contraria: hæc sent. non assignat terminum ad quem actu, sed potentiam; conuersio autem cum sit actualis, requirit terminum ad quem actu. Nam sicut implicat, esse actionem actu, & non esse terminum actu; ita esse conuersionem actu, & non esse terminum actu, præsertim cum in hac sent. conuersio formaliter consistat in actione. sc. si terminis. Christi corpus de facto vi verborum sacram. non accipit esse substantiale, sed acciperet, si non existeret, non est terminus ad quem actu; nam sit terminus ad quem actu formaliter per acceptiōem esse substantialis actu, non potentiam tantum.

**QUINTA** docet, terminum formalem esse corpus Christi secundum esse substantiale; quatenus vi verborum nouo modo conservatur sub speciebus sacram. ut repugnans substantia panis. Unicum fundam. conuersio formaliter est actio: ergo conuersio substancialis, qualis est hæc, est actio substancialis: cum igitur nequeat actio substancialis terminari ad nouum esse substancialis corporis Christi, saltem erit actio substancialis ad idem esse substancialis præexistens. Hæc sent. communior inter Recentiores, quam docuit *Gabri.* in 4. d. 11. quæst. 1. dubit. 2. Tres modi explicandi ipsam sunt.

Primus, ut eadem actione conservatiua, quam corpus Christi secundum esse substancialis conteruatur à solo Deo, conservetur etiam à formâ consecrationis cum repugnantia ad substantiam panis. Sed contraria: sacramenta non sunt physica, sed moralia instrumenta: & sanè verba consecratoria, cum sint entia successiva, implicat assimi ad producendum, vel conservandum effectum individualiter, ut dist. 6. sect. 1. imdē esto, hoc sit possibile, est tamen superfluum; cum debeat, cessantibus verbis, cessare actio dependens à verbis; superflue non. poneretur talis actio, unico tantum instanti dependens à verbis: maximè, quia implicat actionem unius cause fieri actionem alterius: cum actio sit actualis respectus ad agens: deum, non apparet, quomodo per nouam dependentiam à verbis sacram. talis actio fiat repugnans cum substantia panis. Ad fundam. negatur, de ratione conuersionis esse actionem, ut sent. 1.

Secundus modus est, ut corpus Christi distincta actione substanciali adæquatè accipiat idem esse substancialis, nouo modo sub speciebus, vicinus productionis produceretur ex nihilo, si non existeret: quia tamen supponitur existere, non dicitur ut huius actionis simpliciter produci, sed conservari, quia productio est ad prius esse simpliciter, non connotata præexistentiæ eiusdem rei.

Probant 1: quia Patres docent, corpus Christi in hoc sacram. effici, confici, creari: nam teneat hæc actio non differt à creatione, nisi per extrinsecam connotationem termini à quo. Vnde S: T. o. 3. p. qu. 75. art. 8. illam comparat creationi. 3. Transubstantiatio est actio substancialis, non ratione termini à quo, qui corruptitur, sed ratione termini ad quem: non potest autem esse substancialis, nisi attingat ipsam substanciali; actio enim dicitur substancialis à termino quem formaliiter

3. attingit. 3. Verba sacram. ex Floren. & Trinden. efficiunt, quod significant: significant substantiam corporis Christi sub speciebus panis ergo illam efficiunt. 4. Vnquamque res perit conseruati actione proportionata modo essendi, sub quo constituitur: sed corpus Christi constitutus sub speciebus modo supernat. diuerso à modo essendi naturali, sub quo est in celo: ergo perit conseruari actione supernat. distincta ab actione, quā conservatur in celo. Major prob. idē accidens postulat conseruari diuersā actione extra, ac in subiecto, quia constituitur sub modo essendi diuerso in, ac extra subiectū. 5. Ex alijs conuerionibus supernat. rechè colligimus substantialem productionem termini ad quem, vt ex conuersione aquæ in vinum, substantialem productionem vini; ex conuersione vxoris Loch in salē, substantialem productionem salis: ergo ex conuersione panis in corpus Christi, rechè arguimus substantialem productionem corporis Christi, alioquin omnia saluari possent per solam transmutationem termini.

77. Contra militant omnia argum. contra primum modum facta, excepto penult. præsertim illud, quod per hanc actionem non sit corpus Christi formaliter incompossibile cum substantia panis. Vnde ad 1. cū Patres dicunt, corpus effici, creari, intelligendi sunt non de actione, quæ necessaria est ad conuersionem formaliter, sed quæ ab ea in hoc sacramento necessariò præsupponitur, de qua scilicet seq. Ad 2. nego minor. vt enim actio sit substancialis, sufficit, vt terminetur ad substantiam aliquā ratione substanciali, quam ex vi talis actionis deber de nouo exercere. Ad 3. sufficit, vt verba attingant corpus aliquā ratione substanciali. Ad 4. Vera est maior, quando essendi modus supernat. mutat rem substancialiter intrinsecè; quia tunc sicut variatur esse substancialiter intrinsecum, ita & eius actio: at corpus Christi, vt constituitur in hoc sacram. variatur solùm quoad esse substanciales in ordine ad nouum munus sustentandi accidentia. Ad prob. idē accidens extra subiectū postulat conseruari diue rsā actione, quia supplendus est concursus sustentatiuus subiecti, qui terminabator ad esse ipsius accidentis; at in corpore Christi existente sub accidentibus nullus concursus supplendus est spectans ad ipsius esse. Ad 5. nego conseq. nam aliæ conuersiones sunt tantum formales, in quibus subiectū mutatur ex una forma substanciali in aliam: non potest autem connaturaliter forma materialis ex una materia in aliam transferri, tum propter dependentiam à propriā; tum ne materia, ex quā forma migrat, maneat priuata omni formā; in hāc autem tota substantia conuertitur in aliam integrā substancialē.

51. Tertius modus est aliquorum Recen. qui aiunt, terminum formalem ad quem in hac sacrā conuersione, esse corpus Christi, quatenus nouā actione substanciali accipit, esse substancialē ex pane, vt ex termino à quo: quæ actio duo essentialiter inuoluit, unum est terminari ab substantiam corporis, alterum exigere, vt eodem instanti corpus eleuetur ad sustentanda actiū accidentia panis: quæ duo ita sunt in hāc actione connexa, vt implicet 1. absque 2. idque non ex voluntate extrinsecā Dei, sed ex naturā actionis, quæ hoc ipso quod est actio dans, esse corpori Christi ex pane vt ex termino à quo, essentialiter erigit, vt idem corpus accipiens esse ex pane eodem instanti eleuetur ad sustentanda actiū accidentia panis, sine quā actiū sustentatione non esset hāc actio sufficiens ad dandum esse corpori Christi ex pane, vt ex termino à quo, argue-

adē nec esset simpliciter, cūm non det illi esse, nisi dependenter à pane: sicut quia eductio non dat esse educto, nisi dependenter à subiecto, non potest dare illi esse simpliciter, nisi dependenter ab vnione cum subiecto: vnde sine vnione non potest conseruari eductio. Differt hic modus à præcedenti, quod præcedens non ponit intrinsecam connexiōnem inter actionem productiuam corporis, & actiūam sustentationem accidentium, sed tantum extrinsecam ex voluntate Dei: vnde iuxta præcedentem posset manere actio productiuā corporis, absque actione sustentatiuā accidentium. Fundam. hic propriissimè saluat omnia, quæ sunt de ratione substantialis conuersionis: 1. actionem substancialē; 2. formalem oppositionem cum substantia panis vt cum termino à quo, per actiūam sustentationem accidentium panis, quā positā, accidentia naturaliter desinunt sustentari à propriā substanciali, cūm nequeat naturaliter idem accidens adæquate sustentari à duplice subiecto; & panis naturaliter petit corrupti, cūm nulla substantia petat esse, nisi in ordine ad operationem, per sua accidentia, vt per proprias potentias: ijs ergo amissis, non amplius petit naturaliter esse.

Sed cōtrā 1. non appetet, quo pacto actio terminata ad corpus Christi essentialiter pendaat ab actiūa sustentatione accidentium; nam actio adæquate suum esse habet ab agente & termino, vel subiecto, in quo mediante termino recipitur: ab hāc autem actiūa sustentatione, cūm ea recipiatur in accidentibus, nequit productiuā actio corporis Christi pendere: neque ab accidentibus vt à termino; quia de ratione actionis non est pendere à termino extrinseco, sed solūm ab intrinseco, & subiecto, in quo ipsius terminus recipitur.

2. Nulla causa potest in suo esse pendere à sua actione: ergo non potest corpus Christi, sub accidentibus panis existens, pendere à suā actione sustentatiuā accidentium. Antec. patet: causa debet naturā prius supponi existens, antequam agat; alioqui ageret, antequam fieret, adeoque antequam haberet virtutem agendi, quæ causæ existentiam supponit. Conseq. prob. per aduers. corpus Christi habet esse sub accidentibus vi actionis conuersus: ergo nequit secundūm hoc esse pendere à suā actione sustentatiuā accidentium. Nequit enim corpus Christi quoad esse, per creationē primō acceptum, pendere à sua actione: ergo neque quoad esse, per conuersionem sub accidentibus Euchar. primō acceptum, à suā actione sustentatiuā accidentium: non enim sustentaret actiū accidentia secundūm esse quod habet in celo, sed quod habet in altari: ita, vt in altari agat, debet supponi prius naturā independens in suo esse & virtute agendi: alioqui in altari ageret, antequam in altari fieret, & haberet virtutem agendi. Confir. Implicat, formam materialē eodem instanti, quo educitur, eleuari ad producendam vnionem sui cum subiecto: ergo implicat, in hac sent. corpus Christi in eodem instanti, quo accipit esse per conuersiōnem eleuari ad producendam sustentationem accidentium. Antec. prob. sine vnione cum subiecto forma materialis non est completa in esse: ergo implicat, ante illam operari, alioqui operaretur, antequam completa esset. Conseq. prob. eodem modo in hac sent. corpus Christi vt terminus conuersionis pender ab actiūa sustentatione accidentium, sicut forma materialis ab vnione cum subiecto.

SEXTA quorundam recen. terminum ad quem formalem huius conuersionis esse modum, vi conuersonis de nouo in corpore Christi productum: quem

Contra.

quem alij aiunt esse accidentalem, alij substantialē. Sed contrā; nequit explicari, quid modus iste sit: aut enim est præsentia sacram. & iam incidit in 2. sent. impugnatam; aut vno corporis Christi cum accidentibus; & hæc cùm sit accidentalis, sufficiens non est ad formalem terminum conuersationis substantialis.

**SEPTIMA Valent.** 3. p. disp. 8. q. 3. pu. 3. esse substantialē habitudinem corporis Christi ad accidentia panis; quam vocat coniunctionem primam erga accidentia; duo enim munera substantialia distinguit in substantiā erga sua accidentia, 1. est intima coniunctio, quā se primò cum suis accidentibus coniungit. 2. esse subiectum in hæsiūm & sustentatiūm eorumdem. Dicitur prima, quia prius substantialia coniungitur cum suis accidentibus, quam illa inherenter suscipiat, imo prius quam fiat loco præsens. Docet igitur, corpus Christi succedere substantiæ panis in hoc prius munus; quod cùm sit substantialē, verè & propriè dicitur esse terminus substantialis. Sed contrā: non est intelligibilis hæc prima coniunctio substantiæ cum accidentibus, vt distincta ab unione sustentatiū corundem, & locali præsentia eiusdem: nam his tantum positis, & omni alio circumscripto, sufficienter intelligitur substantia suum munus substantialē erga accidentia exercere. 2. non videtur, quo pæcto vi huius solius intime coniunctionis cum accidentibus, præcisâ unione, corpus Christi formaliter opponatur substantiæ panis; nam per eam nihil causat in accidentibus; nequit autem corpus formaliter opponi substantiæ panis, nisi causando aliquid, ad cuius causationem sequatur expulsio panis.

**OCTAVA Palatij in 4. dist. 1. disp. 1. post. 2. concl. Albertini in prædic. quantit. & ubi Corol. 3. dub. 6. esse corpus Christi vt esse & iuvare sustentans accidentia panis: docent enim, quamlibet substantiam creatam duplex causalitatis genus exercere erga propria accidentia, materialis & efficientis; corpus Christi succedit substantiæ panis in munus 1. non in 2. quod imperfectionem importat. Quoniam vero hæc actio sustentandi accidentia est accidentalis, docet Albertinus, terminum formalem transubstantiationis esse corpus Christi vt sustentans in actu 1. per potentiam obedient. quæ est substantialis creaturæ: utque ex vi huius actionis sustentatiūm sit perfectè in actu 1. supponit desitionem panis vt conditionem, sine qua non posset exire in actu 2. sustentandi. Sed contrā 1. falsum est, desitionem panis præsupponi ad corpus Christi in actu 1. constitutum ad sustentandas species; nam desitio panis consequitur ad desitionem unionis panis cum accidentibus; & hæc desitio ad actionem, quæ corpus Christi agit sustentans accidentia, sicut corruptio ad productionem: at nullus effusus supponitur ad constitutionem lux causa: ergo multo minus id, quod consequitur ad talem effectum. 2. hæc actio non necessariò dicit Corpus Christi substantialiter præsens accidentibus, cùm sit ab illo efficienter, & effectio possit fieri ab efficiente loco distante, ita existens in cœlo posset efficienter sustentare accidentia panis existentia in terris. At transubstantatio formaliter importat tertium ad quem substantialiter præsentem sub accidentibus termini à quo. Nec satisfacit Palatius dicens, corpus Christi non solum succedere substantiæ panis in actu sustentatione accidentium, sed etiam in existentiâ substanciali; nam hæc non colligitur ex vi conuersationis panis, vt ab aduersoribus, seu ex effectu sustentatione accidentium,**

cùm tamen in hoc sacram. talis conuersio sit asserta, vi cuius colligatur substantialis existentia corporis cum accidentibus. 3. Sequeretur, quod hoc modo etiam Deus posset esse terminus huius conuersationis; quia etiam Deus vt causa particularis posset sustentare accidentia panis, illisque per suam substancialē existentiam fieri præsens, quod tamen aduersarij non admittunt. 4. vi huius actionis corpus Christi opponitur tantum efficienter substantiæ panis: formaliter autem solum opponitur formalis sustentatio, quia hæc tantum expellit formaliter substancialam panis: nam ex vi huius actionis corpus Christi non necessario fit præsens & indistans à substanciali panis, quod ad formalem oppositionem requiritur. Recentiores ponentes, præter actiua sustentationē accidentium à corpore Christi, alligationē corporis cum accidentibus Euchar. quæ per virtutem diuinitū sibi communicatam Christi corpus secum trahunt; sc. extrinsecum decretum Dei, quo statuit concurrere cum speciebus ad trahendum Christi corpus quandocumque opus fuerit, non satisfaciunt: hic enim modus nō lauit naturā physicæ conuersationis, quam contra Vasquez docent: hæc enim postulat, vt per formam intrinsecam alliger terminum ad quem sub aliquo, quod fuit termini à quo; cùm physica substituat terminū ad quem sub aliquo, quod fuit termini à quo, igitur per intrinsecam naturam actionis conuersationis aliqui quod est proprium & formale conuersationis, nō esset ab ipsa, sed ab extrinseco decreto Dei; nec esset physica, sed mortalis conuersio, quod negant ij, contra quos disputo.

Norandum, aliud esse, querere, quæ, qualesve mutationes de facto necessariæ sint ad hanc conuersationem Sacram. aliud, quæ inter omnes mutationes, quæ hic interueniunt, formalem propriè rationem conuersationis habeat, quicquid eius terminus formalis ad quem per se sit: hoc hæc sezt. solum inquirito; infra de reliquis mutationibus, quæ per accidens & concomitante ad eam requiruntur.

Dico: terminus formalis per se huius sacrae conuersationis, est corpus & sanguis Christi, per se ipsum Modus autem immediate succedens substantiæ panis & vini in munus sustentandi vt subiectum primum accidentia panis & vini, non efficiens, sed materialiter præcisa imperfectione inherentiæ. Modum hunc indicant Aureol. in 4. dist. 11. q. 1. a. 3. Capreol. dist. 10. q. 3. a. 3 ad argu Scoticon. 2. Concl. Sotius dist. 9. q. 2. a. 4. q. 5. Igitur, illum docuit Bellar. 1. 3. de Euchar. c. 18. q. Ex his, sc. per hanc conuersationem corpus Christi fieri sub speciebus panis, etiam per unionem, qualis erat inter substantiam & accidentia panis, excepta inherentiæ. Etenim duo præstabant substantia panis erga sua accidentia: 1. Sustentabat illa immediate per se ipsam vt subiectum primum; seu causabat in genere subiecti vt primi sustentantis: 2. informabatur ab illis; seu causabatur in genere causæ formalis: corpus Christi succedit substantiæ panis nō in secundum munus, quod imperfectionem inuoluit, importatque potius causari ab accidentibus, quam causare; sed in primum, quod perfectionem dicit, vt constat de persona Verbi, quæ se ipsa immediate sustentat dependentiam naturæ humanae ad se, importatque formaliter causare in genere causæ seu termini sustentantis, quod præcisa informatione seu inherentiæ formæ sustentatæ, perfectionem dicit, quia dicit dare, & non recipere esse.

Primom, sc. posse Christi corpus succedere substantiæ panis in munus sustentandi accidentia, vt subiectum primum, absque inherentiæ & informatione

Christi cor-  
pore su-  
perdicit  
substantia  
per di-  
mum su-  
perdicit  
accidentia,  
ut subiectum  
primum,  
absque in-  
barentia.

matione accidentium, sic probo: i) Possibilis est vnio, quâ accidentia sustentantur à substantia, & non informant illam: ergo possibile est &c. accidentia enim non inhærent substantiæ per vñionem, quâ sustentantur, sed quâ informant: vt constat de vñione hypost. quæ et si se ipsa immediatè sustentetur à Verbo, non inhæret Verbo, sed humanitatem. Ratio: inhætere, est intrinsecè afficere: ergo illi tantum subiecto accidentis inhæret, quod intrinsecè afficit: per vñionem purè sustentatiuum accidens non intrinsecè afficit subiectum: igitur per eam nec inhæret subiecto. Antec. prob. possibilis est vnio, quæ tantum subiectetur in uno, & terminetur ad aliud extrellum, vt vñio hypost. sed per eam vñionem accidens sustentatur, & non informant; vt enim forma informet & inhæret subiecto, debet intrinsecè afficere illud; vñio hypost. non informat nec inhæret Verbo, quia non intrinsecè afficit illud: sed per vñionem purè sustentatiuum forma non afficit intrinsecè subiectum: patet, quia non potest forma magis intrinsecè afficere subiectum, quâ afficiat vñio ipsius, mediante quâ attingit subiectum: ergo si vñio purè sustentatiua non afficit intrinsecè subiectum, neque forma per eam vñionem vñita afficit intrinsecè subiectum. Confirm. Intimius vñio attingit subiectum, quâ forma vñita; sc. vñio se ipsa, forma mediante vñione: sed vñio purè sustentatiua seu terminatiua non informat vel inhæret extremo, ad quod terminatur, vt constat de vñione hypost. ergo nec forma per eam vñionem vñita informabit, vel inhæret extremo, ad quod terminatur. Quid autem per vñionem purè sustentatiuum accidens sustentetur in suo esse à subiecto, patet in vñione hypost. quæ non solum suum esse in genere causæ sustentatiuum accipit ab humanitate, cui inhæret, sed etiam à Verbo, ad quod solum terminatur. 2. Cùm corpus Christi sit in hoc sacram. ad instar spiritus indivisiibiliter, non est capax effectus formalis accidentium materialium: nam, vt hæc tribuant effectum formalem, supponere debent subiectum diuisibile.

97.  
Confirm.78.  
Alio ratio.99.  
Modus hic  
saluat que  
de ratione  
conuerionis  
substant.

100.

Quid hic modus melius saluet quæ sunt de ratione conuerionis substancialis, ostendo: hic modus saluat 1. quo pacto hæc conuersio sit vera substancialis; nam, vt ex 1. scilicet. constat. ad connexionem substancialem sufficit, vt una substantia succedat alteri in munus substanciali: sed in hâc sent. substantia corporis Christi succedit substantia panis in munus substanciali: sc. esse subiectum primum sustentatiuum accidentium, est munus proprium substantiæ incomunicabile accidenti.

Porrò vt munus sit substanciali necessæ non est, vt immediatè exerceatur circa substantiam, sed sufficit, vt non possit exerceri nisi à substantia: sicut è contrario, vt munus sit accidentale, necessæ non est, vt exerceatur circa accidens, cùm etiam substantia exercere possit munus accidentale circa aliam substantiam, vt cùm una substantia succedit alteri in loco. Ratio: tunc munus dicitur proprium alicuius, quando ab alio, quâ ab ipso exerceri non potest. Maior: prob. sustentare vt subiectum primum accidentia, est nullum in sustentando presupponere subiectum; hoc autem est proprium substantiæ, quæ ita sustentat sua accidentia, vt nullum ipsa, ne aptitudinaliter quidem supponat subiectum. à quo sustentatur, vel egeat sustentari. Vnum autem accidens, et si sustentare possit aliud accidens, haud tamen illud sustentare potest vt subiectum primum; cùm omne accidens

supponat substantiam, saltæ aptitudinaliter, & quâ eget sustentari; proinde nequit sustentare vt subiectum primum. Dices 1. ergo saltæ forma materialis non sustentat accidentia vt subiectum primum, cum ipsa supponat materialiæ vt primum subiectum, à quo sustentatur. Sed neg. conseq. forma n. materialis substancialis supponit subiectum rationis diuersæ, ac ipsa est subiectum suorum accidentium: sc. supponit subiectum compositionis substancialis: respeccu accidentium est subiectum purè sustentatiuum, & compositionis duntaxat accidentialis; in quo genere forma materialis, & quævis substantia est primum subiectum respectu suorum accidentium. Instabis. Eodem modo dici poterit, accidens esse primum subiectum respectu alterius accidentis in suo genere. Sed contra; cùm accidens nequeat esse subiectum compositionis substancialis, sed tantum accidentalis respectu alterius accidentis, non poterit esse primum in aliquo ordine diverso ab eo, quo est ipsa substantia respectu accidentium. Dices 2. Substantia sustentat accidentia mediæ potentiarum sustentatiuum: ergo non sustentat vt subiectum primum. Resp. nego, substantiam sustentare accidentia mediæ potentiarum sustentatiuum, ne metaphysicè quidem distingua se ipsa: potentia enim sustentatiua accidentium est de essentia substantiæ creatæ vt sic.

Saluat 2. quomodo vi huius conuersionis corpus Christi immediatè per suam substantiam fiat formaliter incompositibile cum substantiâ panis, & consequenter vi conuersionis fiat substancialiter præsens sub speciebus panis: nam vihuius modi corpus Christi immediatè per suam substantiam fiat intrinsecus terminus vñionis sustentatiuum accidentium: quâ vñions positâ, desinit vñio, quâ eadem accidentia sustentabantur à substantia panis, cùm nequeat saltæ naturaliter idem accidentis adæquate sustentari à duplice subiecto: corruptâ autem vñione sustentatiua accidentium cum substantiâ panis, substantia hæc non postulat amplius naturaliter existere, cùm omnis substantia sit proper operationem; sublati autem à substantiâ materiali omnibus accidentibus, non potest amplius operari, cùm omnem operationem ipsa exerceat per accidentia, vel vt per proprias potentias, vel vt per dispositionem ad operandum necessariò requiritam; cuiusmodi est quantitas, quæ requiritur vt necessaria conditio, vt substantia materialis possit immanenter sibi suas proprietates producere. Spoliata igitur omnibus suis accidentib. cùm nec operari possit defactu potentiarum operatiuarum, nec eas sibi producere, defactu quantitatis vt conditionis necessariò requiritur, non petit amplius esse.

3. Saluat connexionem inter desitionem panis, & successiōnem corporis Christi sub vno tertio: panis n. non desinit purè suspensione concursus, aut merè voluntate Dei, sed per sustentationem accidentium à corpore Christi vt à subiecto primo, quâ positâ, ille incompossibilitate desinit. Unde prius prioritatem naturæ est corpus Christi sustentans, vt subiectum primum accidentia, quâ panis desirio, cùm hoc sit causa illius, non contrà; sicut in transformatione prior est forma genita, quâ corrupta; quia generatio est causa corruptionis.

4. Saluat commune Scholast. dictum, hanc sacram. conuersionem fieri per solam mutationem panis, non corporis Christi quod verum est de mutatione deperditiva, & acquisitiva, per se spectante ad conuersionem; vt expressit Scorus quodlib. 10. §. Ad ista, fine. nam licet aliqua mutatione necessaria sit in corpore Christi, vt fiat substancialiter præsens sub-

103.

Substantia  
non sustentat  
accidentia  
potentia à  
se distincta.Corpus  
Christi si  
formaliter  
incomposi-  
tibile cù sub-  
stantia panis  
vi trans-  
fornit.

104.

Massis  
be variis  
substantiis  
panis, non  
corpus Chri-

<sup>107.</sup> <sup>Dicn.</sup> sens sub speciebus, illa tamen per se ad conuersio-  
nem non spectat; nam adhuc eā posita, potest non  
fieri conuersio: & contrā, fieri potest conuersio  
absque illā, si panis conuertatur in corpus Christi  
in celo existens: Ratio: ad conuersionem sufficit,  
vt terminus ad quem succedat termino à quo in ali-  
quod munus substantiale: potest autem corpus  
Christi succedere in munus substantiale sustentandi  
accidentia ut subiectum, absque vlla mutatione  
sui; quia potest illi succedere per vniōnem rece-  
ptam in accidentibus, & terminatam tantum ad se,  
sicut posset persona increata succedere personæ  
creatæ: igitur. Dicss. Saltēm necessaria est muta-  
tio in corpore Christi, si non ex vi conuersionis vt  
sic, saltēm conuersionis Sacram, nam hēc impor-  
tat modum existendi corporis Christi indiuisibili-  
lem, oppositum modo existendi naturali, quem ac-  
quirere debet vi conuersionis. Resp. Esto aliqua  
mutatio necessaria sit vi conuersionis sacram, qua  
de facto est: nego vi conuersionis sacram, vt sic;  
quia posset Christi corpus succedere substantia  
panis in munus sustentandi accidentia, ut subie-  
ctum primum cum suo modo existendi naturali,  
penetrando se cum tantâ quantitate panis, quantus  
est modus existendi naturalis corporis Christi.

Inferrur 1. hanc vniōnem subiectari tantum in  
accidentibus, terminari ad corpus & sanguinem  
Christi; quia cūm sit dependentia accidentium à  
corpore Christi in genere cause sustentantis, cum-  
que dependentia formaliter sit in eo, quod depen-  
det, sequitur, illam esse in solis accidentibus.

2. Corpus Christi erga accidentia exercere mu-  
nus cause materialis, præcisa imperfectione recipi-  
entis; sc. dare esse immediatè se ipso sustentando,  
quod perfectionem importat; non mutuò perfici à  
formâ sustentatâ, quod imperfectionem denotat.  
3. hanc vniōnem esse accidentalem: quia per eam  
nullum fit compositum substantiale. 4. hanc vniō-  
nem esse supernat, etiam quoad essentiam: quia om-  
nis vnio naturalis quoad essentiam, afficit vrum-  
que vnbile, cūm essentialiter sit vinculum & nexus  
duorum perfectibilium; nec sit maior ratio, neque  
ex parte vniōnis, neque ex parte vnbilium, vt po-  
tius afficiat vnum, quam alterum vnbile, cūm  
vrumque sit naturaliter perfectibile: Confir. hoc  
modo melius saluarur quo pæcto Mysterium hoc  
naturā suā lateat dæmones, non solum quoad mo-  
dum præsentis, quo Christus est in hoc sacram.  
sed etiam quoad vniōnem; cūm nulli intellectui  
creato naturaliter debeantur species rerum super-  
nat. non posset autem Angelum latere, si ea esset  
naturalis, nisi salā extrinsecā voluntate Dei impe-  
diente, arque adeò vim inferente intellectui Ange-  
li, ne viceretur species rei naturalis sibi debitâ.

Obijc̄ies 1. Immediatus terminus formalis ad quem  
huius conuersio, est accidentis: est enim ipsa vnio  
sustentativa accidentium, qua accidentalis est, &  
immediatè expellit terminum à quo; quā solā posita,  
expellit substantia panis; subiecta, non expellit:  
ergo tota conuersio est accidentalis: causalitas n. i.  
denominatur formaliter à termino immediato  
formali, qui causatur. Resp. neg. conseq. nam  
conuersio non denominatur formaliter à termino  
immediato, sed à mediato vltimato per se princi-  
paliter intento: qui est substantia succedens in  
munus substantia: vt constat in termino à quo,  
qui dicitur simpliciter substantialis, non à termino  
immediato, qui definit, nam hic est vnio acciden-  
talis, quā substantia panis vniebatur suis acciden-  
tibus: sed à termino mediato & vltimato, qui est  
substantia ipsa panis. Ratio: cūm conuersio non

fit formaliter actio, quā producitur terminus ad  
quem, sed quā succedit termino à quo, id in conuer-  
sione per se spectatur, quod principaliter succedit  
termino à quo: sc. non vnio sustentativa, sed cor-  
pus Christi sustentans; quod termini à quo vices su-  
bit; vnio sustentativa est tantum ratio quā corpus  
Christi sustentat vt quod. Confir. 1. In conuersione  
naturali cum formâ substanciali succedunt etiam  
dispositiones accidentales; & tamen tota conuersio  
dicitur substancialis ex termino à quo, & ad quem vlti-  
matum. 2. etiam in sent. aduersi, qui Conuersio-  
nem constituant, vel in actione productiū corpo-  
ris Christi, vel sustentativa accidentium, terminus  
immediatus ad quem, est accidentalis, sc. actio su-  
stentativa accidentis. sine qua nec actio substancialis  
corporis Christi, nec ipsum immediate per substanciali-  
tatem opponeretur substantia panis.

Obijc̄ies 2. conuersio vt conuersio, est productio:  
productio vt productio denominatur à termino im-  
mediatè producto: terminus immediatè productus  
est accidentis, sc. vnio sustentativa accidentium: er-  
go conuersio vt conuersio, est accidentalis. Resp.  
neg. conseq. nam in maiori prædicatur productio  
de conuersione in sensu materiali; in minori in sen-  
su formalis. vt in hoc syllogis. homo vt homo est sub-  
stantia: substantia vt substantia non discurrat: ergo  
homo vt homo non discurrat: in maiori substantia  
prædicatur de homine in sensu materiali; in minori  
negatur discursus desubstantia in sensu formalis.  
Esto igitur conuersio vt productio formaliter sic  
accidentalis, quia vt productio formaliter denomi-  
natur à termino immediatè producto; vt conuersio  
tamen; est substancialis, quia vt conuersio denomi-  
natur formaliter non à termino producto, sed ab  
introducto, quod est corpus Christi succedens ac-  
cidentibus panis.

Obijc̄ies 3. ex nostra sent. sequitur, accidentia pa-  
nis non manere sine subiecto, cūm maneant in cor-  
pore Christi, vt in subiecto sustentante: hoc autem  
est contra Concil. Constant. sess. 8. & vlt. vbi inter  
errores Wicleff., secundus numeratur, quod acci-  
dentialia panis in hoc sacram non maneant sine sub-  
iecto. Resp. 1. neg. sequel. de subiecto propriè di-  
cto in rigore philosophi nam hoc non solum dicit su-  
stentationem seu terminationem dependentiæ ac-  
cidentis ad se, sed etiam receptionem accidentis in  
se. 2. Concedo de subiecto sustentationis, quod re-  
currit cum termino intrinsecè terminante depen-  
dentiam accidentis ad se: nego de subiecto inhæ-  
sionis. Cæterum cūm Concilia & PP. docent, acci-  
dentialia Euchar. manere sine subiecto, primò pto sub-  
iecto intelligunt subiectum proprium: ita cit. Concil.  
contra VVicleff. qui contendebat, cum corpore Chri-  
sti transe substancialiam panis. 2. loquuntur de sub-  
iecto in rigore philos. quod dicit etiam receptio  
nem accidentium in se.

Obijc̄ies 4. Adhuc subiecta vniōne sustentativa  
accidentium à substanciali panis, per vniōnem su-  
stentativam à corpore Christi, manere potest vnio  
informatiū accidentium cum propriā substanciali  
panis: Resp. neg. nam vnio, quā accidentia susten-  
tantur à pane, non distinguitur ab vniōne, quā  
panem informant: quare eā corrupta vt sustentati-  
vā, corruptitur etiam vt informativa, sc. quam-  
uis illæ vel naturaliter in diversis formis, vel super-  
naturaliter à Deo possint distinguiri; respectu tamen  
eiusdem formæ, & subiecti capacis informationis  
non distinguuntur, sed vna & eadem, vt est via ad  
tribuendū esse formæ, dicitur sustentatio; vt est via  
ad cōmunicandum effectū formalem subiecto, di-  
citur informatio. Quia vna non implicat, & sufficit.

Reph.

108.  
Coroll. 4.

109.

Supernatu-  
rali quoad  
subiectum.

110.

111.

112.

113.

Conversio  
denominatur  
à termino  
mediato.

Ratio à pri-  
vi.

114.

Mutatio  
sensu mate-  
riali in for-  
maliter.

Accidentia  
manent sine  
subiecto su-  
stentante.

Receptio:

114.

Vnio sus-  
tentativa est  
receptiva in  
panis.

120. Obiectes 5. Vnumquodque in illud conuertitur, vi  
cuius actionis definit: sed panis definit formaliter  
vi actionis, quā ipsius accidentia sustentantur à cor-  
poore Christi: ergo panis nō definit in corpus Christi,  
sed in sua accidentia. Minor patet, panis forma-  
liter definit vi illius actionis, quā sit incompossibili-  
lis cum corpore Christi: hæc autem est actio susten-  
tatiua accidentium: nam hac actione adæquate  
vniuntur accidentia cum corpore Christi, quā vno-  
nie possunt, accidentia separantur à substantiâ panis.  
Sed negandum, in illud rem conuerti, vi cuius actio-  
nis præcisè definit esse; sed in illud, quod in suo of-  
ficio succedit in ordine ad idem tertium. Nam in  
aliud conuerti, est, suum munus, quod in ordine ad  
aliquid tertium exercebat, alteri cedere. Cùm igi-  
tur solum corpus Christi, non autem accidentia,  
succedat in officium panis, in ordine ad eadem ac-  
cidentia sustentâ, quod erat proprium munus pa-  
nis; in solum corpus, & non in accidentia conuer-  
titur panis.

121.

S E C T I O N E IV.

An hæc sacramentalis conuersio supponat in  
Christi corpore aliquam mutationem,  
Qualem?

122. **H**Agenus de conuersione formaliter, eiusque ter-  
mino ad quem, nunc de mutatione, quam hæc  
sacram.conuersio supponit in Christi corpore: cùm  
enim formaliter consistat in successione corporis  
Christi in munus sustentandi accidentia panis ut  
subiecti primi, supponit prius naturâ corpus Christi  
substantialiter præsens sub accidentibus, quā, ut  
illa ut subiectum primum loco panis sustenteret,  
idque distincta mutatione, cùm nequeat eadē muta-  
tione, quā sustentat accidentia, fieri substantialiter  
præsens, cùm possit fieri substantialiter præsens  
& accidentia non sustentare. Quid autem substi-  
tialis præsentia præcedat saltem naturâ accidētium  
sustentationem, constat: nam hæc sustentatio est  
vno accidentium cum corpore Christi; vno præ-  
requisit, non efficit, extrema indistinctia: ergo con-  
trouerbia est, qualis hæc mutatio sit.

Maxima cō-  
tra.123.  
1. Sene.

Fundamen-

124.  
2. Sene.Variorū sen-  
tūs.

PRIMA sent. affirmat esse adductiuam, quā Christi  
corpus adducitur sub accidentibus panis: Scot. in 4.  
diss. 11. q. 3. f. Quantum, Rubio. q. 1. a. 3. Mayro. q. 13.  
Bellar. l. 3. de Euchar. c. 18. Vñ quez. 3. p. 10. 3. diss. 181.  
c. 12. & sequitur ex opinione eorum, qui docent terminum formale ad quem, esse præsentiam corpo-  
ris Christi. Fund. hæc mutatio sufficit ad myste-  
riū explicandum; & constituendum corpus Christi  
præsens sub speciebus panis: maius autem mi-  
raculum esset actio produciua, quæ terminatur ad  
substantiam; quā adductiuam, quæ solum termina-  
tur ad præsentiam corporis Christi; ergo non est  
maior mutatio hīc.

SIC VNDĀ docet, necessariam esse actionem pro-  
ductiuam terminatam ad substantiam corporis  
Christi: Est omnium, qui putant, conuersionem  
consistere in actione; quia cùm hæc conuersio sit  
substantialis, saluari debet in actione substantiali,  
sc. produciua corporis Christi. In quo tamen sensu hīc difficultatem non agito, sed in alio; an nimi-  
rum actio productiuam sit necessaria, non quidem ad  
conuersiōnem, de quā sect. 1. & 3. sed ad substantia-  
lem præsentiam corporis Christi ad conuersiōnem  
præsuppositam: qui sensus coincidit cum eo, an  
possit eadem res pluribus in locis substantialiter  
replicari sola actione adductiuā, sine productiuā.

Et in hoc sensu multi negant, posse absque actione  
productiuā, sola adductiuā id fieri. Inter quos est  
Coninck. 3. p. 9. 75. a. 4. d. 3.

Dico 1. Nequit Christi corpus fieri substantia-  
liter præsens sub accidentibus sola actione addu-  
ctiuā. Prob. explicando varios istius præsentis  
modos: 1. actione produciua ubi, locantis Christi  
corpus sub accidentibus panis: 2. motu & impul-  
su locali, successu transferente Christi corpus è  
celo ad locum accidentium. 3. productione noue  
locabilitatis, quā idem corpus fiat aptum occupa-  
re nouum locum distinctum ab eo, quem occupat  
ratione naturalis locabilitatis quam habet in celo.

4. actione æquivalente impulsi, & motui locali,  
instantanei, & absque medio transferente Christi  
Corpus in locum accidentium. At nullus ex his  
sufficiens est: Non primus, qui ubi, ut potest super-  
fluum, non datur. Esto detur, adhuc de se suffi-  
cientis non est, substantialiter replicare subiectum  
in distincto loco. Quia nulla forma conferre po-  
test subiecto effectum formale, quem ipsa non  
continet: at ubi non continent subiectalem repli-  
cationem subiecti: nequit igitur illam conferre.  
Quia collocare subiectum substantialiter præsens  
in distincto loco, est illi conferre substantialiem  
replicationem. Maior elucet: forma, etiam ut ele-  
uata, confert suum effectum formale subiecto  
per immediatam exhibitionem sui, seu per suam  
entitatem: ergo implicat, conferre effectum formale  
quem ipsa non continet; nequit enim albedo,  
etiam ut elevata conferre subiecto, nisi esse albnum;  
in quo differt ab efficiente, quia efficientis non con-  
fert seipsum effectui, sed esse à se distinctum. Vnde  
etiam illud adæquate non contineat, potest ab aliâ  
causâ, ad illud conferendum iuvari: forma vero  
confert subiecto seipsum, mediâ vniōne: quo fit,  
ut in effectu formali includatur entitas ipsas for-  
mas; in effectu efficientis non includitur entitas ef-  
ficientis, cdm vi suæ causalitatis effectus for-  
malis accipit ipsum esse formæ, sed aliud ab effi-  
ciente distinctum. Minor prob. ubi est tantum mo-  
dus à subiecti entitate distinctus, vniens subiectum  
cum loco, etiam in sent. aduersi. ergo non conti-  
net substantialiem subiecti replicationem: quia nul-  
la forma potest conferre, nisi quod habet in se: ergo  
si ubi non habet in se, nisi vnit tantum subiectum  
cum loco, non poterit subiecto dare substantialiem  
replicationem; quæ præter vnitatem subiecti cum  
loco, includit ipsam entitatem subiecti: non enim  
per replicationem vnit tantum subiectum cum  
distincto loco, sed fit subiectum substantialiter in-  
distans à distincto loco, in quo ante non erat:  
quod prob. prius natura intelligitur subiectum per  
suam entitatem indistans à loco, quā per ubi  
formaliter vniatur loco: sed per ubi non habet for-  
maliter, ut fiat entitati indistans à loco, nam  
hæc præsupponit ad ubi, à quo tantum formali-  
ter habet, ut vniatur positivè cum loco: nullum  
enim ubi dat formaliter subiecto, ut fiat indistans  
à loco, cum quo illud vnit, sed supponit illud per  
aliam mutationem à loco, cum quo illud vnit, in-  
distans: vel per motum localem, qui è subiectum  
transluit; vel per creationem, quæ subiectum in  
eo loco produxit.

Confirm. 1. Ita se habet ubi respectu subiecti,  
quod vnit cum loco, sicut vnit respectu formæ, Confer.  
quam vnit cum subiecto: sc. sicut vnit essentialiter  
est modus vniens hanc formam cum hoc sub-  
iecto: ita ubi essentialiter est modus vniens hoc  
subiectum cum hoc loco, sed nequit vnit conferre  
formæ

<sup>125.</sup>  
Non posse  
Coniunctio-  
p. sola a.  
cione ad  
ductio fieri  
præsens sub-  
stantialiter  
sub accidenti-  
bus.

<sup>126.</sup>  
Nos per pro-  
ductione so-  
litas ubi.  
Fundamenta:  
Forma sub-  
confert sub-  
iecto effectus  
quem non  
continet for-  
maliter.

<sup>127.</sup>  
Vbi non clie-  
net subiectum  
nale repli-  
cationem  
subiecti.

formæ nisi esse unicum subiecto tantum : nam si in hæc albedine, unità cum hoc subiecto, ponatur alia unitio unitens eandem albedinem cum alio distincto subiecto, non poterit hæc noua unitio dare huic albedini replicationem & indistinctam à subiecto, cum quo illam unit, sed tantum nouum esse unicum : ergo nec poterit nouum ubi, ubificans subiectum cum distincto loco, dare subiecto indistinctam à tali loco, sed solum esse unum seu ubificatum in tali loco. 2. Non potest ubi unitum subiectum cum loco, nisi supponat illud indistinctum à loco, cum quo debet illud unit : ut nec potest unitio unitre formam cum subiecto, nisi supponat illam indistinctam à subiecto : ergo nec ubi confert subiecto indistinctam, nec unitum subiectum cum loco, nisi supponat illud indistinctum à loco.

128.  
Confirm. 2.129.  
Non potest  
corpus  
Christi solo  
motu locali  
sub accidentibus posse.130.  
Nec produc-  
tione noua  
locabilitatis  
implicari.131.  
Nec actione  
aequivalente  
motus locali  
instantaneus.

133.

Ratio dif-  
ferentiis.

Nec potest secundus modus, per motum seu impulsum localem subiectum replicare, quia hic non instantaneè, sed successiù, & per medium transfert corpus de loco ad locum : corpus autem Christi non successiù, sed instantaneè, & absque medio sit substantia ter præsens, & indistinctus ab accidentibus panis. 2. Neque motus localis potest conferre subiecto substanciali replicationem, sed, illa per aliam mutationem supposita, successiù tantum unitum subiectum cum spatio : cum in se non contineat nisi impulsus, & successiù unitio unitre mobilis cum spacio. Nec potest tertius modus, ob eandem rationem : nam nec locabilitas, cum sit tantum modus extendens subiectum in ordine ad spatium, continet substanciali replicationem subiecti, sed illam supponere debet per aliam mutationem, ut possit subiectum localiter extendere ad spatium. Cum n. duo sint necessaria ad substanciali replicationem, substantia ipsa subiecti in distincto loco, & extensio eiusdem in loco; & nullus modus locans subiectum spacio, continet primum, nec poterit subiectum substancialiter replicare. Nec quartus. Nam si talis mutatio non æquivaleret nisi motui locali, cum hic non contineat substanciali replicationem subiecti, nec talis mutatio illam continebit; adeoque nec illam conferre poterit subiecto, cum nihil conferre possit subiecto, nisi quod continet in se.

DICES. Anima per solam productionem præsentia fit in noua parte materia, in quâ anteà non erat : similiter Angelus per solam productionem præsentia fit in spatio, in quo anteà non erat : ergo & corpus Christi per solam productionem præsentia, fieri potest præsens, ubi anteà non erat. Resp. neg. conseq. quia tam anima quam Angelus habet virtualem extensionem intra suam sphæram, in quâ esse potest per suam entitatem, medià locabilitate ut ratione formalis proximâ : corpus non habet talem extensionem, sicut nec Angelus extra suam sphæram. Vnde si debet extra sphæram collocari, debet actione replicatiua collocari. Præterea nec anima occupando nouam partem materiæ, nec angelus nouam partem spatiij, fit distans à se ipso, sed virtualiter continuatur cum se ipso intraeandem sphæram existente : corpus vero Christi discontinuantur loco & spatio à se ipso, proinde fit virtualiter diuersum à se ipso : ergo per aliquid, quod habeat vim communicandi esse virtualiter diuersum à se ipso : hoc autem esse non potest actione ubicativa, quia hæc non tendit ad communicandum esse, sed unionem tantum subiecti cum spatio.

133.  
Sed fabri-  
cator pra-  
ficiens noua  
actionem pro-  
ducere in ip-  
sum.

DICO 2. Corpus Christi fit substancialiter præsens sub accidentibus Euchar. per nouam actionem adæquate productiuam ipsius. Fundam. hæc sola continet substanciali replicationem termini

ni: sola est actualis communicatio esse termini ab agente, ergo sola conferre potest substanciali replicationem termino. Nam illa forma conferre potest substanciali replicationem subiecto, quæ continet substanciali esse ipsius subiecti. Anteced. prob. ex definitione actionis productiuæ, quæ est actualis via, mediante quâ agens communicat esse termini, & ipsa quoque productio ut via ad terminum, continet esse termini: sed in virtute diuinâ continetur idem numero corpus Christi, esto illud productum sit: ergo. Tota difficultas est, quo pacto possit in virtute diuinâ contineri idem numero effectus, si iam supponatur productus. Ratio dubit. si effectus est productus, non potest idem, sed alias numero in virtute diuinâ contineri; alioqui idem numero effectus, quâ productus, esset extra; quâ iterata actionis producendus, esset intra virtutem diuinam. Verum hoc non obstante,

DICO 3. posse eundem numero effectum semel productum, iterum atque iterum produci, adeo- 134. Potest idem que posse idem Christi corpus existens in cœlo, numero effe- iterata actione sub accidentibus Euchar. produci. tius iterum produc. Prob. 1. Potest Deus eundem numero effectum semel productum, atque corruptum iterata actione reproducere : ergo poterit eundem numero effectum semel productum, & nonquam corruptum iterata actione producere: sc. ex eo, quod talis effectus sit corruptus, non tollitur, quin habuerit suam numericam entitatem extra causas existentem: at tota difficultas est, quo pacto possit idem, qui semel numericam entitatem habuit extra causas, iterum eadem numero entitate contineri in virtute causæ, à quâ iterata actione produci possit, siue eadem numericâ entitate existat, siue non existat: non n. quia non existit, magis continetur in virtute causæ, quam si existat. 2. Eadem virtus diuina, quæ produxit hunc numero effectum manet cum eadem efficaciam post productionem effectus ; n. producendo hunc numero effectum, priuavit se sua virtute intrinsecâ quam antea habebat: ergo si ante potuit producere hunc numero effectum, poterit etiam postea. Ratio n. cur poterit Deus hunc numero effectum producere, est, quia illum eminenter continet in sua virtute: sed, adhuc illo productio, manet eadem eminenter virtus in Deo, quæ ex productione effectus non est diminuta, vel immutata: ergo manet eiusdem numero effectus productiuia. Supponit hæc ratio, effectum individuari ab intrinseca entitate. Confirm. Posset Deus producere res absque illâ nouâ differentiâ intrinseca specificâ, ut duos homines, duos equos : ergo absque numericâ: hæc erit eadem numero cum illâ, ut quæ non habet differentiam intrinsecam specificam ab aliâ, est eadem specie res cum illâ. Vnde ad rationem dub. concedo, eundem numero effectum, ut productum manere extra virtutem diuinam formaliter, ut iterata verò actione producibile manere intra eandem virtutem eminenter: sicut idem numero effectus corruptus, manet extra virtutem diuinam formaliter; ut iterata actione reproducibilis, manet intra eandem virtutem diuinam eminenter.

DICO 3. Non potest idem Christi corpus sub accidentibus produci eadem numero actione, quâ conservatur in cœlo, sed aliâ numero distinctâ. Christi cor- püs produc. Fundam. ut eadem actio, quæ Christi corpus conseruat in cœlo, reproduceret sub accidentibus, tibus distinc- debet ipsa sub accidentibus replicari: implicat ea numero autem actionem replicari, sc. productionem ubi, vel ea qua conseruat in de termino cœlo.

de termino actionis: nec se ipsa; implicat n. actionem, quæ est in cœlis nullâ in ipsâ variatione, constitui ac replicari in terris: Nec aliâ actione à se distingua, ut replicari potest terminus: quia ad actionem non datur actio; alioqui non solum esset actualis via ad terminum, sed etiam apertitudinalis terminus, quâ posset alterius actionis fieri terminus, quod implicat; cum adquata ipsius essentia sit actualis via ad terminum. Prob. 2. implicat, corpus Christi substantialiter desinere sub speciebus; nullâ factâ mutatione in corpore Christi: ergo implicat corpus Christi substantialiter fieri præsens sub speciebus: absque nouâ actione substantiali distinctionâ ab eâ, quâ conseruatur in cœlis. Quia nequit per aliam mutationem sub speciebus desinere, quam per quam sit hic substantialiter præsens; nam hâc solâ perseverante, & omni aliâ desinente, non desineret substantialiter hîc: quia sicut hæc sola fuit sufficiens ad constituendum illud substantialiter hîc; ita ea sola est sufficiens ad conseruandum illud substantialiter hîc. Porro si actio, quâ Christi corpus sit substantialiter præsens hîc, esset eadem numero cum eâ, quâ conseruatur in cœlo, desinente hîc, desineret etiam in cœlo; cum enim actio, quâ Christi corpus conseruatur in cœlo, non possit esse hîc per ubi, vel aliâ mutatione, sed scilicet immediatè; si desineret hîc, non posset desinere per deperditionem ubi, vel alterius formæ, sed per immediatam deperditionem sui, quæ cum foret eadem hîc, & in cœlo, utrobique desineret.

Deducitur; actio replicativa, quâ Christi corpus ponitur sub speciebus, non est una, sed multiplex, tot scilicet, quo sunt res, & modi distincti, qui cum corpore & sanguine Christi replicantur: cum nihil substantialiter replicari possit, nisi per actionem. Vnde quia cum corpore & sanguine replicatur, taliter concordanter etiam unio hypostatica, hæc etiam sit hîc substantialiter præsens distinctione actione, quâ conseruatur in cœlo.

Obiectus 1. Potest eadem numero actio, corrupta in uno tempore, reproduciri in alio: ergo potest eadem numero actio, existens in uno loco, reproduciri in alio. Resp. neg. conseq. nam potest eadem actio replicari in diuersis temporibus cum reali mutatione ipsius: non potest in distinctis locis cum reali mutatione eiusdem: implicat autem, nouus effectus realis, qualis est replicatio eiusdem actionis in distincto loco, sine nouâ mutatione reali. Maior prob. ut actio replicetur in diuersis temporibus, necesse est, ut in uno corrumptur, & in alio reproduciatur: quæ est realis mutatio à non esse ad esse: ut eadem replicetur in distincto loco, non debet in priori corrumpi, sed potius in illo perseverare: ergo non potest in distincto loco fieri per productionem ipsius, cum iam non supponatur corrupta: nec par aliam mutationem.

Dic̄s. Esto eadem numero actio sit in uno loco, non tamen est in alio: ergo potest, ubi non est, virtute diuinâ transferri à non esse ad esse. Resp. neg. conseq. licet n. non sit in uno loco, simpliciter tamen est: ergo non potest simpliciter transferri à non esse ad esse, ut transferri potest à non esse ad esse in tempore, in quo non est: sed solum à non esse hîc ad esse hîc, quæ translatio cum nequeat sine reali mutatione ipsius actionis fieri, implicat simpliciter fieri.

Obiectus 2. Non minus in virtute diuinâ eminenter continetur eadem numero actio, etiam postquam semel producta est, quam idem numero terminus. Resp. non ideo eundem numero terminum semel productum, pessimum produci ubi non

est, quia simpliciter continetur in virtute diuinâ, sed quia continetur mediâ actione, vi cuius potest recipere idem numero esse in alio loco: actio autem, quia non continetur mediâ aliâ actione, non potest semel producta recipere idem numero esse, nisi prius corruptatur: idque ex eo, quia nequit eadem numero actio fieri in distincto loco per reali mutationem, ut fieri potest idem numero terminus. Vrges: adhuc vrgit difficultas, cur possit <sup>143.</sup> eadem numero actio corrupta reproduci, & non possit in uno loco producta, in alio reproduci. Resp. quia primo modo fieri potest cum mutatione sui, non 2. modo: sine mutatione autem intelligibile non est, quomodo ead. actio fiat in distincto loco, ubi antea non erat. Qui docent, actionem individuari à tempore, grauiores difficultates incurrit.

Obiectus 3. Non solum actio, quâ corpus Christi sit substantialiter præsens sub accidentibus, à non esse transfertur ad esse; sed etiam ipsum Christi corpus à non esse substantiali sub accidentibus transit ad esse substantiale sub accidentibus. Resp. nego assumptum: nam Christi corpus non transit à non esse simpliciter, sed à non esse sub accidentibus ad esse sub accidentibus vi nouâ actionis: actio autem transit à non esse simpliciter ad esse simpliciter; quia hæc actio nullibi supponitur esse.

Obiectus 4. Nequit diuersa numero actio terminari ad eundem numero terminum, 1. quia actio <sup>143.</sup> est ipse terminus in fieri: ergo diuersa numero actio est diuersus numero terminus: 2. quia omnis effectus creatus individuatur ex concurso diuino: ergo ex diverso numero conuersu, diuersus oritur numero effectus. Resp. nego antec. Ad 1. prob. dist. antec. Actio est ipse terminus in fieri identicè, concedo; moraliter, nego: Quod sufficit, ut possit diuersa numero actio terminari ad eundem numero terminum, sicut diuersa numero figura ad eandem numero quantitatem; & diuersa numero uno, ad eandem numero formam. Ad 2. concedo, omnem effectum creatum individuari ex concurso diuino; nego, non posse diuersum numero concursum terminari ad eundem numero effectum; quia non ex quocunque concurso numero diuerso, effectus accipit diuersum numero esse.

Obiectus 5. Nequit solâ productione replicatiua res fieri in distincto loco, sed necessaria est nova etiam locabilitas, qua possit distinctum locum occupare. Nego assumptum: nam actio replicativa in distincto loco producere potest eandem etiam locabilitatem; cum locabilitas, non sit ad certum locum determinata, sed per eandem res successivè occupare possit diuersa loca.

Obiectus 6. Totum esse actionis, est actu existerre, seu carere omni potentialitate: ergo implicat, illam semel productam reproduci, alioqui transferre de potentia ad actu. Resp. nego antec. eiusque prob. actualitas enim essentialis actioni, non est actualitas essendi simpliciter, nam hæc est solius Dei, sed actualitas ex suppositione actu praestandi totum id, quod præstare potest: cui actualitati non repugnat vel possibilis obiectus ad effundendum, vel potentialitas definendi.

Obiectus 7. Actio reproductive communicat totum esse termino replicato independenter à subiecto: ergo est creatio: implicat autem creati id, quod simpliciter existit; nam creatio est actio transferens rem à non esse simpliciter ad esse simpliciter. Resp. neg. conseq. creatio n. non tantum immutabilem portat intrinsecam communicationem esse, sed etiam negationem præexistenter termini: actio praesens autem replicativa, eti contenerat cum creatione immutabilem quoad

138.  
Affiratio  
prob. 2. ex  
definitione  
corporis  
Christi sub  
speciebus.

139.  
Tot actionis  
replicativa  
Christi quo:  
res in eo dis-  
puncte.

140.  
Discrimina-  
tio.

141.  
Dicit.

Resp.

142.

Resp.

Resp. à  
posteriori.

144.

145.

146.

147.

148.

149.

Qualis &  
actualis fi-  
efficiens  
modus.

150.

151.

152.

149.

quoad actualē communicationē esse, differt tamen ab illa quoad connotationē præexistentiæ termini replicati, ratione cuius potius conuenit cum conservazione. Dices. Ad creationem sat est. Ut actio non connotet præexistentiam sui, non autem termini. Sed negatur hoc sufficere; quia cum actio essentialiter inuoluit terminum, penes illum sumit suam adæquatam essentiam.

## S E C T I O V.

An ad hanc actionem concurrat aliqua causa creata?

Solus Deus causa principali, & non super-naturalis quoad modum.

**N**on quartus de causa principali, quam certum est, esse solum Deum, cum solus Deus possit esse causa principalis effectus supernat. quoad modum, qualis est actio substantia ter replicativa corporis Christi quæ sit independenter à subiecto, à spacio, & supra omnē exigentiam naturalem corporis, quod naturaliter non postulat, nisi unum locum, unamque actionem, qua conseruetur: sed solum querimus causam instrumentalem, eamque obediens, cum nequeat ad hoc effectus dari causa instrumentalis connaturalis, ut disp. 5. sect. 4. Quæstio igitur est an ad eam, præter Deum, concurrat instrumentum obedientiale.

**PRIMA** SENT. affirmat: Suarez 3. p. 10. 3. disp. 50. sect. 3. §. Et bine tandem, & sect. 4. fine, & sect. 5. §. Sed hic, & communis Thomist. Fundam. idem quo censent, omnia Sacram. nouæ legis physicè concurrent ad suos effectus, idè & Christi corpus physicè produci à Sacerdote. Discrepant in assignando physico instrumento huius actionis. Suarez duplex assignat; ipsum corpus Christi, & verba sacram. à ministro prolatæ; illud ut instrumentum diuinitati coniunctum; hæc ut instrumentum separatum. Quod verba sacram. illum physicè attingant, probat; ex Concilijs verba efficiunt, quod significant: at significant Christi corpus & sanguinem: ergo illum efficiunt. Quod ad illam physicè concurrat etiam corpus & sanguis Christi, ostendit: quia multi PP. dicunt, Christum quotidie suum corpus creare. Alij docent, sola verba ad hanc actionem physicè concurrent. Alij nec verba, nec Christi corpus, sed characterem sacerdotalem, qui datur, ut tanquam instrumentum Dei physicè attingat corpus & sanguinem Christi sub speciebus panis & vini.

**SECUNDA** negat, ad hanc actionem ullam creaturam physicè concurrere, sed ait fieri à solo Deo.

**DICO 1.** Implicat, hanc actionem physicè produci à verbis sacram. ex disp. 6. sect. 1. Vbi vniuersaliter ostendimus, nullum Ens successuum assumi posse ad producendum effectum permanentem indiuisibiliter & totum simul; cum igitur Verba sacram. sint Ens successuum; nequeunt eleuari ad physicè producendum corpus & sanguinem Christi. **2.** Esto ad talem effectum producendum eleuari possent verba sacram. improbabile tamen est, ad illum de facto eleuari; quia cum talis actio non duret nisi per instans, post quod debet alia succedere, vel à solo Deo, vel à Deo simul & Christi corpore, iuxta Suarez sent. frustranca esset, & cum miraculorum multiplicatione, non urgente necessitate.

**NO 3.** Non implicat, ad hanc actionem physicè concurrere vel corpus Christi, vel characterem sacerd. probabile tamen est, ad eam neutrum concurrere. Primum cōstat ex disp. 5. & 6. Vbi probauit,

omne Ens naturā suā productuum assumi posse à Deo ad quemcunque effectum contradictionem non inuoluentem: Probabile autem est, characterem sacerd. esse alicuius effectus natura sua productuum; quin & Christi corpus ut ibid. sect. 2. conservatum in uno loco actione totali à se ipso independente, physicè se ipsum in alio loco reproducat, nisi altiores rationes obstant.

**DICO 4.** Implicat, idem esse causam sui ipsius; nam inter causam & effectum requiritur distinctio realis: alioqui idem ut causa sui esset naturā prius, & non naturā prius ut causatum à se ipso: ergo implicat idem actione etiam conservatiū scipsum causare. Conseq. prob. 1. prioritas, quæ inter causam & effectum requiritur, non est sola prioritas originis, quæ tantum reperitur inter actiones, quarum una presupponitur ut dans primum esse simpliciter, altera ut conseruans tantum idem esse vi alterius actionis acceptum; sed etiam inter ipsas entitatis causæ & effectus, cum debeat causa mediā actione causare ipsam entitatem effectus à se distinctam; alioqui non conueniret illi definitio causæ communiter recepta, quæ dicitur principium per se influens esse in aliud. **2.** Secunda actio conservativa, quæ idem habens esse per aliam actionem adæquatam, concurrit ad conseruandum se ipsum, non potest esse actio adæquata: nam actio adæquata est illa, vi cuius effectus potest, omni alia præcisa, à parte rei existere: at qui vi huius solius actionis conservatiæ nequit effectus à parte rei existere, ut per se patet: alioqui enim ad hanc 2. actionem concurrat res ipsa, quæ conservatur, eadem res esset prior, & posterior natura se ipsa respectu primæ actionis, quia tunc non esset nisi una actio, ac proinde illa esset prima negativæ, quia nulla in aliam præsupponeret.

**TERTIO:** Ex hac doctrina dici posset, Deum ut præexistentem secundum suum esse, independenter à se ipso, iterum accipere idem suum esse per actionem conservatiæ à se ipso productam: Patrem improductum, iterum idem suum esse accipere per actionem conservatiæ à se productam: Filium productum à Patre, & Spiritum S. à Patre & Filio; denud se ipsos producere per alias actiones conservatiæ, infirmatis Fidei dogmatibus.

**RESPONDE** 5. Resp. dist. antec. implicat, idem esse causam sui ipsius primæ productione, conced. secunda productione, præsupposita alia communicante primum esse simpliciter, neg. ut supra disp. 6. & iuxta hanc dist. neg. conseq. Ad 1. prob. ratione productionis 2. conservatiæ sat esse realem distinctionem inter actiones primæ productiæ, & conservatiæ; & virtualem inter entitatem causæ & effectus: ut causa sit principium per se influens esse in aliud, aut realiter distinctum, si prima productione, aut virtualiter, si secundâ influat. **Ad 2.** ex hoc capite talis actio non posset dici adæquata, cum implicet, sola actione à se, etiam partialiter producta: rem conseruari, absque alia independenter à se ipsa, illam adæquatè conseruante: dici posset adæquata, quæ conseruat totum esse rei, licet per essentialem dependentiam ab alia independente à re conseruata.

**AD 3.** Ad terriam, neg. sequel. Deus enim secundum naturam absolutam est incapax omnis productionis; alioqui secundum eam esset sibi oppositus: sc. ut conseruans, opponeretur sibi ipsi, ut conservato. Præterea actio, qua Deus se ipsum conseruaret, esset realiter distincta à Deo, quæ actuè actione saliō procederet ab ipso; ut demonstratio 1. 10. disp. 23. sect. 2. eadem vero non realiter distincta à Deo, quæ producere, protege,

Idem nō posse causare seipsum.

Prob. 2.

Secundum.

Tertiū.

Respondens quæ.

Ad 4. prob.

Ad 5.

Ex quo capi-

te probari

fossit, quod

nequeat

Deus seip̄

actione saliō

confermativa

producere,

protecte.

pro termino haberet Deum : cui quidquid ex natura sua non opponitur, identificatur : actio autem ex natura sua non opponeretur Deo producto, sed Deo producenti, ut actio, qua Filius procedit à Pater, non distinguitur à producto, sed tantum à producente. Ita, si Pater, vel Filius aut Spiritus S. se ipsos producerent actione conseruativa : actio ut procedens à persona, realiter distingueretur à producentibus ; non distingueretur ab ipsisdem, ut tali actione productis. Hæc iuxta sent. admittentem plures actiones adæquatas respectu eiusdem effectus, etiam in eodem loco existentis : si diversis tantum in locis ; facilius argu. soluuntur ; cum maior distinctio virtualis intercedat inter entitatem causæ & effectus diversis in locis existentis ; & replicatio dicat à qualibet præsentiam in distincto loco, in quo res naturaliter non petit esse, potest diuinus esse : Deus autem ratione sue immensitatis necessariò actu est, ubiunque esse potest : ac proinde nequit in Deum aut Diuinam personam cadere replicatio, & consequenter nec actio replicativa. Præterea actio purè conseruativa sui ipsius fieri nequit potentia naturali, sed obedientiali : nequit autem Deus, aut nullum suppositum diuinum operari potentia obedientiæ. nam hæc relipicit causam superiorum, cui in operando subiicitur ; Deus nulli subiicitur, ne quidem sibi ipso : cùm, ex August. non si se ipso potenter : talis namque subiectio apertam inuoluit imperfectionem, Deo diuinisque personis repugnantem. Maior prob. constat unumquodque vniuersa tantum adæquata actione conseruativa : si autem res naturaliter exigent plures actiones adæquatas, violenter contra ipsarum exigentiam vniuersa tantum conseruarentur. 2. cùm secunda actio purè conseruativa sit superflua, nam absque illa res adæquate conseruari potest, repugnat Deo, in quo nihil potest esse superfluum ; & quidquid in Deo est, necessarium est, nec potest non esse, cùm hoc sit de essentiali conceptu perfectionis diuinæ. Confir. si hæc actio esset possibilis, de facto esset in Deo ; cùm sit Ens omnino necessarium, & quidquid potest in eo esse, necessariò actu sit, sc. in Deo esset aliquid superfluum, cùm sine tali actione posset perfectissimè esse : aut si non posset, necessariò illam nos haberet, ad perfectissimum statum diuini esse : aut per illud esse, quod habet independenter à tali actione, sibi non sufficeret ad perfectè existendum, necessaret infinitæ perfectionis. Ita aut persona diuina est improducta ; & perfectissimè existit per esse improductum : aut est producta, & perfectissimè existit per productionem ab alia : si talis productio non sufficeret ad perfectissimum esse personæ productæ, non esset infinitæ perfectionis quod repugnat diuinis processionibus. Confir. In Deo impluat multiplicatio productorum solo numero distinctarum : nam hoc ipso, quod vna productio posset numero distinguere ab aliis, non esset infinita simpliciter, cùm non haberet individualē perfectionem alterius, à qua numero distinguere posset. Sed tales productiones solo numero distinguuntur : omnes quippe essent per intellectiōnem, & volitionem, ut 1. to. disp. 18. sect. 4. Quo circa accuratiū examinans altiores rationes ex reuelatis deductas, quidquid priore editione cursus Theol. docuerim hic & disp. 6. n. 26. probabilior mihi videtur, ac principijs fidei magis favens sent. quæ asserit, idem nec in diversis locis posse producere seipsum : rationes vnde 1. to. editione 3. disp. 23. n. 74. &c.

<sup>167.</sup> Non contraria: character non potest esse character, sed per se primò productivus actionis substantialiter

replicativus ; cùm hæc actio sit supernaturalis quoad modum : producetur enim connaturaliter, si per se primò ; quia tunc per se primò ordinatur ad illam actionem : specificatur ab illa : naturaliter respiceret illum effectum, proinde naturaliter produceret. Vel talis actio à charactere producta, duraret tantum instanti, post quod succederet alia à solo Deo producta, & superflue poneretur, cum multiplicatione miraculorum non necessariorum ; vel duraret quādū duraret corpus Christi substantialiter præsens sub speciebus Euchar. & tunc sequeretur, interdum Christi corpus pendere à charactere damnati, cùm possit sacerdos post multas cōsecratis formulas damnari. 2. Prob. de corpore Christi : quia cùm omnia saluari possint per solam moralē causalitatem, non est, cur physicam inducamus, cùm nec ad necessitatem sacram. nec ad Christi dignitatem faciat ; quæ summa est, ut hæc omnia meritorie nobis promereatur.

Dicss. physicè Christi corpus producit vniōnem accidentium ad se terminatam : ergo physicè etiam producit se ipsum sub accidentibus. Resp. neg. conseq. quia cùm Christi corpus succedat in munus substancialē panis, quæ nō solū sustentat, sed etiam efficit vniōnem suorum accidentium, saltē conseruatiūē, corpus Christi succedens in munus substancialē non solū sustentatiūē, sed etiam effectiū causat vniōnem accidentium ad se. 2. neg. antec. de quo infrā.

Concludo : hæc actio physicè fit à solo Deo, moraliter à sacerdote ut instrumento à Christo eleuato, à Christo vero ut à causa principali meritoria eleuante. Iuxta hæc intellige Authores, qui dicunt verba sacra efficere, quod significant, sacerdotes Christi corpus confidere, Christum quotidie se ipsum creare : quamvis hoc intelligi possit de Christo ut Deo, aut etiam ut homine, quoad productionem vniōnis sui sub accidentibus : sapè enim quæ sunt propria accidentium, tribuuntur Christi corpori, propter vniōnem ipsius cum accidentibus ; dicitur videri, tangi, miseri &c. potuit igitur denominari productum à productione vniōnis ipsius cum accidentibus, licet impr̄priè, sicut multæ aliae predicationes.

## S E C T I O VI.

An in hac sacra conversione, panis definit formaliter vi actionis physicæ, & quænam illa fit ?

PRIMA sent. docet, vi nullius actionis physicæ substantiam panis desinere, sed aut ex sola voluntate Dei, ut Scotus in 4. dis. 11. qu. 4. §. Ad quest. aut ex veritate verborum, ut docet Vasquez 181. Evidens. cap. 12. Quia ex natura rei nulla est physica incompossibilitas inter corpus Christi sub speciebus contentum, & substantiam panis : ergo non potest hæc desinere vi alicuius actionis physicæ, qua corpus Christi succedit accidentibus. Sed contrà : ex 3. sect. hæc sent. non saluat naturam physicæ conversionis, quæ in eo à mogali distinguitur, quæd physica per intrinsecam, moralis per extrinsecam duotaxat incompossibilitatem oppositum termino à quo ; connaturalior autem modus, & magis proprius conversionis est, ut per intrinsecam incompossibilitatem terminus ad quem conuertat in se terminum à quo : alioqui si sola extrinseca agentis voluntas, ut Scotus opinatur, ad conuersionem sufficeret,

replicatio.  
ne corporis  
Christi phy-  
sicæ.

Nec corpus  
Christi ad  
suis replica-  
tionem phy-  
sicæ.

168.

Quæ can-  
sai habeat  
replicatio  
corporis  
Christi.

171.  
Sent.172.  
Contraria.

173.  
vñquez ef-  
fugio occur-  
rener.

174.  
2. Sene.

175.  
Refallere.

176.  
Roff.

177.  
Regimenter.

178.  
Affig.

179.  
Rofmancor.

180.  
3. Sene.

181.  
Regimenter.

182.  
Sententia  
probabilior.

**sacerot, corruptio Augeli ex sola voluntate Dei con-**  
**nexa cum productione lapidis, esset conuersio la-**  
**pidis in Angelum. Nec satis facit P. quez dicens,**  
**hanc conuersione non fieri sola voluntate Dei, sed**  
**verborum significatione: nam hæc ipsa est extrin-**  
**seca corpori Christi, proueniens ex sola voluntate**  
**Dei, quæ statuit, ad hæc verba definire panem, &**  
**succedere Christi corpus: quod sicut non ponit**  
**intrinsecam incompossibilitatem in Christi corpo-**  
**re, ita non reddit illud ab intrinseco exigens expul-**  
**sionem panis: ac proinde non saluat connaturalio-**  
**rem modum conuersationis, que consistit in aequali**  
**exercitio intrinsecæ incompossibilitatis termini ad**  
**quem cum termino à quo.**

**SECUNDA Nugez 3. p. qu. 75. art. 4. diffi. 1. &c.**  
**affirmantium, panem definere vi actionis, quæ cor-**  
**pus Christi substantialiter producitur sub specibus**  
**læcris. Sed contrà; hæc actio non pugnat cum sub-**  
**stantia panis, vel cum aliquo, ad cuius desitionem**  
**naturaliter definat panis: nam hæc formaliter ter-**  
**minatur ad substantiæ corporis: vna autem substanciæ**  
**non pugnat cum alia, nisi pœnes aliquod tertiū,**  
**& quo se formaliter excludant: sed vi huius**  
**actionis corpus Christi non vnitur cum aliquo ter-**  
**tio, & quo formaliter excludat substantiam panis.**  
**Respondent: actionem, quæ corpus Christi produ-**  
**citur, naturaliter exigere actionem substancialium**  
**accidentium, & ratione huius exigentia illam esse**  
**incompossibilem cum substantiæ panis, cùm vi hu-**  
**ius exigentia postuleret actionem formaliter expul-**  
**siuam substantiæ panis.**

**Sed contrà; non appetit hæc naturalis exigentia**  
**in corpore Christi substantialiter reproducere: om-**  
**nis quippe actio aliam actionem exigit ratione ter-**  
**mini: sed terminus huius actionis est corpus Christi:**  
**hoc autem neque ut noua actione reproductum**  
**naturaliter exigit sustentare accidentia panis, cùm**  
**omnis exigentia naturalis fundetur in priuatione**  
**alicuius perfectionis debitæ: at vno cum acciden-**  
**tibus panis non est perfectio naturaliter debita**  
**corpori Christi, ne quidem ut noua actione repro-**  
**ductio: igitur non poterit illam naturaliter exigere:**  
**vnde solùm illam habebit ex voluntate & lege ex-**  
**trinsecæ Dei. Respondent alij, actionem reproduc-**  
**tiuam corporis Christi esse naturaliter incompos-**  
**sibilem cum substantiæ panis, quia ratione præsen-**  
**tie localis vna substantia naturaliter expellit aliam**  
**ab eodem loco.**

**Sed contrà; non ipsa actio substantialis reproduc-**  
**tiua corporis, sed accidentalis productiva præ-**  
**sentia esset incompossibilis cum substantia panis.**  
**2. cùm hæc præsentia non sit circumscripcta, sed**  
**definitiua & indivisibilis, non potest esse localiter**  
**incompossibilis cum substantiæ panis; quia vnum**  
**corpus non expellit aliud ab eodem loco, nisi**  
**mediæ extensio locali, & præsentia circumscrip-**  
**ptura.**

**TERTIA. Sanez disp. 50. scilicet 6. conel. 3. afferen-**  
**tis, panem definere vi actionis, qua panis acciden-**  
**tia separantur à substantia panis, & sunt per se.**

**Sed contrà; hæc sent. non saluat incompossibili-**  
**tatem cum termino à quo in actione transsubstantia-**  
**riæ, seu reproductive corporis Christi, sed in acci-**  
**dentali, quæ sequitur, substanciali accidentium:**  
**vnde posset saluari essentialis transsubstantiatio**  
**absque actione substanciali accidentium, seu phy-**  
**sica incompossibilitate cum substantiæ panis.**

**QVARTA probabilissima duo affirmat; panem**  
**definere vi actionis physicæ, cùm hoc spectet ad**  
**connaturaliorem modum conuersationis; & hanc a-**  
**ctionem essentialiter pertinere ad physicam con-**

**versiōne; alioqui non saluaretur physica incom-**  
**possibilitas in formalis conuersione; nec panis desi-**  
**neret vi conuersationis formaliter, sed vi alterius a-**  
**ctionis accidentaliter coniuncta cum ipsa conuer-**  
**sione. Porro hæc actio alia non est, quæ acciden-**  
**tium vno cum corpore Christi, vi cuius accidentia**  
**adæquata sustentata à corpore Christi, separantur**  
**à propriâ substantiâ, cùm nequeat accidens à plu-**  
**ribus subiectis adæquatis naturaliter sustentari:**  
**separatis autem accidentibus, substantia panis non**  
**petit amplius in rerum naturâ conservari, cùm illi**  
**non debeatur esse, nisi in ordine ad operari, cùm**  
**omne ens sit propter aliquod operari. Operari au-**  
**tem substantia non potest ab accidentibus lepa-**  
**rata; nam hæc sunt proximæ potentia & instru-**  
**menta, quibus substantia operatur. Quid hæc**  
**vno essentialiter spectet ad physicam conuersio-**  
**nem, constat; hæc n. tantum vnone sublatâ, & terminâ.**  
**collicut physis transsubstantiatio, etiam si rema-**  
**neat corpus Christi præsens accidentibus. Quid**  
**hæc vno, vt conuersio formaliter, sit substanti-**  
**alis prob. vt conuersio denominatur à termino**  
**vñitato quod est corpus Christi vt sustentans ac-**  
**cidencia per propriam substantiam, non secus ac-**  
**cidencia sustentabat substantia panis præcisâ im-**  
**perfectione inherentia. Dicas: neque in hac**  
**sent. saluatur physis incompossibilitas corporis**  
**Christi cum substantiæ panis, cùm non sit maior**  
**ratio cur potius corpus Christi vñitum accidenti-**  
**bis, quæ substantia panis debeat accidentia sus-**  
**tentare: ergo quod potius corpus Christi quæ**  
**panis illa sustentat, est ex merâ voluntate Dei vo-**  
**lentis, vt hoc potius, quæ ille sustenter; atque**  
**aded vt potius panis cedat corpori Christi, quæ**  
**corpus Christi pani. Resp. neg. antec. ad prob.**  
**dico; cùm corpus Christi sustentet accidentia panis**  
**per virtutem obedientialem, quæ efficacior est in**  
**operando quippe, quæ operatur vt instrumentum**  
**Dei, quæ sit virtus sustentatrix panis, maior est**  
**ratio, cur potius corpus Christi, quæ ipse panis**  
**accidentia sustenter, sc. quia efficaciori virtute con-**  
**seruatur vno accidentium cum corpore Christi,**  
**quæ vni corundem cum pane. Sicut quia efficac-**  
**iori virtute conservatur præsentia mobilis perfe-**  
**ctoris ad spatiū, quæ præsentia mobilis minima**  
**perfecti ad idem spatiū, maior est ratio, cur po-**  
**tius ab eodem spatio abscedat mobile imperfectius,**  
**quæ perfectius.**

## S E C T I O VII.

### An panis & vñitum in hac sacra conuersio-

### ne annibiletur?

**P**RIMA sent. affirmat: Durand. in 4. diff. 11. q. 3. 186.  
n. 2. qui quamvis putet manere panem & vñitum affirman-

quoad materiam, proinde non annihilarit; suppor-

titio tamen, quod substantia panis & vini tota de-

sinat, contendit, illam definere per annihilationem: Ocam. qu. 6. dub. 7. tribuitur Scoto qu. 4. &

quodl. 10. art. 3. Sed dubius potius inclinat in oppo-

situm. Probant 1. nihil substantia panis aut vini in Probas Dm.

se, aut in alio manet post consecrationem: ergo

annihilatur; quia annihilationis est desitio rei abeuntis

in nihilum. 2. Si ex duabus hostijs vna annihilare-

tur, manentibus tantum speciebus, Et alia conuer-

teretur in corpus Christi, nihil plus maneret de

substantiæ vnius, quæ alterius: sed prima dicitur

annihilari; ergo & secunda 3. Si sub eadem acci-

dentia, sub quibus nunc est corpora Christi, rediret

substantia

189. substantia panis, verè crearetur, quia fieret ex nihilo sui: ergo si præexistente corpore Christi, & nihil de substantia panis in eo remanente, panis desinat, verè annihilatur: quia ita se habet terminus ad quem annihilationis, sicut terminus à quo creationis: ergo si existentia corporis Christi non impeditur, quin reproductio panis esset creatio, neque præexistens eiusdem impediret, quin desitio panis sit annihilationis. 4. Si in corruptione naturali simul cum forma desineret materia, esset annihilationis: ergo si in hac mutatione cum formâ desinit etiam materia panis, erit annihilationis. 5. Si anima Christi conuerteretur in formam panis, annihilaretur, quia sicut illa non incipit nisi per creationem, ita non desinit nisi per annihilationem: ergo idem dic de forma panis, quæ conuertitur in animam Christi. 6. Mutatio attenditur penes terminos per se, à quibus specificatur; non penes terminos per accidens, qui tantum connorantur, & variantur ex voluntate agentis: sed termini per se in desitione panis, non est corpus Christi, quod per accidens coniungitur cum non esse panis; sed esse panis, & non esse panis, ille ut terminus à quo, hic ut terminus ad quem: ergo penes terminos per se desitio panis est annihilationis, nam hæc per se versatur inter esse & non esse rei. Minor prob. termini per se essentialiter concurrunt ad mutationem; implicat esse mutationem sine suis terminis per se; corpus Christi non concurrit essentialiter ad desitionem panis, cum ipsa desitio panis esse possit sine corpore hic præcente.

190. SECUNDÆ negat: Aten. 4. p. qu. 10. me. 5. art. 3 §. 3. Bonav. in 4. dist. 11. p. 1. art. 1. qu. 3. S. Tho. 3. p. qu. 75. art. 3. & 4. con. gen. cap. 63. & in 4. dist. 11. qu. 1. art. 2. Palud. qu. 3. art. 2. Capreol. qu. 1. art. 1. concl. 2. Aureo. qu. 3. Richar. art. 1. qu. 3. Argen. qu. 1. art. 2. Marsil. qu. 8. art. 1. concl. 3. Mayro. 20. Maior. qu. 1. §. con. 3. concl. Sotis dist. 9. qu. 2. art. 3. & 4. Caist. & Ferrar. locis cit. Egid. Theor. 1. & 34. Sylvi. 3. p. lo. o. cit. & aliorum recen. In quam inclinat Schotus, cuius oppositum circa errorem defendi non posse censet Sotus. Quæ sent. omnino vera est, quamvis de solâ voce putet esse Gabriel qu. 1. art. 3. dub. 6. Tota controværia est in ratione. 1. Panem non annihilari, quia aliquid de substantia illius manet; confutata est, quia non saluaretur transubstantiatio à Trident. definita.

191. SECUNDÆ Ægedy, Palud, Capreoli. art. 3. ad 1. confir. 1. rationis Scotti con. 2. concl. substantiam panis non annihilari, quia manet in potentia naturali informativa accidentium, ad eam iterum informandam; & obedientiali corporis Christi, quatenus per eius conuersationem illa redire potest; sicut forma non annihilatur ex eo, quod manet in potentia materiæ. Sed contrà: ut Sotus in 4. dist. 11. qu. 4. §. Hic dicitur, hinc sequeretur, nullum corpus posse annihilari, nisi annihilata tota substantia corporeâ, eo quod nulla non continetur in potentia obedientiæ. alterius conuertibilis in ipsam. 2. sicut potentia informativa accidentium non impeditur, quin substantia panis verè crearetur, si sub illis ex nihilo sui reproduceretur: ita nec impediret, quin verè annihilaretur, si in aliam substantiam conuerteretur. Ratio: sicut concursus informativus non impedit veram creationem, alioquin nulla substantia posset creari, quia quilibet substantia creata pendet ex aliquo concursu informativo alicuius potentiarum, à quâ pendet in operando: ita nec veram annihilationem: nam eodem modo illa se habet ad annihilationem, sc. ad creationem: vnde si Deus subtraheret concursum conseruati-

192. uum materiæ, etiamsi illa maneret in potentia informativa animæ rationalis, verè annihilaretur; hæc verè crearetur, si illam Deus reproduceret ex nihilo, non obstante concursu informativo animæ. Quare dispar est ratio de formâ materiali corruptâ, quæ manet in potentia subiectuâ materiæ: nam sicut hæc tollit creationem, ita & veram annihilationem, quæ est subtractio solius concursus creativi. DICES: Sicut terminus positivus à quo tollit Ad annihilationem, ita terminus positivus ad quem annihilationem: ergo sicut quia forma corrupta manet in potentia subiectuâ materiæ, non annihilatur: ita &c. Resp. 1. Non idem formaliter formam non annihilari; nam si supponeretur miraculosè producere per creationem, subtractione talis concursus esset annihilationis, non mindis quam subtractione concursus conseruatiui animæ rationalis; cùm tamen etiam sic annihilata maneret in potentia educitiuâ materiæ, quam miraculum non tolleret; sed Subtractione ideo formaliter non annihilari, quia non desinit concursus per subtractionem concursus creativi, sed educationem. &c.; quia sicut non conservatur per creationem; ita nec desinit per annihilationem, quæ est, solius concursus creativi subtractione. Contrà vero, etiam si forma corrupta posset reproduci per creationem, si illa desit per subtractionem concursus educitiui, non dicetur annihilari: igitur etiam si panis reproduci possit per conuersationem alterius substantiæ in ipsum, si tamen desit per subtractionem concursus creativi, dicetur annihilatus. Contrà vero, si non desit per subtractionem concursus creativi, esto reproduci possit per creationem, non dicetur annihilatus, sed conuictus. Ratio: natura mutationis, cùm sit actualis tendentia ad terminum, non est mensuranda penes terminum ad quem esse potest, sed ad quem actu est. 2. Nego, ens creabile per se fieri posse ex termino positivo à quo; hoc n. est fieri per actionem expulsivam alterius entis; ut repugnat per se primò fieri: quia creabile formaliter est independens à subiecto: & nequit unum ens expelli ab alio, nisi per incompromissibilitatem cum aliquo tertio: ergo nequit formaliter expelli, nisi per actionem uniuersam termini cum aliquo tertio: quæ actio supponit creativam eiusdem termini, sic ut omnis unio supponit terminum unibilem. Potest ens annihilabile desinere per conuersationem alterius in ipsum: sc. per puram suspensionem concursus, & per incompatibilitatem alterius cum ipso, mediâ unione illius cum tertio.

193. TERTIA Ledesma apud Suar. disp. 50. sect. 6. affirmans, panem & vinum non annihilari, quia manent eorum accidentia: sicut substantia non spectat ad intrinsecam naturam accidentium, & tamen desitio accidentium, manente substantiâ, non est annihilationis. Sed contrà: annihilationis est subtractione solius concursus creativi: qui sicut terminatur ad solam substantiam: ita ad desitionem eiusdem terminatur annihilationis: accidentia autem sicut non creantur, ita neque annihilantur, nam desitio respondet inceptioni. Confir. Si eadem substantia reproduceretur ex nihilo sub iisdem accidentibus, crearetur: ergo si desinat sub illis per solam subtractionem concursus, annihilatur: quia ita se habet terminus à quo creationis, sicut terminus ad quem annihilationis.

194. QUARTA Suar. disp. 50. sect. 7. afferentis. substantiam panis & vini non annihilari, quia desinit via actionis positivus: nulla autem actio potest destruere aut terminum, quem attingit, aut subiectum, in quo recipitur; ita nequit vitalis actionis destruere substantiam, sed pars tantum, compositi ex substantia & acciden-

201.  
Rerumdictor.

& accidentibus, manentibus accidentibus, ut subiecto talis actionis. Sed contra: est desitio substantie ex via actionis positione separantis & conservantis accidentia extra substratum, non sit annihilation, quia non est per puram subtractionem concursus, sed per incompossibilitatem termini ad quem; falsum tamen est, de facto substantiam panis & vini formaliter desinere via actionis illius, sed potius via corporis Christi se ipso sustentantis accidentia: alioqui non saluaretur formalis conuersio substantie in substantiam, sed in modum, vi cuius substantia desinit, qui cum sit accidens, erit transaccidentatio, ex termino formalis ad quem, vi cuius desinit terminus formalis a quo: 2. ille est terminus formalis, quem per se verba significant; sc. corpus & sanguis Christi sub accidentibus contentum.

**Quinta Mayo Gabr.** in 4. dist. 11. qu. 1. a. 3. dub. 2. V. asq. disp. 18; cap. 3. Coninck q. 75. a. 4. dub. 4. n. 145. affirmantium, ideo substantiam panis & vini non annihilari, quia eius desitio ex intentione Dei ordinatur ad terminum positionum, nempe ad corpus & sanguinem Christi, inclinant Scoti cit. §. Ad quast. & Ferrar. quia mutatio specificatur a termino ultimato ad quem, qui in hac mutatione est esse corporis, ad quod non esse panis ordinatur, ut dispositio ex intentione Dei. Sed contra: sola extrinseca voluntas Dei non variat intrinsecè ac physicè rem: ergo si ipsa hæc mutatio est physica annihilation, non variabitur ex sola voluntate Dei extrinsecā, nisi moraliter, contra/et. 3.

202.  
Ratio 5.

Vera Ratio,  
cum panus  
desinit non  
sit annihilata.

Sacra missio habet con-  
nexione cum Corpo.

203.

SEXTA & vera ratio, cur panis & vini desitio in hac sacrâ conversione non sit annihilation, est, quia illa essentialiter connotat corpus & sanguinem Christi ut terminum ad quem, vi cuius introductionis sub speciebus sacris substantia ipsa panis & vini desinit per physicam incompossibilitatem cum illo. Fundam. natura mutationis non solum attendi debet penes terminum ad quem, sed penes modum, quoad illum tendit: unde producio formæ in subiecto, absque alterius formæ incompossibilis destructione, dicitur generatio: producio vero formæ in subiecto cum destructione alterius formæ incompossibilis, dicitur conuersio: Cum igitur panis & vinum non desinant ex mera suspensione concursus creativi, sed ex incompossibilitate corporis & sanguinis Christi sub speciebus sacris, ad quorum positionem Deus lege connaturalitatis tenetur substantiam panis & vini non conseruare, non erit talis desitio, annihilation: quia cum annihilation sit opposita creationi, sicut creatio sit ex puro nihilo, ita annihilation tendit ad purum nihil: non potest autem illa mutatio tendere ad purum nihil, quæ ex natura sua connexionem habet cum positivo termino ad quem: quia tunc vi talis connexionis, præter destructionem rei, quæ corruptitur, essentialiter connotatur principalis terminus ad quem, vi cuius ille corruptitur, naturaliter incompossibilis; ac proinde illa non est mera suspensio creativi influxus, sed desitio substantie ex lege connaturalitatis ob incompossibilitatem corporis & sanguinis Christi sub speciebus constituti. Confir. quando panis desinit vi solius suspensionis concursus, ipsum non esse panis est adæquatus terminus ad quem talis mutationis; quando vero desinit vi positionis corporis, idem non esse panis est inadæquatus & minus principalis terminus mutationis, quia tunc vi physicæ incompossibilitatis panis cum corpore Christi ipsum non esse panis facit unum adæquatum terminum ad quem cum corpore incompossibiliter succedente.

Ita S. Doctor cit. in 4. & Aureol. propos. 5. An. P. Amici Tomus VII.

nihilatio non est mutatio, que sit sequela alterius mutationis, sed est præcisè sola substratio manentis Dei: at desitio panis est sequela alterius mutationis, nempe positionis corporis Christi: ergo non est propriè annihilation. Deducitur, desitionem panis esse effectum secundarium actionis, quæ corpus Christi constituitur sub speciebus, non formalem, sed causalem; eo modo, quo generatio dicitur causa corruptionis. Ratio: panis desinit per incompossibilitatem corporis Christi: ergo corpus Christi est causa, cur desinit panis.

207.  
Desitio est  
effectus fo-  
ndariorum.

Ad 1. argum. 1. sent. nego conseq. Nam ut res annihilatur, non sat est, ut nihil in se, vel in alio maneat, sed etiam ut nihil ei incompossibiliter succedit. Est igitur annihilation mutatio, quares non solum abit in nihilum, sed quæ non desinit in aliquid sibi incompossibile positiuè. Unde quamuis dici possit, panem abire in nihilum panis; haud tamen dici poterit abire in nihilum simpliciter: quod sufficit ad tollendam propriam annihilationem.

208.  
Ad primum &  
prima.

Ad 2. nihil plus substantia manet de hostiâ consecrata, ac de annihilata; at una desinit in nihilum super puram subtractionem concursus, ac proinde in nihilum simpliciter; alia in terminum positionum per physicam incompossibilitatem; ac proinde non in nihilum simpliciter. Ad 3. nego conseq. nam per actionem pure creativam substantia panis ex nihilo rediret sub iisdem accidentibus; per actionem conuersiæ non desineret in purum nihilum, sed in corpus Christi. Quia actio, quæ reproduceretur substantia panis, esset independens ab actione priore, qua eadem substantia vnitur accidentibus, quia esset prior, utpote terminata ad esse ipsum. Contrà vero mutatio, quæ panis substantia desinit sub accidentibus, est dependens ab actione, quæ corpus Christi vniatur sub iisdem; nam ex unione corporis Christi cum accidentibus desinit substantia panis. Nec est idem terminus ad quem desitionis, & a quo reproductionis: illa .n. reproduceretur ex nihilo subiecti & positioni termini a quo; cum tamen eadem non desinit in nihilum simpliciter, sed in terminum positionum ad quem; quare non eodem modo se habet præexistencia corporis Christi ad reproductionem panis, & ad desitionem eiusdem; quia ad illam se habet mere concomitant, quia non concurrecerit ut terminus a quo, vel ut causa talis reproductionis; ad hanc verò se habet ut terminus ad quem, & causa illius; quia verè desitio causatur ex corpore Christi per se ipsum sustentante accidentia panis. Ad 4. dupliciter posse materiam simul cum forma definere, vel per puram subtractionem concursus, & sic annihilaretur; vel per incompossibilitatem cum aliâ re sub aliquo communi termino, & sic conuerteretur. Ad 5. nego antec. nā annihilationi non solum obstat subiectum, sed etiam terminus positionis, in quem res corrupta desinit. Ad prob. animarationalis non incipit, nisi per creationem, quia non incipit ut terminus incompossibilis: quia licet ut vniuersitatis, sit incompossibilis cum forma embrionis, ac proinde ut sic sit terminus conuersionis; non tamen ut creabilis, quia ut sic non opponitur illi, nam ut sic sit independenter ab illo. Ad 6. terminus per se mutationis, alter intrinsecus & formalis, ad quem formaliter terminatur, ut esse rei est terminus actionis, per quam res incipit esse; sicut non esse rei est terminus intrinsecus, & formalis, in quem res formaliter desinit: Alter causaliter, a quo res, quæ incipit, vel desinit, aliquo modo causatur, ut corruptio vnius causatur ex generatione alterius; ac proinde terminatur ad illam non formaliter, sed causaliter:

209.  
Ad 2.210.  
Ad 3.211.  
Ad 4.212.  
Ad 5.

Nulla part-

213.  
Ad 6.Duplex ter-  
minus per se  
mutationis.

verique per se est mutationis connexus, prior formaliter, posterior causaliter. Quare neg. minor. Ad prob. corpus Christi in hac mutatione concurrit essentialiter causaliter, licet non essentialiter formaliter. Nec obstat, quod corpus Christi solum connotetur, non autem specificet desitionem panis; nam cum haec connotatio fundetur in reali & physica incompossibilitate, illam a parte rei distinguunt ab annihilatione. Dicss. Nil plus habet desitio panis, ex eo quod de facto illi succedat corpus Christi, ac haberet, si illi Christi corpus non succederet; etgo per hoc, quod illi Christi corpus succedit, non mutatur: sed si illi Christi corpus non succederet, esset annihilatione: ergo etiam nunc erit annihilatione. Resp. nihil nunc habere plus formaliter, habere plus connotatio: quia nunc connotat corpus Christi ut causam sui, quod non connotaret tunc: ratione cuius connotationis non dicitur unde annihilatione. Et quamvis haec connotatio non mutet intrinsecè desitionem panis, cum non sit intrinsecus respectus, vel modus realis; variat tamen ipsum formale significatum intrinsecum conuersonis, quod est totum aggregatum ex desitione panis & successione corporis Christi; quod satis est ad variandam denominationem mutationis: nam annihilatione nullum connotat terminum ad quem positiuum, a quo causetur, cum tamen desitio panis, prout de facto sit & significatur, connotat corpus Christi ut physicam causam sui; in quo sensu dixi, desitionem panis, prout de facto sit non esse physicam annihilationem, quia connotat corpus Christi ut physicam causam sui.

<sup>216.</sup> Regula tres ad dignoscendas propositiones, quae de hoc Sacramento fieri solent. 1. quae simul cum duab. sequ. colligitur ex S. Tho. 3. p. q. 75. a. 8. omnes propositiones, quae significant transitum panis in corpus, & vini in sanguinem Christi, admittendae sunt ut proprie: ut ex pane fit corpus: ex vino fit sanguis: nam particula Ex successione termini a quo, in quem importat, ut ex nihilo sit ens: ex priuatione sit forma. 2. Propositiones, quae important subiectum verique termino commune, in rigore sunt falsæ; quia nullum manet hic subiectum verique termini commune: de pane fit corpus: vinum fit sanguis: nam particula de, ut S. Tho. consubstantia litatem importat. Vnde ea utimur in diuinis processionibus, ad exprimendam consubstantialitatem personæ procedentis cum producente, ut Filius est, siue producitur de substantiâ Patris. Posterior vero propositio importat subiectum verique termino commune; vnde solum verificatur de conuersione formalis, in qua manet idem subiectum, ut album fit nigrum, aer fit ignis. Quod si quando illæ reperiantur apud PP. explicandas sunt transitiæ, ut idem significant, quod ex pane fit corpus panis conuertitur in corpus.

3. Propositiones, in quibus corpus & sanguis praedicantur de pane & vino, qualis est illa, quae habetur e. Ego Bereng. de consecr. dist. 2. Panis & vinum post consecrationem sunt verum corpus & sanguis Christi, intelligendæ sunt non de eadem re determinata, sed de eadem vagè contentâ sub ijsdem speciebus, ut sensus sit; quod erat panis, nunc est corpus, ita ut relativum quod non supponat pro eadem re in utraque parte propositionis, sed in unâ pro pane, in aliâ pro corpore Christi: quæ, quia ambo conueniunt sub ratione contenti, possunt aliquo modo huiusmodi propositiones verificari.

### An quilibet creatura conuerti possit in aliâ?

<sup>217.</sup> PRIMA sent. Duran. in 4. dist. 11. q. 2. Aureo. q. 4. a. 2. Nequecum mutuò conuerti, nisi quæ cōmunicant in materia: nō omnia autem entia creata cōmunicant in materia: Major prob. in copuersione debet conuertum aliquo modo manere in conuertente, ne annihiletur: non potest manere adū; ergo potentia; nō actiua Dei, cum annihilata maneat in ea; ergo in passiua; haec autem est materia: ergo nequecum mutuò conuerti, nisi quæ cōmunicant in materia. Infert ex illo, neque corpus conuerti posse in Spiritum, quia in nullâ materia cōmunicant; neque corpus cælestē in sublunare, quia constat ex diuersâ materiâ; nec vnum spiritum in alium, quia spiritus nec fieri potest nisi per creationem, nec desinere nisi per annihilationem. Fund. Vasq. est. Non potest una substantia in aliâ conuerti, nisi habeat accidentia intrinseca sibi inherenter, & subiecta sensui, sub quibus remauentibus illa demonstrari possit per pronomen Hoc vel Illud. Quia in quâuis conuersionis substantia debet opponi substantiæ; illa debet esse causa desitionis huius: At nulla substantia ex naturâ sua opponitur alteri: ergo ex sola veritate verborum est talis oppositio, si utramur pronominibus Hic & Hoc; & substantia conuertenda habeat accidentia intrinseca & subiecta sensui, qualia nō omnis substantia habet, saltem non spiritus. Omnis alias modus reducitur ad extrinsecam voluntatem Dei, quæ non sufficit, nisi utatur instrumento, ex cuius operandi modo, incepto vnius sit causa desitionis aligerius; at nullo alio, quam verbis demonstratiis ad sensum: ergo.

Infert, corpus etiam in spiritum conuerti posse, quia spiritus sub accidentibus corporis demonstrari potest: contra verò sub accidentibus spiritus, nec corpus, nec alium spiritum, per pronomen ad sensum demonstrari posse.

SACVnda Scoti in 4. dist. 11. q. 2. & quolib. 10. a. 1. <sup>223.</sup> Rubio. in 4. dist. 11. q. 1. 5. Quantum ad 2. Mayro. q. 16. Affirmant Argent. q. 1. a. 1. Marfil. q. 8. a. 1. dub. 1. Major. q. 1. Caer. 3. p. q. 75. a. 4. in resp. ad 3. Nugnez diffi. 3. Sotil dist. 9. q. 2. a. 4. fine. Bellarm. l. 3 de Euch. cap. 13. ad 3. argu. Durand. Suarez disp. 50. sect. 10. affirmantium. Pro definitione,

Dico. Quodlibet ens creatum constans ex materia & formâ, vel ex subiecto & accidente realiter distincto, & separabili, conuerti potest in quodlibet aliud ens creatum realiter distinctum, & aliquo modo oppositum. Fundam. ut vnum conuerti possit in aliud, debet vnum posse desinere ex vi alterius (alioqui non esset conuersio, sed annihilatione vnius, & producio alterius) seu habere terminum communem, sub quo aliud succedendo, ipsum incompossibilitate desinat: ergo vnum debet constare ex subiecto, vel accidente separabili, sub quo possit id, in quod conuertitur, succedere, & succedendo ipsum per incompossibilitatem expellere. Dixi, constans ex materia & forma, vel subiecto & accidente: quia ut sub tertio fiat conuersio, debet tertium intrinsecè componere rem conuertendam: ut enim res dicatur conuerti in aliâ, debet in illa aliquo modo remanere; ut S. Tho. 4. con. gen. cap. 63. vel secundum subiectum substantiale, ut in conuersione formalis; vel secundum terminum accidebare, ut in transubstantiatione. Quo fit, ut nec substantia succedens alteri in loco, tempore, ueste, corpore assumpto, dicatur in eam conuerti, quia haec omnia sunt extrinseca conuersæ, nec potest dici

<sup>224.</sup> Ens conuertit potest in aliâ, si quid communem,

<sup>225.</sup>

tek dici aliquod modo remanere in ea; nec forma separata conuerti in aliam, vt albedo in nigredinem: aut una substantia integra cum omnibus suis accidentibus in aliam commutari, quia in tali mutatione nullus maneret terminus communis, sub quo fieret conuersio: nam substantia creata, sub qua ut communis termino dici posset fieri conuersio, modaliter tantum distinguatur à natura, vt *so. 6. disp. 1.* *Dixi realiter distincto;* quia si sit tantum modaliter, non potest sub illo fieri conuersio: cùm nequeat modus separari a proprio subiecto, nec illi aliud subiectum succedere: vnde nequit vnum suppositū creatum in aliud creatū conuerti.

*Dixi, & separabilis;* nam et si illud distinguitur vt entitas ab entitate, si tamen à proprio subiecto non est separabile, neque illi aliud subiectum succedere. *Dixi, in quodlibet aliud ens creatum realiter distinctum;* quia non minùs implicat, vt modus separatus à proprio subiecto succedat alteri ut subiectum, quām ut ei separato à proprio succedat alterum subiectum. *Dixi, aliquo modo oppositum;* alioqui non saluaretur physica incompossibilitas inter minimum recendentem & accendentem: vnde si Deus ad productionem scientiarum infusa, destrueret aquilicam, illa non propriè ex acquisita conuerteretur in infusam; quia tales scientiarum naturaliter non se expellunt ex eodem subiecto. Hinc nec potest idem conuerti in se ipsum.

Collige inter quæ fieri possit conuersio. 1. Inter duas formas tam accidentales, quām substantiales; tam materiales, quām spirituales; tam naturales, quām supernat. quia inter eas potest esse formalis repugnantia in ordine ad tertium.

2. Inter unam materiam & aliam sub unā formā substantiali, vel accidentali. 3. Inter unam substancialiam materialē & spiritualem, & vice versa: cùm non repugnat vel spiritum subtilate accidentibus materialibus, vt de facto corpus Christi, ad instar spiritus indivisiibiliter substat accidentibus materialibus panis; vel corpus esse receptuum accidentis spiritualis. 6. Inter unum actidens & aliud sub uno communis termino ut quantitas unius hostiæ consecrata in aliam, in quā manerent albedo &c.

7. Conuerti potest substantia in accidens, vt si quantitas hostiæ consecratae succederet accidentibus lapidis. 8. Accidens in substancialiam, vt si substantia lapidis adquare sustentaret accidentia hostiæ consecratae, non sustentando quantitatem: nam tunc quantitas consecrata conuerteretur in substancialiam lapidis, quia desineret in lapidem ex via substantiæ lapidis succendentis in munus sustentandi accidentia quantitatis consecratae. Nam quātitas, hoc ipso quod non sustentaret accidentia panis, desineret esse. 9. Unum in multa, & multa in unum: velut si plura subiecta succedant accidentibus unius substantiæ, aut unum subiectum accidentibus plurimi substantiarum. 10. Non potest una res conuerti in aliam loco distantem, nisi res, in quam conuertitur, vi conuersione fiat præsens loco rei conuersæ, contra Scot. qu. 2. §. *Ad argum. ad 2.* quia ad conuersionem physicam requiritur ut res, in quam sit conuersio, intime vniatur cum subiecto, aut termino rei conuersæ: non potest autem una res formaliter expelli ab alio loco distante; formalis n. expulso fieri debet per proprias entitatem ordinem ad aliquod tertium, à quo per incom-

possibilitatem se expellant.

*Ad tunda. Durand.* neg. maior. ad prob. dico, sat esse, quod res conuerta maneat in re, in quam conuertitur, per sua accidentia. *Ad fundam. Vasquez.* nego maior. ad prob. dico, hanc oppositionem formaliter exerceri etiam per actionem physicę expulsiuam substantiæ panis, quam se solo Deus causare posset, aut medio instrumento: ita ut nec causalitet, hæc oppositio pendeat à verbis ad sensum demonstratiui, tanquam ab unico medio.

*An creatura conuerti possit in Deum, vel Deus in creaturam?*

*C* OMMVXIS sent. negat. Quia utraque dicit mutationem repugnantem Deo & qui puro.

*Dico 1.* Non repugnat, creaturam conuerti in Deum. Fundam. potest Deus succedere creaturæ in munus substantiale, absque mutatione sui: vt in munus suppositandi naturam ex vi conuersionis suppositi creati, mediâ vniōne hypost. terminatâ ad suppositū increatum; quo casu suppositum creatum conuerteretur in creatum.

*Respondet Suarez.* eo casu conuersionem fieri in vniōne naturæ creatæ, non in personam incretam: nam ea tantum est formalis terminus conuersionis. Sed contraria: quando compositum conuertitur in aliud compositum, conuersio non tantum fit in vniōne, sed etiam in formalis & ultimatum compositum: ita in hac sacram. conuersione, terminus non est vno specierum cum corpore, sed corpus vnitum speciebus: igitur in illa, conuersio fieret etiam in personam incretam, cum quā ultimata fieret vnum per se: quia formaliter conuersio solum dicit expulsionem rei conuertendæ, per successionem rei conuertentis: expelleretur autem substantia creata per vniōnem substantiarum increatarum naturæ creatæ.

*Confirm. per Vasquez.* non repugnat, etaturam seu panem conuerti in Deum, vt in terminum partiale & inadæquatum, vt si verba expresse significaret Deitatem: *Hoc est corpus meum deiſcalium;* ergo nec repugnat, conuerti in Deum, vt in terminum totale & adæquatum; nam mutatione non necessariò ponenda est in termino partiali & inadæquato: ergo nec in totali. Docuit hanc sent. Aurelius in 4. disp. 11. qu. 4. art. 2. *Non oportet, quod terminus transubstantiationis capiat esse nouum vel quod mutetur, vel etiam quod capiat de novo respectum presentis vi ipsius transubstantiationis.* Caieta. licet q. 75. art. 4. in resp. ad 3. hoc negat, tamen in ead. 3 p. q. 2. ar. 1 §. circa illam, glossans rationem S. Tho. quod non possit aliquid conuerti in naturam diuinam, cum sit ingenerabilis, inquit; potest intelligi aliquid conuerti in aliud. 1. per transubstantiationem: 2. per transmutationem, sicut alimentum in corpus animalis: ex hoc quod aliquid sit ingenerabile, non sequitur, quod non possit diuinam virtute transubstantari in ipsum quin possumus de facto in corpus Christi gloriosum, quod est incorruptibile & ingenerabile, conuertitur panis in Eucharistia: sed est sermo de conuersione secundo modo: de quā explicari potest hic &c. dum negat, creaturam conuerti posse in Deum: ne sibi contradicat. Dices: in conuersione terminus ad quem succedit termino à quo: implicat autem, Deum succedere vlli creaturæ, cum sit intimè præsens omnibus. Nego minor. de successione sine mutatione succidentis, vt succederet Deus loco suppositi creati, non præsentia locali, quā est intimè præsens omnib. sed speciali terminacione naturæ ad se, sola mutatione creature.

240. Ad fundam.  
Durandi.  
241. Ad Vasquez.

242. Posse naturam  
conuerti in  
Deum.

243. Suarez.  
Rejicitur.

244. Caieta. Vasq.  
245. Aurelius.  
Caietanus.

246. 47.

247. 48.

248. Ita intelligi.  
Schol.

249. 48.

*Quod conseruitur definit à munere substanciali in re sibi propriâ.*

251.

Dico 2. Implicat, Deum conuerti in creaturam. Fund. quod conuertitur debet vel omnino defini-  
re, vel latè cessare ab aliquo munere substantiali in  
resibi propriâ: utrumque autem repugnat Deo. Nec  
sufficit ad conuersionem, desinere ab aliquo munere  
substantiali in re alienâ: unde nō diceretur Deus  
conuerti in creaturam, si desineret suppositate na-  
turam humanam ex vi personalitatis creatæ in eâ  
productæ; nec Angelus conuerti in alium, si cor-  
pus assumptum ab uno, assumeretur, & sustenta-  
retur ab alio. Ratio: vt res conuertatur in aliam,  
debet secundum aliquid sui in eâ manere; alioqui  
si secundum aliquid alienum in eâ maneret, non tam  
ipsa, quam illud aliud diceretur in eam conuerti.  
Confirm. id, in quod fit conuersio, succedere debet  
in munus ipsius, quod conuertitur: implicat crea-  
turam succedere in munus aliquod proprium Dei  
in naturâ diuinâ.

## DISPUTATIO XIX.

### De præsentia Christi in Eucharistiâ.

**E**XPLICATA actione transubstantiationis, eius-  
quæ termino principali, qui est corpus & san-  
guis Christi, ut substantia accidentibus panis  
& vini, explicanda sunt reliqua, quæ cum ter-  
mino principali connectuntur: præcipua difficultas  
est, quâ ratione Christi corpus, & quæ ipsum co-  
mitantur, fiant præsentia.

### SECTIO PRIMA.

#### An præsentia corporis Christi in hoc sacra- mento per se colligatur ex conuersione panis?

1. Negant.  
Fundament.  
Scoti.

2. Fundament.  
Caietani.

3. Verius affir-  
mans.

4. *A priori.*

5.

Prima sent. *Scoti* in 4. diff. 10. q. 1. §. *Contra Caiet.*  
3. p. 9. 75. a. 1. §. *Ad enid.* negantium. Fund. *Scoti*:  
potuisset Deus conuertere panem in corpus Christi  
existens in cœlo. Confir. potius conuersum, ut  
alimentum trahatur in locum eius, in quod conuer-  
titur, seu aliti quam contrâ, ipsum trahat ad se ali-  
tum. Fund. *Caiet.* eti conuersio sacram. ut illatio  
veritatis verborum, inferat præsentiam corporis  
Christi sub speciebus panis, non tamen ut conuer-  
sio est simpliciter.

3. *Sacra Capreoli* in 4. diff. 11. qu. 1. art. 3. ad  
4. & 5. *Scoti* con. 3. concl. *Ferrar.* 4. con. gen. cap. 63.  
ad 6. *Scoti.* Affirmativa & sequenda. Constat 1. ex  
Concilijs & PP. qui ex conuersione panis & vini  
colligunt præsentiam corporis & sanguinis Christi  
in hoc sacram. *Ambros.* lib. 4. de sacram. S. Tbo.  
4. con. gen. cap. 63. Prob. 2. Conuersio fieri nequit,  
absque formalis repugnatiâ & incompossibilitate  
extremorum sub uno tertio, sub quo, dum unum  
introducitur, alterum expellitur: ut constat ex di-  
ctis de naturâ conuersionis: quæ non est actio tan-  
tum sustentatiua accidentium. Ergo fieri nequit  
absque introductione eius, in quod fit conuersio, in  
locu & vicâ eius, quod conuertitur. Quia repugnat  
unum physicè fieri incompossibile alteri, illudque  
per seipsum ab aliquo tertio expellere, absque rea-  
li præsentia sui sub tali tertio. Rechè igitur præsen-  
tia corporis Christi sub speciebus colligitur ex for-  
malis conuersione panis in ipsum: Addo, etiam ex  
actione substantialiter replicatiua; quæ cum sit ip-

sum fieri termini, implicat ponit actionem substan-  
tialiter replicatiua, & non ponit terminum.

Ad fund. *Scoti*, neg. conseq. Nam etiam tunc ex <sup>6:</sup> *Ad Scoti.*  
conuersione panis in corpus Christi colligeretur  
præsentia eiusdem sub speciebus panis in cœlum  
translatris. Ad confir. siue conuersum trahatur in lo-  
cum eius, in quod conuertitur, ut panis in cœlum,  
sive contrâ, semper verum est, ex conuersione unius  
colligi præsentiam peculiarem alterius sub uno cō-  
muni termino, sub quo fit conuersio: sicut ex con-  
uersione alimenti in alium colligitur præsentia  
formæ alii in materia alimenti, sub quâ fit conuer-  
sio. Ad fund. *Caiet.* nego assumpt. nam ut conuer-  
sio est formaliter, & non tantum ut conuersio est  
sacramentalis, infert præsentiam corporis Christi  
sub communitermino, sub quo fit, ex natura con-  
uersionis suprà explicata.

Quæritur 2. an ex conuersione panis colliga-  
tur indiuisibilis præsentia corporis Christi? Ratio  
dub. Quia corpus Christi succedit speciebus loco  
substantiali panis: ergo sicut tota natura panis erat  
sub quâlibet parte specierum: ita totum corpus  
Christi vi conuersionis succedit in quâlibet parte  
specierum.

Dico 1. Visolius conuersonis non potest colligi  
hæc indiuisibilis præsentia corporis Christi sub  
speciebus. Fundam. neqne hæc colligi potest vi  
conuersonis ut sic, cum fieri potuerit conuersio  
panis in Corpus diuisibilitat succedens sub acci-  
dentialibus: neque vi talis conuersonis, nam vi talis  
non colligitur, nisi quod Corpus sit sub specie-  
bus. An autem sub illis sit indiuisibilitat, neque ex  
conuersione, neque ex verbis sacram. arguitur:  
nam stante eadem veritate verborum, potuit Christi  
corpus constitui in hoc sacram. præsentia diu-  
sibili & extensa. Vnde ad rationem dub. factum est,  
totam naturam panis physicè & integraliter esse  
sub quâvis parte specierum, sed tantum metaphy-  
sicè & essentialiter: quia cum natura panis sit ho-  
mogenea, tota eius essentia metaphysicè saluat in  
quâvis minima parte panis. Ex hoc autem non  
sequitur, quod corpus Christi illi succedens, suc-  
cedere debeat indiuisibiliter physicè & integraliter  
totum sub quâvis parte specierum, sed potius  
diuisibiliter, sicut sub illis erat propria substantia  
panis.

Dico 2. Hæc indiuisibilis præsentia corporis &  
sanguinis Christi sub speciebus panis & vini, quam  
*Trident.* sess. 13. cap. & can. 3. definit, deducitur ex  
connaturaliori, & decentiori modo existendi ip-  
sius sub speciebus: quoniam si corpus Christi exis-  
teret in hoc sacram. diuisibiliter in ordine ad spe-  
cies, vel hoc esset per penetrationem ipsum quanti-  
tatis cum quantitate panis; vel per condensationem  
partium, quâ corpus redigeretur ad extensionem  
commensam extensioni specierum; vel per præsen-  
tiam diuisibilem extenderetur extra quantitatem  
specierum in ambiente contiguo. Non primum:  
sic enim deberet retinere suam actualem extensi-  
onem localem septipalmarem: at per eam necessa-  
rio occuparet spatium septipalmare; quia hæc cùm  
sit actualis extensio ad locum, implicat esse & adæ-  
quatam. Nō est præ-  
dictum, quod  
modus existendi in  
hoc sacram.  
decensior.

11.  
Nec condensatio.

retenta propria extensione locali, duo corpora simul admittantur in eodem spatio; alioqui si ab alterutro auferatur propria extensio, non erit amplius penetratio: quia tunc naturaliter possent esse simili: omnis quippe penetratio formaliter, prouenit ab extensione locali; quo fieret, ut vel hoc sacram. confici non posset, nisi in hostia septipalmari, vel ultra circumferentiam hostie corpus extenderetur ad spatium contiguum. Non secundum: alioqui Christus in hoc sacram. existens careret debitâ dispositione membrorum, debitaque forma ac pulchritudine, ex certa collocatione partium & organorum consurgente: cum enim per condensationem deberet Christi corpus ad minorem locum commensurari, quam ipsum ex se aptum sit occupare, necessariò fieret, ut omnes corporis partes cum magna cōfusione & indecentia intra se complicarentur, ut possent minori spatio adaptari.

13.  
Nec dimisibilius &c.

Non tertium: nam & per se apparet absurdum, & saltem quando manducaretur, deberet condensari aut penetrali cum hostia, vel cum palato manducantis, ut posset totum deglutiiri; & verba ipsa non verificantur, quæ tantum significant corpus & sanguinem existentem intra species.

14.  
Huius ratio ex parte panis & vini.

Tandem aliqua huius indivisibilis praesentia: ratio assignari potest ex parte ipsius panis & vini; quæ cum sint substanzæ homogeneæ non potius una earum pars postulat conuerti in unam, quam in aliam partem corporis, vel sanguinis Christi: Igitur conformius est substanzæ homogeneæ, ut tota conuertatur in totum, & singula eius partes in totum Christi corpus; ac proinde ex vi talis conuersionis Christi corpus succedit totum toti, & singulis partibus substanzæ conuersæ.

nisi substantia corporis & sanguinis Christi in hoc sacram. id sc. in quod directè terminatur conuersio; seu quod formaliter succedit termino conuerso: at nulla perfectio accidentalis Christi formaliter succedit termino conuerso in hoc sacram. quia omnis perfectio accidentalis panis & vini remanet in hoc sacram. sola substantia destruta; repugnat autem, unum succedere alteri ut termino à quo, eo non destruta, cum terminus à quo formaliter expelli debeat vi termini ad quem: igitur si sola substantia panis & vini vi conuersationis desinat, sola substantia corporis & sanguinis Christi erit terminus ad quem conuersationis; & consequenter ea ratiū est ex vi verborum: nam idem est terminus conuersationis, & significationis verborum.

Dico 2. Ex vi verborum sola substantia corporis est sub specie panis, & sola substantia sanguinis sub specie vini. Fund. ea tantum sunt vi verborum, quæ per verba formaliter exprimitur; hæc autem ex Trident. sess. 13. cap. 3. sunt sola substantia corporis sub specie panis, & sola substantia sanguinis sub specie vini. Ratio: verba sacram. cum sint practica, id tantum efficiunt, quod formaliter significant.

Dices: Corpus, quod vi verborum est in hoc sacram. est organicum: at hoc, præter substantiam; *Vasquez* *apriori*.

*Schol.* *res.* *inclusum* *de* *ratio* *specie* *panis* *in* *hac* *sacram.*

sine certa figura, densitate, raritate concipi non potest. Propter hoc argu. putat *Vasquez* disp. 187. 6. 4.

quætitatem, & alia multa accidentia esse ex vi verborum sub specie panis. Verum hoc est expressè contra S. Thom. & reliquos Schol. nec saluat naturam transubstantiationis, quæ est conuersio substantiaz in substantiam, ut eam definit Trident. sess.

13. cap. 4. cum in hac sent. corpus organicum, quod est terminus transubstantiationis, in ratione corporis organici formaliter constituantur per accidentia Neg. igitur minor. Ad prob. figura & organizatio altera substantialis, quæ consistit in variâ dispositione materiaz organizatz, per diuersas formaliter vel virtualiter formas substantiales organicas, exigentes diuersatum dispositionum acciden-

taliū; altera accidentalis, quæ consistit in variâ dispositione eiusdem materiaz per varias formas accidentales organizatz: quæ organizatio accidentalis naturaliter consequitur & exigitur à substanciali. Prior tantum sit vi verborum, posterior solū concomitanter, & vi naturalis connexionis.

*In statib.* Saltem sanguis essentialiter integrat corpus humanum; nam hoc essentialiter componitur ex quatuor humoribus, inter quos primum locum tenet sanguis: ergo saltem sanguis est vi verborum cum corpore sub speciebus panis: *Resp. nego* antec. licet enim sanguis integret corpus humanum viuum, non tamen corpus humanum ut sic, quod abstrahit à viuo & mortuo, utque vi verborum est sub speciebus panis; cum idem sit formale significatum corporis nunc, ac fuisse in triduo mortis, per se sub speciebus panis vi verborum, sc. corpus sine sanguine.

Dico 3. Vi naturalis concomitantia totus Christus, quoad omnes suas perfectiones à loco independentes, sibi realiter coniunctas, est sub quævis specie sacramentis. *Florent.* in decre. de Euchar. & Trident. sess. 13. cap. 6. can. 3. & sess. 21. cap. 6. can. 3. Fundam. est. Quotiescumque aliqua sunt

realiter connexa inter se, vbi est unum, ibi vi realis connexionis sunt reliqua: sed cum corpore & sanguine Christi sunt realiter connexæ cæteræ perfectiones, tam substantiales, quam accidentales Christi: ergo vi huius connexionis omnes Christi perfectiones sunt sub quævis specie sacramentis.

*resp. dupla organatio.*

15. *Quid vi verborum quid per concomitantia ponit?*

Ratio dicitur, id tantum continetur sub quævis specie, quod exprimitur in forma: at in forma corporis exprimitur tantum corpus, in forma sanguinis, tantum sanguis. Constat. si in triduo mortis consecratum fuisse, solū corpus fuisse sub specie panis, solus sanguis sub specie vini: at nunc non est diuersum sacram. ab eo, quod fuisse tunc.

Nota ex Trident. sess. 13. c. 3. aliqua esse in hoc sacram. vi verborum, aliqua vi naturalis connexionis & concomitantia. Vi verborum sunt, quæ formaliter exprimuntur verbis consecratorijs quæque necessaria sunt ad veritatem verborum: cum enim verba sacram. non efficiant, nisi quod significant, ea tantum dicuntur fieri vi verborum, quæ formaliter verba expriment, quæque ad ea verificantur necessaria sunt. Vi naturalis concomitantia sunt, quæ naturalem connexionem habent cum ijs, quæ sunt vi verborum: quia cum verba ponant suum formale significatum in hoc sacram. sicut illud reperiunt extra sacram. cumque extra sacramentum illud reperiunt coniunctum cum alijs perfectionibus, concomitantia etiam illud ponunt cum reliquis perfectionibus, cum quibus illud à parte rei reperiunt coniunctum.

Dico 1. nullaperfectio accidentalis Christi est vi verborum in hoc sacram. S. Tho. 3 p. 9. 76. ar. 3. & 4. & omnium Schol. in 4. diff. 10. Fund. id tantum est vi verborum, quod est vi conuersationis; nam verba per se exprimunt terminum conuersationis, ut succedentem termino conuerso: sed vi conuersationis non est

extra sacram. cumque extra sacramentum illud reperiunt coniunctum cum alijs perfectionibus, concomitantia etiam illud ponunt cum reliquis perfectionibus, cum quibus illud à parte rei reperiunt coniunctum.

Dico 2. Vi naturalis concomitantia totus Christus, quoad omnes suas perfectiones à loco independentes, sibi realiter coniunctas, est sub quævis specie sacramentis. *Florent.* in decre. de Euchar. & Trident. sess. 13. cap. 6. can. 3. & sess. 21. cap. 6. can. 3. Fundam. est. Quotiescumque aliqua sunt

realiter connexa inter se, vbi est unum, ibi vi realis connexionis sunt reliqua: sed cum corpore & sanguine Christi sunt realiter connexæ cæteræ perfectiones, tam substantiales, quam accidentales Christi: ergo vi huius connexionis omnes Christi perfectiones sunt sub quævis specie sacramentis.

*Maior*

21. *Quae vi naturalis concomitantia.*

16. *Nulla perfectio accidentalis esse vi verborum.*

Dico 1. nullaperfectio accidentalis Christi est vi verborum in hoc sacram. S. Tho. 3 p. 9. 76. ar. 3. & 4. & omnium Schol. in 4. diff. 10. Fund. id tantum est vi verborum, quod est vi conuersationis; nam verba per se exprimunt terminum conuersationis, ut succedentem termino conuerso: sed vi conuersationis non est

Maior limitatur t. connaturaliter; quia supernaturaliter post replicari unum, non replicato alio, cu[m] eo naturaliter conexo: 2. quando connexa nō se[nt] excedunt quoad præsentiam: non enim valet, *Verbum est ubique; ergo & eius humanitas*, quamvis enim valeat illatio ab excesso ad excedens, vt vbi humana[re]s Christi, ibi est Verbum, non tamen ab excedente ad excessum: & prob. 1. hoc mysterium peragit[ur] modo connaturali; 2. vel connexa non se[nt] excedunt quoad præsentiam, vt sunt omnes p[er]f[ect]iones creatar[um] in Christo; vel si se[nt] excedunt vt creatar[um] comparata cum increatis, sit ab excesso ad excedens; sc. ex præsentia humanitatis, quia per se primò sit virtute verborum in hoc sacram. arguo præsentiam diuinitatis, non contraria. Dixi, *perfectiones à loco independentes*: nam quia à loco dependent, vt motus, vbi, contactus, extensio localis, non replicantur cum corpore Christi.

Collige, vestes & indumenta neque cōcomitantia esse in hoc sacram. quia illa non sunt realiter cōiuncta cum corpore Christi. Quod etiam de cibo nondum digesto sentitur; quia neque ille est realiter vnitus corpori: sunt autem cum corpore cōcomitantia vngues, dentes, capilli, quia h[ec] substantia[re] integrant & perficiunt corpus humanum; non autem sanguis, lacrymæ, & reliquæ partes excrementiæ, quia erant in corpore Christi mortali. Ad rationem dubitandi patet.

### S E C T I O . III.

#### *Quid veniat vi verborū in hoc sacramento?*

**T**riplex est corpus, mathematicum, metaphysicum, physicum. Primum est de genere quantitatis. 2. de prædicamento substanciali, abstractum ex utraque parte substanciali compositi physici, prædicabile in recto de quolibet composite substanciali. 3. est altera tantum pars compositi naturalis, ex qua, & forma constituitur unum compositum physicum organicum, quod Arist. 2. de ani. text. 4. appellat subiectum animæ potentia vitam habens. Ceterum autem est, corpus, quod exprimitur in forma consecrationis, non esse mathematicum; quia cum hoc sit accidens, non potest esse formalis terminus transubstantiationis; aut metaphysicum, alioqui à suo formalis significato nō excluderet animam; quia cum illud sit prædicabile in recto de toto composite, nullam partem composite excludit: quod est contra Trident. sess. 13. cap. 3. vbi definit, animam non esse in hoc sacram. vi verborum; at vi verborum est, quidquid pertinet ad formale significatum verborum. Confir. ex Argen. in 4. dist. 13. qu. 1. a. 1. post concl. 3. si corpus in forma expressum importaret cōpositum ex materia & forma, non re[st]è Christus dixisset, *Hoc est Corpus meum*, sed potius, *Hoc est corpus, quod sum ego*: sicut non recte dicimus, *hoc est animal meum*: sed hoc est animal quod sum ego: recte autem dicimus, *Hoc est Corpus meum*, sumendo corpus pro parte tantum composite: quia quae sunt nobis cum alijs prædicatione communia, non recte dicuntur nostra, siquidem nostra dicuntur, quae nobis tantum appropriantur; qualia sunt, quae nos constituunt, vt partes actuales; quia h[ec] tantum ex modo significandi importantur vt nostra. Contrauersia est de corpore physico, quid formaliter importet.

**P**RIMA sent. Gabri. in 4. dist. II. q. 1. a. 1. not. 4. & a. 2. concl. 3. Marsil. q. 8. a. 1. fine, &c. affirmantium, illud importare nudam materiam. Fundam. hoc me-

lids saluat, quo pacto idem numero corpus visa-  
cramenti consecratū fuisset in triduo: nam eadem  
numero materia, quia denudata omni forma sub-  
stantiali iacuit in sepulchro, quæque tantum vi ver-  
borum fuisset sub speciebus panis, est nunc in  
Christo, sicque præsens in sacram. vii corund. Sed  
contraria; sola materia denudata omni forma non est  
corpus humanum, quale significabant verba, quan-  
do à Christo proferebantur; quia hoc dicit organi-  
zationem partium dissimilantium, ossis, carnis, ner-  
uorum &c. quia in sola materia, habente tantum  
partes similares, saluari non possunt: unde Arist.  
humanum corpus, appellat organicum potentiam  
vitam habens, quia per has partes dissimilares, est  
instrumentum animæ ad varias functiones vita ob-  
eundas. Confirm. in hac opinione, etiamsi Christi  
corpus esset in cineres redactum, consecrari posset  
vi præsentium verborum, quia maneret eadem nu-  
mero materia.

**S**ECUNDA Aegidij Theore. 28. 29. & 30. Argent. in 4. dist. 13. qu. 1. a. 1. concl. 3. & ad 4. assertentium, corpus per verba consecrationis expressum importare ma-  
teriam, vt stat sub modo extensionis; sanguinem vero importare materiam, vt stat sub modo qualitatis; qui modus licet connotet quantitatem, & qualita-  
tem, non est tamen quantitas, aut qualitas, sed rea-  
liter est materia extensa & subiecta qualitatibus: ratio-  
ne cuius modi materia distinguuntur in partes dissi-  
milares, carnis, ossis, nervi &c. Fundam. est idem ac  
præcedentis sent. putant enim materiam in triduo  
mantis sine forma substantiali.

Sed contraria; neque vt stat sub modo extensionis  
materia dici potest corpus humanum, & organicum,  
cum à tali modo non habeat nisi extensionem par-  
tium homogenearum; neque vt stat sub modo qua-  
litatis; quia cum hic sit accidentalis, non saluat con-  
uerzionem substancialis.

**T**ERTIA S. Tho. 3. p. q. 75. a. 6. ad 2. Caiet. ibid. in resp.  
ad 2. Capreol. in 4. dist. 10. q. 2. a. 3. Duran. q. 2. n. 6. Sot. 9. 1. a. 1. Ferrar. 4. con. gen. c. 64. §. consider. 3. Nugnez 9. 76. a. 1. §. granissima diffic. sine in alia impress. diffic.  
1. p[ro]p[ter] 2. concl. Suar. disp. 51. sect. 4. Vasq. disp. 186. c. 3. de centrum, tam corpus, quod sanguinem importare aliquam formam substancialem dantem esse corporis & sanguinis: quia in corpore viuo est ani-  
ma rationalis secundum gradum corporeitatis, quem virtualiter continet; in mortuo est forma ca-  
daveris: in sanguine est forma sanguinis, eadem in  
coniuncto & separato; hic enim cum sit in venis vt  
liquor in vasibus, non in formatu eadem formam ho-  
minis, sed propriam. Fund. cum in quolibet supposi-  
to una tantum sit forma substancialis, & ex alia  
parte nequeat materia sola intelligi nomine cor-  
poris & sanguinis, necessariò sequitur, vt præter  
materiam cum corpore importetur, vel anima vt  
dans esse corporis, vel forma cadaveris; nam sub al-  
terutram salvatur natura corporis humani; cum san-  
guine vero quia non integrat unam essentiam phy-  
sicam cum homine. importatur propria forma san-  
guinis, ab anima & cadavere diversa.

Saluat h[ec] sent. 1. quod iuxta Trid. anima nō sit in  
hoc sacram. vi verborū, sed naturalis tantum con-  
comitantia: quia non est, vt anima formaliter: acci-  
dit enim corpori humano, vt sit cum anima; quippe  
cum esse possit cum formam cadaveris.

2. Saluat, quod fuerit idem numero corpus mor-  
tuum & viuum: quia fuit, idem ratione eiusdem nu-  
mero materia, & hypostasis; quamvis fuerit diuer-  
sus formaliter ob diuersitatem formæ cadaveris,  
& rationalis:

Dupliciter h[ec] sent. explicatur à suis 1. vt no-  
mine 31. Dupliciter.

mine *Corporis* sub specie panis veniat materia 1. cū solo gradu corporeitatis in communi, non cum reliquis gradibus inferioribus, quos anima tribuit materiæ, quam informat. 2. vt veniat cum aliquâ formâ substanciali indeterminatè & disiunctiù, nempe vel cum animâ rationali, vel cum formâ cadaueris; nam cum verâque potest corpus huma-  
num consistere. Sed contra virtutem explic. ex Trid. sess. 13. c. 3. vi verborum sub specie panis ponitur vna tantum pars compositi humani, prout ab aliâ parte distinguitur: cùm tamen in hac sent. vi verborum ponatur compositum ex verâque parte resultans; siquidem ponitur materia cum aliquâ formâ, saltem ut componente vnum cum materiâ & formâ dante gradum corporeitatis. Maior colligitur ex modo loquendi Concilij docentis, animam in hoc sacram. esse vi naturalis connexionis, quâ partes Christi inter se copulantur; quo significatur, animam ponit ut partem distinctam à corpore: alioqui poneretur ut inclusa in gradu corporis, & vi essentialis identitatis eiusdem cum gradu corporis: anima .n. vi gradus corporeitatis, quem tribuit materiæ, non vnitur cum corpore, sed identificatur. Confirm. inter ea, quæ sunt per se, & quæ sunt tantum cōcomitanter, intercedere debet distinctio ex naturâ rei; at hæc non intercedit inter animam, ut dat esse corporis, & esse animati. Maior colligitur tum ex modo loquendi Concilij, dum ait, animam Christi fieri sub verâque specie præsentem vi naturalis connexionis, quâ partes inter se copulantur cum Christo non amplius morituro: tum quia in communi modo loquendi ea dicuntur cōcomitanter tantum adesse, quæ possunt abesse, salvo termino formalis significationis.

34.  
Nec sola  
materiæ cū  
gradu corpo-  
reitatis.

Contra explicationem 1. vi verborum ponitur hic corpus determinatum ad hoc individuum: ut constat ex pronomine *Hoc*: quod cùm sit demonstrativum ad sensum, non cadit nisi supra subiectum determinatum & individuum: igitur nomine *Corporis* hîc significatur materia cum gradu individuali duo corporis; nec solùm venit gradus præcisus corporis, sed reliqui etiam ab individuo præsuppositi: sicut cum gradu corporis venit etiam gradus substantiæ præsuppositus. Cùm igitur in hac sent. hic gradus individualis corporis sit ab anima, per se cum eo venit anima cum gradibus ab eo præsuppositis; cùm quiouis gradus inferior præsupponat superiores. Neque dicas, verba consecratoria attingere gradum individualis corporis vagè: nam pronomen *Hoc* cadit supra individuum, maximè determinatum, cùm sit demonstrativum ad sensum, qui non fertur, nisi in particulare.

35.  
Nec cū ali-  
qua forma  
substanciali  
indetermi-  
natæ.

Contra explicationem 2. arguo 1. Verba consecratoria, præsertim in sent. aduersi. producunt quod significant ad instar causæ naturalis: ergo habent terminum determinatum, quem determinatè attingunt, non sub disiunctione. Causa .n. naturalis producit effectum per virtutem determinatam ad vnum: ergo debet habere vnum terminum, quem determinatè attingat: ac proinde etiam verba sacram. quæ instar causæ naturalis producunt, debent habere terminum determinatum; sed compositum vel ex animâ rationali, vel ex formâ cadaueris, est effectus indeterminatus & multiplex: ergo non potest esse effectus verborum sacram.

36.

Dices, habere verba consecratoria terminum determinatum, sc. corpus prout à parte rei repertunt, vel cum formâ cadaueris, ut in triduo; vel cum animâ rationali, ut extra triduum. Sed contra: hoc ipsum est contra modum producendi causæ naturalis, quæ sicut habet virtutem determinatam

ad vnum effectum, ita non potest modo vnum modo alium specie diuersum, quale est compositum ex animâ rationali, & formâ cadaueris, nullâ factâ variatione in virtute productiù causare: at si quae fieret variatio, esset, quia cum verbis sacram. effectiù concurret corpus Christi; proinde aliâ virtute concurreret constitutum ex formâ cadaueris, ac ex animâ: sed, ut suppono, non concurrebit effectiù cum verbis ad præsentiam sacramentalem sui: ergo.

Hinc appetat discrimen inter causam naturaliter, & liberam: quod libera ex dominio, quod habet insuas actiones, modò pro libito potest, seipsum applicare ad vnum, modò ad alium effectum. Naturalis verò, quia necessariò applicatur ad agendum, non potest modò vnum, modò alium effectum producere, nullâ in virtute causandi factâ variatione: vti fit in virtute solis, quæ cum varijs instrumentis coniuncta, varios gignit in terris effectus. Ex his soluitur instantia; qui voulit recitare vnum psalmum, non tenetur recitate hunc, vel illù determinatè, sed aliquem in communi: ita verba sacram. non habent pro termino hoc, vel illud corpus in particulari, sed aliquod vagè; quamuis semper attingant hoc, vel illud determinatè, quod à parte rei reperiunt. Disparitas est; voulens est causa libera, quæ propter dominium supra suas actiones, potest ex actu indeterminato seipsum determinare ad hunc, vel illum in particulari: verba sacram. sunt causa necessaria, quæ non possunt ex effectu in communis ipsa determinare ad hunc, vel illum in particulari.

37.  
Dicitur  
liberas &  
necessar.

Vrgbis. Verba sacram. non solùm habent vim producendi effectum, quem per se significant, sed Vrgbis: etiam ea, quæ talem effectum naturaliter comitantur: ergo verba consecratoria corporis non solùm habent vim ponendi sacramentaliter sub speciebus panis corporis, sed etiam animam, & reliquias perfectiones. Ergo non est contra modum causandi formæ huius sacram. quod modò sub speciebus panis sacramentaliter ponat Christi corporis cum animâ rationali, modò cum forma cadaueris; cùm vim habeat ea omnia causandi, quæ naturaliter comitantur, vel comitari possunt formale significatum verborum. Antec. constat: tum in sacramento Pœnitentiarum, quod quamuis per se tantum ordinetur ad causandam primam gratiam iustificantem, virtus spiritualis resuscitatiuam, tamen vim habet causandi etiam habitus virtutum infusarum cum gratiâ iustificante deperdiros: tum in Baptismo; qui per se tantum ordinatur ad gratiam regeneratiuam, cùm tamen vim habeat causandi cum reliquis habitibus supernat, etiam characterem: tum in causis naturalibus, quæ non solùm habent virtutem causandi effectus, ad quos per se ordinantur, sed etiam ea, quæ talem effectum comitantur. Ignis enim non solùm habet virtutem causandi ignem, ad quem per se ordinatur, sed etiam accidentia, ad ignis generationem dilponentia. Resp. neg. antec. cùm .n. sacramenta vim habeant causandi ex diuina institutione, nequeunt se extendere ultra id, ad quod sunt ordinata ex diuinâ institutione, quam Concilia colligunt ex formalis ipsorum significacione. Vnde Trident. sess. 7. can. 6. de Sacram. in com. docet, sacramenta nouæ legis continere gratiam, quam significant: & sess. 13. cap. 3. ex formalis significacione formæ corporis, & sanguinis, colligit vi verborum tantum ponis sub speciebus panis corpus, & sub speciebus vini sanguinem. Igitur quæ corpus & sanguinem naturaliter comitantur, solùm causantur à Deo, ad exigentiam termini formaliter.

Antec.  
probatur.

40.

Resp.

Resp.

41. *Pœnitentia per se ordinatur etiam ad habitus infusos cum gratia sanctificante naturaliter connexos: cum per se ordinetur ad perfecte iustificandum hominem; & ad perfectam iustificationem concurrant omnes habitus infusi cum gratia connexi, ut definit Trident. sess. 6. cap. 7. initio.*

42. *Baptismus ad characterem, & habet animos. Baptismus per se ordinatur ad habitus supernat. infusos, cum gratia sanctificante connexos, quam ad characterem, ad quem etiam ordinantur Confirmatio, & Ordo. Baptismus o. per se ordinatur ad perfecte regenerandum hominem in Christo, eumque consignandum in famulum Christi: adeoque per se ordinatur ad conferandos cum gratia omnes habitus infusos, qui perfecte regenerant hominem in Christo, nec non characterem, ut spirituale signum, perfecte distinctionem ab alijs, quæ non sunt de familia Christi. Eodem modo, quia Chrisma ordinatur ad consignandum hominem in militem Christi, cuius fidem proficiendam suscipit coram tyranno: per se etiam ordinatur ad characterem imprimendum, quo distinguatur ab alijs, qui non sunt in Christi militiam adscripti. Similiter Ordo, quia per se hominem consecrat in peculiarem Christi Ministrum ad validè & licite dispensanda bona & merita eiusdem Christi, per se etiam ordinatur ad specialem characterem imprimendum, quo validè & licite possit tali ministerio fungi. Ad 3. prob. nego, causas naturales per se ex institutione naturæ non ordinari ad accidentia simul cum substantiâ producenda. Ratio: cum substantiæ crearet ad suos effectus substantiales causandos ordinentur medijs accidentibus, ut proprijs instrumentis tam concausantibus cum suâ causâ principali, quam disponentibus subiectum ipsum, in quod introducendus est effectus principalis: per se etiam ordinantur eadem substantiæ ad producenda sua accidentia cum quibus, & per quæ suos principales effectus producere debent.*

43.

*Causas naturales ad substantiam, & ad accidentiam.*

Secundò hæc sent. non saluat formalem unitatem in significato corporis: nam aliud corpus significasset verba in cœna prolatæ, aliud in triduo: quia in cœna significasset corpus constitutum ex animâ; in triduo ex formâ cadaveris: vnde si in cœna fuisset conservata hostia consecrata, usque ad mortem Christi, non remansisset idem corpus physicum Christi, quod consecratum fuit in cœna. Idem factum fuisset si hostia in triduo consecrata, servata fuisset usque ad Resurrectionem. Ex quo ulterius sequitur eo casu de novo fuisse formale significatum verborum in sacramento, & non vi verborum sacram: quia de novo fuisset corpus Christi constitutum ex cadavere sub specie panis, sub quâ ante fuisset constitutum ex anima absque prælatione verborum sacramentalium.

45.1

Q V A R T A sent. est quorundam Recent. assertantium, per Corpus significari materiam 1. cum sola organizatione substanciali sufficienti ad habendas diuersas partes substanciales organicas, ut ossis, carnis, nerui, &c. quam substancialem organizationem habet materia 1. in homine per diuersas uniones substanciales heterogenes, quibus unitur cum animâ. accidentalem licet habeat ex diuersâ dispositione accidentium. Hanc substancialem confugentem ex diuersâ unione materiæ cum anima formaliter importat corpus humanum: nam per eam materia 1. fit corpus organicum, & pars substancialis hominis ab animâ distincta. Sed contrà; per solam unionem substancialem materia 1. non est formaliter corpus humanum, sed tantum via ad

esse corporis humani: quod non dicit solam unionem substancialem heterogenem, sed formam substancialem; quæ det hanc heterogeneitatem partium. si o. per impossibile materia 1. haberet hanc unionem, & per eam non haberet formam sibi unitam, non esset formaliter corpus humanum, sed ad summum in viâ ad esse corporis humani: Nec obstat, quod forma in obliquo tantum, nomine corporis, importetur; certè integrat formale significatum corporis humani: ac proinde illa iuxta Trid. venit per se, vi significati formalis corporis humani.

QVINTA. Henrici quodlib. 3. q. 6. & 8. Scotti in 4. dist. 11. q. 3. art. 2. Aureo q. 2. Mayro. q. 17. Richart. 1. q. 2. affirmantium, per corpus importari materialiam cum formâ substanciali corporeitatis, quæ coxa meretæ semper illi tribuit esse corporeum. Sed contrà; hæc non saluat substancialem organizationem partium dissimilatarum, cum sit homogenea, ut patet in corporibus simplicibus; neque hanc partium diversitatem habere potest materia ex diversitate dispositionum, quas exigit hæc formam dispositiones heterogenæ, etiam exigeret in corporibus simplicibus.

SEXTA, quam ut probabilem docet Scottus q. un. 5. Ad rationes, &c sequutus sum, affirmat, corpus humannum, præter materiam, includere formas substanciales, carnis, ossis, nerui, ceterorumque organorum, ex quibus substancialiter componitur, & disponitur ad animam rationalem, ut ad ultimum & supremum actum substancialem recipiendum: quæ dicuntur formæ partiales substanciales: quia singulæ tantum partialiter disponunt & organizant materiam in ordine ad formam totalem: easque in proximo perfectibili requirit anima intellectiva, cui subordinantur & deseruiunt ut propria instrumenta & organa ad varias operationes obeundas. Fundam, non repugnant plures formæ substanciales subordinatae vni totali & perfectæ, ad quam disponunt in eodem composito, quæ omnes habent rationem subiecti perfectibilis ab una formâ superiore: & melius saluant, quæ Philosophia docet, de resolutione mistorum in elementa: & quæ de Christo tradit Theologia. 1. Quod semel assumpsit, nunquam dimisit: quia nullam admittit formam cadaveris in corpore Christi mortuo, quam videtur Verbum debuisse assumere, & in resurrectione dimittere. 2. Idem numero corpus, quod natum fuit de Virgine, iacuit in sepulchro, & regnat in celo; sc. sub ipsis partialibus formis, absque aliâ substanciali aduentiâ; vel dicendum esset materiam 1. omni formâ exutam iacuisse in sepulchro. 3. quod anima Christi non sit in sacram. vi verborum; quia vi verborum sit tantum corpus cum formis organicis substancialibus; anima vero vi solius naturalis connexionis, quâ copulatur cum corpore Christi viuendo. 4. quod anima ponatur in hoc sacram. cum corpore & sanguine tantum concomitanter, vi naturalis connexionis, quâ partes istæ inter se copulantur in Christo non amplius morituro: Cùm in hæc sent. corpus sit tantum pars realiter distincta ab animâ, quem modum loquendi non saluat tertia sententia.

Principia arg. contra hanc sent. sunt hæc: 1. Ex duobus entibus in actu, fieri nequit unum per se: sed materia per quamlibet formam substancialem fit ens in actu: ergo nequit cum alia forma substanciali, quæ est ens in actu, facere unum per se.

2. Alioqui nullum foret discrimen inter formam substancialem & accidentalem; veraque relinqueret materiam incompletam, & ulterius perfectibilem; neutra daret esse simpliciter, cùm quævis sub-

48. *Sexta assertio omnia corpora venire materiæ pri. manu cū formis partik. bus.*

49.

50.

51.

52.

53.

54.

uis substantialis, ut distincta ab accidentalibus, dicitur esse simpliciter. 3. Sicut anima dat materia esse substantialis, viuentis, sensibilis, rationalis, ita & esse corporis, quod virtualiter continet. 4. Non manet ultima dispositio, discedente formâ, ad quam disponit: sed forme partiales sunt ultima dispositio ad animam: ergo non manent, abeunte animâ, ad quam disponunt. Confir. Anima non separatur à materia, nisi introducatur aliqua dispositio dispensans ad formam contrariam, alioqui daretur naturaliter corruptio unius, absque generatione alterius, adeoque ens essorialiter incompletum à parte rei naturaliter existens. 5. Non saluatur natura transubstantiationis, quæ est conuersio substantiarum completarum in substantiam completam; non in substantiam incompletam, qualis est corpus in hac sententia.

*Ad 1.* argu. duplex ens in actu; alterum completum, quod non ex quâvis formâ, sed ex ultimâ & supremâ constituitur: atque hoc nequit facere unum per se cum alio ente in actu; quia iam supponitur ultimum constitutum in suo esse substantiali; alterum incompletum, quod constituitur ex formâ substanciali incompletâ subordinata formâ superiori completa; & hoc facere potest unum per se cum alio ente in actu, nempe cum formâ perfectiore completâ, quæ comparatur ad formam imperfectiorem, ut perfectum ad perfectibile, proinde aptâ facere unum per se cum illa, non ut illa habet rationem actus, sed potentiarum & perfectibilis: forma enim substancialis inferior est actus & perfectum respectu materiarum, subiectum verò & perfectibile respectu formâ superioris.

*Ad 2.* nego sequel. nam discriminem inter formam substancialem & accidentalem, est hoc, quod forma substancialis, aut dat esse completum, qualis est ultima & suprema, aut disponit substancialiter ad esse completum: accidentalis verò, nec dat esse completum, nec ad illud substancialiter disponit. *Ad 3.* distinguo duplex esse corporis, alterum completum prædicabile de toto cōposito, & hoc habet ex animâ & materia substancialiter organizatâ: alterum incompletum, & hoc habet materia ex formis partialibus organicis, quibus adueniens anima non dat esse corporis organici simpliciter, nam hoc supponitur ad animam; est enim hæc actus corporis organici, quod ut subiectum præcedit formam; sed esse corporis completi prædicabilis de composito, ut superius de inferiore.

*Ad 4.* nego minor. Ultima enim dispositio ad animam non sunt solae forme substanciales organicas, sed primæ etiam qualitates in certo gradu combinatae, quâ cōbinatione & temperamento dissoluto, separatur anima, quamvis non corrumpantur forme substanciales organizatae: quia illæ saltē ad tempus conseruari possunt cum minori temperamento, quia non manent, ut proxima instrumenta animæ; propter quod Arist. 2. de gener. anim. o. 1. carnem mortui, appellat & quiuocè carnem; non quod mutata sit in aliam formam substancialem, sed quia dissoluto temperamento primarum qualitatum, definit esse organum animæ.

*Ad confir.* concedo. animam non separari à materia, nisi in eâ introducatur aliqua dispositio, nego tamen, cum hæc dispositione non posse ad tempus conseruari formas partiales viuentis. Nego etiam, fieri corruptionem unius absque generatione saltē accidentalis alterius: non enim semper oportet ad corruptionem unius substancialis, aliam statim generationem: nec est absurdum ad aliquod breve tempus dari in rerum natura ens essentialiter in-

completum, quod tantum sit in via ad corruptiōnem, vel generationem; leg. Scot. cit. Ad 5. neg. antec. nam transubstantiatio per se tantum dicit conversionem totius substancialis in terminum substancialis succedenter accidentibus prioris substancialis desinentis. Nec est pars ratio de termino à quo transubstantiationis, qui totus debet desinere: quia transubstantiatio vi nominis importat desitionem totius substancialis: alioqui si aliquid substancialis illius remaneret, non posset dici transubstantiatio, sed vel transformatio si sola forma, vel transmateriatio, si sola materia, transpersonatio, si sola personalitas desineret: Conuersio enim formaliter, cum importet in recto desitionem termini à quo, ab illo denominatur talis vel talis conuersio. Ceterum erit vera transubstantiatio esto terminus ad quem, non succedat substancialis desinenti secundum omnem partem substancialem, quam includit: cum transubstantiatio solum neget remanere aliquid substancialis prioris substancialis; non negat, manere aliquid substancialis in termino succedente, quod priori substancialis formaliter non succedat.

*Quæritur 2.* An totus sanguis sit vi verborum sub speciebus vini? 1. sent. Affirmat solum, qui fuit in Passione effusus, esse vi verborum in hoc sacram. reliquum, qui nunc reperitur in gloriose corpore, esse tantum concomitante. Fundam. hic Fundam. tantum exprimitur in forma consecrationis; Quis pro vobis effundetur.

Secunda docet, totum sanguinem vi verborum esse in hoc sacram. quæstio esse posset non solum de sanguine, qui remansit in venis & iecore Christi mortui, sed etiam de aliquâ guttâ, quæ non fuit in Resurrectione reassumpta, ut minùs necessaria ad integratatem corporis glorioosi.

Dico 1. Totus sanguis, qui nunc est in corpore Christi glorioso, etiam si non totus fuerit in Passione effusus, est ex vi sacramenti sub speciebus vini. Fund. verba, quis pro vobis effundetur, non limitant precedentia ad significandum solum sanguinem, qui fuit in Passione effusus, sed ad exprimendum principium finem huius sacram. qui est representatio Passiois Christi, ut si Christus conuertisset aquam in vinum, his verbis, Hoc est vinum, quod à vobis potabitur: posteriora verba non limitant priora ad conuertendum solum aquam in vinum, quod fuisse ab illis potandum, sed tantum ad denotandum finem miraculi, esto non totum vinum fuisse ab illis potandum. Confirm. aliquis sanguis fuit sacramentaliter praesens sub speciebus vini in cœna, qui non fuit in passione effusus, nempe ille, qui ante passionem fuit in carnem conuersus: ergo ad verificanda verba, non est necesse, ut totus sanguis fuerit in passione effusus.

Dico 2. Solus sanguis, qui nunc est in corpore Christi, est in hoc sacram. si quis reperitur extra illud, non est in sacram. Fundam. sanguis per verba consecrationis expressus, est sanguis Christi, ut constat ex pronomine *Mei*, in personâ Christi prolati, quod idem sonat, quod, Sanguis hic est meus: Si quid autem nunc de sanguine Christi reperitur in terris, ille non est amplius sanguis Christi, sed suppositi creati, quo talis sanguis suppositatur: cum enim nequeat naturaliter talis sanguis conseruari, nisi in aliquâ subsistentia, non increata; quia suppono illū non manere amplius vixi hypostaticè Verbo; ergo creatâ. Nec sat est, ut aliquando fuetit Verbo vixi; alioqui omnes partes materiarum, quæ in naturalis caloris continuo exhalabant è corpore Christi, & in alias formas conuerterantur, essent

essent in hoc sacram. quia illæ fuerunt aliquando vnitæ Verbo. Quod diximus de sanguine, intellige de præputio, si verum est, illud in terris conseruari, non esse vi verborum sub speciebus panis.

Deducitur, si in triduo fuisset sanguis à corpore separatus, & ille fuisset subsistens subsistentiæ creatæ, & aliquis Apostolorum consecrasset, illum non fuisset futurum sub speciebus vini: secus si separatus mansisset absque omni subsistentiæ; quia tunc non fuisset factus proprius supponitri creati, sed mansisset supponitri increati. Eodem modo si corpus fuisset subsistens subsistentiæ creatæ, non fuisset vi verborum sub speciebus panis: secus si mansisset absque vñlā subsistentiæ, quia tunc non fuisset factum alterius supponiti: sicut quamdiu corpus S. Petri non fuit conuersum in aliud suppositum, dicebatur corpus S. Petri, etiam separatum ab animâ; non postquam illud fuit factum alterius supponiti.

Dico 3. Si in triduo fuisset consecratum, omnes partes sanguinis effusæ & discontinuatae fuissent vi verborum in sacram. vt omnes partes corporis, etiamsi corpus fuisset membratim concisum. De sanguine patet: quia cùm sit homogeneus, de quâuis partè verificatur forma, cùm quâlibet pars sanguinis sit sanguis. De corpore prob. licet forma non posset verificari de quâuis parte singillatim, posset tamen de omnibus simul sumptis; nam omnes simul sumptæ essent corpus humanum. Quo casu partes corporis eodem modo fuissent in sacramento inter se separatae, sicut extra sacramentum, quia verba ponunt significatum, sicut illud inueniunt à parte rei.

Colligitur, quid vi verborum ponatur sub speciebus vini. Vt enim dixi de corpore, quod vi sua formalis significationis importet materiam varijs formis substantialibus organizatam: ita de sanguine dicendum, quod vi sua formalis significationis importet materiam cum peculiari formâ substanciali sanguinis, quam retinet in corpore viuo & mortuo, intra & extra corpus, quamdiu manet sub speciebus sanguinis.

#### S E C T I O I V.

##### An Verbum & unio hypostatica sunt vi verborum in hoc sacramento?

**Q**uod in hoc sacram. sit Verbum & uno hypost. aperte colligitur ex Epheſio, in quo dicimus in hoc sacram. recipere carnem vivificantem, & Verbi propriam factam: definit Trident. ſeff. 13. cap. 3. & can. 3. docens, totum, & integrum Christum esse sub singulis speciebus. Sola ergo difficultas est, an sint vi verborum, vel solius concomitantia. Ratio dub. corpus & sanguis, qui sunt termini formales significationis sacram. exprimuntur per modum subsistentis, in concreto, & per se stant: ergo formaliter important subsistentiam, non creatam, quæ in Christo non est; ergo increataum Verbi, quæ omnia in Christo subsistunt. Confirm. ex parte termini à quo non solum vi verborum conuertitur natura panis & vini, sed etiam eorum subsistentia: ex parte termini ad quem non solum vi verborum succedit natura corporis & sanguinis, sed etiam ipsorum subsistentia: nam in conuersione terminus ad quem succedere debet proportionatus termino à quo. 2. pronomen *meum* in persona Christi prolatum importat unionem corporis cum Verbo: est enim corpus Verbi formaliter per uno-

nem hypost. Vnde Bellar. lib. 4. de Euchar. c. 23. fine putat, subsistentiam Verbi esse hic vi verborum.

Dico 1. Verbum non est hic vi verborum, sed concomitanter: ex Trident. ſeff. 13. c. 3. docente, Divinitatem esse hic, propter admirabilem illam eius cum corpore & anima unionem hypost. at ea tantum sunt vi verborum, quæ per se, & non propter connexionem cum alijs fiunt hic præsentia. Quid per diuinitatem intelligat etiam personam Verbi, constat; alioqui doctrina Concilij efficitur; tradidit enim universalem regulam dignoscendi ea, que in hoc sacram. sunt vi verborum, & que sunt vi naturalis concomitantia: ergo si per diuinitatem, solum intelligeret naturam diuinam, nihil docuisset de persona Verbi. 2. assignans rationem huius concomitantia, ait, esse unionem hypost. quæ primarij est ad Verbum. Fund. corpus & sanguis non important per se & formaliter subsistentiam, sed concretum tantum substantia.

Dico 2. Neque uno hypostatica est hic vi verborum, sed concomitanter: contra Nugnez. 3. p. q. 76. a. Uno hypostatica tantum concomitantia.

Eodem modo. Fund. per verba consecrationis solum exprimitur corpus & sanguis, qui est Christi: si illa Christus exprimere volueret, potius dixisset, *Hoc est Corpus mihi unitum*. Neque ex eo quod Concilium dixit, esse hic diuinitatem propter eius cum corpore unionem hypost. colligi potest, unionem formaliter importari cum corpore; nam eodem modo dixit, sub utraque specie esse animatum ob naturalem eius unionem cum corpore & sanguine, cum tamen ea uno non nisi concomitante importetur; alioqui non fuisset in triduo, in quo nulla erat naturalis uno idem significatum formale. Confirm. contra Nugnez: si uno hypost. fieret in hoc sacram. præsens vi verborum, illa producetur à verbis, media qualitate ut instrumento Dei, talie effectui proportionato; adeoque daretur connaturale instrumentum unionis hypost. productuum, quod 10. 6. disp. 12. confutó.

Ad 1. rationem dub. nego antec. Ad prob. dico, exprimi per modum concreti substancialia, non subsistentis; nam hoc supra conceptum substancialia, addit explicitum conceptum essendi per se, qui non importatur in formalis significato corporis & sanguinis; quia etiamsi haec existarent sine vñlā subsistentiæ, adhuc significarentur nomine corporis & sanguinis. Confirm. Si corpus & sanguis importarent formaliter subsistentiam, dici non posset, Verbum assumptis corporis aut sanguinem, quia non potest dici, *Verbum assumpsit aliquod subsistens*, propter quod dici non potest, *Verbum assumpsit hominem*, quia homo importat subsistentiam.

Ad confir. dico, subsistentiam panis & vini conuerti concomitanter ad conuersationem substancialia; sc. cùm subsistentia creata sit modus substancialia, nequit subsistentia conuerti, non conuerso eius modo, cùm nequeat manere modus, destruendo ipsum fundamento. Ad 2. est pronomen *meum* in persona Christi prolatum, denotet corpus unitum Verbo, non tamen ut existens in sacram. nam etiamsi non replicaretur cum unione ad Verbum, modò illam retineret extra sacram. adhuc pronomen *meum* verificaretur: sicut si Deus replicaret meum corpus Romæ sine unione cum animâ, verè dicere posse. *Hoc est corpus meum*. Leg. Sotus in 4. diss. 10. qn. 1. a. 1. §. Alter. Resp. 2. neg. Tò *meum* denotare actualēm unionem corporis cum Verbo, sed solā possessionem corporis, quam adhuc Verbum retineret in corpore sibi actu non uno. Sicut corpus S. Petri dicitur corpus S. Petri, etiam ab ipsius animâ separatum; & equus Pauli semper dicitur equus Pauli, quamdiu

In formalis significatio corporis & sanguinis non importatur subsistentia.

77.

78.

quādū non sit sub iuridico dominio alterius.

79. **Dicas ergo si tantum hic esset materia corporis Christi, verificarentur verba, ex eo, quod alibi ipsius corpus existeret. Resp. neg. conseq. nam ratio corporis debet verificari hic: dum n. dico hoc est Corpus, significo, sub his accidentibus esse corpus: ergo si tantum esset materia, nō verificaretur; verificaretur autem, si sub his accidentibus non esset corpus vnitum Verbo, quia pronomē meum est nomen possessuum, quod verificari potest ratione corporis posselli: nomen verb corporis est nomen absolutum, quod verificari non potest, nisi adsit sub speciebus. Superest examinandum.**

80. **An reliquæ diuinæ personæ dici possint esse in hoc sacramento concomitantes? Affirmat S. Mar. 3. trus & Spiritus S. esse in p. 10. 3. disp. 51. sect. vlt. fine, ubi docet, Verbum esse hoc sacram. in hoc sacram. per concomitantiam immediatam, cōcomitantes ut proprium suppositum humanitatis; naturam dicas S. Mar. unam esse per concomitantiam ratione quidem mediata, re immediata, cum sit idem cum Verbo; reliquias personas per concomitantiam mediata ratione & re, cum realiter distinguantur à Verbo. Probat. 1. Maior. est coniunctio Pateris, Filij, & Spiritus S. cum essentiâ diuinâ, quam Filij cum humanitate, ratione vniōnis hypost. Sed ratione vniōnis hypost. Filius est per concomitantiam in hoc sacram. ergo etiam reliquæ personæ diuinæ, saltem secundario. 2. Aūma est in hoc sacram. concomitantes, propter vniōnem cum corpore & sanguine; ergo etiam Pater & Spiritus S. propter naturalem connexionem cum Filio in eadem naturâ diuinâ, erunt in hoc sacram. concomitantes.**

81. **Negant verò alijs Recen. Patrem, & Spiritum S. esse per concomitantiam sacram. sub speciebus panis & vini. 1. quia totum fundamentum, in quo Trident. sess. 13. c. 3. fundat hanc concomitantiam, est vno hypost. quam habet Verbum & diuinitas cum humanitate, quam non habent reliquæ personas. sc. ea tantum dicuntur esse per concomitantiam in hoc sacram. quæ vniuersitatem cum termino formalis, vt pars naturæ, vel vt complementum totius, vel vt propria accidentia complentia vnum suppositaliter cum illo: Pater autem, & Spiritus S. nullo ex his modis vniuntur cum termino formalis significato: 2. Quæ sunt in hoc sacram. per concomitantiam, participant per communicationem idiomatum, omnes denominationes, quæ per se conueniunt terminis formalibus significatis: hinc Verbum dicitur manducari, consecrari, offerri &c. sed per communicationem idiomatum Pater, & Spiritus S. non participant proprias denominationes terminorum formalium: 3. Connexio, quam mediā naturâ diuina Pater, & Spiritus S. habent cum persona Verbi, non sufficit, vt dicantur mediare terminare vniōnem hypost. incarnari, concipi, nasci, mori, &c. ergo nec sufficit, vt dicantur esse per concomitantiam sacram. sub speciebus panis & vini.**

82. **Quæstio de nomine. Hanc quæst. puto de nomine, cum Gabr. in can. Misse lect. 42. omnes quippe conueniunt, personam Verbi esse in hoc sacram. concomitantes, propter vniōnem ipsius cum termino formalis significato; reliquias personas esse tantum ratione identitatis cum eadē naturâ diuina; & solum verbum integrare vnum suppositum cum termino formalis significato. An dicendum, eas esse concomitantes hic? non video, quid absurdī sit in hoc modo loquendi, quem graues Thologi usurpant, cum explicatione à Suarez. oppositā. Quod sic prob. esse in hoc sacram. concomitantes non restringitur tantum ad ea, quæ sunt per vniōnem; nam etiam per aduersi. potentias animæ insunt concomitantes, cū**

83. **tamen non sint propter vniōnem carum cum termino formalis, sed per identitatem cum animâ, quæ hic est concomitans, propter vniōnem ipsius cum termino formalis: neque etiam restringitur ad sola ea, quæ integrant vnum perfectum suppositum cum termino formalis; nam hoc modo natura diuina non est hic concomitans, contra Trident. quia non integrat vnum suppositum cum corpore & sanguine, cum id sufficiens præstet subsistens Verbi. Ex his,**

**Pater ad 1. argum. secundæ sent. Ad 2. idem eas denominations non conuicere reliquis personis, quia hæ nō sunt idem supposito cujus termino formalis; neque natura diuina; sed soli Verbo, quia idiomatum cōmunicatio fundatur in vniōne suppositali. quæ solū intercedit inter Verbum & terminum formalem significatum. Ad 3. neg. conseq. nam mediare terminare vniōnem hypost. incarnari, concipi &c. non importat solū int̄imam præsentiam cum naturâ humana, sed aliquo modo esse terminum vniōnis hypost. Pater autem, & Spiritus S. nullo modo sunt terminus vniōnis hypost. esse autem concomitantes in hoc sacram. solū dicit, esse in illo per int̄imam præsentiam propter identitatem cum naturâ diuina & naturalem connexionem cum personâ Verbi: sunt autem personæ diuinæ in hoc sacram. int̄imæ præsentes, non per mutationem sui, sed per mutationem specierum sacram. quæ per vniōnem sustentatiūm immediatè terminatam ad corpus & sanguinē Christi, sunt per se primò præsentes corpori & sanguini; iūm peculiari modo, quo antea nouerant, sunt præsentes Verbo, & diuinis personis: quibus etiā antea erant præsentes ut vniæ cum propriâ substanciali panis & vini, non erant tamen præsentes ut vniæ cum substanciali corporis & sanguinis Christi: qui est peculiaris modus, quæ illæ de novo sunt præsentes personis diuinis, propter vniōnem corporis & sanguinis cum Verbo, & identitatem personarum in natura diuina.**

84.

85.

Speciebus  
panis pecu-  
liari modo  
sunt præ-  
sentes perso-  
nae reliquæ.

## S E C T I O V.

**Quid in triduo mortis Christi fuisse præ-  
sens sub speciebus panis & vini?**

86.

**H**ec quæstio ponitur ad exactius intelligendum terminum formalem verborum sacram. & quia ab alijs ex professo non examinatur, breuiter exijs, quæ Trident. sess. 13. cap. 3. docet, definienda est hic & disp. 33. sect. 2.

87.

**Dico 1. per se vi verborum in triduo sub speciebus panis fuisse corpus inanime, absque vllâ formâ totali, cum solis formalibus, essentialiter integrantibus corpus humanum, si dentur. Fundam. Id per se factum fuisse in triduo præsens sub speciebus panis, quod fuisse terminus formalis significationis corporis: sed illud fuisse corpus inanime, absque vllâ formâ totali, cum solis formalibus, essentialiter integrantibus corpus humanum: ergo. Patent ex dictis.**

Quid ut  
verborum.

**Dico 2. per se vi verborum in triduo sub speciebus vini fuisse totus sanguis, tam in terra effusus, quam intra demorui corporis venas inclusus, cum sola forma sanguinis, absque anima. Quia totus, & solus sanguis cum sola formâ ipsius, est formale significatum verborum calicis.**

88.

**Dico 3. per concomitantiam cum corpore simul fuisse Verbum dignum, ac tota diuinitas: Quid pro  
concomitan-  
tia nec non sanguis intra corporis venas inclusus; non sunt in autem in**

83.  
Modus lo-  
quendi prob.

autem in superficie eiusdem corporis perfusus. Primum constat, cum eadem ratio sit de corpore viuo & mortuo: unde si cum viuo per concomitantiam venit Verbum cum tota diuinitate, etiam cum corpore mortuo venisset: nam etiam cum mortuo corpore manus semper coniuncta diuinitas.

Secundum colligitur ex Trid. id est de facto sanguis per concomitantiam unam cum corpore viuo constituitur sub speciebus panis, quia de facto est unitus cum corpore viuo: sed etiam sanguis, qui mansisset intra venas defuncti corporis, fuisset unitus cum corpore mortuo: ergo. Tertium prob. sanguis in superficie defuncti corporis aspersus, non erat unitus cum corpore Christi, sed solum illi contiguus per iuxta positionem, eo modo, quo erat illi contiguus sanguis in cruce aspersus, quem idem Christi corpus in cruce pendens tangebat: per concomitantiam autem solum veniunt, quae reperiuntur unita cum ipso termino formalis significato: alioquin etiam anima separata a corpore, si solum mansisset indistans a corpore, vel sanguine, fuisset per concomitantiam simul, quod fallum est.

Dico 4. per concomitantiam cum sanguine non solum fuisset Verbum, & cum eo tota diuinitas sed etiam corpus sub speciebus vini. Si enim propter unionem corporis cum sanguine in venis inclusu, cum corpore sub speciebus panis concomitantiter venisset sanguis; etiam cum sanguine sub speciebus vini concomitantiter venisset corpus unitum cum sanguine in ipsius venis inclusu.

Dico 5. Cum neutro concomitantiter fuisset in hoc sacram. anima, a corpore & sanguine separata. Fund. etiam sunt concomitantiter presentia in hoc sacram. quae a parte rei reperiuntur unita cum termino formalis significato: sed anima Christi cum neutro termino formalis significato erat in triduo a parte rei unita; ergo.

Objecies 1. Fuisset concomitantiter in triduo cum corpore & sanguine Verbum: ergo etiam anima unita Verbo. Non enim solum concomitantiter sunt presentia, quae immediatè, sed etiam quae mediatae unitur cum termino formalis significato; ut anima Christi in triduo, cum utroque termino formalis significato, mediante Verbo. sc. cum termino formalis significato non solum concomitantiter est praesens Verbum, sed etiam diuinitas, & personæ diuinæ, quae solum mediatae & remotæ sunt unitæ cum termino formalis. Præterea cum termino formalis corporis, non solum concomitantiter est anima, quae immediatè unitur corpori, sed etiam potentia & habitus infusi, qui mediatae tantum unitur cum corpore; ergo. Resp. maior intelligenda est de ijs, quae sunt unita unitate adæquatâ cum termino formalis, non de ijs, quae unitate inadæquata, ut anima Christi mediante Verbo erat unita cum corpore & sanguine Christi. Nam quae hoc modo unitur, possunt immediatè unitas cum tertio, & non inter se, propter limitationem sui, & ilimitationem tertij: Sic Pater & Filius identificantur cum natura diuina, & non inter se, quia inter se limitantur ad certum genus oppositionis, in quo non limitantur cum natura diuina, quae ob sui illimitationem in omni genere, nulli opponitur. Parim modo si Verbum suppositorum naturam humanam & angelicam simul, non necessariè ubi esset natura humana, simul esset angelica: sed posset naturaliter una esse in uno loco, alia in alio. Unde ex unitate cum eodem supposito divino, non infertur, unitio, vel indistinctio talium naturarum inter se. Quia igitur in triduo corpus, sanguis, & anima Christi erant unita, ut entia limitata cum supposito immen-

so, non sequitur, quod ubi fuisset corpus, vel sanguis, ibi naturaliter simul fuisset & anima: quia poterant, ob immensitatem suppositi, hæc omnia esse unita supposito, & tamen naturaliter separata inter se. Contra vero, quia potentia & habitus adæquate unitur cum anima, ubi est anima, naturaliter sunt & ipsius potentia atque habitus. Quoniam hoc eodem exemplo confirmare possumus traditam doctrinam: nam quia anima est illimitatae corpore, non sequitur, ex eo, quod caput & pedes unitur, & sint immediate presentes animæ, quod etiam unitur, & sint immediate presentes inter se. Paret ad prob. maioris. Diuinitas & reliqua personæ increatae sunt speciali modo <sup>ad prob.</sup> in hoc sacram. cum supposito Verbi, cum ratione <sup>Maior.</sup> immensitatis, cum ratione identitatis cum eadem natura diuinâ, ratione cuius identitatis, etiam si non essent immensæ, adhuc fierent simul presentes in hoc sacram. in quo, dum propter unionem hypost. cum corpore & sanguine, fit per se primò concomitantiter praesens Verbum, ratione essentialis connexionis mediæ naturæ diuinæ cum Personis, sunt etiam speciali modo presentes Personæ, cum non possint inter se sciungi, propter identitatem cum natura.

Objecies 2. Contra axiomata Theolog. est quodd in triduo simul cum corpore concomitantiter fuisset <sup>Dicitur 2.</sup> etiam sanguis, & cum sanguine copus. Resp. neg. assumpt. Axioma enim satenus verum est, quatenus <sup>resp.</sup> supponit, nihil sanguinis remansisse in corpore Christi defuncto, quod probabile putat <sup>Suar. 3 p.</sup> to 3. disp. 51. sect. 3. post. 2. dictum. Ceterum supponendo, quod aliquis sanguis manserit in venis, negari non potest, quin ille vivorum fuerit sub speciebus vini, & consequenter cum illo propter unionem cum corpore concomitantiter etiam corpus: & contra sub speciebus panis cum corpore concomitantiter etiam sanguis.

## S E C T I O VI.

*An corpus Christi sit in hoc sacramento cum quantitate, ceterisque suis accidentibus?*

Prima sent. Duran. in 4. diff. 10. q. 2. probabilius <sup>91.</sup> opinantis, Christum esse in hoc sacram. sine <sup>Negat.</sup> propria quantitate, quod etiam probabile censet. Maior. q. 3. post. 2. concl. Primo, quia de essentia qualitatibus est extensio partium: sed corpus Christi non est in hoc sacram. extensum: ergo. 2. Nihil potest comparari ad aliud, modo opposito suæ naturæ: sed indivisibilitas est modus oppositus quantitati, cum ipsa essentialiter sit indivisibilis: ergo non potest quantitas corporis Christi comparari ad quantitatem specierum indivisibiliter. 3. Non potest indivisibile comparari ad aliud indivisibiliter: ergo neque indivisibile comparari ad aliud indivisibiliter. 4. Superficies carni est unita per totum corpori Christi in celo, & tamen non sit praesens in sacram. ergo etiam unitas sit unita per inheritance corpori Christi in celo, non tamen sit praesens in sacram. 5. Vbicunque est substantia, est substantialis: ergo vbicunque est quantitas, est quantitativæ: cum non minus modus quantitativus sit essentialis quantitati, quod modus substantialis substantiae. Confir. Implicita qualitas sine intensione; ergo <sup>Cofira.</sup> & quantitas sine extensione.

Secunda Gabriel. in 4. diff. 10. q. 8. art. 2. conclus. 2. & reliq. Nomini affirmantium, Christi corpus esse in hoc sacram. cum quantitate, cum quæ <sup>Affirmat.</sup> est in

apri.

92.

94.

Prob. Maior.

95.

Exempl.

*Nunquam  
rum.*  
est in celo, non tamen quantum & extensum. 1. quia quantitas non distinguitur ex natura rei à re quanta, seu corpore: & esse quantum, est habere partem extra partem spiritualiter: sed corpus Christi in facramento non habet partem extra partem spiritualiter: ergo non est quantum.

*100.  
Affirmant  
virum ut  
Cenjura  
Durandi.*  
1. *ERTIA Alens. 4.p.9.10.me.7.art. 3 § 4. Bonau.  
in 4. dist. 10 p. 2.art. 1.q. 2.S.Tho. 3.p. qu. 76.art. 4. 4.  
con gen cap. 6.4. & in 4. dist. 10. qu. 1. art. 2. qu. & 4.  
Palud. qu. 2. Capreol. qu. 2. art. 1. concl. 2. Caior. &  
Ferrar. locis cit. Scotti in 4. dist. 10. qu. 1. §. dico ergo.  
Maior. qu. 1. Aureol. qu. 3. ar. 1. 2. & 3 Richar. art. 1.  
qu. 2. Mayro. qu. 2. Argent. qu. 2. art. 2. & 3. Marsil.  
qu. 7. art. 2. Sotis dist. 10. qu. 1. ar. 4. Altisid. lib. 4. tratt.  
1. & omnium recent. assertorium, corpus Christi, non solum esse in hoc sacram. cum sua quantitate, sed etiam quantum & extensum. Vnde sententiam Durandi Caetanus appellat contra communem, Alensis erroneam; Bonaventura errori propinquam, Suar. disp. 51. sect. 2. temerariam, Nugneq. qu. 76. ar. 4. concl. 1. erroneam, Sotis erroneam & haereticam; Mayronus nostram appellat veritatem determinatam & certam: mihi videtur temeraria, cum sit contra omnes Theologos: nec nō periculosa, magis quam Nominalium, quia occasionem praebet errandi.*

*101.  
Corpus  
Christi, esse  
in hoc sa-  
cram. cum  
quantitate,  
& acciden-  
tibus abso-  
luti.*  
Dico 1. Corpus Christi est in hoc sacram. cum tota sua quantitate, ceterisque accidentibus absolutis, cum quibus est in celo: ex Trident. sess. 13. c. 3. affirmante, totum atque integrum Christum esse sub quaue specie vi naturalis connexionis, quae partes Christi copulantur inter se: sed non minus cum Christo copulantur partes accidentales, quam substantiales: ergo. Confir. corpus humanum, non potest naturaliter existere sine quantitate, ceterisque accidentibus ad humanum temperamentum & organizationem concurrentibus: nam nec forma naturaliter informat, nec materia naturaliter informatur, nisi positâ debita dispositione & temperamento naturaliter requisito: sed Christi corpus existit hic cum suis naturalibus dispositionibus, & accidentibus, alioqui nimiris imperfete & monstruose existeret. DICES. Saluator integrum significatum corporis in sola integritate partium substantialium: ergo saluator integritas corporis humani sine quantitate, ceterisque accidentibus. Resp. concedo, salutari integrum significatum corporis in sola integritate partium substantialium, quia tamen nequit integrum corpus naturaliter consistere sine integritate accidentalium dispositionum, simul cum integritate substantialis sit vi realis connexionis etiam praesens integritas accidentalis: quia ex Concilio sit praesens corpus cum omnibus suis partibus, cum quibus realiter connectitur, & à quibus naturaliter pendet. Dixi ceterisque accidentibus absolute, ut excluderem accidentia, quae importante actualem respectum ad locum ut motum localem, extrinsecum contactum, praesentiam circumscriptiuam, & eiusmodi: quae quia pendent à spatio diuisibili, non replicantur cum corpore Christi. Leg. Alens. §. 7.

*102.  
Dices.*  
103.  
*Resp.*  
104.  
Extensum  
in ordine ad  
locum, non ad  
locum.

Dico 2. Corpus Christi est in sacramento quantum & extensum in ordine ad se, non in ordine ad locum. Fudam. implicat, formam inhaerere subiecto apto, & non conferre illi suum effectum formalem: sed quantitas inhaeret corpori Christi existenti in sacram. ex sacer. præced. ergo confert illi suum effectum formalem: at formalis effectus quantitatis, est reddere subiectum quantum & extensum in ordine ad se, non in ordine ad locum. Maior patet; effectus formalis est ipsa forma inhaerens subiecto capaci: ergo implicat, formam inhaerens subiecto capaci, & non conferre illi effectum formalem: sicut implicat agens agere, & effectum non producere; & uniuscuiuslibet causam causare, & causatum non causari. Ratio: causalitas & causatum sunt idem realiter: igitur implicat, esse unum sine alio.

Subsumptam probant 1. Thomiste: quando ali-  
quid non sit per se primū, sortitur modum essendi  
illius, quod comitatur; sicut, quia substantia est in  
loco media quantitate, sortitur modum essendi  
quantitatis quoad esse circumscriptivum in loco;  
nam omnis ratio per accidens sequitur rationem  
per se. Sed quantitas corporis Christi non est in  
sacram. per se, sed concomitantur ad substantiam  
corporis, quae sola est terminus per se conuersionis  
sacram. ergo non est ibi modo circumscriptivum pro-  
prio, sed definitio substantiae, ad quam conse-  
quitur. Ita S. Tho. art. 4. ad 1. Sed contrà: vt Sco-  
tus loco cit. §. De 2. & Durand. n. 9. siue aliquid fiat  
per se, siue per accidens, nunquam potest esse modo  
opposito sua naturæ: ergo si esse in loco indiuisibiliter,  
est modus oppositus quantitati, neque per  
accidens poterit illi conuenire: nam ex eo quod  
aliquid sit per accidens, non mutat suam naturam:  
ergo nec potest fieri capax modi oppositi sua natu-  
rae. 2. vt Mayro. posse hic quantitas esse per se,  
si nimis Christus dixisset, Hoc est corpus meum  
quantum: & tamen potuisse esse, sicut nunc est:  
ergo quod nunc sit indiuisibiliter, non est forma-  
liter ex eo, quod consequitur substantiam.

*105.  
Ad alij apud  
Scotum.*  
Ad exemplum de substantia materiali 1. falsum  
est, illam sua natura possere modum essendi in lo-  
co indiuisibiliter, cum hoc sit proprium substantiae  
spiritualis. 2. illa supponitur de se indifferens ad  
verumque modum essendi circumscriptivum &  
definitivum: at quantitas per aduers. non est de se  
indifferens, sed determinata ad modum essendi  
circumscriptivum: ergo neque per accidens fieri  
poterit indiuisibiliter spiritualiter. Sieut quia anima  
ex se est determinata ad modum essendi definiti-  
uum, neque per accidens ratione quantitatis, fieri  
potest in loco circumscriptivè. Probant 2. alij a-  
pud Scot. sicut potest unum corpus penetrare se  
cum alio corpore, ita una pars corporis cum alia  
eiusdem corporis. & sic una subintrando aliam,  
omnes redigi in minimam quantitatem. Sed con-  
trà; non possent omnes partes corporis redigi, nisi  
sub certa quantitate: at corpus Christi exigit sub  
quilibet minima quantitate specierum: 2. vt Scottus  
hac opinio non solum tollit positionem partium  
in loco, sed etiam in se: quia ponendo unam par-  
tem intra aliam, tollit continuationem & extranei-  
tatem, & consequenter figuram & organizationem,  
ex tali positione consurgentem. Probant 3. alij,  
sicut corpus Christi in hoc sacram. per condensa-  
tionem, & constipationem partium corporis inter  
se: nam sicut potest corpus per rarefactionem res-  
pondere maiori loco: ita per condensationem mi-  
nor. Sed contrà: condensatio non tollit omnem  
extensionem localem è corpore condensato: at  
corpus Christi est in hoc sacram. sineulla exten-  
sione locali: 2. per condensationem tolleretur de-  
bita dispositio, quam singulæ partes organicæ po-  
tulant: aliam quippe dispositionem debeatatis, &  
rariatis postular caro, aliam os.

*106.  
Id alij me-  
latus.*  
Probant 4. reliqui Schol. destinata dupli ex-  
tensione in quantitate, altera in ordine ad locum.  
Prior consistit in continuatione & extensione par-  
tium in se, ut una immediatè continuetur vni, &  
mediatè ceteris: caput enim immediatè continua-  
tur collo, eoque mediante, pede, ceterisque cor-  
poris

poris partibus. Posterior in situatione & extensione partium in ordine ad spatum, ut una pars corporis respondeat vni, alia alteri parti spati: Prior est essentialis & inseparabilis à quantitate, & in eodem prædicamento cum quantitate: Posterior accidentalis, & separabilis, & in prædicamento situs; illa est principium & radix huius; hæc effectus & passio illius, modaliter tantum distincta: unde potest illa esse sicut hæc, non autem hæc sine illa. Potuit igitur à quantitate corporis Christi separari posterior, manente priori, & consequenter manere effectus formalis prioris extensionis absque effectu formalis posterioris extensionis. Confirm. 1. non minus de ratione quantitatis est, reddere subiectum impenetrabile cum alio corpore, quām loco extensem: sed potest priuari primo, ut constat de Christo ad Discipulos ingresso, ianuis clausis; ergo & secundo. 2. potest Deus tollere respondentiam ad tempus à partibus motus, qualitatis: ergo & respondentiam ad locum à partibus quantitatis. ita. n. se habet extensio partium motus ad tempus, sicut extensio partium quantitatis ad locum. Antec. constat. potest Deus in instanti reproducere omnes partes caloris, quas ignis produxit in tempore: ergo potest tollere à partibus motus caloris omnem correspondientiam ad tempus. 3. sic arguit *Maior dist. 10. q. 1.* potest substantia indivisiibilis coexistere spatio diuisibili, ut patet de Angelo existente in spacio diuisibili: ergo & substantia diuisibilis spacio indiuisibili. 4. Quodlibet ens prius naturā constituit in se, quām per respectum ad extrinsecum; cū omnis respectus ad extrinsecum supponat rem constitutam in se: sed situatio partium in loco, est quid extrinsecum, supponens continuationem partium in se: ergo potest separari absque destructione prioris.

*Obiectus 1.* Nequit corpus maius commensurari minori, nisi eius partes penetrantur, vel addensentur: ergo nequit corpus Christi commensurari hostiæ, nisi eius partes penetrantur, vel addensentur: 2. repugnat, esse quantum sine figura; sed figura concipi nequit sine ordine partium in loco. 3. sublatâ extensione ad locum, tollitur densitas & raritas, quæ concipi nequit sine ordine partium in loco; inuariato enim ordine partium in toto, variato tantum ordine partium in loco, corpus ex denso fit raro, & ex raro denso: ergo carceret corpus Christi in hoc sacram. densitatè, & raritate sibi debita. 4. non potest intelligi quātitas sine distantia partium; ubi hæc, motus localis esse potest: ergo à capite ad pedes Christi sacramentaliter existentis, poterit esse motus localis. 5. sequeretur, caput & pedes distare inter se, quia unum est extra aliud in ordine ad se; & non distare, quia ambo responderent eidem puncto indiuisibili specierum. 6. implicat, motum non mensurari tempore, cui coexistit; ergo & quantitatem loco, cui respondet: sed corpus Christi responderet speciebus: implicat igitur illis non commensurari: atqui commensuratio fieri nequit absque extensione partium in loco. 7. sequeretur, continuum posse diuidi in omnem sui partem, quia cū omnes corporis partes sint sub quolibet puncto specierum, posset Deus illas diuidere per illud punctum: sed non est maior ratio, cur potius diuidet unam, quām aliam; ergo omnes. 8. omne quantum aut est longum, aut latum, aut profundum: sed hæc intelligi nequeunt absque extensione locali: ergo.

Ad 1. duplex commensuratio: altera per adæquationem situalem partis ad partem, & totius ad totum; & hæc esse non potest nisi inter aequalia &

extensa localiter: altera per simplicem præsentiam vnius ad aliud; & hæc potest esse etiam inter inæqualia & inextensa localiter, der ablationem extensio localis. Sic corpus Christi inæqualis hostia quoad extensio partium in toto, æquatur illi per simplicem dumtaxat præsentiam. Ad 2. duplex figura; altera, quæ consurgit ex diuersa situatione partium in loco, ut figura stantis, sedentis, & quæcunque acquiri, vel desperdi potest motu locali: altera, quæ consurgit ex constitutione partium in toto, ut figura sphærica in oculo, cuius partes à centro ad circumferentiam semper æquè distant in ordine ad se, siue structur in loco, siue non, sic etiam caput distat à pectore mediante collo, & pectus à pedibus mediante tallo corpore etiam in ordine ad se. Nec ista figura variatur per solidum motum localem: atque hæc tantum est de essentiâ quantitatis, quām habet corpus Christi etiam sacramentaliter presentis. Ad 3. duplex densitas & raritas; altera organica consistens in unione plurium, vel pauciorum partium substantiarum sub parua, vel magna quantitate, cum toto temperamento primatum quantitatum: altera situalis consistens in unione plurium, vel pauciorum partium quantitatis, sub parua, vel magna extensione locali: Prior non variatur ad variationem extensio localis, sed tantum posterior: quia licet addensetur caro occupando minorem locum, vel rarefiat os, maius spatum acquirendo, semper tamen conservatur eadem figura organica: quia nec per desperditionem majoris extensio localis vniuntur plures partes substantiarum sub maiore quantitate carnis: nec per acquisitionem majoris extensio localis sunt pauciores partes substantiarum sub minore quantitate offi. Die ergo posset corpus Christi fieri in hoc sacram. per condensationem partium quantitativarum sub minori, & minori extensione locali, absque condensatione partium substantialium sub miiori, & minori quantitate, & consequenter sint desperditione densitatis & raritatis organicæ, quod supra negatum est. Resp. nego conseq. licet. n. non variaretur densitas, vel raritas substantialis cōsurgens ex unione plurium pauciorumve partium substantiarum sub paucioribus, pluribusve partibus quantitatibus, variaretur tamen eadem densitas vel raritas substantialis quoad naturalem exigentiam maioris, vel minoris extensio localis: nam sicut per condensationem fit exigens minoris, ita per rarefactionem fit exigens maioris extensio localis, & consequenter non foret corpus cum ea exigentia naturalis extensio localis, cūm quā est in caelo. Ad 4. conced. maior de distantia entitativa & integrali, quā una pars est extra aliam in ordine ad se; nego de situali, quā una pars fit extra aliam in ordine ad locum: & nego, motum localem fieri posse, nisi super distantiam situalem, cūm essentialiter sit successiva acquisitione spatij. Ad 5. concedo, partes corporis Christi non distare situ & loco; quia omnes respondent eidem loco; distare tamen entitativa & in ordine ad se, quia una non est intra, sed extra aliam: sicut membra corporis humani non distant ab anima: cui omnia vniuntur, distant tamen inter se, quia unum est extra aliud. Ad 6. nego conseq. motus .n. est ipsa successiva correspondencia partium, quæ sunt, ad tempus, cui respondent. At quantitas non est essentialiter extensio ad locum. Vnde reterq. argu sicut possunt partes, quæ substantia mortui, separari ab omni correspondencia ad tempus, & fieri in instanti: ita partes, quæ subsunt extensio locali, separari ab omni correspondencia ad locum, & con-

110.  
Doctrina  
apollissima ad  
mysterium  
hoc expli-  
candum.

A priori.

111.  
Obiect. 1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

112.  
Resp. ad  
primum.

113.  
114.

115.  
116.

117.  
118.

119.  
120.

121.  
122.

123.  
124.

125.  
126.

119.  
7.  
120.  
121.  
122. *Durant.*  
*Eccles. n. 95.*  
123.  
124.  
125.

Itin in p<sup>an</sup>to; quamvis nequeat ipsa localis exten-  
sio, quæ essentialiter est correspondentia diversa-  
rum partium loci, fieri in p<sup>an</sup>to. Ad 7. nego se-  
quel. nam diuisio supponit situationem partium:  
vnde ad divisionem hostie, non diuiditur Christi  
corpus, quia non est situat in illa. Ad 8. conce-  
do, quantum essentialiter esse, aut longum, aut la-  
tum, aut profundum in ordine ad se, non ad locum.

Pater ad 1. Durandi. Ad 2. nego minor. de indi-  
uisibilitate situali, &c in ordine ad locum. Ad 3. nego  
conseq. quia præsentia diuisibilis supponit subie-  
ctum positiuē diuisibile in se; est enim modus, quo  
diuersa partes subiecti respondent diuersis partibus  
loci: at præsentia indiuisibilis non necessariō sup-  
ponit subiectum positiuē indiuisibile in se, sed so-  
lū negatiuē indiuisibile in loco: nam ut possit  
illud locare totum sub quāvis parte loci, sufficit ut  
in ordine ad locum non supponatur diuisibile; ut  
autem queat in ordine ad locum non constitui diui-  
sibilitate, necessariō debet supponi diuisibile in se.  
Ad 4. nego conseq. superficies enim cæli est vni-  
tantūm localiter Christo, propria quantitas reali-  
tē: quæ autem sunt vnitantūm localiter, non  
replicantur cum corpore Christi. Ad 5. nego con-  
seq. si quantitatū significet ordinem partium in  
loco: nam sicut potest substantia esse sine aliquo  
modo substantiali, nempe substantiā, ita & qua-  
titas sine aliquo modo quantitatuo non essentiali.

Ad confir. vel intenso dicit vniōnem partium  
qualitatis in eadem parte subiecti, & nego antec.  
nam sicut potest separari qualitas ab omni subie-  
cto, ita consequenter ab omni intensione: vel dicit  
vniōnem partium qualitatis in se, & nego conseq.  
aliqua. n. iorenho est essentialis qualitati, quippe  
cum sit constitutiva partis intra partem in se, non  
minūs quam vno cōtinuita est essentialis qua-  
litati, quia constituit partem extra partem in se.

## S E C T I O VI.

An sit totus Christus sub quāvis parte spe-  
cierum ante fractionem?

126. *Totus Christus*  
*sub quāvis*  
*parte spe-*ci*e*  
*rum esse post*  
*fractionem*

N Otanter dixi, ante, nam post fractionem, om-  
nes docent, sub quāvis parte fracta, modò sen-  
sibilis sit, esse totum Christum; quod definiunt  
Florent. & Trident. siff. 13. can. 3. & constat ex facto  
Christi, qui consecrato calice Luc. 21. dedit disci-  
pulis dicens: Accipite, & dividite inter vos, quod  
necessariō supponit in singulis speciebus separatis  
fuisse totum Christum; alioqui singuli partem ca-  
licis sumentes, non totum Christum sumphant.  
Sola igitur controversia est, an sit totus Christus  
sub singulis speciebus ante divisionem.

127. *An ante?*

PRIMA sent. Altissimo l. 4. tract. 5. cap. 4. & capud  
Aler. 4. p. qu. 10. me. 7. art. 3. §. 5. & Bonau. in. 4.  
dist. 10. p. 1. art. 1. qu. 5. affirmantum, ita Christum  
esse sub rotā formā consecratā, quod sub nullā  
parte est per se. Fundam. intentio Sacerdotis est  
ad consecrandam totam hostiam, & non partem  
aliquam per se. Confirmant. Sicut in speculo ante  
fractionem est vna tantūm imago, post fractionem  
vero multiplicatur in singulis partibus fractis: ita  
ante divisionem est semel tantūm Christus in tota  
hostia, post divisionem multiplicatur in singulis  
partibus diuisis. Hæc eadem tribuitur Alberto in 4.  
dist. 13. art. 11. sed immēritō, ut constat ex resp.  
ad 2. vbi admittit, eodem modo Christum esse in  
formā consecratā, scut anima est in corpore, tota  
in toto, & tota sub quāvis parte.

P. Amici Tomu VII.

SCVND A Alens. fine §. ci. Bonau. ad 1. Argen. in 4.  
dist. 10. q. 2. a. 3. consl. 2. ad 2. Gabr. leß. 8. in Can. Miss.  
list. T. assertorū, Christum esse totum in quoli-  
ber minimo naturali, sub quo substantia panis con-  
seruaretur; non autem in minori minimo, sub quo  
substantia panis non conseruaretur. Fund. in ij  
tantūm partibus conseruatur totus Christus, quæ  
separat̄ conseruarent Christum: at sola minima  
naturalia separata conseruarent Christum. Sola  
enim minima naturalia separata à toto panis sub-  
stantiam conseruarent.

TERTIAS. Tho. 3. p. q. 76. a. 3. & in 4. dist. 10. q. 1. a.  
3. q. 3. Capre. q. 1. Duran. q. 2. n. 8. Richard. ar. 6. qu. 1.  
Marsil. q. 7. a. 1. ad 4. & a. 3. dub. 2. Sots. q. 1. a. 3. Sylus. 1.  
p. loc. cit. & Recens. affirmantum, totum Christum  
esse sub quāvis parte specierum, etiam minori mini-  
ma naturali.

Dico 1. Totus Christus est sub quāvis parte spe-  
ciei consecratæ. Fund. ex Triden. in singulis par-  
tibus post diuisione est totus Christus: ergo etiam  
ante diuisione. Nam sola diuisio, cum fiat virtute  
naturali, non constituit Christū, vbi ante non erat:  
alioqui absque nouā consecratione, solā virtute na-  
turali Christus fieret sacramentaliter præsens, vbi  
ante non erat. Vnde id quod Concil. cano. 3. dixit,  
totum Christum esse sub singulis partibus separa-  
tione facta, c. g. absolute dixerat, totum Christum  
esse sub quāvis panis & vini speciei parte; proper  
quod Sots., & alij censem, hoc esse de fide, licet  
Smar. disp. 5. scđ. 2. Vasq. disp. 188. c. 3. Nugne. q. 76. Censura.  
a. 3. id negent: quibus magis assentior, cum Con-  
cilia illam expreſſe nan definiant. Oppositam ta-  
men sent. hi Authores appellant erroneam, aut er-  
rori proximam, ed quod ex certis principijs con-  
uici possit, ut falsa.

2. Si in singulis partibus ante diuisione non es-  
set totus Christus: ergo vel esset pars, vel nihil: non  
secundum, alioqui cum totum compónatur ex par-  
tibus, si nihil Christi esse in partibus, nihil Christi  
esset in toto composito ex partibus. Si esset pars,  
aut eadem pars responderet singulis partibus. & sic  
sola pars corporis Christi esset sub rotâ quantitate  
specierum, c. m nequeat plus esse sub toto, quārum  
sub singulis partibus collectiuē sumptis: aut vna  
pars corporis responderet vni, altera alteri parti  
speciei; & sic totus Christus esset situat & cir-  
cumscriptiū: vel per condensationem partium  
corporis in minori hostia; vel per rarefactionem  
in hostia maiori, vtrumque autem tollit debitam  
dispositionem à corpore, estque contra can. de  
consecr. dist. 2. cap. 2. & cap. ubi pars, vbi est pars  
corporis Christi, ibi esse totum Christum. Ratio  
S. Tho. cūm conuercio fiat ex pane & vino, quæ  
sunt res homogeneæ, non est maior ratio, cur po-  
tiū hæc pars substantiæ conuertatur in hanc par-  
tem corporis Christi, quām in aliam: ergo quilibet  
in totum Christum. Dicas: ergo Christus erit in-  
finities in hostiā, quia infinitæ sunt partes, in quibus  
actu est totus. Resp. S. Doctor. cit. loco ad 1. & in  
4. dist. 10. qu. 1. art. 3. qu. 3. ad 1. neg. conseq. Nam  
nec anima rationalis dicitur esse infinites in cor-  
pore, quod informat. Ratio: sicut quantitas est vna  
per cōtinuationem; ita & præsentia corporis Chri-  
sti. Dici tamen potest infinites in potentia, semel  
tantum in actu.

Dico 2. Totus Christus ante diuisione est sub  
quilibet parte minori minima naturali. Fundam.  
An q. 8. di-  
sub ijs partibus est totus Christus, sub quib[us] sunt  
substantia panis: cum quilibet pars panis cōseru-  
atur in totum Christum: sed ante diuisione sub  
quilibet parte minori minimo naturali sit sub-  
stantia naturali.

stantia panis; sc. cuilibet parti quantitatis respondebat aliqua pars substancialis, alioqui aliqua pars quantitatis esset sine proprio subiecto, nec substancialia ipsa esset continuata. H[oc] ergo, dentur minima naturalia panis & vini, sub quibus eorum substancialia conseruari possit, sub minori verò non possit; ex hoc ad summum sequeretur, Christum non esse in partibus minoribus minimo sciunctis à continuo, non autem in partibus minoribus minimo coniunctis. Confir. 1. aut in parte minore minimo est pars Christi, aut nihil: secundum dici non potest; ergo primum: ergo vel eadem pars Christi, est in qualibet parte minore minimo, sic non totus Christus erit in toto minimo: vel pars Christi in una parte, alia in aliâ parte minore minimo; & sic Christus erit in minimo situatiter & circumscriptius. 2. S[ecundu]m contingere, ut pars diuisa participaret dimidietates duorum minimorum: unde quia in illa conservaretur propria substancialia, conservaretur etiam Christus: cum tamen iuxta hanc opinionem in illa parte participante dimidietates duorum minimorum, non existeret totus Christus, sed pars Christi in una dimidiate, & pars in aliâ; & quia interdum accideret, ut in utrâque dimidiate Christus existeret secundum eandem partem corporis, consequenter fieret, ut facta diuisione, aut Christus mutaret modum praesentiae coexistingendo secundum totum, ubi autem coexistingebat secundum partem; aut illa remaneret secundum eandem partem bis replicatam. Secundum est contra Concionem definiens, totum Christum esse sub qualibet parte, separatione facta: Primum nemo non iudicat absurdum.

136.  
Ad fund. 1.

Ad fund. primæ sent. esto explicita intentio sacerdotis non sit ad ponendum Christum in aliquâ parte per se; hoc tamen sequitur ex intentione, quam habet ponendi Christum in totâ hostiâ, in qua, cum vi consecrationis ponatur indivisiabilitas, vi talis intentionis necessariò ponitur totus sub qualibet parte per se. Ad confirm. disparitas est, quia per fractionem fiunt nouæ productiones specierum in diversis partibus speculi fracti, & consequenter nouæ reflectiones specierum ad oculum, representantium obiectum in diversis partibus speculi fracti. Per fractionem verò hostiæ non fit nova producio praesentiarum corporis Christi in diversis partibus hostiæ fractæ, quia haec non producitur, nisi ad prolationem verborum sacramentalium: ergo si ante fractionem non erat totus Christus in singulis partibus hostiæ, non poterit in ijs fieri praesens vi fractionis.

137.  
Ad confir.

Ad fundam. 2. sent. neg. maior. eiusque probatio: nam cum Christus in hoc sacram. succedat loco panis & vini, in ijs partibus specierum succedit, sub quibus conseruari posset propria substancialia; sc. sub qualibet parte minore minimo coniuncta, non autem sub minore minimo à continuo sciuncta.

138.  
N. gant.

Quæritur 2. An Christus sit, sub indivisiibilibus specierum? 1. sent. Scotti in 4. diff. 10. q. 9. §. H[oc] dicuntur Mayo. q. 2. fine, Richar. art. 6. q. 2. Vasq. disp. 188. c. 4. Vasq. 1. sub indivisiibilibus specierum non erat substancialia panis & vini; indivisiibile enim panis non est panis; alioqui posset sacerdos solam panis superficiem consecrare, quia illam demonstrare posset pronominis *Hoc*. 2. Sequeretur, ad diuisionem specierum Christum de novo fieri sub indivisiibilibus terminatiis, que ex diuisione resultant; in ijsque desinere, cum iterum species continuarentur, & sub alio indivisiibili continuatio ex uno specierum resultante, de novo praesentem fieri;

qui sub eodem indivisiibili continuatio esse Christum & substancialiam vini simul, ut si cum vino consecrato misceatur non consecratum, cum non consecrato erit Christus & substancialia vini simul: cum enim una sit utriusque superficies, simul in ea erit Christus, quia superficies est consecrati, & substancialia vini, quia non consecrati.

SACVNDIA Capreoli in 4. diff. 10. q. 4. a. 3. ad 2. contra t. concl. Sots diff. 10. q. 1. a. 1. fine & diff. 49. q. 4. a. 6 ad affirm. argu. Duran. Suar. disp. 52. sect. 3. Nugneq. 9. 76. a. 3. §. H[oc] suppositus, Albertini 10. 2. de predic. vbi, Coroll. 1. dub. 5. affirmantium. Fundam. praesentia Christi est continua in hoc sacram. non secus ac praesentia animæ in corpore, & Angeli in loco: non foret autem continua, si non responderet omnibus indivisiibilibus specierum, interrumpetur namque per infinita indivisiabilia continuativa: quin sequeretur, illam fore diuisam in omnem sui partem. Confirm. Non potest duratio Angeli esse continua, nisi respondeat omnibus partibus & momentis temporis, cui coexistingit: ergo nec praesentia Christi, nisi respondeat omnibus partibus & indivisiibilibus specierum, quibus est praesens.

Dico, ex suppositione, quod haec indivisiabilia dentur, Christum fieri tantum praesentem sub illis, que supponuntur ante consecrationem; non sub illis, que resultant post consecrationem. Fundam. sub quolibet indivisiibili quantitatis est indivisiibile substancialis, ne detur accidentis sine proportionate subiecto, sed Christus vi consecrationis fit sub omni eo, sub quo praeterat aliquid substancialis panis & vini, cum illi adiquatè succedat: nec sequitur, Christum de novo fieri praesentem, ubi ante non erat, sine noua consecratione. Non satagit, dicendo, Christum fieri praesentem sub novo indivisiibili per resultantiam vi prioris consecrationis: 1. quia prior consecratio non potuit se extendere ad materiam absentem & futuram: 2. posset Sacerdos consecrare totam hostiam non consecratâ ultimâ eius superficie terminatiâ: quo casu neque per resultantiam Christus esset in superficie terminatiâ hostie, esto esset in totâ hostiâ: ergo Christus non est per putram resultantiam sub indivisiibilibus panis. Confirm. positâ opinione, quod in rarefactione acquiratur noua quantitas, absurdum est dicere, Christum post consecrationem fieri praesentem sub quantitate per rarefactionem de novo acquisitâ: ergo & sub indivisiibilibus per diuisionem resultantibus: est enim haec praesentia supernaturalis, quam Deus non producit; nisi mediante formâ consecratoria. Dicess: esto in rarefactione non acquiratur noua quantitas, acquiritur tamen noua extensio specierum ad locum, sub qua de novo fit Christus sine nouâ consecratione; alioqui Christus non esset sub totâ extensione specierum: ergo idem dieendum de indivisiibilibus resultantibus post consecrationem. Sed nego, Christum vi praesentia sacram. per se esse sub extensione locali specierum: constat, quia si Deus tolleret omnem extensionem localem à speciebus, ponendo illas in puncto loci, Christus non variaret praesentiam sacram. ad illas: sicut nec anima variaret praesentiam informatiæ ad corpus, si corpus amitteret omnem extensionem ad locum. Ratio: per praesentiam sacram. Christus cum ijs tantum accidentibus immediatè vnitur, cù quibus immediatè vniebatur substancialia panis: at haec non vniebatur immediatè cum extensione locali accidentium: nam cum haec sit modus, subiectatur in sola quantitate, caque mediante in certis. Esto igitur varietur extensio localis, non propterè variatur praesentia sacram. Christi, quia haec imme-

141.  
Christus esse tantum sub illis indivisiibilibus, que supponuntur ante consecrationem

142.

Dicess.

143.

Ress.

144.  
Quæritur 2. An Christus sit, sub indivisiibilibus specierum? 1. sent. Scotti in 4. diff. 10. q. 9. §. H[oc] dicuntur Mayo. q. 2. fine, Richar. art. 6. q. 2. Vasq. disp. 188. c. 4. Vasq. 1. sub indivisiibilibus specierum non erat substancialia panis & vini; indivisiibile enim panis non est panis; alioqui posset sacerdos solam panis superficiem consecrare, quia illam demonstrare posset pronominis *Hoc*. 2. Sequeretur, ad diuisionem specierum Christum de novo fieri sub indivisiibilibus terminatiis, que ex diuisione resultant; in ijsque desinere, cum iterum species continuarentur, & sub alio indivisiibili continuatio ex uno specierum resultante, de novo praesentem fieri;

145.

immediatè & per se tantum est ad accidentia; sicut, quia præsentia informativa animæ immediate & per se est ad materiam, non variatur ad variationem accidentium, nisi quantenus ad variationem accidentium tollitur dispositio necessaria ad informationem animæ requisita.

<sup>146.</sup>  
*Ad fund.* Ad fundam. 1. nego antec. eiusque prob. & concedo casum. Ad 2. concedo, sub indiuisibilibus resultantibus post consecrationem, non fieri de novo Christum præsentem ob rationem à nobis assignaram. Ad fundam. secundæ, concedo, Christi præsentiam per se esse continuam, quia à principio fit sub omnibus partibus & indiuisibilibus specierum; per accidens fieri discontinuam, vel per diuisionem specierum, vel per mixtionem alterius liquoris: quo casu, etiam per aduers. præsentia sacram, interrumpitur à partibus liquoris admixti, quæ interponuntur inter species sacras, cùm quibus tamen continuatur præsentia sacram, nunquam tamen datur casus, quo illa diuidatur in omnem sui partem; quia nunquam partes liquoris admixti, quæ præsentia cum speciebus sacris interrumpunt, diuidi possunt in infinitas. Ad confirmationem, disparitas est; quia duratio Angeli non est ab ipso, & tempore, cui coëxistit, distincta; ex Philos. Vnde hoc ipso, quod Angelus & tempus simul existant, eius duratio est continua: præsentia sacram. est distincta à Christo & speciebus sacris: vnde non eo ipso, quod simul existunt, præsentia est continua, quia potest discontinuari defectu modi positivi intercedentis.

### SECTIO VIII.

*Quid sit hæc præsentia sacramentalis?*

<sup>149.</sup>  
*Dificultatis rais.* **H**æc est omnium maxima, & celeberrima difficultas, quam Scholastici potius supponunt, quam explicant: quia vi huius præsentia Christi corpus fit indiuisibiliter sub speciebus diuisibilibus, quod repugnare videtur corpori, cùm hoc sit proprium spiritus.

<sup>150.</sup>  
*Durandi. Fund.* PRIMA sent. docet, hanc præsentiam sacram. nil aliud esse, quam relationem ordinis corporis & sanguinis ad species, ratione cuius absque illâ mutatione sui, potest esse ubique sunt species, & quæcumque species transferuntur: Durand. in 4. diff. 10. qu. 3. n. 6. & diff. 11. qu. 1. n. 9. quia corpus Christi, et in hoc sacram. sicut Angelus in loco: sed Angelus non est in loco, nisi per præsentiam ordinis, per quam sine sui mutatione potest esse præsens multis locis. Maior prob. corpus Christi est in hoc sacram. absque quantitate: ergo est sicut Angelus per solam præsentiam ordinis; nam sublatâ quantitate, non potest substantia aliam præsentiam in rebus habere. Sed contrà: ista præsentia ordinis, prout à Durando explicatur, sine illâ mutatione corporis, repugnat fidei: fides enim docet, corpus Christi verè, realiter, & substantialiter, post consecrationem esse præsens sub speciebus, ut definit Trident. eff. 13. cap. 1. nequit autem corpus verè, realiter, & substantialiter esse præsens in variis altaris, absque mutatione sui, per solam præsentiam ordinis; nam hæc præsentia ordinis, ut excludit realem mutationem corporis, non potest importare, nisi præsentiam virtutis, quo pacto existens in calo, fieri potest præsens sub speciebus per virtutem operandi in speciebus. Vnde ad fundam. ipsius, neg. minor; quidquid sit de maiore: nam etiam Angelus, præter præsentiam virtutis

operatiæ, habet præsentiam substantiam in loco, vbi est, vt 2. 10. disp. 5. sect. 1.

SECVNDA affirmat, esse solam extensionis localis negationem: nam, cùm ablatâ, manet corpus in-

<sup>151.</sup>  
*Sentent.*

diuisibiliter in ordine ad locum; omnem quippe localem diuisibilitatem habet corpus ab exteatione locali: ergo, cùm ablatâ, manet diuisibile in ordine ad locum: Est Vasq. disp. 191. n. 13.

<sup>154.</sup>  
*Vasquez regatur.*

Sed contrà: ex præcisa extensionis localis negatione tantum sequitur negatio localis diuisibilitatis, non positiva indiuisibilitas; implicat enim, vt pura negatio tribuat effectum formalem positionem: corpus autem Christi non tantum est non diuisibile, sed etiam positione indiuisibile sub quâuis parte specierum. Confirm.

Vi præsentia sacram. corpus Christi non solùm fit præsens hostia minori, sed etiam maioris, si in ma-

<sup>155.</sup>

iori se consecratetur: implicat autem, fieri præsens hostia maioris, per solam negationem extensionis localis; cùm nequeat negatio extensionis col-

<sup>156.</sup>

locare indiuisibiliter substantiam sub spatio maioris, quâm sub quo diuisibiliter illam collocabat pro-

<sup>157.</sup>

pria extensio, alioqui plus præstaret negatio, quâm præstabat opposita forma negata. 2. Modus hic existendi est supernaturalis quoad substantiam, ex Trident. eff. 13. cap. 1. & PP. dum testantur, esse o-

<sup>158.</sup>

pus diuinæ potentiaz, & supra captum naturalis intelligentiaz: non esset, si considereret in solâ negatio-

<sup>159.</sup>

ne extensionis localis, cùm nequeat negatio esse aërioris ordinis, quâm si forma negata, à qua adæ-

<sup>160.</sup>

quæ specificatur; sc. naturalis passio quantitatis; Leg. Caiet. 3. p. b. 76. ar. 3. §. Profaciliors. Ad argu-

<sup>161.</sup>

Resp. ex eo tantum sequi indiuisibilitatem nega-

<sup>162.</sup>

tiam, non positivam, quam habet corpus Christi in hoc sacramento.

TERTIA docet, hanc præsentiam esse reprodu-

<sup>163.</sup>  
*Sent.*

ctionem corporis Christi denudati propriâ exten-

<sup>164.</sup>

sione locali sub quâuis parte specierum. Fundam.

<sup>165.</sup>

ad saluandam indiuisibilem præsentiam corporis sub quâuis parte specierum sufficit indistantia to-

<sup>166.</sup>

tius corporis sub quâlibet parte specierum: at hoc ipso, quod corpus denudatum extensione locali,

<sup>167.</sup>

reproduceretur sub quâuis parte specierum, con-

<sup>168.</sup>

stitueretur totum sub quâuis parte eorum. Confir.

<sup>169.</sup>

quâlibet pars panis conuertitur in totum corpus Christi: ergo totum reproduceretur sub quâuis parte specierum: nam ideo panis conuertitur in corpus Christi, quia id reproducitur sub speciebus panis.

<sup>170.</sup>

Sed contrà: si hic modus nihil aliud superaddat, ex eo lequeretur, in quâuis conuersione sacram. dari infinitas reproductiones in actu; sc. quot sunt partes specierum in potentia, quibus illæ responderent: implicat autem infinitum in actu, ex Philos. Ex quo patet ad fundam. Ad confirm. infrâ. 2. hæc

<sup>171.</sup>

sent. non salvat intrinsecâ supernaturalem præ-

<sup>172.</sup>

sentientiam sacram. quia cùm istæ reproductiones sint in essentiâ naturales, quippe quæ terminantur ad corpus Christi ens naturale, non possunt constitue præsentiam intrinsecè supernaturalem, sed tantum extrinsecè & quoad modum. 3. sola reproducio non sufficit, vt constituat corpus, de se diuisibile, positivè indiuisibiliter sub speciebus, cùm actionis non sit, constituere terminum in loco, sed solùm communicare illi esse.

<sup>173.</sup>

QUARTA aliquorum Thomist. affirmantium, præsentiam sacram. esse actionem, quam Christi corpus exercet in speciebus, in suo esse continendo: quia hæc præsentia est persimilis præsentie, quam habet Angelus ad corpora: sed hæc formaliter constituit in actione, quâ Angelus continet corpora: ergo.

<sup>174.</sup>

Sed contrà: vi huius præsentia sacram. corpus Christi non est quomodounque, sed indiuisibili-

<sup>175.</sup>

*ter præsens*

ter præsens speciebus: non potest autem esse indiuisibiliter præsens speciebus præcisè per actionem; quâ continet species, quia cùm hæc actio recipiatur in speciebus, non potest dare corpori Christi positiuam rationem indiuisibilitatis: Angelus cùm sit naturâ suâ indiuisibilis, potest per solam entitatem fieri præsens indiuisibiliter corpori diuisibili, per actionem cõtentuâ corporis. At corpus Christi, cùm sit ex se diuisibile, ut constituatur posituè indiuisibiliter sub speciebus, constituidebet per aliquid in se receptum. Ex quo sequitur, nec fieri posse formaliter præsens per conuersationem ipsam: nam neque hæc potest esse corpori Christi ratio existendi indiuisibiliter: posset n. Corpus Christi manere eum cùdem præsentiâ indiuisibili, non conuersâ substantia panis in ipsum: 2. conuersio per se nihil intrinsecum ponit in corpore Christi: cùd dicat solam delitionem panis ex vi unionis corporis Christi cum accidentibus panis: quæ vnió, cùm solùm subiectetur in accidentibus, & terminetur tantum ad corpus Christi, nihil intrinsecum ponit in eo.

163.  
Corpus  
Christi non  
fieri forma-  
liter per  
conuersione  
indiuisibili-  
ter in Eu-  
ch. v.

164.  
5. Sensus  
primus mo-  
dus displex:

QVINTA docet, esse modum additum corpori, vi cuius totum corpus sit sub quâvis parte speciebus, in quo modo adhuc varij excogitati sunt modi. 1. affirmat, esse repetitionem plurium præsentiarum naturalium in ordine ad easdem species: ita ut per singulas præsentias corpus Christi constituantur diuisibiliter sub speciebus, per omnes autem simul sumptas indiuisibiliter, hoc modo; ut per unam constituantur rectum, per aliam inuersum, per aliam obliquum, per aliam curuum &c. ita ut ubi una collocat caput & non pedes, alia collocet pedes & non caput; & ubi una constituit pedes, alia constituat caput, & sic repetendo huiusmodi integras præsentias corporis, in omnibus partibus specierum, tâdem fiet, ut ubi est una pars corporis, ibi sint & reliquæ. Sed hic modus 1. non saluat intrinsecâ supernaturalem præsentiam; cùm omnes sint naturales quoad essentiâ. 2. Vi talis præsentiæ corpus Christi esset simpliciter diuisibiliter in ordine ad species, quia per singulas præsentias collocaretur diuisibiliter sub illis. 3. cogit admittere infinitas præsentias totales discretas in corpore Christi, per quas infinitas replicatum posset constitui totum sub singulis & omnibus partibus specierum. 4. Repugnat, ut per infinitas præsentias totales diuisibilis, totum corpus constituantur sub quâcunque minima parte specierum: quia cùm quâlibet præsentia collocet corpus secundum diuersam & diuersam partem ipsius, sub determinata parte specierum, non videtur hoc modo posse constitui totum sub quâcunque minimâ, sed semper sub aliquâ determinata.

166.  
Contra.  
hunc mo-  
dum est.

167.  
2. Modus;

168.  
Confirm.

169.  
Contra  
1.  
2.

170.  
Et 3. modus  
Albertini.

plicat modum, cùm sit actualis modificatio subiecti, modificare plura subiecta simul: igitur implicat, præsentiam, quæ modificat caput, modificare etiam pectus, & reliquas partes corporis: nam eadem est ratio de modo partiali respectu subiecti partialis, ac de modo totali respectu subiecti totalis. 3. Repugnat, modum dare subiecto suum effectum formalem, absque eo quod illud actu modificet, cùm effectus formalis ipsius sit actualis modificatio subiecti: igitur non potest totalis præsentia corporis replicata tantum in manu, constituere totum corpus in spatio, ubi est manus: sicut non potest tota vnió corporis cum animâ, replicata tantum in manu, vniire totum corpus cum anima. 4. Implicat, præsentiam, cùm sit respectus ad spatium, collocare subiectum in spatio minore, quâm exigat præsentia ipsa secundum se.

Modus 3. est Albertini in *predicam. Pbi. Cœrell.*  
171.  
t. dñb. 7. putantis, esse modum spiritualem indiuisibilem in ordine ad se, & in ordine ad spatiū, qui cùm subiectetur totus in toto, & totus in quauis parte corporis, constituit illud indiuisibiliter totum sub totâ hostiâ, & totum sub quâvis parte illius. Quia effectus formalis, quem habet corpus Christi existendi indiuisibiliter in hoc sacram. debet esse ab aliqua forma indiuisibili:

Sed contrâ; si esset modus indiuisibilis, non posset secundum aliquid corrupti, quin totus corrupteretur, & consequenter non posset corruptâ præsentia circa unam partem hostiæ, non corrupti circa reliquias, quod falsum est. Nam adhuc corruptâ præsentia in unâ parte hostiæ, perseuerat Christus in reliquis, in quibus panis dispositiones perseuerant. Nec dici potest, quod corruptâ priori præsentiâ, alia de novo producatur circa partes hostiæ, quæ integrâ perseuerant, cùm non producatur noua præsentia, nisi ad nouam prolationem verborum sacram. Ad fund. ipsius Resp. talem effectum esse posse à modo diuisibili, ut infra.

Modus 4. assent. esse modum diuisibilem, cuius quâlibet pars habet vim constituendi totum corpus sub quâvis parte specierum. Sed contrâ: cùm non quâlibet pars modi afficiat totum corpus, non potest totum corpus constituere sub quâvis parte specierum; cùm nequeat modus tribuere effectum formalem, nisi afficiendo subiectum.

Modus 5. affirms, esse modum extensum, cuius quâlibet pars habet vim constituendi partem corporis, quam affici sub singulis partibus specierum, sub quibus Christi corpus succedit loco panis: ut præsentia capitis constituit caput sub singulis partibus specierum, præsentia pectoris constituit pectus sub singulis partibus earundem, & sic de reliquis: quo tandem fiet, ut omnes partes præsentia constituant omnes partes corporis sub singulis, & omnibus partibus specierum, proinde totum in toto, & totum in quâvis parte earum: cùm nil aliud sit totum, quâm partes simul præsentes eidem spatio. Sextus docet, totum modum constituere totum corpus sub singulis partibus specierum. Sed neuter saluat, quo pacto, corruptâ partiali præsentiâ circa unam partem specierum, maneat ipsa circa reliquias; nam, aut corruptâ unâ parte specierum, tota præsentia sacram corruptitur, aut aliquid, aut nihil: si primum, ergo non maneat Christus sub reliquis partibus hostiæ, quæ perseuerant incorruptâ, vel certè noua præsentia sacram, sine nouâ prolatione verborum sacram. sub illis produci debet. Si secundum; non potest dici, quod corruptatur partialiter ex parte subiecti, hogest, sola præsentia, quæ est in capite, vel pectori;

172.  
Et 4. modus

173.  
Et 5.

Modus 2. docet, esse replicationem totius præsentia corporis, in quâlibet parte eiusdem corporis: nam sicut per unam præsentiam totalem diuisibilem sit totum corpus præsens sub speciebus: ita, si tota hæc præsentia replicetur in quâlibet parte corporis, ubi constituitur una pars corporis, ibi constituetur totum corpus; quia in quâlibet parte corporis subiectetur tota illa ratio, quâ corpus constituitur totum sub totâ quantitate specierum. Confirm. Si partialis præsentia, quæ est in capite, subiectetur etiam in pectori, ubi esset pectus, esset etiam caput: ergo si præsentia, quæ est in toto corpore, subiectetur in capite, ubi esset caput, esset etiam totum corpus: ergo si eadem subiectetur in singulis partibus corporis, ubi essent singulæ partes corporis, ibi esset etiam totum corpus, proinde totum id toto, & totum sub qualibet parte specierum. Sed neque hic modus saluat intrinsecam supernaturalem præsentiam sacram, 2. im-

174.  
Confirm.

175.  
Et 6.

176.  
Et 7.

177.  
Dissim.

& tunc quia cum totum corpus constituantur sub singulis partibus specierum, & nequeat per solam præsentiam partialem, sufficientem unam tantum partem corporis, constituit totum sub singulis partibus specierum, debet necessariò constitui per præsentiam totalem efficientem totum corpus: ergo si aliquid præsentia ex parte subiecti corruptum sit, tota debet corrupti, quia non potest corrupti, nisi ut afficit & modificat totum corpus. Tertium dici non potest; quia ad corruptionem effectus realis, debet desinere aliqua forma realis: sed Christum esse præsentem in hac parte hostie, est effectus realis: ergo hoc corrupto, corrupti debet aliquid reale. Dices: nihil reale corrupti ex parte modi, sed tantum cessare ab aliquo effectu formaliter circa species, deficere termini: sicut nihil reale corruptum in relatione, deficiente termino partiali, sed sola extrinseca terminatio. Sed contra: relatio in quo quis termino partiali habet totam suam rationem formalem, à quâ adæquate pendet: vnde termini partiales habent se tantum materialiter: præsentia sacram. adæquate pendet ab omnibus, & singulis partibus specierum; alioqui posset non adæquate vbiare subiectum in ordine ad totum spatiū, quod respicit; & hoc implicat.

178.  
Dicas.

179.  
Contra.

180.  
Modus pro-  
babilior.

Assero igitur 1. Eucharisticam præsentiam esse modum additum corpori Christi. 2. supernaturalem quoad substantiam. 3. diuisibilem extensiùem. 4. etiam intensiùem; cuius quælibet pars extensio replicat tantum partem corporis, quam afficit, & tota extensio totum corpus sub speciebus; diversæ vero partes intentionis totius præsentia extensiæ replicant totum corpus sub diversis partibus specierum, vt præsentia afficiens caput, replicat solum caput; præsentia afficiens collum, replicat solum collum; præsentia afficiens totum corpus, reperit totum corpus: quia vero hæc ipsa præsentia extensiua totius corporis est diuisibilis intensiùem, constans ex infinitis partibus intensiuis eiusdem extensionis, sufficientibus totum corpus, fit ut singulæ partes intentionis sufficientes totum corpus, reperant totum corpus sub diversis partibus specierum: & quia in nostrâ sent. pûra præsentia localis non habet vim replicandi subiectum substantialiter, dicendum ulterius erit, hunc modum præter præsentiam vbiante Christi corpus sub singulis speciebus, includere etiam actionem substantialiter reproducentem idem corpus sub ijsdem speciebus: cuius actionis quælibet pars substantialiter reproducat totum corpus sub determinata parte specierum, & tota actio sub omnibus partibus eundem. Sola actio reproductive corporis, non sufficit; quia per actionem res formaliter non constitueretur in loco, sed in se, nam vi actionis formaliter res solum accipit esse ab agente. Igitur præter actionem substantialiter reproductive, necessaria est etiam præsentia, quâ formaliter constituantur in loco: præsentim cum corpus Christi fiat indiuisibilis præfens, quod non potest habere à nudâ suâ entitate. Confirm. per solam actionem reproductive corpus Christi manet indifferens, vt fiat diuisibiliter, vel indiuisibiliter sub speciebus: ergo debet per aliam formam hunc effectum indiuisibilis præsentia accipere.

Ptob. primum: Corpus Christi esse indiuisibiliter præfens sub speciebus, est effectus realis de novo in ipso corpore, qui antea non erat: ergo ab aliqua forma addita corpori; non realiter distingue, quia hæc necessaria non est; ergo modaliter tantum. 2. Hic modus est indebitus corpori, & cuicunque naturæ creatæ; est enim quædam par-

ticipatio diuinæ immensitatis: ergo supernaturalis quoad substantiam: nam quamvis debitum sit Angelus, vt intra suam sphæram indiuisibiliter existat, non est tamen debitum, vt vi eiusdem præsentia connaturaliter existat in diversis partibus diuisiæ & distantibus eiusdem sphæræ; sicut vi Eucharistica præsentia debitur est corpori Christi, vt existat in diversis partibus, etiam sciunctis ac distantibus hostiæ. 3. Quilibet modus debet comensurari subiecto, in quo recipitur: at subiectum, in quo modus iste recipitur, est corpus Christi extensum & diuisibile quoad se: ergo modus iste debet esse extensus & diuisibilis in se. 4. Deficiente aliqua parte specierum, necesse est formam aliquam deficere, quæ dabat corpori effectum formalem præsentia sacram. in ordine ad talem partem: non potest autem deficere aliqua pars præsentia quoad extensionem, quæ modificabat tantum caput; aut pectus, ex gratia: alioqui caput, vel pectus non haberet præsentiam sacram. ad reliquas partes specierum, quæ remanent: & cum totum corpus definat esse sacramentaliter sub parte corrupta specierum, non potest desinere per corruptionem partialis præsentia sufficientis unâ tantum partem corporis; quia hæc non habet vim constituerendi sub parte specierum, nisi partem corporis, quam afficit: ergo definit per corruptionem præsentia totalis extensiæ: ergo nisi ponatur eadem diuisibilis intensiùem, non saluabitur, quo pacto corrupta circa unam partem specierum, maneat circa reliquias.

183.  
modus.

184.  
quartum.

Actio, quâ Christi corpus substantialiter reproducitur sub speciebus non alio modo probatur, quam quod non repugnat talis naturæ actio, cuius quælibet pars reproducat totum corpus sub determinata parte specierum, & tota actio sub omnibus partibus specierum, vt dixi de modo præsentia. Vnde sicut in illo duplex est diuisibilitas, una subiectiva in ordine ad corpus, quod afficit: altera terminativa in ordine ad species seu spatium, ad quod vbiat: ita in actione reproductive est diuisibilitas una respectu corporis, quod reproducit; altera respectu specierum, seu spatij, sub quo substantialiter illud reproducit. Nam licet actio reproductive non constituat terminum reproductive in loco, exigit tamen habere aliquam præsentiam in loco, sine qua non potest ad illum terminari. Prior diuisibilitas terminatur ad partes corporis reproductive: quia cum terminus reproductive sit diuisibilis, habens partes & partes, etiam actio, quâ reproducitur, est subiectuè diuisibilis: alia est enim partialis actio, quâ reproducitur caput; alia, quâ pectus, &c. Posterior diuisibilitas est in ordine ad species seu spatium, vt una actio, quæ reproducit totum corpus in ordine ad omnes suas partes, reproducat illud sub una parte specierum; alia, quæ idem corpus reproducit secundum omnes partes in ordine ad se, reproducat sub aliâ parte specierum; ita vt quælibet actio reproductive totum corpus in ordine ad se, non tamen in ordine ad partes specierum vel spatij, sed singulæ in ordine ad singulas, & omnes in ordine ad omnes partes spatij, ac specierum, vt de modo ipso præsentia dixi. Ratio: hæc actio reproductive corpus Christi vt affectum indiuisibilis præsentia accipere.

185.  
Qualis fit  
actio.

Diuisibili-  
tas subiec-  
tiva.

terminatur  
ad partes  
corporis re-  
producti.

Terminati-  
tas in or-  
dine ad  
speciem.

Ratio horum  
omnium.

ergo sicut per diversas præsentias, seu partes præsentia sacram, est sub diversis partibus specierum ita per diversas actiones, seu partes actionis reproductive sub diversis partibus specierum: cum non possit per solum modum præsentia absque actione substantialiter reproductive, corpus substantialiter constitui sub diversis partibus specierum.

Hic

181.  
Probantur  
singula:

1.

182.  
secundum.

186.  
Saluat  
Coristi cor-  
pus desinere  
sub una spe-  
cierum, &  
sub reliquis  
remanere.

Hic modus optimè saluat, 1. maximam illam difficultatem, quo pax idem corpus desinere possit sub una parte specierum, non desinendo sub reliquis, non solum per desitionem partialis præsentiaz, quæ Christi corpus vbiabat sub illâ parte, sub quâ desinit; sed etiam per desitionem partialis actionis, quæ Christi corpus substantialiter reproducebat sub eâdem parte, sub quâ substantialiter desinit: quia cum hæc reproductio non sit una actio indiuisibilis, quâ desinente, totum corpus sub omnibus specierum partibus desinere deberet; sed diuisibilis, constans ex pluribus actionibus reproducentibus idem Christi corpus sub omnibus partibus specierum, poterit, desinente unâ parte, quæ Christi corpus reproducebat sub una parte, desinere sub eâdem Christi corpus, non desinendo sub reliquis specierum partibus, sub quibus conseruatur per alias actiones reproductivas.

187.  
Non esse in-  
finitas actio-  
nes reproduc-  
tivas.

Saluat 2. quomodo non sint infinitæ actiones reproductivæ in hoc nostro modo: quia nimur omnes sunt per modum unius, integrantes unam actionem totalem, cuius singulæ partes eiusdem actionis considerantur in ordine ad species, reproducent corpus substantialiter sub singulis partibus specierum. Vnde sicut de modo præsentiaz dixi, quod non licet accipere unam partem præsentiaz vbiante Christi corpus sub una parte specierum, quin cum illa accipientur infinitæ partes eiusdem præsentiaz, quæ idem Christi corpus vbiante sub infinitis partibus specierum; cum talis præsentia sit diuisibilis terminatiæ, iuxta diuisibilitatem specierum, sub quibus Christi corpus collocat: ita nec licet accipere unam partem actionis reproductivæ, quin cum illa accipientur infinitæ syncategorematicæ & in potentia; quæ idem Christi corpus substantialiter reproducent sub infinitis etiam in potentia partibus specierum.

188.  
Posse idem  
corpus con-  
seruari plu-  
ribus actio-  
nibus repro-  
ductivis to-  
talibus.

Saluat 3. Quo pacto, etiamsi in mea sent. nequeat idem terminus conseruari pluribus actionibus adæquatis, adhuc possit idem corpus conseruari pluribus actionibus reproductivis adæquatis: quia nimur istæ actiones non reproducent Christi corpus in eâdem, sed in diuersis specierum, seu loci partibus, quo pacto in mea sent. non implicat: quia tunc potest actio communicare esse termino in loco, ubi non est: non potest autem communicare esse termino in loco, in quo supponitur esse; cum illud supponatur communicatum vi alterius actionis: actio autem, cum essentialiter sit actualis communicatio esse, implicat esse, & actu non communicare esse termino; proinde implicant, eundem terminum pluribus actionibus adæquatis conseruari in eodem loco.

189.  
Dicitur 1.

Obijcies 1. Vi huius actionis Christi corpus non solum reproducitur in se, sed etiam in ordine ad locum seu species sacram. ergo, præter actionem reproductivam, frustra est præsentia vbiacitua; cum totum id, quod habetur per præsentiam vbiacitiam, habeatur per solam actionem reproductivam. Resp. neg. antec. solum n.r. radicaliter hæc actio reproducit Christi corpus in ordine ad species seu locum: formaliter autem in ordine ad locum seu species illud constituit præsentia vbiacitua. Sicut creatio formaliter tantum ponit Angelum in scipso extra causas, essentialiter tamen exigit in Angelo modum præsentiaz ipsi proportionatum, sine quo non potest ad illum creatio terminari: licet talis modus locandi Angelum in spacio, in mea sent. non sit essentialiter addictus huic, vel illi spacio, sed possit cum eodem inuariato quoad intrinsecam, variare spaciū: de quo ro. a. dis/p. 5. sect. 2. & 3.

190.  
Resp.

Obijcies 2. Stante eâdem actione reproductivâ, potest Christi corpus mutare præsentiam indiuisibilem: sed cù posita, non erit Christi corpus reproductive totum sub toto spatio, & totum sub quâvis parte spatiij; quia tunc non erit indiuisibiliter totum in quâvis parte spatiij, sed diuisibiliter in spacio; proinde totum in spacio, & pars ipsius in parte spatiij: ergo neque nunc vi talis actionis est totum corpus reproductive sub quâvis parte spatiij, cù nulla tunc per mutationem indiuisibilis præsentia in circumscriptiuam fieret variatio in actione reproductive. Resp. neg. maior. talis n.r. reproductive essentialiter exigit talem præsentiam, quæ Christi corpus collocet totum sub quâlibet parte specierum: & consequenter ad variationem talis præsentiaz, necessariò etiam variabitur talis reproductive: cùm n.r. reproducat totum corpus sub quâvis parte specierum, si adhuc mutata præsentia indiuisibili in diuisibilem, maneret totum corpus sub quâlibet parte specierum, non vi præsentia circumscriptiuæ, quæ non locat corpus indiuisibiliter; neque vi solius actionis reproductive, quæ formaliter non locat, sed reproducit tantum corpus: & repugnat, idem esse simul diuisibiliter, & indiuisibiliter in ordine ad spatiū (sunt n.r. hi duo effectus formaliter oppositi, quorum unus expellit alium; ) maneret, corpus indiuisibiliter præsens spatio absque formâ illud indiuisibiliter vbiante.

Obijcies 3. Potest idem Christi corpus, retenta actione, qua fuit reproductive sub una parte hostis, per aliam actionem reproduci sub aliâ: ergo potest idem corpus in ordine ad idem spatiū conservari duabus actionibus adæquatis: casu n.r. proposito, idem corpus haberet duas actiones reproductive adæquatas in ordine ad idem spatiū. Antec. prob. actio non pendet à loco: ergo posset corpus actionem, qua producitur in uno loco, retinere in alio loco, in quo rursus reproduci posset per aliam distinctam actionem. Resp. potest corpus retinere duplificem actionem adæquate reproductive in eodem loco, simul retinendo in eodem spatio extrinseco duplificem præsentiam seu locabilitatem intrinsecam: non potest cum duplice actione reproductive, unam tantum retinere præsentiam & locabilitatem intrinsecam. Posteriori n.r. modo, non potest utraque actio exercere suum essentiale munus, actu communicando esse termino, cùm iam illi supponatur adæquate communicatum vi alterius actionis; potest priori modo: nam iuxta cum, utraque actio potest communicare esse termino, saltem in ordine ad diuersam præsentiam & locabilitatem intrinsecam; ratione cuius corpus sit virtualiter distinctum à scipso; potestque per motum localem naturaliter à scipso se iungi ac separari, diuersaque actiones exercere sub una præsentia & locabilitate, quas non exercet sub aliâ: ex. gr. si idem corpus retinens duplificem præsentiam circumscriptiuam, penetreret se cum scipso in eodem spatio, poterit, vt est sub una præsentia, aliquid operari, quod non operatur sub aliâ: sub una se mouere localiter, non se mouendo sub aliâ; comedere sub una, non comedendo sub aliâ; quas operationes diuersas exercere non poterit corpus, si in eodem spatio unam tantum retineat intrinsecam præsentiam seu locabilitatem: ac proinde non poterit absque duplice locabilitate conservari virtualiter distinctum à scipso: & consequenter nullum esse, saltem virtualiter distinctum, accipere poterit ab alterâ actione adæquate reproductive, ut accipere potest sub duplice locabilitate, per ordinem

193.

194.

Posset idem  
Christi cor-  
pus dupli-  
cici  
actione ad-  
æquata pro-  
duciri in eo-  
dem loco, si  
habebat du-  
plificem loca-  
bilitatem.

195 diuem ad diuersas actiones, quas exercere potest.

Atque haec de essentia praesentie sacram. satis; nam in re tam arcana, sat fuit attigisse difficultatem.

**Q A M R I T V R 2.** An sacramentalis praesentia varietur ad motum specierum? Affirmat Suarez. disp. 47. sect. 2. dicto 1. vlt. & sect. 4. dicto 4. Fundamentum est, quia Christus ad motum specierum mutat spatium; comitatur enim species, ergo & praesentiam: quia est essentialiter addita spatio: sed Christus non habet aliam praesentiam sub speciebus, quam sacramentalem: ergo variat illam, variando spatium. Confirm. Christus mutando spatium, mutat relationem distantie & propinquitatis: ergo mutas praesentiam, quae tales relationes fundat: repugnat enim variari relationem, non variato fundamento.

**Negas versus Caiet.** Opposita sent. mihi est omnino vera, quam docet Caieta. qu. 67. art. 6. fine; affirmans, simul cum corpore Christi moueri & transferri de loco ad locum eius praesentiam sacram. Et colligitur ex ijs Authoribus, qui docent, hanc praesentiam esse ipsam coniunctionem corporis cum speciebus: nam sicut ad motum specierum non variatur haec coniunctio: ita nec praesentia sacram. quae in hac coniunctione formaliter per eos consistit. Fundam.

**197. Fundam. duplex 1.** 1. Haec praesentia est supernaturalis quoad essentiam: ergo non potest esse terminus mutationis naturalis, cum nequeat actio naturalis attingere terminum supernatum quoad essentiam: nam actio ad qualiter specificatur a termino: esset autem ista praesentia terminus mutationis naturalis, si ad motum specierum mutaretur; nam esset terminus motus localis specierum, ut secundariò subiectati in corpore Christi, sed hic est naturalis, cum fiat virtute naturali; ergo. DICES: motum esse tantum conditionem, quam posita, solus Deus producit praesentiam sacramentalem in Christi corpore. Sed contra: falsum est, produci nouam praesentiam sacram. sine noua prolatione verborum. 2. in doctrina Suarez motus localis secundariò receptus in corpore Christi, est praesentia sacra. successiva corporis mobilis ad spatium: ergo hoc ipso, quod mouetur acquirit nouam praesentiam, non naturalem, praeter sacramentalem; ergo sacramentalem, quae perseverat in fine motus, ut intrinsecus terminus illius. Fundam. 2. praesentia sacram. non pender essentialiter ab hoc, vel illo spatio in particulari: ergo quantumcumque mutetur spatium, non mutatur ipsa. Distinguo in re creatà, prout occupat spatium, duo; 1. est ratio, per quam res est proximè occupativa spatij, & semper actu occupat aliquod, quae dici potest locabilitas. 2. est ipsa actualis occupatio huius, vel illius spatij: primum in corporibus est actualis extensio partium ad locum, quam res semper occupat actu aliquod spatium, & est proximè occupativa alterius qualis: in spiritibus vero est virtualis extensio, quam actu occupant aliquod spatium, & sunt proximè occupativa alterius. Primum tam in corporibus, quam spiritibus, est modus ex natura rei distinctus à mobili, pendens ab aliquo spatio, non tamen ab hoc, vel ab illo determinari: unde variato spatio per motum localis, non variatur hic modus, qui semper perseverat idem in quoque spatio. Secundum non distinguitur ex natura rei ab ipsa formali, vel virtuali extensione locali, sed supra illam addit extrinsecam dumtaxat connotationem huius, vel illius spatij: quod mobile acquirit medio motu locali, vel alià mutatione æquivalente. Sacramentalis praesentia comparatur primæ illationi, quam tam corpora, quam spiritus occupant aliquod spatium, &

196. **Presentia sacramentalis ab illo distinguuntur.** sunt formaliter occupativa alterius qualis, medio motu, aut mutatione locali, non vt ratione formaliter occupante, sed vt deferente subiectum ex uno loco in alium: siquidem interdum subiectum occupat locum, & non per motum localis, vt constat de corpore, vel angelo constituto in loco, vi solius creationis; idè ex natura rei à corpore Christi distinguitur, non mindus, quæ ab ipso distinguatur extensio localis, in cuius locum succedit haec sacram. praesentia, non tamen ab ipso ex natura rei distinguitur actualis occupatio huius, vel illius spatij, nisi sola connotatione extrinsecam: sicut n. angelus per motum localis non variat virtualem extensionem localis, vt nec anima suam virtualem, nec praesentiam ad corpus, sed extrinsecam tantum connotationem spatij: ita nec Christi corpus ad motum specierum variat praesentiam sacram. ad species, sed extrinsecam dumtaxat connotationem spatij. Fundam. superfluous est iste modus distinctus à mobili, variabilis ad quamlibet variationem spatij, cum possint omnia salvare per modum respicientem quidem spatium, sed invariabilem ad variationem spatij, alioqui per motum localis variaretur nouum esse sacramentale, quod consurgeret ex noua praesentia sacramentali.

**201.** Ad fundam. Suarez, nego conseq. eiusque prob. Ad confir. sufficit, vt mutet praesentiam quoad extrinsecam connotationem spatij, quae est ratio fundandi nouam relationem distantie, vel propinquitatis ratione tantum distincta ab intrinsecâ praesentia mobilis. Deducitur, hanc praesentiam reduci ad praedicam. ubi, cum sit formalis ratio constituendi corpus immediate praesens speciebus, mediare spatio earundem, contra Nugnez qu. 76. art. 5. diff. 2. reducentem illam ad praedicam. substantie, et quod Trident. sect. 13. cap. 1. affirmet, Christi corpus esse in hoc sacram, substantialiter, & ex S. Tho. art. 3. 4. & 5. docente, illud esse sub speciebus per modum substantie. Sed contra: præter hanc praesentiam nihil substantialiter recipit Christus, cum supponatur in se perfectè constitutus: sensus Trident. est, Christum esse in hoc sacram. praesentem immediate per suam substancialiam, contra Calvini, qui aiebat, esse praesentem per totam virtutem. Sensus S. Thome, Christum esse praesentem per modum substanciali indivisibiliter; propter quod non dicitur haec praesentia localis, quia Christus non est sub speciebus ut locatum in loco commensurabile; quamvis dici possit localis, quatenus, inquit S. Thom. in 4. diff. 10. qu. 1. art. 3. qu. 1. ad 1. esse in loco, significat esse in alio separato extra substantialiam, quod non est causa ipsius.

## S E C T I O IX.

**An praesentia sacramentalis includat unionem corporis Christi cum speciebus?**

**P**RIMA sent. est Scoti in 4. diff. 10. qu. 6. §. Adin-  
tell. Dur. qu. 3. Argent. qu. 2. art. 4. ad 3. contr. 3.  
conc. Maior. qu. vlt. Mayr. diff. 11. qu. 11. Ockam  
qu. 5. art. 2. Gab. lett. 47. in can. Missa list. I, negantur,  
quia talis unio non est necessaria: 2. quia aliquicorpus Christi vivitur ut potentia, species ut  
actus, ex quibus fieret unum per accidens: unde  
consequenter negant, corpus Christi moueri à mo-  
vente species, sed vel ab anima Christi, non motu  
organico, sed simplici, ut Ockam. vel à Deo, ut  
reliqui. **SECUNDA** S. Tho. in 4. disp. 11. qu. 1. art. 1. qu. 1.  
ad 1. Anaco. qu. 1. art. vni Capreo. diff. 10. qu. 3. art. 3.  
ad argu.

204: Negant.

205:

206.

Locabilitas  
in corporibus  
spiritibus,

modus ex  
naturali  
distinctus à  
mobili.

ad argu. Scoticon. 2. concl. init. Caiet. qu. 75. art. 1. & qu. 76. ar. 6. Sot. in 4. dist. 9. qu. 2. art. 4. s. iugur. Vasq. disp. 190. cap. 3. Bellarm. lib. 3. de Eucbar. ca. 18. Henr. de Sacram. libr. 8. cap. 2. 4. Suarez. disp. 47. sect. 3.

Albert. in pradic. vbi coroll. 1. dub. 8. & 9. affirmantum.

tra Albertin. affirmantem, esse in corpore terminata species ad species. Fundam. hæc unio est sustentatio. & terminata accidentium, vi cuius definit substantia panis: ut ad corporis ergo formaliter est in sustentato, cum sit dependens ipsius à sustentante, non in sustentante.

Dico 1. Praesentia Euchar. non est formaliter unio Christi cum speciebus. Fundam. effectus unionis est tantum unire subiectum cum termino, sicut illud reperit à parte rei existens: hæc autem praesentia constituit Christi corpus natura suâ diuisibile indiuisibiliter, immediate in ordine ad species, mediately in ordine ad spatium, quod est proprium praesentia ut distincta ab unione.

Confir. Hæc supplet praesentiam, quam habebat substantia panis sub proprijs accidentibus: sed illa non erat formaliter unio, nam vi illius mansisset praesens spacio, si Deus corruptis accidentibus substantiam conseruasset. Quod si S. Tho. qu. 76. ar. 6. hanc praesentiam appellat habitudinem corporis Christi ad species, intellige habitudinem per modum locantis, non unientis.

Dico 2. Praesentia Eucharistica saltem concomitantia includit aliquam unionem inter Christi corpus & species sacras. Fundam. ex PP. Christus mouetur ad motum specierum: nisi autem ponatur aliquis nexus inter corpus Christi & species, Christus non mouebitur. Nam sola praesentia non negotiat Christi corpus cum speciebus. Nec satisfaciunt dicentes, moueri corpus ad motum specierum, vel à solo Deo, vel ab anima Christi ratione pax: 1. quia connaturalius sit per unionem: nam ea posita sequitur per causam formalem intrinsecam motus in Christi corpore; qua sublatâ solùm sequitur per causam moralem extrinsecam. 2. non saluat, quo pacto sacerdos moueat & deglutiat Christi corpus. Non. n. diceretur quis mouere angelum, mouendo lapidem, cui angelus est tantum praesens: sed tantum est conditio, quâ positâ angelus se moueret.

Dico 3. Unio hæc, quæ comitatur praesentiam Euchar. non est effectiva, sed formalis, contra Suarez. &c. docentes, Christi corpus effectivè tantum conseruare species extra subiectum, & species praesentiam Corporis: ex quâ mutua effectio prouenit, ut non possit moueri unum sine alio: velut si ferrum traheret ad se mangoeum, & magnes mutuò ad se ferrum, mouens ferrum moveret simul & magnetem. Fundam. ass. sola causalitas effectiva non est sufficiens ad dominandum corpus Christi unitum speciebus, & species unitas corpori; non. n. illa possitat formaliter unionem cum causa, alioqui posset creatura, vi effectu consertationis, dici unita Deo: sed Patres docent, corpus Christi esse unitum speciebus: & vi huius unionis, ex Christo & speciebus constitui unum sacram. 2. sola unio effectiva non saluat, quod hoc sacram. verè sit & dicatur corpus & sanguis Christi: non enim lapis dicitur Deus, ex eo quod Deus effectivè tantum conseruat lapidem: nam unum esse aliud, fundatur in physica unione inter illa duo. Nec satisfacit, si dicas, hoc fundari in effectiva unione corporis cum accidentibus, & in mutua conseruatione corporis ab accidentibus, vi cuius dicuntur accidentia secum trahere corpus quicunque mouentur, & corpus per modum substantiae substare accidentibus: Nam hæc mutua effectiva causalitas difficile explicatur, & connaturalius saluari possunt omnia per formalem unionem: & sine unione formali nequit saluari formalis incompossibilitas conuersationis.

Dico 4. Hæc unio non est in corpore Christi, sed in speciebus, terminata tantum ad corpus, con-

liber sui parte terminatur ad totum corpus Christi. & secundum Fundam. corpus Christi vi conuersationis succedit quantitas, totum sub qualibet parte quantitatis panis, & sub qualibet parte unionis: sustentat. n. quantitatem media unione, ut ratione qua: pariter se habeat ad quantitatem ut ad rationem ad quam: sed ad qualibet partem quantitatis se habet ut totum subiectum: ergo ad qualibet partem unionis. Confisi corrumptatur una pars unionis quantitatibus ad corpus Christi, sub illa desinit totum: ergo qualibet pars unionis terminatur ad totum corpus Christi ut ratio qua: sicut qualibet pars quantitatis ut ratio que.

Dico 6. Hæc unio est supernaturalis quoad substantiam. Fundam. omnis unio naturalis per se postulat modificare utrumque extremum, ex Philo. unde unio hypostatica est supernaturalis quoad substantiam, quia modificat unum tantum extremum.

### An hac praesentia pendeat à speciebus?

**P**RIMA sent. Suarez. disp. 47. sect. 3. admittentis mutuam dependentiam in genere cause effectu conservantis, inter praesentiam sacram. & species. Docet n. instanti consecrationis, virtute verborum, produci corpus Christi, eiusque presentiam, species effectivè sustentari extra subiectum, immediatè post, corpus Christi eleuari ad conseruandas species extra subiectum, species eleuari ad conseruandam praesentiam sacram. Fundam. sola effectiva dependentia specierum à corpore Christi, non sufficit ad saluanda, quia de hoc sacram. docent PP. non. n. sequitur, motis speciebus, moueri corpus: sicut non sequitur, traheret, trahi simul & magnetem: quia agens non pendet à subiecto, in quod operatur: ergo, eo moto, non necessariò moueretur agens circa illud. Contrà verò, quia ferrum pendet à magnete, & omne subiectum ab agente, moto magnete seu agente, mouetur & subiectum: ergo, ut motis speciebus moueat & corpus, debet corpus saltem quoad praesentiam pendere à speciebus. Confir. cap. firmior, de summa Trinit. species dicuntur continere corpus Christi; sc. per effectivam conseruationem praesentia, per quam illud trahunt.

**S**ECUNDA Vasq. disp. 190. cap. 4. & Albertini 2. sent. in predicationem. Quando coroll. 1. dub. 4. concl. 4. &c. negantium. Pro cuius explicatione,

Dico 1. Non est hæc mutua dependentia inter praesentiam Christi & species admittenda. Ratio: nullum miraculum est hic admittendum, quod ad mysterium necessarium non sit: at in instanti consecrationis saluatur integra natura Eucharistiz; in quo tamen Suarez teste, non est hæc mutua dependentia; nam eo instanti omnia pendent à verbis.

Dico 2. Praesentia Eucharistica non penderet immediatè à speciebus, sed solùm mediately, ratione unionis, quam includit: S. Tho. qu. 76. ar. 6. ad 3. & in 4. dist. 10. qu. 1. ar. 3. qu. 1. ad 1. Marsil. qu. 7. art. 1. ad 5. Fundam. posset Deus conseruare corpus Christi cum hæc numero praesentia sine ullis speciebus, imo & imminutis speciebus, posset praesentia non minui. Ratio: praesentia per se tantum dependet, dicit à spacio, ut ab extinseco termino, cuius est occupatio. Quod dependeat sal-

107.  
Praesentia  
Eucharistica  
non est for-  
maliter unio  
Christi cum  
speciebus.

108.

109.  
Illa conso-  
mitantur  
inclusa u.  
nionem.

110.  
Non effici-  
natur, si d.  
formalem.

111.  
Unio est in

212.

213.

Superna-  
turalis  
substantiam

214.

215.

Non effi-  
ciantia depen-  
dente in  
praesentia

216.

Non effi-  
ciantia depen-  
dente in  
speciebus

217.

218. rem mediare à speciebus, prob. ratione vniōnis, quā species vniūnt sustentatiū cum corpore, non potest non esse p̄sens speciebus, easque comitari, quocunq; mouentur, quia per talem vniōnem corpus alligatur speciebus.

Dico 3. Probabile est, vniōnem, quām hēc p̄senta concomitanter includit, non solum materialiter, sed etiam efficienter pendere à corpore Christi: oppositum tamen est cohærentius principijs. Fundam. primi: probabile est, vniōnem sustentatiūam per quam accidentia sustentabantur à propria sustentatio panis, non solum materialiter, sed etiam effectiū pendere ab illa: quia substantia non solum habet vim producendi sibi proprietates, sed etiam eas sibi vniēdi: at corpus Christi succedit substantiæ in eo, quod imperfectionem non importat: ergo probabile est succedere illi in hoc genere causalitatis, imperfectionem non inuolventis. Fundam. secundi: iuxta nostra principia humanitas Christi ad actiones miraculosas non nisi moraliter & imperatoriter concurredit, vt 10.6. disp. 22. ergo etiam Christi corpus ad vniōnem sacram.

219. Ad fundam. Suarez nego, mutuā dependentiā effectiū opus esse: sufficit, p̄ter p̄sentiā, vno formalis inter species & corpus Christi, ratione cuius ad motum specierum mouetur corpus, quamvis ipsum non pendeat à speciebus, sed potius species ab ipso. Ad confir. Resp. Alenf. 4. p. qu. 10. me. 7. art. 3. §. 7. & Capreol. in 4. diff. 10. q. 1. art. 3. ad 1. argu. Duran. Bellarm. lib. 3 de Euch. c. 18. diei species continere corpus Christi, ad instar subiecti, præcisā in hæritati. Colligitur, prius natura corpus Christi fiet p̄sens, quām vñtri species; quia prius fit p̄sens, quām operetur in species.

220. Ceterū dubitari potest, an corpus Christi secundum esse reproductum in hoc sacramento, efficienter conseruare posset species, & simul secundum idem esse efficienter causari à speciebus: nec videatur implicare, quod creatura. Adæquatè à Deo conseruatæ, efficienter concurrat ad primam productionem creaturæ B: & rursus B concurrat ad conseruationem A, à quā B fuit producta; ergo nec repugnat, quod species panis à Deo, & à substantiā panis adæquate conseruatæ, reproducant corpus Christi: & rursus corpus Christi efficienter conseruet species panis extra omne subiectum, desinente priori actione.

221. Dicendum tamen est, inuolui implicantiam. Ratio: vt corpus Christi secundum esse sacramentalē reproductum efficienter conseruet species extra subiectum, debet in tali esse reproductio supponi prius & independens à speciebus, saltem secundum quod deberet species causare: non posset autem supponi prius & independens à speciebus, secundum id; quia cūm corpus Christi in ipso esse reproductio efficienter pendeat à speciebus, non posset secundum quod deberet species causare, supponi prius & independens à speciebus. Maior prob. vt causa efficienter causet, supponi debet cum suā virtute causatiā, quā ad causandum requiritur: nequit autem supponi cum eā, nisi supponatur in priori natura cum toto suo esse: sed si deberet suum esse recipere ab effectu à seipso causando, non posset supponi cum suā virtute causatiā; quippe quam recipere deberet à suo effectu.

222. DICES. Hoc implicat secundum primam productionem, non secundum conseruationem. Sed contraria causa. n. vt conseruatiua, debet natura p̄cedere effectum conseruabilem; cūm non minus tribuat esse effectui: alioqui posset idem elevari ad conseruationem sui, destruā priori actione,

quod repugnat, vt disp. 6. sect. 2. eadem autem implicantia est vt concurrit ad conseruationem alterius, à quo causa conseruans pendeat in esse: nam tunc saltem mediare est ea causa sive conseruationis.

An corpus Christi moueat ad motum specierum subiectando intrinsecus motum?

223. PRIMA sent. negat. Duran. in 4. diff. 10. qu. 3. Vasquez disp. 190. cap. 4. Nugent qu. 76. art. 6. diff. 1. Albertin. dub. 10. Faust S. Tho. diff. 10. qu. 1. art. 3. qu. 4. & Caiet. qu. 76. art. 6. §. Ad evidēt. & §. Ad excludendas. Prob. 1. quæ non sunt vnum subiectum continentia, colligatione, aut contactu, moto vno, non necessariò mouetur alterum: sic se habent Christus & species: ergo 2. Repugnat idem moueri motibus oppositis: si autem Christus intrinsecè moueretur ad motum hostiæ, ad motum vnius ascenderet, ad motum alterius descendere. 3. Christus existens in cœlo fit p̄sens sacramento sine motu locali: ergo à fortiori existens in sacramento fit p̄sens alibi per solum motum specierum. 4. Si corpus Christi moueretur, motu hostiæ, etiam frangeretur fracta. Fundam. aliorum. Si corpus Christi moueretur motu intrinseco, vbi caretur nouo ubi intrinseco, quia motus est per se via ad ubi: at non vbi caretur nouo ubi intrinseco; quia cūm tale ubi debet esse supernaturale & indivisiibile, produci nequit à mouente species; & consequentia non potest dici corpus Christi moueri à sacerdote, sed à Deo, qui tale ubi produceret. Contrā verū, si dicamus, Christum moueri motu specierum, & vbi caretur ubi speciem, optimè sequitur, ipsum moueri à sacerdote: quia siout sacerdos mouet species, ita & Christum, qui vt verè dicatur moueri, & vbi careti, sufficit motus, & ubi specierum. Denique quæ mouentur, & vbi carent per accidens, non mouentur, & vbi carent per formam intrinsecam, sed extrinsecè tantum denominantur moueri, & vbi careti per formam intrinsecam eius, quod mouetur, & vbi careti per se: nam quod per se mouet subiectum, necessariò etiam per accidens mouet ea, quæ sunt in subiecto. Igitur non oportet ponere distinctum motum, & ubi in eo, quod mouerut per accidens; nam omni alio motu & ubi præciso, sufficienter determinatur per motum & ubi eius, quod mouerut per se.

224. SECUNDA sent. probabilior affirmat: Paluda in 4. diff. 10. q. 3. Capreol. q. 3. ar. 3. Richard. ar. 4. qu. 1. Sotis. q. 1. ar. 6. Mars. q. 7. ar. 3. dub. 5. Palat. diff. 2. Suar. disp. 52. sect. 1. Syll. in qu. 76. art. 6. Scotti. Mayro. Maior. Argent. Ockam. & omnium, qui dicunt, Christi corpus moueri à Deo, vel à seipso in hoc sacramento. Pro explicatione.

225. DICO. Christus mouetur ad motum hostiæ subiectando in se motum, non tamen variando ubi sacramentale. Fundam. primi: corpus Christi habet effectum formalem motū, qui est successiva acquisitio spatij; & ex alia parte non est incapax motū localis, vt constat de Angelo, & anima rationali: ergo subiectat in se motum. Quia effectus formalis est idem cūm forma: ergo non potest hēc esse extrinsecā subiecto, si ille est intrinsecus: at successiva mutatio spatij est intrinsecā corpori Christi: ergo etiam motus localis. Fundam. secundū: ubi subiecta: ubi sacramentale non est addictum certo spatio, sed est ratio occupatiū spatij; similis locabilitati Angelorum, & corporum, quam Angeli & corpora per motum intrinsecè non variant, sed solum extrinsecè, connotando nouum spatium, in quo

229.  
Non variat  
de presen-  
tia: am.

quo per motum localem, ut per rationem deferentem se colloquunt. Fundam. tertij præter hanc locabilitatem; per quam corpora & spiritus proxime occupant spatum commensum propriæ locabilitati, non datur distinctum *vbi*, per quod occupent hoc vel illud spatum in particulari, sicutque intrinsecus terminus motus localis, cum recte possit per solam locabilitatem ut per rationem formalem, & motum localem ut per actionem deferentem diversa spatia occupare. Vnde nego, motum localem, præter intrinsecum impulsum receptum in mobili, & extrinsecum spatum, ad quod defert, habere alium distinctum terminum.

230.  
Ad Durand.  
dum. i.  
2.

Ad primum Durand. patet ex dictis. Ad 2. nego, tales motus esse oppositos; quia non sunt eiusdem secundum idem, sed secundum diversas species, cum quibus Christi corpus est vnitum, ut constat de anima, quæ ratione diuersorum membrorum, quæ informat, potest moueri & quiescere; eleuari in uno, & deprimi in alio. Idem coningetur, si eadem anima replicaretur in distinctis corporibus. Ad 3. nego conseq. quia motus localis solum importat acquisitionem termini ad quem, sed etiam derelictionem termini à quo. Cum igitur Christus, per acquisitionem specierum sacram. in terris, non derelinquit locum in cælis, non dicitur localiter moueri, rametli dici debeat simpliciter mutari, cum per nouum præsentiam sacram. aliter se habeat, quæ prius: per motum verò specierum non solum acquirit nouum spatum, sed etiam deserit antiquum, quod medijs specierum quibus vnitur antè occupabat. Ad 4. nego sequel. nam corpus Christi verè & propriè ad motum specierum mutat spatum, quod ad motum sufficit: at non verè & propriè ad divisionem specierum diuiditur, quod ad fractionem propriè dictam requiritur.

231.  
Ad 3. ratio  
d. similitudin.

Ad fundam. aliorum, nego sequel. eiusque prob. Ceterum dicitur sacerdos mouere corpus Christi, non ratione noui *vbi*, quod in illo producit; sed ratione motus localis, quem medijs speciebus in illo imprimit. Vnde nego, id quod mouetur per accidens, moueri motu extrinseco: nam sicut intrinsecè mutat spatum, ita intrinsecè etiam subiectum mouet, præsertim quando subiectum est capax motus localis. Vti est corpus Christi in hoc sacram. quod cum indivisibilite terminiū retinet diuisibilitatem subiectuam, ratione cuius est capax motus localis diuisibilis. De *vbi* autem, si illud intelligatur modus distinctus à locabilitate, neque illud est necessarium in Christi corpore, neque in speciebus: si verò intelligatur ipsa locabilitas, hæc diuera est in corpore Christi, & in speciebus: nam in corpore Chriſti est præsentia Euchar. quæ est diuisibilis virtualiter: in speciebus est localis extensio specierum: neutra variatur per motum localem, sed solum variatur extrinseca connotatio noui spati.

232.  
Ad 4.

Deducitur, Christum non esse in hoc sacram. ut locatum in loco: quia locatum & locus nullam habent inter se colligationem, ut moto uno, naturaliter moueatur & alterum: quam colligationem habent species sacram. & corpus Christi, quod naturaliter ad motum specierum mouetur. 2. locus & locatum nullam inter se exercent causalitatem: cum tamen in hoc sacram. Christi corpus exercet causalitatem erga accidentia, sustentando illa in genere causæ materialis præcisæ imperfectione: & accidentia, ratione vniōnis cum corpore Christi, requirant idem corpus intimè sibi præsens. Ex quo sequitur, corpus Christi esse in hoc sacram. per modum substantiæ: nam sicut substantia substantiat accidentibus, sustentando illa: ita Christi cor-

pus substata accidentibus Euchar. substantando illa, absque imperfectione inhærentiæ, ut supra.

Quari potest, ut mota hostiæ circulatetur, cum eâ simul moueat Christi corpus. Negat Major in 4. dist. 10. q. ult. concl. 7. &c. Sed distinguo i. vel loquimus de Christi corpore; ut existit in tota hostiæ, ut sic non mouetur, quia nec acquirit nouum spatum; sicut nec hostia ipsa quoad totum mouetur, cum semper quoad totum sit in eodem spacio: vel de corpore Christi, ut existit per partiæ præsentiam in una parte hostiæ; ut sic mouetur ex una parte spatiij ad aliam, in quâ anteā non erat. Nam sicut una pars hostiæ mouetur ex una parte spatiij ad aliam occupandam, licet ut tota non moueat: ita & corpus Christi in eâ parte hostiæ existens simul cum eadem parte hostiæ mouetur ad aliam partem spatiij, in quâ anteā non erat, licet fuerit quodad aliam præsentiam.

Definitur, quæ denominationes tribui possunt corpori Christi, ratione specierum: quæ verò speciebus, ratione corporis Christi. Duplex est enim denominatio: alia, cuius forma intrinsecè afficit subiectum: & hæc propriè tribuitur corpori Christi, cuiusmodi sunt denominations mobilis, propinquus, distantis, quarum forma intrinsecè afficit Christi corpus. Alia est, cuius forma extrinsecè tantum afficit subiectum: atque hæc non nisi impræ propriè corpori tribuitur, ut frangi, alterari, tangi, videri, gustari, &c. harum enim denominationem forma in solis speciebus intrinsecè subiectat: quæ quia non vniuntur ad faciendum unum physicum cum corpore Christi, non communicant illi sua attributa, sicut nec Christi corpus sua attributa communicat speciebus. Vnde impræ propriè intelligendæ propositiones, quas de corpore Christi in hoc sacram. existente in sua abiuratione Berengarius pronouciat, nempe corpus Christi in hoc sacram. manibus sacerdotum tractari, frangi, dentibus fidelium atteri; omnes sc. per extrinsecam denominationem à speciebus.

## S E C T I O X.

*An corpus Christi possit esse in pluribus locis circumscriptiis?*

P RIMA sent. negat: Bonavent. in 4. dist. 49. art. posse nullum qu. 1. ad ante penult. S. Tho. dist. 10. qu. 1. art. 1. ad 5. & dist. 44. qu. 2. art. 2. qu. 3. ad 4. quodlib. 3. art. 2. 3. p. qu. 75 art. 1. ad 3. Et qu. 76. art. 8. Paludan. in 4. dist. 10. qu. 1. fine. Capreol. qu. 1. art. 3. ad argu. Scotti cons. 2. concl. 2. loco. Durand. qu. 1. ad 2. & 3. Sotis qu. 1. art. 5. Ferrar. 4. con. gen. cap. 63. §. Ad eundem, & §. attend. Nugnez qu. 76. art. 8. diffi. 2. Henr. quodlib. 9. qu. 32. Egid. quodlib. 1. qu. 1. & quodlib. 2. qu. 17. Vasq. disp. 189. cap. 4. &c. Fundam. S. Tho. 1. circumscribi loco, est comprehendendi loco, sc. ita esse in loco, ut nihil locati sit extra ipsum locum: ergo ponere corpus in pluribus locis, est ponere contradictionia. Confit. termini locati & loci sunt simul, superficies enim convexa locati, & concava locantis sunt simul ergo si corpus posset esse extra terminos sui loci, posset esse extra terminos suæ entitatis, quod implicat. 2. implicat individuum separari & diuidi à scipso; hoc enim in indiuisione sui constitit: ergo implicat idem corpus ponit in pluribus locis; quia diuidetur & separaretur à scipso.

Fundam. Vasq.: Si idem corpus posset esse in diuersis locis circumscriptiis, sequeretur idem corpus naturali virtute producere sibi duplex *vbi*: ponatur

233.  
Christus  
non est in  
Eucharistia  
tanquam  
locatum in  
loco.

233.  
Negat.

Negat.

233.  
Fundam.  
duplex S.  
Thom.

240.  
Fundam.  
Vasq.

ponatur enim idem lapis supra duplice trabe, sublata trabe, idem lapidis dupli motu ab intrinseco moueretur ad centrum. Idem sequeretur si idem quiesceret in centro, & simul moueretur à trabe ad centrum: nam idem conseruaret sibi ubi in centro, & naturali viitate produceret sibi ubi ad centrum. Probant alij 1. implicat eandem rem esse in diuersis temporibus simul: ergo etiam in diuosis locis 2. si idem corpus posset esse in pluribus locis simul: & in infinitis. 3. implicat ponni effectum secundarium alicuius formæ absque primario eiusdem: secundarius enim essentialiter pendet à primario: ergo implicat poni corpus circumscriptiuè in pluribus locis. Quia tale corpus haberet extensionem localiem, ex.gra. vt duo quantitatem, qui est effectus primarius, nō nisi vt vnum. 4. ex Bonav. corpus occupat locum formaliter per quantitatem: sed implicat augeri effectum formale, non autem formam: ergo implicat corpus occupare plura loca per eandem quantitatem inuariatum. 5. ex Egidio: non potest res per suam naturam esse nisi vna tantum specie: ergo nec corpus per suam quantitatem, nisi in uno tantum loco. 6. Sequeretur, idem corpus moueri & quiescere; moueri sursum & deorsum; calefieri in uno loco, frigesceri in alio; mori in uno, vivere in alio; pereire & amittere gratiam in uno, mereti & gratiam acquirere in alio; damnari in uno, beati in alio &c.

**Secunda affirmatio:** Alens. 4. p. qu. 11. m. 2. ar. 1. §. 7. Scot. in 4. dist. 10. qu. 2. q. dico, Mayro. dist. 11. qu. 1. & 2. Maio. dist. 10. qu. 2. Argent. qu. 1. art. 1. Riebard. art. 2. qu. 2. Marf. qu. 7. art. 3. Aureol. dist. 48. art. 2. Gabriel. dist. 10. ar. 2. concil. 7. & lect. 4. 6. in can. Missa: Scotell. dist. 10. qu. 1. art. 2. Rubio. in 1. dist. 37. qu. 1. ar. 2. & in 4. dist. 10. qu. 4. ar. 2. concil. 2. Ockam. qu. 4. ad 1. dist. & ad 6. argu. Spt. in 4. physic. Bellar. lib. 3. de Euchar. cap. 3. V. atene. de present. Christi dist. 6. qu. 3. p. 1. §. 2. Suar. disp. 38. sect. 4. Coninck qu. 75. a. 4. dub. 3. Albert in predic. ubicorell. 2. dub. 2. Quæ est principijs fidei conformior. Præcipuum fundam. Non repugnat, corpus Christi replicari in pluribus sacramentis definitiū: ergo neque in pluribus locis circumscriptiū: quia replicatio sacram. definitiū includit totum id, quod circumscriptiū, & addit modum naturaliter positum corpori: sc. per circumscriptiū replicationem corpus ipsum entitatiū multiplicaretur, ac proinde dividideretur, & à scipso separaretur, quod videtur contra rationem individui: sed totum hoc reperitur in replicatione sacramentali: nam etiam per hanc corpus Christi sit à scipso distans, & præsentia loci diuisum; prout est in sacram. distat à scipso, prout est in cælo, vel in alio sacram. prout est in lacram. non continuatur præsentia loci diuisum; quia est in cælo, vel in alio sacram. Deinde ex vi præsentia circumscriptiū, corpus comprehenditur à loco: sed non minus vi præsentia sacram. definitur spacio vnius hostie; quo tamen non obstante adhuc potest vi alterius præsentia constitui in spacio alterius hostie; aut si non potest habere plures præsentias naturales, cur habere poterit plures sacramentales?

2. Non repugnat, animam rationalem replicari in duplice corpore, & angelum in duplice loco: ergo nec corpus in duplice spacio: quia non minus anima & angelus per suas præsentias spirituales definitur loco, quam corpus per suam præsentiam corpoream circumscribatur spacio. Antec. probo 1. de anima: non implicat, eandem formam replicari in duplice subiecto; sicut nec idem subiectum sub duplice formam, vt de facto replicatur corpus Christi sub pluribus præsentijs sacram. & hostijs:

241.  
Probant  
alij 1.

242.

243.

244.

245.  
Affirmante  
veritas.

246.  
d' fortiori.

247.

248.  
Prob. 2.

est enim eadem ratio de subiecto sub duplice formâ, ac de formâ in duplice subiecto: implicat autem formam replicari in duplice subiecto, nisi per duplice præsentiam, cum informationis essentialiter supponat præsentiam: ergo si potest replicari forma in duplice subiecto, poterit etiam in duplice loco. Demum possit Deus conseruare eandem animam in capite & busto à se diuisis, vt fertur de S. Dionysio; in capite & manu, non conseruam in brachio intermedio; cum talis continuatio esset mere per accidens; etgo in distinctis locis.

Probo, 2. de Angelo: potest virtute propriâ collocare se in duplice loco inadæquato, in sensu multorum: ergo poterit virtute diuinâ collocari in duplice loco adæquato, cum aliquid amplius concedendum sit virtuti diuinæ, quod non conceditur virtuti naturali. Deinde non implicat, hanc præsentiam spirituali multiplicari in alieno subiecto, vt de facto multiplicatur in corpore Christi sacramentaliter existente: ergo nec in proprio, qualis est substantia spiritualis: tandem posset Deus conuertere panem in angelum: & tunc haberet duplice præsentiam utraque indivisibilis, & proportionatam suæ naturæ. 3. Potest Deus conuertere quantitatem septimalitem panis, in septupla palmarem corporis Christi: sed tunc præter præsentiam quantitativam, quæ existet in cælo, acquireret præsentiam quantitativam, quæ existet sub reliquis accidentibus panis, quibus per suam quantitativam præsentiam succederet.

Confirm. non repugnat substantiam fieri præsentem duplice præsentia indivisibili sibi proportionata: ergo nec quantitatem duplice præsentia indivisibili sibi commensâ: & sicut hoc non est contra individuam rationem substantie, quæ adhuc replicata manet vna indivisa entitatiuè: ita nec erit contra individuam rationem quantitatis replicari duplice præsentia sibi proportionata: quia adhuc replicata, maneret vna indivisa in se, licet multiplex & diuisa localiter. 4. Non implicat, duo corpora simul esse in uno loco; vt omnes, excepto Duran. concedunt: ergo nec vnum in duobus. Quia non minus locus commensuratur loco, quam locatum loco: ergo si potest unus locus commensurari duobus locatis, poterit vnum locatum commensurari duobus locis. Nec satisfacit S. Tho. cit. dist. 44. quia corpus, inquit, fieri in duobus locis, est idem atque à scipso diuidi: duo vero corpora fieri in eodem loco, est idem non diuidi ab alio: magis autem intrinsecum est in diuidi ab alio, non diuidi à se cùm sit ratio prima, quam diuidi ab alio; quia est passio consequens:

Quia hoc ipsum dici potest de corpore Christi sacramentaliter replicato: & si loquatur de diuisione, & diuisione intrinsecâ & extrinsecâ, æquè repugnat, vnum diuidi à se, quam non diuidi ab alio.

Ratio: non implicat, idem diuidi à se localiter: sicut nec repugnat, plura fieri vnum: & indivisa localiter. 5. Corpus sit circumscriptiuè in loco formaliter per extensionem localiem; nam ea tantum sublata, collitur circumscriptiua præsentia; eaque positâ, ponitur: sed potest vna cum corpore, vel

eadem extensio localis replicari, sc. modus quantitatis cum quantitate, vt quantitas cum corpore; vel alia numero distincta produci: Extensio. n. localis est modus re ipsa distinctus à corpore de facto.

Christi corporis in sacramento est sine extensione locali circumscriptiua, cùm quæ sit in cælo: ergo potest replicari, non multiplicato corpore, sed replicato tantum; quia de facto multiplicata præsentia sacram. (aliam quippe habet Christi corpus sub vna hostia, quam sub alia) non multiplicatur Christi

Extensio localis est modus res ipsa distinctus à corpore.

R

corpus

corpus, nec distinctum est in uno sacra, ac in alio: & omne posterius, distinctum à priori, multiplicari potest, non multiplicato priori; quia sicut habet distinctam entitatem, ita & distinctam multiplicabilitatem; potest multiplicari unius, non multiplicato unib; ut accidens, non multiplicato subiecto. sed praesentia circumscriptiva est posterior, & distincta à corpore: ergo multiplicari potest non multiplicato corpore.

Deducitur 1. Idem corpus fieri impenetrabile cum seipso, ratione duplicitis extensionis localis: nam ex hoc oritur formaliter impenetratio corporum. 2. Idem posse discedere à seipso & accedere localiter ad seipsum: seipsum sistere, pellere, propellere, nec non cum seipso contendere; moueri in uno loco, quiescere in alio: ut constat de anima rationali respectu diversorum membrorum. Ratio: hæc omnia conueniunt subiecto ratione diversarum extensionum localium.

Patet ad 1. fundam. S. Tho. Ad confirm, nego conseq. aliqui Christi corpus circumscripsi exstens in celo, non posset per suam substantiam sacramentaliter fieri extra illud. Ratio: corpus in duobus locis constitutum, in neutro existit adæquare: unde ex eo, quod potest esse extra terminos unius loci, non sequitur posse esse extra terminos suæ entitatis; quia multiplicatio locorum, non infert multiplicationem locorum. Cum dicitur superficies loci adæquatur cum superficie locati, concedo de adæquatione quoad proximam rationem, seu extensionem localem, si illa non replicetur, sed multiplicetur cum corpore locato: sicut per unam præsentiam sacram. adæquatur cum una hostia. Nego, de adæquatione quoad rationem remotam & fundamentalem, quæ est quantitas locati. Si vero tantum replicetur, tunc dico, solum adæquari, prout est in uno loco, non prout est in alio. Ad 2. constat ex dictis. Ad fundam. Vasq. Resp. posita duplice locabilitate in corpore, vel eadem distincta ratione replicari, nullum esse absurdum, idem ab intrinseco moueri duplii motu, non excedente virtutem motiuam mobilis utrobique existentis: neque esse absurdum, quiescere in uno, & moueri in alio, ut patet de anima rationali, quæ moueri potest in capite, & quiescere in pede: nam hæc proxime sequuntur ad præsentiam localem.

Ad 1. fundam. aliorum, nego. conseq. quia cum tempora sint essentialiter successio, sicut nequeunt simul coexistere, tia nec alia res simul cum illis loca verò sunt permanentia, in quibus potest idem corpus simul coexistere. Ad 2. nego, posse idem corpus esse in locis categorematicè infinitis; esto esse possit, in infinitis locis syncategorematicè. Deus est in spacio & in infinito, ex 1. ro. disp. 8. ex se & ab intrinseco occupat infinita spatia. Ad 3. nego conseq. falsum quippe est, per replicationem corporis ponit effectum secundarium sine primario; nusquam enim ponitur extensio localis sine quantitate: sed potius multiplicatur effectus secundarius, non multiplicato primario, quando multiplicatur extensio localis, non multiplicata quantitate, quod nullam inuoluit repugnantiam. Sicut nec quod in Christi multiplicetur præsentia sacra, non multiplicata, sed replicata tantum substantia. Ad 4. nego. maior, si intelligatur de occupatione formalis & proxima; cum ratio formalis & proxima occupandi locum in corpore, non sit quantitas, sed extensio localis. Ad minor, Resp. implicat augeri effectum formalem, non autem formam nec realiter, nec virtualiter, concedo; non autem formam, saltem virtualiter, nego. Dicte: noua replicatio circum-

scriptiva est nouus effectus realis: ergo ad illam prærequisitur noua forma realis, nec sufficit noua forma virtualis. Resp. nouam replicationem esse nouum effectum realiter, ratione nouæ actionis realis reproductiæ ac noui termini connorati, non ratione nouæ formæ locum occupantis. Ad 5. neg. conseq. natura n. est in spacie per identitatem cum illâ: corpus vero est in loco per modum distinctum à loco: proinde poterit idem corpus esse in duplice loco realiter: non eadem natura in duplice specie, nisi tantum ratione & conuenientia. Ad 6. partim constat ex dictis, partim ex dicendis seq. sectionib. Ad 6.

## S E C T I O XI.

*An simul cum subiecto necessariò replicentur omnes proprietates à loco independentes?*

T riplex est genus proprietatum: sc. quæ solè ratione à subiecto distinguuntur: quæ ex natura rei, sed à loco dependent: quæ & ex natura rei distinguuntur, & à loco dependentes non sunt. Prioræ necessariò replicantur cum subiecto, cùm sint idem cum subiecto. Postiores, si quæ sunt, quæ à determinato loco pendent, illæ cum subiecto non replicantur, sed necessario multiplicantur: quia cùm loca sint distincta inter se, quæ à distincis locis determinatè pendent, non possunt inesse eidem subiecto pluribus in locis existenti. Sola controuersia de postremis.

Prima sent. affirmat: *Scoti in 4. diff. 10. qu. 2. S. dico ergo. Marfil. q. 7. art. 3. Vasq. disp. 189. cap. 4. G. disp. 192. cap. 3. Albertin. in predica. quantitatibus coroll. 2. dub. 3. & 4. Fundam. quæ conueniunt subiecto independenter à loco, ut sint in subiecto, non requirant, nisi entitatem subiecti: quia ut sint in illo, non pendent ab aliqua præsentia ad locum, cùm prius natura illa sint in subiecto, quæ subiectum sit in loco. Confirmat; eodem ubi, quo vbiatur subiectum, vbiatur coniuncta subiecto: ergo implicat replicari subiectum, & cum eo non replicari omnia coniuncta subiecto.*

Seconda negat: *Alemb. 4. p. qu. 11. me 2. art. 1. f. 7. Mayron. in 4. diff. 11. qu. 2. Maior. diff. 10. q. 2. Oebam. q. 5. ad 1. dub. Sotiq. 1. art. 5. Gabriel. leib. 46. in cano. Misce. Suer. disp. 4. sect. 5. Quæ sent. probabilius, Fundam. nulla res potest replicari, nisi in ea fiat aliqua mutatio: at potest hæc mutatio fieri in subiecto, & non in formâ: ut in formâ, & non in subiecto, si replicetur forma, non replicato subiecto: sola n. mutatio subiecti, non est sufficiens ad replicandam omnia, quæ sunt in subiecto, sed requiritur mutatio uniuscuique rei propria, sicut unaquaque res propriam habet entitatem à subiecto distinctam; ergo cum subiecto non necessariò replicatur forma. Confirm. non sufficit ad replicanda omnia quæ sunt in subiecto, reproducio solius subiecti: sicut non sufficit producio solius subiecti ad producenda omnia, quæ sunt in subiecto; nec sola præsentia localis subiecti producita sufficit ad replicaenda omnia, quæ sunt in subiecto: nam sicut unaquaque forma habet propriam entitatem, ita ut replicetur, propriam postular locabilitatem, vel reproductionem. 2. Aliquid de facto habet corpus Proba. Christi in celo, quod non habet in sacra. sc. extensionem localem, & aliquid in sacra, quod non habet in celo, sc. præsentiam sacramentalem, & anima habet aliquam unionem in capite, quam non habet in pede, & vice versa: ergo potest subiectum in uno loco non habere proprietates, quas habet in aliis.*

alio, etiam si sunt à loco independentes: quia licet proprietates locales pendeant terminatiæ à loco, quia prius respiciunt illum, subiectum tamen pendens à mobili non minus quam proprietates absolute, & tamen non necessariè comitantur mobile: ergo nec proprietates independentes à loco. Confit. extensio localis non est essentialiter addita certo loco, ut est ubi in sent. eorum, qui illud cōcedunt: patet, quia illa nobiscum ferimus quocumque mouemur: & tamen potest hæc subiectum non comitari: ergo & alia proprietates à loco independentes.

*Oibyces.* Non potest subiectum moueri localiter, non motis ijs, quæ sunt in subiecto: ergo nec potest replicari, nisi replicatis omnibus, quæ sunt in subiecto. Resp. neg. conseq. nam de ratione motus localis est, ut mobile relinquat locum, ubi ante erat; consequenter non potest moueri non motis ijs, quæ sunt in mobili, alioquin manerent accidentia sine subiecto. De ratione vero replicationis non est ut subiectum non maneat in loco, in quo ante erat; sed ut fiat in loco in quo ante non erat, adeoque potest replicari subiectum, non replicatis ijs, quæ sunt in subiecto. Præterea non potest replicari res, nisi per actionem substantialiter reproductiveam: nec potest actio reproducere terminum, nisi illum substantialiter contineat; ex disp. preced. At reproductione subiecti non continet substantialiter ea, quæ sunt in subiecto; ut nec productio subiecti productionem eorum, quæ sunt in subiecto: per motum vero localem solum debet subiectum, & ea, quæ sunt in subiecto localiter transferri de uno loco ad aliud.

Ad fund. i. sent. neg. antec. nam licet proprietates absolute absoluantur à presentiæ ad locum primariæ; eo quod non respiciant primariò locum, ut illum respiciunt proprietates locales à loco depéndentes: non tamen absoluantur à presentiæ ad locum secundariæ; cum non possint viri subiecto, quin sicut presentes subiecto, cum quo, ut viriantur, requiriunt necessariò presentiam ad illud, ut conditionem sine qua non: quia non modò forma sit præsens & indistans subiecto, sed eo mediante à spatio: ut constat de anima rationali, & qualibet formâ, quæ per eandem presentiam sit præsens corpori, & spatio mediante corpore: cum igitur presentia secundaria ad nouum locum sit necessaria in forma, ut infmet subiectu in eo loco constitutu; etiamque acquirat forma per solam replicationem subiecti, & hic sit nouus effectus ab ipsa replicatione subiecti distinctus, non necessariò per replicationem subiecti, replicabitur forma.

*Dices:* Forma per unam numero unionem viri subiecto in duplice loco constituto: ergo per unam numero præsentiam sit præsens subiecto in duplice loco posito. Resp. neg. conseq. quia viri respicie partes ut viriles, quæ quia per replicationem non variantur, nec variatur ipsa. Presentia respicit partes ut locabiles, & quia in ratione locabilitatis variatur quoque presentia formæ ad illes. Ad confirmationem patet ex dictis.

274. Deducitur 1. posse replicari subiectum, non replicata forma, aut modo ex naturâ rei distincto: qui omnis forma, vel modus sit præsens subiecto, ac loco per præsentiam distinctam à subiecto.

275. 2. Non posse replicari quacumque formam modaliter distinctam, non replicato subiecto; quia cum de essentiâ modi sit actu modificare proprium subiectum, implicat replicari sine illo quo sit, aut reproduci, nisi in proprio subiecto. 3. Licet possit diminuicûs replicari subiectum sine suis proprietatibus, cōnaturaliæ tamen cum ipso replicari omnes pro-

prietates à loco independentes, ut existat cum omnibus causis & conditionibus, à quibus in suo esse dependet. *Lege Gabr. loco cit.*

*An mutatio facta corpori in uno loco, necessariò fiat eidem ubicumque existenti?*

Prima sent. Scoti in 4. dist. 10. §. dico ergo. & q. 6. s. Ad intellectum, Argent. q. 8. a. 1. Mors. q. 7. a. 3. suppos. 3. Alcibiad. l. 4. tral. g. c. 1. q. 6. Alens. Vasq. Albertin. suprà. affirmantium. Quia subiectum est idem: ergo quando mutatio est independens à loco, si fit in uno, fit in omnibus, in quibus idem subiectum existit.

Secunda Maior. in 4. dist. 10. q. 2. Sot. q. 1. a. 5. Gabr. lect. 46. in can. Missa, Sua. disp. 48. lect. 6. Ge. negantur. Quæ sent. probabilior, sequitur ex preced. nam si sola coniunctio cum subiecto replicentur omnia, quæ sunt subiecto coniuncta, sed requiritur noua præsentia à subiecti præsentia distincta; sequitur, quod nec coniunctio cum subiecto sufficiet, ut mutatio facta subiecto in uno loco, fiat eidem alibi existenti, absque noua præsentia mutationis à subiecti præsentia distincta. 2. Vel mutatio est localis & à loco dependens: at ex eo, quod Corpus Christi mouetur in hostiâ, non necessariè mouetur in celo, aut contrariaeque ex eo quod in sacram. amittit extensionem localem, & acquirit sacramentalē, eandem amittit, & acquirit in celo: Vel à loco independens: at nulla mutatio fieri potest in subiecto duplice in loco existente, nisi per duplice præsentiam, à præsentia subiecti distinctam, ut suprà: nec causa naturalis vim habet producendi effectum cum duplice præsentia: nam vel hæc esset agens, quod effectum producit: sed hoc non potest mutare, nisi subiectum sibi propinquum, cum non possit naturaliter agere in subiectum distans: Vel esset effectus, qui producens in uno loco, per naturalem resultantiam sibi produceret aliam præsentiam in eodem subiecto alibi existente: At nullum ens creatum habet naturalem vim scipsum replicandi: Vel esset subiectum, quod cum sit idem utroque, recipiens mutationem in uno loco, eandem necessariè recipere in alio; At, ut suprà, sola identitas subiecti non sufficit, ut forma præsens subiecto in uno loco, fiat eidem præsens in alio, sed necessariè requiratur propria præsentia formæ à subiecti præsentia distincta, vel reproductione.

Confir. ex opposita sent. lequeretur, quod si quæ mutatio facta fuisset ab agente naturali in corpore Christi extra sacram. in ultimâ carnâ, eadem quoque facta fuisset in corpore eiusdem sacramentaliter existente: quod quamvis concedat Scotus q. 6. §. Ad intellect. fallum tamen est, cum repugnet, mutationem fieri in corpore Christi sacramentaliter existente, nisi per præsentiam sacram. quæ cum sit supernaturalis, nequit fieri ab agente naturali. Quod si S. Thos. 3. p. 9. 8. a. 4. affirmat. mutationem factam in corpore Christi, in propriâ specie existente, fieri etiam in eodem sacramentaliter existente, explicatus est, vel de mutatione deperdituâ, de quâ tantum ibid. exemplificat; vel etiam de acquisitu, sed supra cursum naturalem.

A fortiori: nullum ens replicari potest absque actione substantialiter reproduci: At nullum agens creatum naturalem vim habet producendi effectum cum duplice actione substantialiter productuâ. Igit. Subiectum recipiat in mutatio facta corpori in uno &c. recipere

Infectus 1. posse subiectum in uno loco calentier in summo, in alio in summo frigescere: in uno habere possit

recipere formam ignis, in alio formam aquæ: cùm enim una forma recepta in subiecto in uno loco, non esset præsens idem existenti in alio, non posset impedire actionem contrarii agentis: quia sicut agens non agit, nisi in passum sibi propinquum, ita passum non resistit, nisi agenti sibi proxime.

Dicas: quia forma corrupta in uno loco, corrumperetur ubique, eadem forma corrupta ab uno agente contrario in uno loco, per naturalem saltem sequelam ab eodem corrumperetur in alio loco existens, ergo saltem ratione corruptionis agentia naturalia scilicet mutuè impeditent, quod minus agerent in summo, & vnumquodque in eandem materiam suam formam induceret. Respondeo 1. negando conseq. nam licet forma ligni, exempli gratiâ, corrupta hinc ab igne, corrumperetur etiam alibi; si tamen in eodem ligno alibi existente ageret aqua, ibique induceret formam aquæ, hac non posset expelli ab igne hinc agente, vel à forma ignis hinc inducâ, quia agens non expellit nisi formam sibi præsentem: sola autem forma ligni, non aquæ esset hinc præsens igni: ergo sola hac, non illa expelleretur ab igne hinc existente: proinde posset materia in duplice loco posita manere cum duplice formâ substanciali, vel accidentalî in summo: cùm nec calor expellat, nisi frigus sibi præsens; nec frigus, nisi calorem sibi propinquum. Quo fieret, vt nec calor hic inductus expelleretur à frigore alibi frigefaciens: nec frigus alibi productum expelleretur à calore hinc calefaciente; quia neutrum esset præsens contrario agenti. 2. neg. ant. cùm n. a. non possit forma esse in duplice loco, nisi per duplē actionem substancialiter productuam, posset in uno loco corrumpi actio productiva formæ, non corrupta actione eandem formam alibi adæquate conservante: cùm utraque actio vim habeat adæquatè conservandi rem in rerum natura, & neutrū agens naturale corrumpendo formam in uno loco, vim habeat corrumpendi eandem in alio loco per distinctam actionem adæquatè conservatam.

Infertur 2. posse corpus in uno loco nutriti & augeri, absque eo quod nutritur, & augeretur in alio (contra Scotum affirmantem, easdem partes, quæ per nutritionem aggernerantur viventi in uno loco, aggernerandas fore eidem ubique existenti.) Fundam. potest in uno loco vivens cibum sumere, & vi naturalis caloris illum in propriam substancialm convertere; in alio verò nullum cibum sumere, proinde nec nutriti, nec augeri. Confirm. Posset ignis hinc existens comburendo materiam sibi propinquam, per iuxta positionem augeri absque eo quod augeretur alibi: ergo posset vivens hinc existens, conucrendo in se cibum hinc præsentem, nutriti & augeri per intra susceptionem, absque eo quod nutritur, & augeretur alibi. Dicas: virtus replicatione non crescit, quia cùm non crescat entitate, nec crescat virtute: sed in hanc sent. cresceret virtute, quia corpus replicatum posset pluribus motibus se mouere, quibus non posset non replicatum; & materia replicata posset plures formas recipere, quas non posset non replicata. Resp. neg. minor. ad 1. prob. dico, posse quidem corpus pluribus motibus se mouere, sed minori velocitate in singulis, quam moueretur in uno: nam velocitas omnium non excedet velocitatem unius adæquati motus, quem corpus posset in uno tantum loco existens exercere. Ad 2. vel Deum in eo calu suppleturum concursum subiecti; vel agentia naturalia cessatura ab actione, defectu capacitatis materie, vel certè materiam ex se capacem esse oppositarum formarum, non impedientibus se formis ob dispen-

tiam locorum, quod mihi probabile est: nam formæ quæ non habent oppositionem, nullum habent certum limitem, ultra quem nō possunt in subiecto recipi: ut constat de scientiis & qualitatibus spirituualibus, quæ sine certo limite recipi possunt in anima. Neque hinc arguitur infinitas aliquæ in anima, ut in 2. disp. 9. sect. 9. vnde quando una forma expellit aliam à subiecto, non est ex defectu capacitatris subiecti, sed contrarietas formarum, quæ in eodem subiecto in certo gradu sese non compatuntur.

*An omnis mutatio facta subiecto in uno loco fieri possit eidem alibi existenti?*

**M**utatio, altera locum primariò respicit; altera locum non respicit. De utrâque breviter. plex. 290.  
Dico 1. Si qua est mutatio, quæ à determinato loco essentialiter pender, ea facta subiecto in uno loco existente, fieri nequit eidem alibi existenti. Ratio: mutatio pendens à determinato loco, nequit sine eo conseruari, ut nulla res absque essentiali suo termino: nequit autem mutatio in uno loco facta, in alio replicari, simul cum eodem determinato loco, à quo essentialiter pender: locus n. a. per Philos. 4. & Phys. cap. 4. est superficies corporis consistens immobilitate: igitur de essentiâ ipsius est immobilitas & affixio ad certum determinatumque spatium imaginarium, quod implicat transferri cum re locata, cùm illud non sit quid reale igitur implicat mutationem essentialiter addicatum vni spatio, simul cum tali spacio replicari alibi.

Dico 2. nulla est mutatio, ne localis quidem, quæ facta in subiecto in uno loco, fieri non possit eidem alibi existenti: ut secundum 8. præter solam actionem rei productuam: De hâc prob. nullum ens secundum replicari potest per solam præsentiam localem, absque que actione substancialiter productuâ: nequit autem actio reproduci, cùm nequeat ad actionem dari actio: alioqui actio non esset essentialiter actio, hoc est sola actualis communicatio esse in terminum, sed etiam terminus, quatenus terminare posset alia actionem, vi cuius substancialiter reproduci possit: hoc autem est contra essentiam modi, cuiusmodi est actio, quæ consistit in sola actualitate, absque omni aptitudine ac potentialitate.

Dicas: potest actio reproduci ut quo sicut actio corrupta reproduci potest ut quo. Resp. neg. antec. nam actio eadem numero, nequit intelligi substancialiter reproduci, in alio loco absque substanciali mutatione sui, seu alia actione: vti non potest intelligi reproducio termini absque substanciali mutatione termini: Nec est pars ratio de actione corrupta, quia illa substancialiter transit à nō esse ad esse. De mutatione à loco indepedenter res certa.

De mutatione locali, quæ primariò locum respicit, prob. nulla est mutatio localis, quæ à determinato loco essentialiter penderat: ergo nulla est mutatio localis, quæ facta in uno loco, fieri non possit in alio: non præsentia localis; nam non distinguitur à locabilitate seu extensione ad locum; quæ non penderat à determinato loco: ex 2. to. disp. 5. sect. 2. Nec motus ipse localis: nam per eundem, quo corpus mouetur supra unum locum, moueri posset supra alium, cùm nulla appareat determinata dependentia talis motus à tali determinato loco.

Dicas: eo motu, quo lapis mouetur deorsum ad centrum, non posset moueri sursum: neque contraria, eo motu, quo mouetur ignis sursum, moueri deorsum: sicut nec motu, quo sagitta impelli-

286. *Replicata  
forma corrumpit  
aut nutriti  
in uno loco, non ne-  
cessariò cor-  
rumperetur  
aut nutriti-  
tur in alio.*

287. *Cotoll. 2.*

Fundam.

Confirm.

288. *Dicas.*

289.

*Mutatio du-*

*plex.*

*291.*

*De prima.*

*292.*

*De s.*

*293.*

*ad hanc*

*productio-*

*replicari ne-*

*que.*

*294.*

*Porti-*diffac.**

*295.*

*Mutatio li-*

*lio alio:*

*non præsen-*

*zia localis;*

*nam non dis-*

*tinguitur*

*à locabilitate*

*seu exten-*

*sione ad locum;*

*quæ non*

*pendet à de-*

*terminato loco:*

*ex 2. to. disp. 5. sect. 2.*

*Nec motus ipse localis:*

*nam per eundem,*

*quo cor-*

*pus mouetur*

*supra unum*

*locum,*

*moueri posset*

*supra alium,*

*cùm nulla appa-*

*reat determinata*

*dependentia talis*

*motus à tali de-*

*determinato loco.*

*Dicas:*

*eo motu,*

*quo lapis mouetur*

*deorsum*

*ad centrum,*

*non posset*

*moueri sursum:*

*neque*

*contraria,*

*eo motu,*

*quo mouetur*

*ignis sursum,*

*moueri*

*deorsum:*

*sicut nec motu,*

*quo sagitta impelli-*

*tur*

Motum lo.  
tale non es-  
sifsum uni-  
loco.

Resp.

298.  
Inq. 2.

299.  
Resp.

Motus qua-  
lorum impres-  
sa.

tur antrorum, impelli ac moveri posset retrosum: ergo motus localis est certo ac spatio addicatus. Resp. duo esse in motu locali consideranda, spatiu, supra quod mobile per motum defertur, & corpus seu punctum, à quo mobile recedit, vel accedit: vt in motu lapidis ad centrum, est spatiu intermediate, supra quod lapis ad centrum decurrit; & centrum, quod est punctum æquæ distans à circumferentia mundi: licet igitur motus, quo lapis ad centrum decurrit, non possit esse motus sursum, ratione centri, ad quod naturaliter tendit, vt ad proprium locum: idem tamen numero motus potuisse esse ad idem centrum per aliud numero spatiu, si nimicum idem lapis motus fuisset per aliam lineam ad centrum: nulla enim appetit necessitas, vt si idem lapis per aliam lineam ad centrum descendisset, diverso numero motu motus fuisset: præsertim cum spatiu se habeat tantum ut extrinsecum connotatum ad motum localem, qui intrinsecam numericam uitatem habet à concursu primæ causæ. Confirm. sicut actio non individualatur à tempore, cum possit eadē numero actio esse in alio, & alio tempore: ita nec motus localis à spatio quin idem numero motus esse possit in alio, & alio spacio. At, inquis; motus localis est successiva uno mobilis cum spatio: unde sicut implicat, eandem numero unione unire idem numero subiectum cum aliâ & aliâ forma, ita eundem numero motum idem numero mobile cum alio & alio spatio. Sed contrà; uno respectu formæ, quam unum, se habet ut intrinseca saltus adhærentia: quia licet uno sacram, non inhæret corpori Christi, nec uno hypost. Verbo, adhæret tamen, intrinsecè vniendo unum extremum cum alio: at motus localis neque inhæret, neque adhæret spatio, sed tantum connotat illud, ut medium, per quod mobile decurrit: quod inde paret, quia spatiu non componit unum cum mobili.

Inistas: medium non se habet pote extrinsecè ad motum localem, sed intrinsecè, efficiens concurrendo cum mobili ad motum producendum: ergo diversa loca diversos producunt motus locales. Resp. 1. argumentum nil probare de motu facto in vacuo, in quo spatiu se habet pure extrinsecè. 2. Nec de motu facto in pleno: nam licet hoc efficiens concurrat cum mobili ad motum coproducendum, nulla tamen est implicatio, quin possint diversa spatiu per diversas actiones efficiens concurrere ad eundem localem impulsu. Sicut non implicat, ut diversæ causæ per diversas actiones ad eundem concurrent numero terminum; potuit igitur idem motus localis, qui est qualitas impressa, distincta actione producta ab agente, fieri à lapide, coagente spatio A, vel coagente spatio B: sicut potuit idem numero ignis per diversas actiones produci, vel à sole, vel ab alio igne. Unde quamvis actio, quæ motus localis produceretur à lapide, coagente spatio A, esset diversa ab actione, quæ idem motus produceretur ab eodem lapide, coagente spatio B, qualitas tamen ipsa per vitramque actionem producta posset esse eadem.

## S E C T I O XII.

An eosdem actus vitales cognitius, & apper-  
tissios, quos elicet homo in uno loco,  
elicet in alio?

300.  
Diffinita  
convenit.

In his actibus non militat ratio, quæ in alijs en-  
tibus; nam in his semper agens habet passum si-

bijotimè propinquum, cum agens nō distinguatur à passo in vitalibus. Actus vitales alij sunt, qui in fieri & conservari efficienter pendent ab obiectis exteris, vt sunt omnes sensationes exteriores, quæ, quia requirunt peculiarem concursum obiecti, sive per se, sive media specie, quæ in fieri & conservari pendet ab obiecto, non possunt naturaliter fieri & conservari, nisi præsentibus obiectis: Alij sunt, qui immediate non pendent ab obiectis exteris, vt sunt actus interiores intellectus, voluntatis, phantasie, & appetitus sensu, quos actus elicitus etiam circa res absentes. His adnotatis.

No. 4.

Dico 1. Actus vitales externi, qui medio obiecto elicuntur à potentia vitali in uno loco, non elicuntur conaturaliter in alio. Fund. hi actus non solum pendent aetiè à potentia, sed etiam ab obiecto: sed obiectum non potest naturaliter coagere cum potentia distante: unde oculus eliciens visionem in uno loco, nō potest naturaliter eandem elicere in alio, quia in alio non habet idem obiectum visibile præsens: hoc est sive actus partialiter, sive totaliter pendeat ab agente extrinseco, semper super vires agentis naturalis est, agere in subiectum distans. Confirm. quando ex uno loco mouemur in alium, non ferimus nobiscum actus vitales exteros, sed illos variamus ad varietatem obiectorum, in quæ successivè incurrimus: ergo nec replicatio eos, quos elicimus in uno loco, virtualiter asportamus in alium; cum replicatio sit virtualis asportatio ex uno loco in alium.

No. 5.

Dico 2. Actus vitales interni pendenties ab aliquo comprincipio physico, quod sit in uno loco, & non in alio, eliciti in uno loco, non elicuntur conaturaliter in alio. Fund. alioqui posset agens connaturaliter agere in distans. Quo fit, vt si cum intellectu sive non replicatur species, vel cum phantasia phantasma, nequeat intellectus, vel phantasia eundem actum, quem elicit in loco, ubi habet speciem &phantasiæ, conaturaliter elicere in alio. Eadem est ratio de actibus internis elicitis medijs speciebus productis ab actibus externis in uno loco.

No. 6.

Dico 3. Etiam si actus interni vitales habeant idem principium in vitroque loco, eliciti tamen in uno loco non necessariò elicuntur in alio. Fund. eadem est ratio de productione, & conservatione: sed ex eo, quod idem actus conseruatur cum subiecto, non necessariò una in alio; quia potest cum subiecto non replicari actus: ergo neque ex eo, quod producitur in uno, necessariò producitur in alio. Confirm. alioqui phantasia animæ Christi eliciens phantasiationem in celo, eandem naturaliter elicetur in sacram, in quo, cum nequeat esse sine præsencia sacram, naturaliter phantasia produceretur phantasiatione cum præsencia supernat. Ratio: vt actus producatur à potentia in duplice loco, produci debet cum duplice præsentiâ, imò cum duplice actione substantialiter productiù; sed ex eo quod actus producitur à potentia in uno loco, non necessariò reproducitur in alio: ergo sola identitas principij & subiecti non sufficit, sed requiritur etiam distincta mutatio in actu, qui replicatur.

No. 7.

Dicas: productio actus præsentiati modalem eiusdem ad subiectum: sed productio actus facta à potentia in uno loco, necessariò sit ab eadem in alio loco existente: nam eacumen non fieret in alio, quatenus distinctam requiretur præsen- tiam, quæ non necessariò coproducetur: igitur si hæc non requiritur, facta in uno loco, necessariò sit in alio, quia verobique est idem agens & pariens. Resp. productionem actus præcedere præsentiam eiusdem in genere fundamenti, pendere R. 3 tam ea

309.

tamen ab illis, ut à conditione sine quâ non; nec posse fieri in duplice loco sine duplice praesentia; quæ, quia impeditur potest, non necessariò si sit in uno, hinc etiam in alio. Vrges: ex hac doctrina sequeretur, posse eundem hominem in uno loco absentire, in alio dissentire eidem obiecto, in alio diligere, in alio odire Deum; in uno esse in gratia & amicum Dei; in alio in peccato, & inimicum eiusdem; in inferno etiati obscuraria in uno commissa; in celo beati propter merita in alio loco comparaata. Concedunt sequelas Major in 4. disp. 10. q. 2. & Coninck 3. p. q. 75. a. 4. dub. 3. fine. Negant Suar. 3 p. 50. 3. disp. 48. sct. vlt. Vafq. disp. 189. cap. 4. Moncau disp. 10. cap. 11. & communiter Recentiores: quod appetit sequitur ex sent. eorum, qui docent, omnia accidentia à loco independentia necessariò cum subiecto replicari: cum enim per ipsos isti actus debeant, ut à loco independentes, necessariò cum subiecto replicari, cumque implicet, eos simul esse in eodem loco, implicabit etiam, eos esse in diversis; cum nequeant esse in diversis, quin prius sint in eodem, per necessariam subiecti concomitantiam. Pro cuius difficultatis solutione,

Dico 4. licet potentia cognitiva, vel appetitiva, possit in uno loco non habere actum, quem habet in alio; cum nullum ens, neque in produci, neque in conseruari fieri possit in duplice loco absque mutatione ab ipsa productione, & conseruacione distincta: implicat tamen ut in uno loco eliciat actum oppositum alteri, quem habet in alio. Hoc probat.

Vafq. disp. 189. c. 4. Si posset idem homo in uno loco esse in peccato, & in alio in gratia, constitutus talis homo in uno tantum loco; vel in illo erit in gratia tantum, vel in peccato tantum, vel in vitroque simul. Non in vitroque simul, cum gratia & peccatum simul implicent: non in sola gratia, vel in solo peccato, cum non sit maior ratio, cur potius unum expellat aliud, quam contraria: igitur simplificiter implicat. Sed contra: facile posset responderi, eo casu hominem fore in peccato: nam perinde esset, ac si idem eodem in loco, ubi haberet gratiam, peccaret; sicut eodam per peccatum amitteret gratiam, cum non posset in eodem subiecto locoque esse gratia & peccatum: nam malum ex quocunque defectu, bonum ex integra causa: quia cum esset idem homo, qui in uno loco peccauit, & peccatum nullibi retrahuit, semper illi tale peccatum imputaretur.

312. 313. Alij implicantiam assignant, panes esse morale: Probanti alij. sc. oppositos actus consideratos secundum esse physicum, esse posse in eodem homine diversis in locis existente: negant, secundum esse morale. Probant primum: ut opposita forma se mutuo excludant. Secundum esse physicum, non sufficit, ut sint in eodem subiecto, sed etiam requiritur, ut sint mutuū sibi presentes: Secundum: ut actus meritorius, vgl demeritorius constitutus hominem iustum, aut iniustum, non requirit physicam presentiam in subiecto, sed sufficit moralis: nam & postquam physicè desierunt, denominant hominem iustum, vel iniustum; immo idem annihilatus, reproduceretur iustus vel iniustus, sicut fuit ante annihilationem.

At implicat ut idem sit iustus & iniustus corā Deo; ratione meriti in gratia & amicitia Dei; ratione demeriti in odio & inimicitia eiusdem. Sed contraria: hoc verificari non potest de omnibus actibus: nam multi opponuntur solidum physicè, non moraliter, ut sunt assensus & dissensus, & reliqui oppositi actus intellectus: vnde saltem isti esse poterunt in eodem subiecto diversis in locis constituto. 2. forte non indicabitur absurdum, hominem, ratione diverso-

rum & quum in diversis locis elicitorum, denominari iustum, & à Deo per gratiam in uno loco diligè amorem amicitiz; in alio peccatorem, & à Deo odio haberi odio inimicitiz. 3. nequit hæc sent. satisfacere interrogacioni: quid fieret, si homo haberet peccatum habituale in uno loco, in alio vero diligenter Deum super omnia; an consequeretur remissionem peccati, quod haberet in uno loco, propter dilectionem Dei elicitem. in alio? Suppono, quod ubi elicit actuum dilectionis, nesciat se esse in peccato, sed solùm sciat ubi habet peccatum, ne dicatur tale peccatum dimitti ut oblitum, propter dilectionem alibi elicitem. Quid, si idem habens duo peccata mortalia, unum in uno, alterum in alio loco, an in uno tantum loco confitens unum peccatum, nesciens se in alio habere aliud, consequeretur gratiam sacramentalem, vel contraria, an habens gratiam in uno loco, peccans in alio, gratiam amitteret in alio loco?

Ratio igitur, cur potentia cognitiva, vel appetitiva habens actum in uno loco, nequeat in alio oppositum elicere, hæc est: licet cognitionis, vel appetitio non sit in vitroque loco physicè & informativè, est tamen in vitroque loco obiectu & intentiona liter, saltem respectu animæ intelligentis & appetitivæ: quod sufficit, ut non possit eadem anima informata uno actu in uno loco, oppositum in alio elicere: nam tota repugnantia, quæ est inter hos actus, ut nequeant esse simul, est penes obiecta, quia unus destruit formale obiectum alterius: quo destruto, impossibile est, ut actus circa tale obiectum eliciatur, cum actus essentialiter pendeat à suo obiecto formalis. Ita assensus essentialiter requirit, ut formale motuum essentiendi, in obiecto veritatem, dissensus contraria falsitatem: cum autem non possit idem obiectum simul obijci ut verum & falsum, necessariò unus actus tollit formale motuum alterius: adeoque nequeunt oppositi actus circa idem obiectum simul exerceri.

Maior prob. 1. eadem anima, quæ cognoscit obiectum per potentiam imaginativam in unā tantum Proba. à parte corporis, in quā hæc potentia residet, simul fieri idem obiectum apparet per appetitum sensitivum in aliā parte corporis residentem. At nō posset anima appetere obiectum in ea parte corporis, in quā non informatur actu imaginationis, nisi in ea parte corporis tale obiectum cognosceret, cum nequeat in incognitum ferri. Igitur potest anima cognoscere obiectum, etiam ubi actu cognitionis nō informatur. Vnde si potentia imaginativa tantum distaret ab appetitu, quantum distaret homo à seipso in alio loco constituto, adhuc posset anima per imaginationem elicitem in unā parte corporis, appetere obiectum actu imaginationis cognitum in aliā parte corporis. Nec refert, quod anima in corpore, sic quasi continua, & à seipso non dissipata, ut sit in diversis locis replicata: quia cum hæc discontinuatio non sit entitativa, sed localis, non impedit, quod minus anima in uno loco existens sciat, quid ipsa eadem alio in loco faciat.

2. Si posset anima nescire in uno loco, quæ cognoscit in alio, defactu cognitionis, quâ non informatur in uno, & informatur in alio loco, posset Angelus existens in unā parte suę sphærę, ignorare, quæ cognoscit in aliā parte eiusdem: quia posset, saltem diuinus, cognitionis Angelica, informatum intellectum Angeli, ut existit in unā parte sphærę, & non ut existit in aliā parte eiusdem.

Prob. 3. explicando modum, quo eadem anima posset per actum in uno tantum loco elicitem, scire obiectum in alio loco existens, ubi talis actum

In vitroque  
loci est co-  
gnitio vel  
appetitus vel  
sistem dis-  
tin.

316.  
317.  
318.  
319.

Solutio dif-  
fic.

310.

Probas Vafq.

312.  
Contra.

Primum.

314.  
Secundum.315.  
Contra.

316.

317.

318.  
319.

Dupliciter  
explicatur  
modus 1.

actum non haberet 1. si eadem cognitio vel appetitio in uno loco conferat animam solum physicum effectum informationis, scilicet animam informando; in utroque intentionalem representationem, scilicet obiectum per modum vitalis imaginis animam presentando; prior pender à praesentia formæ subiectū informantis; posterior autem abstrahit ab omni praesentia. 2. Si dicam, actum in uno tantum loco, tam physicè informare animam, quam illi intentionaliter obiectum representare: quia tamen eadem est anima, non poterit, ubi sine tali actu existit, ignorare obiectum, quod in alio loco vitaliter propositum & representatum habet.

Modus prior est difficilior: quia vi visionis existentis Romæ fierent hic obiectuè praesentia, quæ videntur Romæ; etiam si hic non existeret actus visionis Romanæ: & quia hæc intentionalis representatione est ipse effectus formalis cognitionis, quem confert anima, scilicet immediate informando: ergo impossibile est, ut si, ubi non est forma ipsa cognitionis, vel apparitionis: cum nequeat effectus formalis esse, ubi non est forma, cum nil aliud sit effectus formalis, quam forma unius subiecto capaci. Posterior est aptior, & explicatur: licet cognitione, vel appetitio, neque quoad physicam informationem & unionem sui cum subiecto, neque quoad intentionalem & vitalem representationem obiecti hinc cū anima; quia tamen quoad utrumque effectum eadem cognitione, vel appetitio est cum eadem anima alibi existente, non poterit anima hic existens ignorare, quæ alibi cognoscit: consequenter non poterit hic elicere oppositum actum ei, quem alibi habet: cum non possit hic ferri in obiectum, cuius formale motuum destructum est per oppositum actum alibi existentem: quod formale motuum non potest ignorare anima hic existens, quia cum sit eadem in utroque loco, non potest, quæ in uno cognoscit, in alio ignorare: scilicet tota hæc vitalium actuum penes obiecta repugnantia, est in ordine ad animam, quæ non possit scilicet in obiectum mouere, ubi ex parte obiecti mouendi ratio, apparet destruenda seu nulla.

Objecies 1. Anima non habet hic cognitionem: ergo non potest hic cognoscere; cum cognoscere sit effectus formalis cognitionis, qui nequit esse, ubi non est forma. Resp. dist. conseq. non potest hic cognoscere per actum cognitionis hic existentis, concedo; per actum cognitionis alibi existentis, nego. Vnde concedo. animam non cognoscere hic per se primò, seu hic ut hic replicatiuè, sed hic per se secundò & specificatiuè: nam cognoscit hic per quandam vitalem resultantiam & sympathiam, quæ est inter eandem animam hic & alibi existentem, quæ non potest in uno loco ignorare, quæ alibi cognoscit. Concedo etiam, hic non esse physicum effectum formalem cognitionis; nego, hic non cognoscere, quæ alibi cognoscit, cum possit hic cognoscere per effectum formalem cognitionis alibi existentis. Vnde posset hic enarrare, quæ alibi cognoscit: sicut eadem anima eloquitur ore, quæ visu cernit, & imaginatione apprehendit.

Objecies 2. potest anima ignorare, quæ suis oculis videt; ergo potest ignorare hic, quæ alibi videt & intelligit. Antec. prob. posset Deus concurrere cum anima ad visionem obiecti visibilis, & simul impedit ne talis visio sui speciem transmitteret in sensus internos, ijs mediantibus in intellectum: sed implicat, aut sensum/internum, aut intellectum obiectum sine specie cognoscere: ergo.

Resp. dist. antec. potest anima ignorare, seu potest non cognoscere actu sensationis/internas, vel

intellectionis, quæ oculis videt, cōcedo; potest ignorare, seu non cognoscere nullo cognitionis genere, quæ proprijs oculis videt, nego. Saltem enim coeunt per visionem externam cognoscere, quæ oculis videret. Confirm. posito, quod anima aliquid cognoscit mediante uniuersitatem, non potest illud actu talis potentiae non cognoscere, ita posito, quod aliquid alibi cognoscit, non potest idem alibi non cognoscere, & consequenter ubique per naturalem sympathiam fundatam in eadem entitate animæ.

Objecies 3. non potest anima hic appetere obiectum, quod alibi cognoscit: ergo ignorat hic obiectum, quod alibi cognoscit: quia si cognoscere hic, posset hic appetere. Antec. prob. non potest anima per appetitum aut sensitivum, aut intellectuum appetere obiectum, quod cognoscit sola visione externa; ergo non potest appetere hic, quod cognoscit cognitione alibi existente. Resp. neg. antec. vt probat exemplum de appetitu sensitivo, qui in una parte corporis existens appetit obiectum in aliâ parte corporis imaginationis actu apprehensum: ita anima existens hic appetet obiectum alibi cognitionis, 1. nouâ cognitione hic productâ ex cognitione alibi existente, eo modo, quo ex visione externâ sibi producit internam, & exphantasticâ intellektionem, si vna cognitione non concurrit efficienter ad aliam; 2. nullâ sibi hic nouâ cognitione productâ, per solam cognitionem alibi existentem: vt appetitus sensitivus residens in una parte corporis, non appetit obiectum cognitionis in alia parte corporis, per nouam cognitionem sibi productam in ea parte, ubi appetitionis actum elicit, sed per cognitionem existentem in aliâ parte corporis, cum illa sit sufficiens ad vitaliter mouendam animam ad obiectum appetendum, ob identitatem eiusdem animæ utrobique existentis. Ad prob. antec. 1. Resp. ad neg. antec. 2. neg. conseq. nam visio externa non prob. antec. est proportionata regula appetitū iocerni: id est necessaria est interna, quæ proportionatè representet obiectum. At interna, etiam alibi existens, est proportionata regula appetitū interno hic existenti: quia per solam localem distantiam non variatur in ratione regulæ; vt per localem distantiam non variatur in ratione actu talis potentiae.

Objecies 4. anima non intelligit in pede, quæ intelligit in capite: ergo nec intelliget hic, quæ alibi intelligit. Resp. neg. conseq. cum in pede anima non sit apta intelligere, sicut nec velle, desiderio organorum, quæ ex parte corporis ad intelligendum & volendum requiruntur: at quia hic habet omnia ad intelligendum & volendum requisita, intelligit hic, quæ alibi intelligit; & velle poterit hic, quæ alibi cognoscit. Diccs: ergo saltem beatus visione beatifica non solum beatur in capite, sed etiam in pede, cum visio beatifica non pendeat ab illo organo corporeo. Resp. translat. totum; cum non minus beatitudo sit independens à corpore, quam à loco: ergo sicut illa beat animam separatà præsentem toti sphæræ, ita beat animam præsentem toti corpori.

Prob. ass. cum nulli actu cognitio, vel appetitio possint ab eodem homine in diversis locis constituto, qui clavis non possunt in eodem loco; 4. & implicet, in eodem loco hominem simul assentiri & dissentiri eidem obiecto; diligere Deum super omnia, & eundem odio habere; esse in gratia & in peccato; esse beatum propter acquisitionem merita, & damnatum propter parrata demerita, eadem implicabunt in eodem homine, etiam in diversis locis constituto. Ratio: cum gratia & peccatum non solum sint formæ physicae, quæ physi-

cam

325.

326.

327.

328.

329.

330.

331.

332.

*Cur idem homo in diversis locis non possit constitui in gratia & in peccato simul.*

cam praesentiam requirunt, ut tribuant suos effectus formales physicos; sed etiam formas morales, quae, ut tribuant suos effectus morales, solum requirunt praesentiam moralam in subiecto; ut constat tum de peccato, quod etiam postquam physicè desistit, constituit hominem peccatorem; tum de merito, quod etiam dum transiit, manet moraliter constitutus hominem merentem, non potest homo in uno loco esse peccator, quin etiam sit & constitutatur in alio: nec contraria in uno loco esse gratus & amicus Deus, quin etiam sit & constitutus amicus Deo in alio. DICES: potest idem homo esse in peccato & gratia diuersis temporibus; ergo diuersis locis. Resp. ex eo quod esset in peccato & gratia diuersis temporibus, non sequeretur, quod idem homo constitueretur peccator. & gratus amicusque Deo eodem tempore. At si in diuersis locis, sequeretur, eundem hominem necessariò forre peccatorem, & gratum amicumque Deo, etiam in eodem loco: Nam ex eo, quod homo peccaret in uno loco, necessariò constitueretur peccator etiam in alio loco: & rursus ex eo, quod in uno loco reciperet gratiam, necessariò constitueretur gratus & amicus Deo in alio etiam loco. ut supra. Quia tam peccatum commissum ab homine in uno loco, quam gratia ab eodem acquisita in alio, sunt moraliter praesentia in subiecto, & possunt eidem vbieunque existenti morales suos effectus conferre: nam vbiunque & semper censeretur morales forma illius, quamdiu contrario actu retractata non fuit. Hinc sequitur, ut peccatum in uno loco commissum, in utroque remittatur, satis esse, ut in uno tantum loco retractetur, & per gratiam remittatur. unde per contritionem in uno tantum loco elicitam homo constitueretur utroque ex peccatore & inimico gratus & amicus Deo, licet gratiam physicè in uno tantum loco reciperet. Et apparet, cur nequeat idem in uno loco beati, & in alio damnari: nam ad beatitudinem presupponitur gratia, ad damnationem peccatum: cum implicant hæc, & illud implicat.

Infertur 1. Si idem homo in uno loco dormiens consensum præberet obiecto turpi, cuius alibi vigilans perfectum haberet iudicium, illum peccatum: nam per iudicium perfectum, quod haberet in loco, vbi vigilaret, impedito potuisse consentire, quem præbuit in loco, vbi dormiebat. 2. Si potentia in uno loco eliciat actum, quem non elicit in alio, non posse in alio distinctum actum elicere cum eodem conatu, quo illum eliceret, si nullum in alio loco actum eliciisset: quia potentia replicata in suâ virtute non crescit: ergo non plus potest in omnibus locis simul, quam in uno tantum: ut constat de anima rationali, quæ intensè operando unum actum redditur remissior ad reliquos. 3. Non posse Christi humanitatem in uno loco replicatam absque vniione hypost. in eodem peccare: quia tale peccatum constitueret eandem humanitatem peccaticem, etiam in loco, vbi esset unita Verbo: & adhuc talis humanitas replicata sine vniione, maneret sub speciali dominio Verbi, propter vniionem, quam cum Verbo in alio loco retineret.

Quæres, an saltem posset talis humanitas, vbi existit absque vniione ad Verbum, peccare, & simul ab eadem dissolui vniione cum Verbo, vbi existit: vbi esto non possit homo peccare, vbi replicatus existit sine gratia, retentæ gratiæ in alio loco, posset tamen peccare amittendo gratiam in eodem loco, vbi illam habebat. Ratio dub. Verbum non suppositorer humanitatem in loco, vbi existet sine vniione: ergo peccatum in tali loco commissum

tribueretur soli humanitati. Confir. si in tali loco humana exerceat opus meritorum, non tri. <sup>340.</sup> buceretur Verbo; sed operanti: alioqui esset infinitus valoris, cum tamen non esset significatum à Verbo, mediæ vniione coniuncto & concurrente ut quod. Ergo peccatum tribueretur soli humanitati concurrenti ut principium etiam quod.

Resp. negatiæ. Quia humanitas in tali loco existens esset sub speciali dominio Verbi, cum non esset sub alio supposito; & diceretur humanitas Christi; & vi verborum sacram fieret præsens sub speciebus, nisi ut proprium corpus, & sanguis Christi: proinde tale peccatum tribueretur Verbo, 1. Quia si patens creatum suum filium, etiam absentem, dirigere posset, ne peccaret, teneretur illum dirigere; igitur. Verbum suam humanitatem non dirigendo, moraliter censeretur peccare: 2. cum adhuc in eam retinet peculiare ius, ratione vnionis, quam cum eadem habet in alio loco, adhuc retineret debitum illam regedi. Nec est per ratio allata: ex eo n. quod quis peccaret vbi gratiam non haberet, eamque amitteret, vbi illam haberet, non sequeretur maius absurdum, quam si peccaret, & gratiam amitteret, vbi illam haberet. Ad rationem dub. Resp. ex suppositione in uno tantum loco resultat in supposito Diuino debitum humanitatem suam regendi in omni loco: quia cum tale debitum sit morale, non requirit vbiique physicam vniionem, sed in uno tantum loco. Ad confirm. ut opus moraliter dignificetur à Verbo, requirit physicam vniionem ibi, vbi exerceretur: ut peccatum tribuat Verbo, non requirit naturam vnitam Verbo, ibi, vbi illa peccat: sufficit n. debitum morale regendi humanitatem: sc. condignitas operis, cum sit quidam effectus formalis communiciatus à persona ut à supposito operante, requirit physicam vniionem cum Verbo, dignificante; quam mediæ deriuetur condignitas personæ operantis ad opus naturæ; licet sit dignitas moralis in se.

Potes, an saltem talis humanitas non solum in distincto loco existens sine vniione ad Verbum, sed etiam in proprio supposito peccare posset, soluta vniione ad Verbum in alio loco. Resp. negatiæ. Nam ex eo, quod talis humanitas fieret sub proprio supposito, adhuc non extraheretur ex speciali dominio Verbi, ratione vnionis, quam in alio loco retineret cum Verbo. Confir. tali casu perinde esset, ac si Verbum assumeret humanitatem in proprio supposito existentem, per possibile, vel impossible; & adhuc teneretur illam regere quia per proprium suppositum non acquireret maiorem exemptionem à Verbo, quam haberet sine illo: non n. acquireret subiectum ad aliquam personam in regendo potentiorum ac sapientiorum, ratione cuius liberaretur à regimine Verbi; vel non egeret amplius regi à Verbo: cum nequeat natura creata dirigi à substantiæ propriæ, nedum infallibiliter dirigi, cum sit purus modus, sed potius ab intellectu, quæ est regula directius operationum moralium.

CVÆRES ulterius: An possit eadem res substantialiter corrupti vel annihilari in uno loco, absque eo, quod substantialiter corruptatur, vel annihilatur in alio? 1. sent. affirmat; Smar. Disp. 48. scđ. 6. cui fauent Alens. 4. p. q. 11. me 2. art. 1. §. 7. Gabr. lett. 46. in can. Missæ, Sol. in 4. dist. 10. q. 1. art. 5. &c. affirmantes, posse hominem in uno loco vivere, in alio verò mori. Fundamentum est: quia sic potest idem produci in uno loco, & non in alio; ita poterit in uno loco corrupti, vel annihilari, & non in alio. 2. sent negat: Scots in 4. dist. 10. q. 2. §. Dicas & qn. 4. §. His duo, Argent. q. 1. art. 1. 347. 1. sent.

ad 12.

333.

334.

*Cur nequeat aliquis in uno loco beatu. & in alio simul damnari.*

335.

336.

*Si humanitas Christi sine vniione hypost. replicaveretur, adhuc sic non posset peccare*

339.  
Quæstio

Ratio dub.

340.

341.

342.

343.  
Disp. 2.  
zio.

Ad rat. dub.

344.  
Ad conf.

345.

346.

347.

1. sent.

348.

<sup>350.</sup> ad 12. Alisd. lib. 4. tratt. 5. q. 6. V. aq. disp. 189. cap. 4. & 192. cap. vlt. ad postre. De re quæstio est, an hoc ipso, quod res corruptitur in uno loco, necessariò corruptatur in alio. De modo loquendi est, an posito, quod res corrupta in uno loco, non corruptatur in alio, dicenda sit, sicutem in eo loco, vbi definit esse, substantialiter corrupti.

<sup>Quod defini-</sup>  
natur in uno  
loco, non  
definit in  
alio.

<sup>351.</sup> Dico 1. Si res replicatur solà praesentiâ locali, non hoc ipso, quod definit in uno loco, definit in alio. Fundam. Praesentia unius loci non pendet à praesentiâ alterius loci: ergo potest corrupti una, manente alia: posset corpus Christi desinere esse circumscriptiuè in cælo, absque eo quod desinere sacramentaliter in altari: ut definit contrâ in altari, non in cælo. Quia res quoad suam entitatem non pendet à praesentia, quæ est quid posterius supponens entitatem ut fundamentum; sed à causa, mediâ actione, vi cuius producitur in suo esse.

<sup>352.</sup> Dico 2. Sicum praesentia definit etiam actio, quæ res conseruatur in loco, non potest res define-re in uno loco, quin definit ubique. Fundam. res replicatur per actionem pure ubicatiuam: at repugnat rem conseruari absque illâ actione substantialiter conseruatiuâ: ergo si ea vel in uno tantum loco supponitur desinere, res necessariò ubique definit; si actio conseruativa rei non multiplicatur, sed solùm replicatur cum re ipsa, cuius est actio, per diuersas tantum praesentia locales, quæ solaz multiplicentur: tunc cùm nequeat indiuisibilis actio in uno loco substantialiter corrupti, & in alio substantialiter perseverare: licet possit in uno loco corrupti tantum quoad praesentiam, & in alio substantialiter perseverare quoad aliam praesentiam: Confit. potest eadem res corrupta in uno loco solùm quoad praesentiam, adhuc perseverare in alio substantialiter, quia per corruptionem solius praesentia, non corruptitur res quoad entitatem. Implicaret autem, rem corrupti in se quoad entitatem in uno loco, & adhuc in alio substantialiter perseverare per solam praesentiam ubicatiuam; cùm sola non conseruet, sed supponat rem substantialiter conseruari per propriam actionem, quæ corrupta, corruptit res, & simul cum ea omnis praesentia localis.

<sup>Corrup-</sup>  
tione re-  
produci-  
na res in  
uno  
loco, non  
corrupti-  
tur res in  
alio.

Dico 3. Corrupta actione reproductive rei in uno loco, non corruptitur res in alio. Fundam. actio substantialiter productiva rei non replicatur, sed multiplicatur, non minus quam in aliorum sententiâ praesentia ipsa localis: ergo cùm haec sint distinctæ actiones, ex quarum unâquaque res ad qualiter pender in suo esse, neque una essentialiter ab aliâ, sequitur, corrupta actione conseruativa corporis Christi in cælo, nec necessariò corrupti corpus Christi in sacramento, nec contrâ.

<sup>Non posse</sup>  
<sup>dicere res ibi</sup>  
<sup>substantiali-</sup>  
<sup>ter annihila-</sup>  
<sup>taria, vbi esse</sup>  
<sup>definit:</sup>

An in hac nostra sent. dicenda sit res corrupti, vel annihilationi substantialiter in loco, vbi definit per corruptionem actionis substantialis? Affirmant aliqui. Negant alii: quibus magis assentior. Et sane quoad annihilationem constat: cùm hæc importet substantiali destruptionem rei; & res supponatur substantialiter conseruari in alio loco, non poterit, ne quidem cum addito dici, quod annihilatur in hoc loco. Sicut nec cum addito dici potest, res in hoc loco creari, si presupponatur alibi existere: cùm tam creatio dicat transiit ex non esse simpliciter, ad esse simpliciter; quam annihilation ex esse simpliciter, ad non esse simpliciter.

<sup>Non sub-</sup>  
<sup>stantialiter</sup>  
<sup>corrupti:</sup>

Quoad corruptionem; res substantialiter corrupti, absolute absque ullo addito, dici non potest: nam ex eo tantum, quod ipsius actio substantialis corruptitur, non corruptitur res quoad en-

titatem, quæ substantialiter perseverat eadem, vi alterius actionis: vnde verâuis actione corruptâ, semper res manet incorrupta vi alterius actionis.

<sup>353.</sup>  
Sed cum  
addito.

An vero dici saltem posse cum addito, res corrupti hic, sicut dicitur definere hic, non video absurdum: corruptio n. limitatur ad solam præsentiam localem: vnde etiam dicimus corpus Christi corruptitur sacramentaliter, & sub speciebus; quo corruptio limitatur ad præsentiam sacram.

<sup>354.</sup>

Ad fund. 1. sent. Resp. dici potest res simpliciter produci in uno loco absque eo, quod producatur in alio: quia potest res in uno loco transire à non esse simpliciter ad esse simpliciter; quod est simpliciter produci. Nō potest dici res simpliciter corrupti in uno loco, absque eo quod corruptatur in alio; quia non potest in uno loco transire ab esse simpliciter ad non esse simpliciter, quod est simpliciter corrupti, nisi corruptatur quoad intrinsecam entitatem, ac proinde ubique corrupti: potest cum addito in uno tantum loco corrupti, absque eo quod corruptatur in alio. Esti de annihilatione, ne cum addito quidem dici potest, v. supra.

<sup>355.</sup>

Tandem concedo, posse eundem hominem in uno loco vivere, in alio mori; si conseruatâ in uno loco unione inter ipsius animam & corpus; in alio aliâ distinctâ, quæ idem ibi conseruabatur, corrupta; 2. corruptâ tantum actione, quæ unio in uno loco conseruabatur, non corruptâ aliâ actione, quæ eadem unio in alio loco conseruabatur. Cùm iuxta priorem modum unio transeat ab esse simpliciter ad non esse simpliciter; compositum ex tali unione, dici deberet, simpliciter corrupti, nisi ad corruptionem simpliciter obster conseruatio eiusdem hominis, licet per aliam numero unionem, alio in loco: quamvis ipsa unio dici possit simpliciter corrupti.

<sup>356.</sup>

Quæritur vlt. An sub apparitionibus miracu-los, in hoc sacramento fieri solitis, Christus sacra-mentaliter perseveret, & an caro & sanguis, qui in-terdum in hoc sacramento apparent, sunt vera caro & verus sanguis? De his Alens. 4. p. sum. q. 10. me. 7. art. 3. §. 4. & qu. 11. me. 2. art. 4. §. 3. aliquæ graues autores. Ipse Ferraris vidi vetustissimi vestigia miraculi, quod factum est, dum sacerdos in sacrificio de hac veritate dubitaret: repente enim apparet totus fornix facelli Canonorum Regul. guttis sanguinis aspersus: culus post tot secula ita recentia extant vestigia, ut nuper contigisse videatur. Primum quæro, an caro & sanguis, qui in huiusmodi mutationibus appetat, sit vera caro, verusque sanguis.

<sup>357.</sup>

PRIMA sent. affirmans Alens. in 2. loco supra, & Gabr. in can. Missæ lett. 1. quia est conformius Unius, qui intenditur; & est vel confirmationis realis praesentia Christi in hoc sacram. vel consolatio viri sancti ac iusti; ut hoc ipsum fiat per vita, quam per apparentia signa: ergo.

<sup>358.</sup>

SECUNDA negans S. Tho. 3. p. qu. 76. art. 8. & re-lig. Scholast. in 4. dist. 10: quæ veriore est. Fundam. vel caro & sanguis, qui in hoc sacram. apparent, non sunt caro & sanguis Christi, sed alia: sic non habetur finis apparitionis, qui est, ut ipsa caro & sanguis Christi vedeatur: Vel sunt ipsa; & non decet, ut caro & sanguis Christi secundum propriam figuram & circumscriptiunam præsentiam sine in hoc sacram. præsertim quando illa diu perseverant, ut est sanguis ille, quem Ferraris vidi, qui post multa secula perseverat per modum guttularum aspersus in fornici. Confit. sapientiam est, huiusmodi carnem & sanguinem post aliquod tempus putrefactare: quod nefas est de carne & san-guine.

<sup>359.</sup>

<sup>Affirmant:</sup>

<sup>verum san-</sup>

<sup>guinem Ge-</sup>

<sup>360.</sup>

<sup>Negat ve-</sup>

<sup>rius S. Tho.</sup>

361.  
Hac fieri p;  
productioni  
speciei in  
oculo.

guine Christi affirmare. Quare dicendum, huiusmodi apparitiones fieri, vel per productionem solidius speciei representantis carnem & sanguinem, aut aliquid simile in oculo videntis; maximè quando fiunt ad breve tempus, nec apparent omnibus: vel per aliquam mutationem factam in speciebus, quæ tantum referat figuram & colorem carnis, aut sanguinis non quod contineat substantiam. Idem dicendum, quando Christus appetit in forma pueri, vel altera. Neque hoc est contra finem apparitionum, quibus intenditur veritas realis præsentia Christi, aut consolatio viri iusti: nam hæc & quæ bene haberi possunt, modo declarato. Neque fictio est mendacium, ex August. li. 2. q. 9. Euang. quando refertur ad aliquam significationem, sed est figura veritatis. Hinc patet ad fund. primæ.

362.  
Tunc Christus  
perseuerans  
in hoc sa-  
cramento.

Quoad alterum quæsictum, dico, quando apparitione sit per solam productionem speciei representantis tantum carnem, aut sanguinem, tunc sub speciebus sc̄m per seuerare Christum sacramentaliter, nulla enim sit mutatio in speciebus. Quando vero apparitione sit cum aliqua mutatione reali specierum; tunc, si mutatio tanta est, ut cum illa conservari nequeat substantia panis, debuit sub illis Christus: Secus, si mutatio tanta non est, ut cum illa conservari queat substantia panis. Ratio: Christus succedit speciebus loco substantiæ panis: ergo ramdiu putandum est, in illis sacramentaliter per seuerare, quamdiu in ijsdem per seuerasset propria substantia panis. Neque hoc est contra finem apparitionis, qui est, ut ostendatur signo sensibili realis præsentia corporis Christi in hoc sc̄m. ad hoc enim sufficit, ut per hæc signa ostendatur, vel adesse, vel adfuisse realiter Christum.

364.  
Quid faciendum  
sacerdoti.

Quid faciendum sit Sacerdoti, quando huiusmodi apparitiones fiunt? suadent Doctores, abstinentiam à sumptione, quamdiu species immutata apparet, cum ob reuerentiam: tum quia quando immutatio est notabilis, periculum est, ne ibi non sit Christus. Ad debeat tunc aliam hostiam consecrare ad sacrificium perficiendum? Doctores relinquent arbitrio Sacerdotis, cum probabile sit, sumptionem non esse de essentia sacrificij.

Dico 1. Corpus Christi in hoc sc̄m existens non potest seipsum mouere motu progressivo. Fund. hic motus essentialiter requirit localē extensio membrorum; sit enim per physicum impulsu, quo una pars motu mouet aliam medio contactu quantitatuo: sed corpus Christi caret in hoc sc̄m extensione locali membrorum.

Deducitur, non posse corpus Christi in hoc sc̄m comedere, nutriti augeri, respirare; et si possit, nutritum noctimentum, & augmentum alibi in propriâ præsen- r. nutriti. tiâ circumscriptiuâ acquisitum h̄c supernaturaliter fieri præsens præsentia sc̄m. Fund. nulla operatio ex his exerceti potest absque motu locali qui per se supponit extensionem localē; sc. comedere est traiectio cibi per guttur ad stomachum, quæ necessario supponit extensionem localē gutturis & stomachi, per quos mouendas est cibus: nutritio, præter hunc, dicit etiam motum, quo alimentum à virtute nutritiva attrahitur ad partes, vbi perficienda est: augmentatio, ultra h̄c includit motum, quo viuens, acquisita noua quantitate, coextenditur maiori spatio: respiratio est motus pulmonis & arteriarum, quo continuo nouus aer attrahitur ad refrigerandum viuens.

Dico 2. Potest corpus Christi in sc̄m existens naturaliter moueri ab intrinseca virtute, motu simpliciter delatiuo ex uno loco in aliud. Fund. ex ist. Sicut quævis anima rationalis habet potentiam motionis inorganicam, quæ naturaliter mouere potest suum corpus ex uno loco ad aliud: non in hac vita, sub in aliâ in statu beatitudinis: sicut & conuerso multas potentias exerceat in hac vita, quas nunquam exercebit in aliâ: sc. hic motus non postulat localē extensionem in subiecto, ut constat de animâ separata; cui debita est hæc potentia, ut instar Angelorum seipsum mouere valeat ex uno loco in aliud: ergo etiam coniunctæ corpori gloriose, cum hoc sit capax talis motus.

Obijcies 1. Anima rationalis essentialiter est actus corporis organici, ut Philos. 2. de ani. e. 1. ergo in ordine ad illud non habet nisi potentiam organicam. Quia in ordine ad corpus non habet aliam potentiam, quam cuius actus corpus sit naturaliter capax. Resp. neg. conseq. Ad prob. dico, in statu beatitudinis corpus est naturaliter capax motus etiam inorganici, & simpliciter delatiui: quo beati exercent dote agilitatis.

Obijcies 2. Talis motus non competit corpori, nisi in statu beatitudinis: sed hic status est homini supernaturalis: ergo erit etiam ei supernaturalis motus inorganicus, qui talim statum supponit.

Resp. neg. conseq. sc. etiam intelligere absque cōversione adphantasmata conuenit homini in statu beatitudinis; cum tamen nemo dicet id esse supra naturam hominis in tali statu positi; quippe cum pro uno statu possint aliqua esse connaturalia homini pro uno et non in aliis statu, quæ non sunt pro alio: ut connaturale est homini pro hoc statu mortalitatis nutriti, & augeri, quod non est pro statu immortalitatis.

Obijcies 3. Vel anima Christi per hanc potentiam mouet suum corpus contactu physico; at hic motus supponit extensionem localē: vel mouet illud solo imperio voluntatis; at hic excedit naturalē virtutem animæ, quæ ut forma & actus corporis, non potest illud mouere, nisi organica, corpore actione coagente. Resp. neutro modo, sed vel per impulsu, mouendo immediatè & directè ipsum, mediatè per naturalem colligationem, corpus: vel immediatè & directè corpus, per impulsu equaliter illi impressum. Sicut Angelus mouet corpus assumptum, per impetum equaliter illi com-

## DISPV TATIO XX.

De his, quæ agere vel pati Christus potest in hoc sc̄m.

2.  
Negat Suarez.

**Q**UÆRITVR, An possit corpus Christi in sc̄m existens naturaliter moueri? sc. motu per se(nam de motu per accidens dictum supra) causato. vel ab intrinseca virtute ipsius Christi, vel ab extrinseco motore.

Prima sent. negat: Suarez disp. 53. sect. 1. Fund. vel moueretur ab intrinseca virtute: at hoc modo moueri non potest, nisi organica: implicat autem motus organicus in corpore Christi in hoc sc̄m. indivisibiliter constituto; cum hic essentialiter requirat localē extensionem partium in subiecto, quod mouetur: Vel moueretur ab extrinseco motore: at nullus creatus motor habet naturalem vim corruptiæ in corpore Christi producendi.

3.  
Affirmans.

SECUNDA affirmat: Scoti in 4. dist. 10. q. 7. 6. Resp. concl. 2. Ocham q. 5. ad 2. a. Aureol. q. 3. a. 3. Alinens. q. 5. Nota, motus, alter progressivus; alter simpliciter delatiuus, seu impulsivus.

illi communicatum: cuius impulsus est naturaliter capax corpus gloriosum, propter agilitatis dorem.

<sup>13.</sup> *corpus Christi, per se mouens ab angelis.*  
DICO 3. Potest corpus Christi sacramentaliter existens direc<sup>t</sup>e & per se naturaliter moueri ab angelo: (per accidens ad motum specierum, potest etiam naturaliter moueri ab homine mouente species) Fundam. potest unus Angelus mouere alium angelum per solum contactum virtualem, qui nullam supponit in subiecto extensionem: sed corpus Christi sacramentaliter existens est capax huius contactus virtualis; ergo potest talem motum ab angelo recipere. Dictr: nequit motus recipi in corpore Christi absque praesentia sacram. nam quidquid in eo recipitur, recipi debet cum sacram. praesentiā nequit autem angelus praesentiam sacram. producere: igitur nequit talem motum in Christi corpus sacramentaliter existens imprimere.

<sup>14.</sup> *Res.*  
<sup>15.</sup> *Ad Suarez.*  
Resp. neg. maior. Ad prob. neg. alius. de motu locali, qui cum sit successiva praesentia mobilis ad spatiū, implicat illum fieri praesentem mobili per aliam praesentiam; non minus, quam implicet unionem unitudinem unione, vel actionem fieri aliā actione. Patet ad fundam. Suar. Angelos, movendo localiter corpus Christi, citra corruptionem specierum, ipsius praesentiam sacram. non corruptit: quia haec non est essentialiter addita certo spatio, a quo, Christi corpore submoto, cesseret; sed per eandem respondere potest diuersis spatijs: sicut per eandem locabilitatem Angelus occupare potest diuersa loca.

*An corpus Christi sacramentaliter existens naturaliter agere vel pati possit actione corporea?*

<sup>17.</sup> *Affirm.*  
PRIMA sent. affirmat: Ocbam. in 4. qu. 5. art 1. Maior. diff. 10. qu. penult. Aliac. q. 5. fine. Fundam. non minus agens est dispositum ad agendum, quando se toto est præsens passio, & cuilibet parti eius, quam quando per unam partem est præsens uni parti passi, per aliam alteri parti eiusdem passi: sed Christus sacramentaliter existens se toto est præsens hostia, & cuilibet parti eius, & cuncte passi, cui applicari posset: ergo ex se est sufficienter dispositus ad agendum in quocunque passum. Eadem ratio probat de passione: non minus passum est dispositum ad patiendum, quando se toto est præsens agenti, a quo potest pati, & cuilibet parti ipsius; quam quando per unam partem est præsens uni parti, & per aliam alteri parti agentis. Inferunt, Christum non modò naturaliter videre se ipsum sacramentaliter existentem, sed etiam circumstantes, solumque loquentes audire: quia si Deus agere vellit iuxta exigentiam caularum naturalium, corpus Christi in sacram. existens & videretur a nobis, & in circumstantes ageretur: sed ad meritum fidei haec omnia nobis occultari, per suspensionem concursus debiti.

SECUNDA negat. S.Tb. 3. p. qu. 76. art. 7. & qu. 81. art. 4. ad 1. Scot. in 4. diff. 10. qu. 6. §. resp. & qu. 7. §. resp. & qu. 9. §. Hic dicitur: Aureol. qu. 3. art. 2. & 3. Richard. art. 5. qu. 2. Palud. qu. 4. art. 1. concl. 4. Capreol. qu. 4. art. 1. & 3. ad 4. Scot. Suarez disp. 33. sect. 2. Vasq. disp. 191. cap. 3. & communis Recen.

DICO 1. Repugnat naturaliter, corpus Christi sacramentaliter existens pati passionem corpoream, si ut a se, sive ab extrinseco agente. Probant: nequit recipere eam passionem, nisi cum præsentia sacram. eiusdem rationis quam ipsum existit. Quidquid n. recipitur, debet recipi ad modum subiecti recipientis indiuisibili præsentia: Nullum autem agens

naturale potest naturaliter producere præsentiam sacram. eiusdem rationis, quam corpus existit; illa n. ex diff. preced. est supernaturalis quo ad substan<sup>t</sup>iam, participatio diuina immensitas: igitur.

DICO 2. corpori Christi indiuisibiliter existenti vniuntur species sacram. unionis tantum sustentativa, retentā præsencia diuisibili & circumscriptiuā ad spatiū: ita eidem corpori indiuisibiliter existenti vniiri possent viajone informatiuā, eadem diuisibili & circumscriptiuā præsentiā ad spatiū in se ipsis retentā. Sed contrā, s. forma inhaerens subiecto, sit propria subiecti: ergo subiectum existendi subiecti: ergo si subiectum existit indiuisibiliter, etiam talis forma inhaerens subiecto existit indiuisibiliter. Confr. de facto omnia accidentia, quae inhaerent corpori Christi, existunt indiuisibiliter in hoc sacram. ergo etiam illa, quae idem acquireret: per unionem sustentativā accidentia nō sunt propria corporis Christi, sed adhuc manent panis & vini, & solum ex diuina institutione significant, sub illis adesse corpus & sanguinem Christi.

2. Saltēt unio, quā talis forma vniaret corpori Christi, non possit naturaliter produci ab agente naturali; cum ex parte formæ esset diuisibilis, quia educeretur tota ex tota formā, & singulæ partes ipsius ex singulis partibus formæ, ex parte corporis esset indiuisibilis: quia tota educeretur ex toto, & singulæ partes ex toto eodem indiuisibiliter existente (alioqui si pars unionis educeretur ex parte tantum corporis, educeretur ex illo diuisibiliter existente) atque ad eam tota inhaeret toti, & singulæ partes toti corpori.

Nec corpus Christi in hoc sacram. habet extensio<sup>n</sup>em propriam, quae est proxima ratio, quam partes corporis diuisibiliter subiiciuntur actioni agentis naturalis corpori: cum nequeat naturaliter agere, nisi in subiectum in spacio posicū, sibi que propinquum: Atqui talis unio excederet naturales vires agentis corpori: hos n. non habet virtutem, nisi producendi unionem commensam extremis: quae ambo cum sint corporea, non habet virtutem producendi unionem diuisibilem ex parte unius, & indiuisibilem ex parte alterius.

Prob. 2. in corporibꝫ quantitas, vt localiter extensa, est conditio naturaliter requisita ad recipiendam passionem corpoream: nam omnia accidentia corporea, unā exceptā quantitate, immediatè recipiuntur in quantitate: quae non est naturaliter capax accidentis corporis & extensi, nisi ve diuisibiliter extensa, quia debet subiectuē commensurari accidenti, cui subiectuē subternitur.

Deducitur, corpus Christi sacramentaliter existens, nec se ipsum naturaliter videre, nec circumstantes, nec audire, nec ullam tensionem externam vel internam, in se ipso producere: cum eadem sit ratio quoad receptionem de his actibus, & de alijs materialibus ab extrinseco productis.

Objectiones: non excedit naturales vires agentis corpori, producere unionem diuisibilem ex parte corporis humani, & indiuisibilem ex parte animæ rationalis: ergo nec erit supra naturales vires agentis corpori, producere unionem in corpore Christi sacramentaliter existente diuisibilem ex parte formæ, & indiuisibilem ex parte corporis. Resp. neg. conseq. quando n. subiectum est natura sua <sup>29.</sup> *Corpus Christi naturaliter vel videre nec audiire posse.* <sup>28.</sup> recipit, vix est anima rationalis, non est contra naturales vires agentis corpori, talem unionem producere: quia naturalis virtus ipsius se extendit ad producendam unionem extremis commensam: cum igitur in homine unum extremum sit corporum, alterum spirituale, naturalis virtus generans se

30.

Intra.

Confr.

31.  
Resp.32.  
Ad confir.

Note.

33.  
Potes Christi  
naturae  
mouere aliud  
corporis.34.  
Et actione  
corpora  
agere in  
corpus sibi  
propinquum.

35.

tis se excedit ad huiusmodi unionem. Contradicte vero, cum in unione formæ extensa cum corpore Christi sacramentaliter existente, virtusque extremum sit corporeum, talis uniono-naturaliter pereret diuisibilitatem ex parte utriusque extremi.

Instabis. Corpus Christi indiuisibiliter existens se habet ut anima rationalis respectu unionis copulantiscorpus: ergo si hæc naturaliter producitur a generante, etiam illa. Confirm. Positâ supernat. replicatione corporis intra sphæram agentis naturalis, agens naturale naturaliter agit in replicatum: ergo, positâ indiuisibili præsentia corporis, in illud ageret via non indiuisibili ex parte corporis.

Resp. neg. antec. Nam corpus Christi per præsentiam indiuisibilem non sit indiuisibile quoad entitatem, per quam est subiectum unionis corporæ, cum talis via non subiectaretur in præsenzia corporis, sed in corpore. Anima vero rationalis est indiuisibilis quoad entitatem, per quam naturaliter possit unionem indiuisibilem sibi commensam.

Ad confir. neg. conseq. nam primo casu nulla sequitur supernaturalitas in effectu producendo ab agente naturale in corpore intra suam sphæram replicato: scilicet perinde esset tunc agere in bis replicatum intra sphæram agentis, ac agere in duplex corpus in eandem positum: ergo sicuti hoc casu agens naturaliter ageret in duplex subiectum, imprimendo illi duplum passionem; ita alio casu in bis replicatum. Non enim producere eandem passionem cum dupli præsentia, cum hoc exceedat naturalem virtutem ipsius; sed duplum passionem cum dupli præsentia, non secus ac si duplex esset corpus. In 2. casu est aliqua supernaturalitas in effectu producendo ab agente naturali, nempe indiuisibilitas unionis ex parte corporis Christi.

Dico 2. Potest Christus sacramentaliter existens naturaliter mouere aliud corpus, vel spiritum: sc. anima habet potentiam motricem inorganicam, cuius actum exercere potest in corpore glotioso: ut supra: & per hanc mouere etiam corpora à proprio distincta; vt. 2. 10. disp. 4. sect. 4. per impulsum illis impressum absque eo quod moueat se; vel propriu corpus, mediante quod, aliud à se distinctum moueat: & cum hæc potentia sit inorganica, similis potentie, quam habet Angelus ad mouenda corpora, vel alios spiritus.

Dico 3. Non repugnat naturaliter, ut corpus Christi sacramentaliter existens actione corpoream agat in corpus sibi propinquum. Hanc esset probat fundam. Nomin. n. 17. probabilem putat Suarez disp. 53. sect. 2. fine. Nam ut agens etiam corporum naturaliter agat actione corpoream in eorum extensem, solum requirit immediatam præsentiam ad illud; nec est necessaria agentis extensio: cum quia non est necessarius inter agens & passum aliquis contactus formalis & quantitatis, per immediatam iuxta-positionem quantitatis vius cum quantitate alterius, sed sufficit virtualis & physicus, per immediatam indistantiam agentis à passo: sc. ut qualitas, quæ est principium agenti, agat in passum, non est necesse, ut sit extensa localiter; sed sufficit, ut si immediatè præsens passo: ut constat de potentia moriū Angelis, & inorganica corporis Christi, ut offer. 2. Tum quia quantitas in subiecto corporeo ad patendum requiriatur ut immediatum subiectum receperit actionis corporeæ; proinde ut naturalis conditio ad recipiendam actionem extensem: In agente non requiritur ut naturalis conditio agenti: cum agens formaliter agat per qualitatem, quæ est in diuisibilitate existens, & in puncto redacta adhuc re-

met suam vim agendi, non per quantitatatem, cum ab hac non habeat, nisi immediatam substantiationem: nec actio est formaliter corporea ut proficiatur ab agente, sed ut recipitur in subiecto: cum esset posse ab agente spirituali proficiari actio corporea. Solum localis extensio in agente corporeo requiritur ad connaturaliter existendum: qua Extensio lo. supernaturaliter sublatâ, nullo pacto mutatur vel calis non re- quiriatur ad agendum, in agente corporeo.

Fundam. primæ solum probat, extensionem localem naturaliter requiri in subiecto corporeo ad connaturaliter patendum, non in agente ad connaturaliter agendum.

### An anima Christi sacramentaliter existens sit naturaliter capax actionis passionis spiritualis.

Spiritualis actio, altera est transiens ab agente in passum distinctum; altera, in ipso agente immaterialis: passio, altera est, quæ proficiatur ab agente, & recipitur in passo distincto: altera, quæ proficiatur & recipitur in eodem, quæ est eadem cum actione immateriali, cuius idem est principium & subiectum. De passione spirituali transiente.

Ratio dubit. est, nequit recipi in anima Christi sacramentaliter existente, nisi cum modo præsentia sacram. quæ cum sit in essentia supernaturalis, nequit ab agente creare naturaliter produci.

Communis sent. Schol. affirmit: Schol. in 4. dist.

10. qu. 7. §. Resp. Aureol. qu. 3. ar. Ocham. q. 5. Mayo. dist. 11. qu. 7. Vasquez dist. 19. cap. 3. &c. amiss. quiores. Fundam. cum anima rationalis sit substantia spiritualis, sufficit, ut habeat immediatam præsentiam ad passum, ut in eo naturaliter agere valeat: sicut neque ut patiatur spirituali passione, requirit localem extensionem, sed propinquitatem ad agens, à quo pati debet; ut constat de angelio tam agente in alium quam patiente ab alio. Sed anima Christi in sacram. existens potest esse immediata præsens cuilibet passo, in quod spiritualiter agere, vel agenti, à quo spiritualiter pati possit. Nam præsentia sacram. non impedit, sed magis conducit ad hanc intimam indistantiam agentis cum passo, vel passi cum agente, ut per se patet: Ad rationem dub. præsentia in Christo sacramentaliter existente, altera est in corpore; & est supernaturalis quoad substantiam, quia constituit corpus de se diuisibile indiuisibiliter in ordine ad species: altera in anima & est naturalis quoad substantiam; per eandem quippe præsentiam anima Christi est præsens corpori, & speciebus sacris: sed hæc est naturalis anima Christi; nam præcisâ omni alia, per eandem quæ est præsens suo corpori, fit mediante corpore sacramentaliter præsens speciebus. Ratio: præsentia, quam habet anima Christi ad suum corpus, est indiuisibilis: ergo potest per illam; mediante corpore indiuisibiliter constituto responderem diuisibiliter speciebus. Igitur necesse non est, ut effectus productus in anima Christi sacramentaliter existente producatur cum præsentia supernat, sed sat erit, si producatur cum naturali indiuisibili, qualis est præsentia indiuisibilis anima Christi.

Vnde si potest anima per præsentiam naturali in diuisibilem respondere speciebus sacris indiuisibiliter; poterunt etiam omnia accidentia spiritualia in eadem anima recepta per similem respondere

41.  
Bis.

respondere speciebus. Diccas. Per præsentiam sacram. non modò in quâuis parte specierum replicatur totum corpus, sed etiam tota anima Christi: nullum autem agens naturale habet virtutem producendi effectum cum multiplici præsentia naturali: ergo etiamsi anima Christi sit in hoc sacram. per præsentiam naturalem, adhuc tamen non poterit esse naturaliter capax effectus spiritualis.

42.  
Resp.

Resp. nego tali casu non posse agens naturale in tale subiectum replicatum naturaliter agere. Constat; nam si angelus replicaretur in decem locis, & omnia hæc loca essent intra sphæram angeli superioris, posset superior naturaliter mouere inferiorem replicatum in illis locis, vel aliquem alium effectum spiritualem illi imprimere. Ratio: positâ replicatione subiecti per plures præsentias naturales, naturaliter agens ageret in illud intra suam sphæram replicatum: nam perinde esset runc agere in subiectum bis, aut ter intra propriam sphæram replicatum, ac in duo vel tria subiecta numero distincta, intra eandem sphæram existentia: nec maior virtus requiretur. Quia eo casu agens naturale non replicaret, in subiecto bis replicato, eundem numero effectum cum duplici actione produciuâ, quod esset supra virtutem agentis naturalis: sed multiplicaret duplum effectum quasi partialem numero distinctum, cum duplici actione partiali numero distincta, non secus ac illos produceret in distincto numero subiecto: cùm idem numero replicatum æquualeat duplici numero distincto. Quare nego, in eo casu agens naturale productum eundem numero effectum cum multiplici præsentia naturali.

### In anima Christi in hoc sacramento existens naturaliter intelligere aut velle possit?

43.  
De actione  
& passione  
spirituali  
immaculata.

**C**ONVENS sent. affirmat, quia cùm isti actus sint spirituales, & iam ostensum sit, animam Christi in hoc sacram. existentem esse naturaliter capacem, tam actionis, quam passionis spiritualis, consequitur, vt etiam hos actus in se producere naturaliter possit. Pro explicatione.

Dico 1. Non potest anima Christi in hoc sacram. existens naturaliter elicere actum intellectus actionis circa obiectum, quod mediante phantasma te aliibi producto primò cognoscit. Fundam. ad talēm actum elicendū requiritur species intelligibilis ipsius obiecti eruta ex phantasmate expresso aliibi elicto: sed ad hanc producendam vnâ cum intellectu agente instrumentaliter effectuè concurret phantasma expressum; hoc autem nequit vel hæc ab anima Christi naturaliter elici, cùm sit actus materialis, naturaliter requirens extensionem in subiecto; vel aliibi ab anima Christi productum naturaliter coagere cum intellectu agente Christi hic sacramentaliter existente, cùm nequeat agens naturaliter agere actum cum duplici præsentia: igitur. Dixi, *Quod medio phantasmate aliibi productio primò cognoscit*: vt excluderem tam actus scientiæ infusaæ, qui in obiectum tendunt absque villa dependentia à phantasmate: ac proinde, possent hæc ab anima Christi sacramentaliter existente elici: tum vt excluderem actus scientiæ acquisitiæ, circa obiecta, quorum species fuerunt anteab anima Christi acquisitiæ, si supponatur hæc habere speciem obiecti materialis: hoc enim naturaliter hæc cognoscere posset: & id sufficit, vt anima Christi habeat circa tale obiectum actum phantasiæ aliibi existentem, cùm non debeat per talēm actum effectuè

P. Amici Tomus VII.

concurrere, vel cum intellectu angente ad producendam speciem intelligibilem, quæ iam supponitur producta; vel cum intellectu possibili ad actum intellectus hæc producendum, sed solùm requiratur ut actus concomitans hæc vel alibi circa idem obiectum: Sicut vt appetitus sensitivus existens in vnâ parte corporis versari valeat: circa obiectum appetibile, sufficit; vt circa idem versetur estimativa in alia parte corporis existens.

Dico 2. Potest anima Christi sacramentaliter existens naturaliter in se producere intellectu & volitionem. Fundam. ad hos actus producendos nulla eger anima Christi in sacram. existens virtute supernat. præsentia enim quâ hi actus fierent præsentes animæ naturalis esset, vt supra: similis ei, quâ anima sit præsens suo corpori, eoque mediante speciebus. Nec deberet eos producere saltem cum multiplici præsentia naturali, vbiunque esset anima sacramentaliter replicata, per correspondentiā ad omnes, & singulas partes specierum; sed primariò per correspondentiā ad animam secundum se, secundariò ad partes specierum indeterminatas & incertas, ita vt ad nullam determinatam responderet talis actus animam Christi informans; alioqui sicut in ea parte determinatâ anima Christi existit plures & plures replicata, iuxta plures & plures partes inclusas; pari modo idem actus esset cum animâ plures in parte determinatâ replicatus: sed solùm per correspondentiā ad partem minorem in infinitum, eo modo, quo solemus in tempore diuisibili assignare productionem rei in diuisibili, in eo factam, non in parte determinata temporis, sed semper minori in infinitum. Ex his fit, vt anima Christi eliciens sibi actum intellectus aut volitionis, vt existit in vnâ parte specierum, non necessariò illum eliciat in reliquis; & à fortiori neque vt eundem eliciat in cælo existens quanvis per talem actum in vnâ parte tantum specierum elicitem fiat intelligens. vbiunque existit, vt preced. disp.

46.  
Potest natu-  
raliter in se  
producere  
intellectionem  
& volitionem.

Deducitur, posse animam Christi in sacram. existentem naturaliter loqui cum Angelis, ceterisque spiritibus, eoque mutuè sibi alloquentes audire: nec non & eos illuminare de rebus, quas ignorant. Nam omnia hæc exercentur actibus solius intellectus, quibus vel obiecta proponuntur à loquente audienti, vel à loquente iam proposita, percipiuntur ab audiente; & actibus voluntatis, quibus tam loquens suum intellectum applicat ad proponendum verbum mentis spiritui audienti, quâm audiens suum intellectum inclinat ad auscultandum, percipiendumque verbum sibi à loquente propositum. Quod enim praestant in locutione vocali os & auris, hoc praestat in locutione mentali solus intellectus; qui simul loquitur, conceptum verbum alteri prôponens, & audit, propositum sibi verbum percipiens.

47.  
Potest natu-  
raliter loqui  
cum Angelis  
ceteris sp.  
ritibus.

Obiectus. Non potest anima Christi sacramentaliter existens producere in se motum localis, vt est præsens in vnâ parte specierum, quin eundem in se ipsa producat vt est præsens in reliquis partibus earundem: ergo nec poterit in se producere actum intellectus aut volitionis, vt sacramentaliter existit in vnâ parte specierum, quin eundem in se ipsa producat, vt sacramentaliter existit in reliquis partibus earundem. Resp. neg. conseq. Ratio: natura motus localis est, vt cum mobili, simul trahat omnia, quæ cùm mobili sunt coniuncta: & quia cum corpore Christi sunt coniunctæ species sacram. sub quibus continuò replicatum existit, non potest Christus mouere se vt sacramentaliter

S

præsen-

presentem vni parti specierum, quin simul per colligationem moueat species ipsas, cum quibus est continuo coniunctum, & iisdem medianibus se ipsum ut continuo replicatum & coniunctum cum omnibus specierum partibus: posset se mouere, ut existens in una parte specierum; absq; eo, quod le moueret ut existens in reliquis, sub quibus discotinuatae tantum sacramentaliter existeret; nempe cum species consecratae diuiduntur, posset Christi corpus localiter mouere se ipsum ut praesens sub una parte diuisa, non mouendo se ut praesens sub aliâ, quia tunc nulla est colligatio inter corpus Christi, praesens sub una parte, & sub aliâ diuisa.

Natura verò intellectio & volitionis est, ut nō hoc ipso, quod eliciantur ab intellectu & voluntate existentibus in uno loco, simul necessariò ab ipsis eliciantur ut existentibus in alio. Cum hanc replicationem non habeant tales actus, nec vi sua productionis, cum præter illam necessaria sit noua mutatio; nec vi alicuius connexionis essentialis: nam ex eo, quod intellectio vniatur cum intellectu hic existente, non necessariò vnitur cum eodem existente alibi; ad hoc. n. necessaria est noua mutatio à productione & vniione cum intellectu hic existente distincta, quæ non necessariò consequitur ad productionem & vniionem hic factam.

## DISPV TATIO XXI.

### De passiuia cognoscibilitate corporis Christi in hoc sacram.

1.  
De passione  
inconsonans  
visus,

**Q**VÆRITVR: An corpus Christi sacramentaliter existens per diuinam potentiam videri possit oculo corporeo? Hoc est, an corpus Christi propria extensio localis spoliatum diuinatus terminare valeat visionem corporream: &c, an modus supernat. quo Christi corpus sic sacramentaliter praesens, possit esse obiectum oculi corpori. Nec dico huc de visione mediata & per accidens, quo pacto dicitur Christus videri, & tangi medianibus speciebus, sed de immediata & in se, quo modo dicitur videri color, & tangi qualitas in se ipsa.

2.  
Negant;

PRIMA sent. negat: Bonav. in 4. dist. 10. q. vlt. Richar. a. s. q. 2. Aureo. q. 3. a. 3. Palud. q. 4. a. 1. Capr. q. 4. a. 3. ad 6. Daran. q. 4. Argent. q. 1. a. 4. concl. 1. Mayo. dist. 11. q. 6. Suar. disp. p. 53. sett. 4. &c. Prob. 1. nullum obiectum est visibile, nisi sit sensibile: nullum sensibile, nisi loco extensum: et corpus Christi in sacram. existens non est loco extensum: igitur non est visibile. Neque hæc conditio est supplebilis à Deo, cum se teneat ex parte obiecti formalis, quod cum sit specificatiuum actus, est omnino insuppleibile. Vnde Argen. hoc extendit ad omnes sensus, qui essentialiter requirunt sensibilitatem in obiecto. 2. Ut perspectivi demonstrant, visio corporrea sit per figuram pyramidalem, cuius basis sit in obiecto, conus terminetur ad oculum: repugnat autem basim pyramidis fundari in obiecto individuali & inextenso, quale est corpus Christi in sacram. existens: igitur implicat, corpus Christi in sacram. existens videri. 3. Visio corporrea essentialiter est intuitiva representatio obiecti ad instar rei presentis: quia cum sit representatio rei existentis, vel ad modum existentis, quæ abstrahere non potest ab aliqua presentia reali, vel apparenti, implicat representare obiectum ut absens: sed non

potest representari obiectum ut praesens, aut per modum presentis, nisi ut loco extensum. 4. Si possit oculus eleuari ad videndum corpus localiter inextensem, possit etiam eleuari ad colorem in communione, & ad colorem punctualem. Sequetur etiam, ceteros sensus externos eleuari posse ad obiectum localiter inextensem.

SECUNDA affirmat: Scotii in 4. dist. 14. q. 5. §. resp. & q. 9. §. Ad qu. Marsil. q. 7. art. 1. ad 4. Majoris q. 5. Aliacen. q. 5. fine ad 2. dub. Gabriel. lett. 45. in can. Misericordia. Q. Solis dist. 10. q. 1. art. 7. §. dubiam, Palatij dist. 3. post concl. 3. Nugnez q. 76. art. 7. Vasquez disp. 191. cap. 2. Valent. 3. p. ead. q. punt. 3. Coninck. ibid. Ocham verò q. 5. ad 2. dub. non solum putat, hoc esse possibile supernaturaliter; sed etiam naturaliter. Si Deus permetteret causas 2. agere iuxta naturam inclinationem. Scotus, Sorme, Marsil. Nugnez solum affirmant de corpore, negant de modo, quo Christi corpus est in sacram. Vasquez affirms etiam de modo, licet potest, modum hunc non esse positivum, sed negativum, scil. negationem extensionis localis.

3.  
Dico 1. non repugnat, de potentia absoluta, posset eleuari oculum corporeum eleuari ad videndum corpus in oculis ad Christi in sacram. ex S. Tho. 3. p. q. 76. art. 7. ad 2. vbi videndum docet, oculum Christi videre seipsum sub sacram. & in 4. dist. 10. q. 1. art. 4. questione. 1. ad 1. affirms, hoc per miraculum non repugnat. Alens. 4. p. q. 10. memb. 7. art. 3. §. 8. hoc ipsum tribuit oculo B. Virginis ex speciali priuilegio. Fundam. extensio localis est sola conditio extrinseca in obiecto visibili, sine qua diuinitas non repugnat, potentiam visuam in obiectum ferri. Dixi, sola conditio extrinseca, ad differentiam conditionis intrinsecæ, quæ redundat in rationem formalem obiecti, qualis est extensio integralis partium in se, sine qua nullum obiectum percipi potest à potentia sensitivâ, quæ cum sit materialis, essentialiter postulat obiectum materiale & extensem, saltem extensione integrali partium in se.

Dico 2. non repugnat, oculum corporeum elevari ad videndum modum presentis sacram, quo in ordine ad species afficitur color corporis Christi; non modum, quo afficitur substantia corporis.

Fundam. prioris: non repugnat, aliquid esse supernaturaliter quoad substantiam, & aliquo modo contingit intra obiectum sensus: ergo non repugnat, sensum eleuari ad illud percipiendum: si aliquo modo participet rationem formalem potentiae, ita ut hæc non feratur omnino extra suum obiectum. Antec. prob. non repugnat, aliquid supernat, continetur intra obiectum intellectus creatus, ut constat de Deo in seipso visibili: & in patria dantur qualitates supernat. sensibiles, quæ ut connaturales proprietates gloriarum, sunt proportionata obiecta sensuum glorificatorum: nec repugnant duo entia, siue ens & modus diversi ordinis, quæ ob specialem conuenientiam in ordine ad potentiam, cōponant unum obiectum ei commensum.

Fundam. posterioris: modus sacram. quo afficitur substantia, est proportionatus substantiæ: ergo nequit esse obiectum visus: si. n. potentia non potest ferri ad entitatem rei, neque ad ipsius modum ferri potest. De hoc modo explica S. Tho. cit. ad 2. & Doctores, cum negant, oculum corporeum videare posse modum, quo Christi corpus in sacram. existit, non de modo, quo color existit. Dices: Iste modus est indiuisibilis terminativus: ergo nequit ab oculo videri, cum hic nequeat ferri in indiuisibile ut indiuisibile. Resp. neg. conseq. est enim indiuisibilis subiectus; quod sufficit; nam etiam color, qui

qui tali modo afficitur, est indivisiibilis terminatiū: & tamen probavi, posse videri ab oculo corporeo: sc. non est necesse, vt si talis modus videatur subiectiuē, videatur etiam terminatiū: quia potest retinere formalitatem obiecti visibilis vna ratione, & non aliā: nec repugnat, videri diuisibilitatem subiectiuam absque indivisiibilitate terminatiua; Vt si color esset in subiecto partim lucido, partim tenebroso, oculus solum ferretur ad colorem usque ad tenebras exclusiuē, ad reliquum tantum negatiū: ita oculus eleuatus solum videret modum istum ut extensum subiectiuē, non ut inextensū terminatiū. Ita Schotus q. 9. sit. dixit, quod, et si de potentia absoluta non implicet, causari in oculo corporeo visionem corporis Christi, licet corpus Christi nusquam existat; nisi in Eucharistia: tamen ut hic primū existens, non est absolute visibile, nec ut causatum visionis, nec ut terminatum; sc. cū præsentia terminatiū indivisiibili. 2. Posse hunc modum, sacram. videri terminatiū in ordine ad species, quia nunquam ille terminatus ad indivisiibilem actu, sed semper ad diuisibilem; seu potius videri ut terminatum ad diuisibile, non ut terminatum ad indivisiibile.

Ad 1. primū sent. Sat est, ut obiectum sit sensibile secundū se, ut ab eo possit sensatio specificari: sensibilitatem retinet corpus Christi, etiā locali extensione priuatum. Ad prob. nego, extensionem localēm esse conditionem tenentem se ex parte obiecti formalis. Ad 2. Sufficere, ut obiectum sit extensum in ordine ad se, & entitatiū, ut terminare possit basim visualis pyramidis. Ad 3. concedo, obiectum visibile non posse ab oculo corporeo representari absque præsencia: nego, hanc necessariō esse circum scriptuam, posse esse vel definitiūam obiecti quanti & diuisibilis in se; vel sacramentalēm diuisibilem subiectiuē, aut etiam terminatiū per ordinem ad aliquam partem indeterminatam, modo explicato. Ad 4. quoad 1. absurdum, nego sequel. nam color in communi est omnino extra obiectum visū, qui ferri non potest, nisi ad hunc colorem individuum & particularem, cū sit potentia materialis affixa organo materiali. Ad 2. disparitas est, quia color punctualis nullam habet sensibilitatem, neque in ordine ad locum, neque in ordine ad se: implicat autem, sensum ferri in obiectum omni carens sensibilitate, quia haec est ratio formalis generica obiecti potentia sensitiū, quæ essentialiter supponit in omni ratione specificā. Ad 3. neg. sequel. nam reliqui sensus externi, excepto auditu, tendunt in obiecta immediate per physicum & quantitatuum contactū: repugnat autem, Christi corpus sacramentaliter existens tangi tactu physico quantitatio, quia hic sit per commensurationem obiecti cum potentia; non sine extensione locali: nam ratio formalis talis commensurationis est extensio ipsa localis. Vnde licet corpus Christi sacramentaliter existens producere posset in potentia actiū qualitates tangibles, haud tamen posset in seipso tangi. Potentia verdi visuā non percipit suum obiectum tactu physico & quantitatuo, sed virtuali & intentionalī, mediā specie, & actu in seipso obiectum exprimente. Cuius signum est, quia ad visionem non requiritur realis existentia obiecti, vt optimè Scotus, & fusēr. 1. disp. 9. sct. 3. sed sufficit sola species & similitudo ipsius. Ad tactum verdi necessariō requiritur existentia obiecti tangibilis. Auditus verdi licet non feratur in obiectum, per contactum physicum & quantitatuum, sed tantum virtualem intentionaliter, expressum obiecti audibilis, me-

diā specie audituā; sonus tamen, qui est formale obiectum ipsius, essentialiter includit motum successuum diuisibilem, qui sine locali extensione esse non potest. De reliquis sensibus internis nulla est difficultas, quin illi diuinitorū ferri possint in corpus Christi sacramentaliter existens: quod à fortiori sequitur ex paritate potentiarū viarū.

Colligitur contra Ocham, non posse Christi Non potest corpus sacramentaliter existens ab oculo corporeo oculo corporeo naturaliter videri; cū oculus naturaliter requirat re natura obiectum localiter extensum; nec non modum præsentia naturalis eiusdem ordinis, cū obiecto ipso visibili.

*An corpus Christi in sacramento existens naturaliter cognosci posset ab intell. creato.*

Dlx in naturaliter: supernaturaliter. n. viatores cognitione obscurā fidei, & comprehensores notitiae beatā in Verbo, sive infusa extra Verbum, supernaturaliter illud cognoscunt: sola concordatio est de cognitione naturali intellectus creati: qui triplex est humanus seu corpori coniunctus, anima separata, & Angelicus.

Prima sent. affimat, illud naturaliter cognosci posse ab intellectu humano corpori coniuncti: Ocham in 4. qu. 5. fine, & relig. nomin. quia illud naturaliter cognosci posset sensu, nisi ad meritum fidei supernaturaliter impeditetur: ergo multo magis naturaliter cognosci posset intellectu humano: quia quidquid potest cognoscere naturaliter sensus, potest & intellectus humanus, qui in cognoscendo penderet à sensu. Leg. Gabri. lett. 45. in can. Miss. S. de intell. Secunda Scotti in 4. dist. 10. qu.

3. q. resp. concl. 2. assertoris, illud naturaliter cognosci posse ab intellectu separato, & angelico. Probat 1. Modus accidentalis obiecti per se, non impedit cognitionem illius: sed præsentia sacram.

est modus accidentalis corporis Christi: ergo non impedit cognitionem ipsius respectu intellectus, cuius illud est obiectum per se: at corpus Christi est obiectum per se intellectus abstracti, qui in intelligendo non penderet à sensibilibus: ergo potest Christi corpus sacramentaliter existens naturaliter cognoscere. Maior prob. intellectus se habet ad intelligibilia, sicut intelligibilia se habent ad esse, ut quæ priora sunt ad esse, priora sunt ad intelligibilitatem; nam 2. Metaph. tex. 4. vnumquodque sicut se habet ad esse, ita se habet ad veritatem: sed substantia corporis Christi est prior secundū esse naturale præsentia sacram. ergo est prior etiam secundū intelligibilitatem. 2. Virtus, quæ potest cognoscere obiectum; dum est præsens intuitiuē, poterit cognoscere eius absentiam, dum est absens: sed intellectus abstractus potest naturaliter cognoscere præsentiam panis, quando est præsens: ergo naturaliter etiam cognoscere poterit eius absentiam, quando est absens: ergo quæ ratio cognoscere potest absens absentiam panis, cognoscere poterit præsentiam corporis Christi. 3. Totum ens creatum, est proportionarum obiectum intellectus abstracti, tuu quoq; notitiam abstractiuam, quando est imperfecte præsens, tuu quoq; intuitiuam, quando est ci perfecte præsens in actuali existentia, quia intuitiuā cognitione non differt ab abstractiuā, nisi penes aliam obiecti præsentiam. 4. naturale & supernat. non sunt intinsecæ differentiae in se, sed solum extrinseci respectus ad agens, naturale, vel supernat. vnde oculus cæco restitutus, & à natura progenitus non differt quoq;

*Sententia explicatur.*

14.  
Resp. 2.

15.  
Ad primum 1.

16.

17.

18.  
Resp. ad 3.  
Ad 3a.

19.

20.  
Corpus Ch. non potest immaterialiter tangi;

11.  
Non potest  
corpus sacramentaliter existens ab oculo corporeo oculo corporeo naturaliter videri; cū oculus naturaliter requirat re natura obiectum localiter extensum; nec non modum præsentia naturalis eiusdem ordinis, cū obiecto ipso visibili.

22.  
Affirmat.

23.  
De intellectu separato.

26.

27.

substantiam: sed habitudo ad aliud & aliud agens non necessariò arguit diversitatem entis in se; ergo nec intelligibilitatis, quæ in ea fundatur.

**TERTIA** negat, intellectum creatum sive humanum, sive angelicum proprijs virtibus hoc mysterium cognoscere posse: *S. Th. 3. p. qu. 76. ar. 7. Catec. Sylvi. ibid. Caprol. in 4. dist. 10. q. 4. ar. 1. concil. 3. Sor. q. 1. a. 7. Bonav. a. vlt. qu. 1. Durand. qu. 4. n. 6. Argent. qu. 1. ar. 4. & reliq. Scholast.*

**Dico 1.** corpus Christi in sacram. existens non est naturaliter cognoscibile ab intellectu viatoris. Fundam. intellectus viatoris nihil potest naturaliter cognoscere, nisi quod sensu percepit: naturalis quippe modus intelligendi ipius pro hoc statu, est per species à sensibus desumptas: unde nihil potest esse in intellectu, quin fuerit in sensu. Sed corpus Christi sacramentaliter existens non est naturaliter sensu perceptibile; ergo.

**Dico 2.** nullus intellectus creatus, nè angelicus quidem potest naturaliter cognoscere modum presentis sacram. quo Christi corpus existit in Eucharistiâ, ac proinde cognoscere nequit corpus Christi, ut in Euchar. existens. Fundam. hic modus est supernat. quoad essentiam, ut supra: ergo à nullo intellectu creato est naturaliter cognoscibilis. Nam idem Deus in se ipso, unio hypost. gratia & reliqui habitus infusi cognoscibiles non sunt naturaliter ab intellectu creato, quia sunt supernaturales quoad essentiam: quia inter potentiam naturaliter cognitivam, & obiectum naturaliter cognoscibile debet esse naturalis proportio cognoscens & cognoscibilis: sed inter intellectum creatum, & ens supernat. quoad essentiam nulla est proportio naturalis cognoscens & cognoscibilis, nam hæc nequit esse, nisi inter ea, quæ sunt eiusdem ordinis; est enim cognitivitas connaturalis passio potentiae cognitivæ: sicut cognoscibilitas connaturalis passio obiecti cognoscibilis: passio autem proportionari debet essentia ad quam consequitur: ergo si potentia & obiectum sunt in diverso ordine entis, passiones quoque ad ea consequentes erunt diversi ordinis, proinde una contingenzi non poterit intra obiectum alterius. Confir. Omnis cognitionis aut est intuitiva per propriam speciem, aut abstractiva per effectum, vel causam: non competit naturaliter intellectui creato intuitiva, cum sit supernaturalis; nec abstractiva, quia nullus est naturalis effectus, aut causa, quæ hanc sacram. presentiam corporis Christi evidenter ostendat: non absentia panis à proprijs accidentibus, nam licet hæc naturaliter cognoscatur ab angelo, tamen posset sub illis Christi corpus non adesse: Neque negatio inhærentia & sustentatiomis accidentium à proprio subiecto, necessariam connexionem habet cum sustentatione eorundem à corpore Christi: cum alio modo, quam à corpore Christi conservari possent accidentia panis & vini: Non unio eorumdem cum corpore Christi: nam ipsa est in essentia supernaturalis, ut disp. 19. proinde nequit naturaliter cognosci ab ullo intellectu creato: Non priuatio extensionis localis in corpore Christi; nam hæc priuatio non est presentia sacram. ergo illa cognitâ, non evidenter cognoscitur hæc. Sicut cognitâ priuatione subsistentia creatæ in Christo, non evidenter cognoscitur increata, quia una non est necessariò cōnexa cum alia. Quin etiâsi evidenter cognoscatur angelus, non posse corpus sine aliquâ presentia in rerum naturâ cōseruari, adhuc ex sola priuatione presentis naturalis non poterit evidenter arguere, illud existere presentia sacram. sed ad summum vel posse suspicari, sibi oc-

cultari presentiam naturalem talis corporis; vel exhibere illud quidem presentia supernat. quæ tamen, aut qualis esset in particulari, ignoraret. Neque hoc evidenter arguere potest ex omnipotentiâ Dei: quia angelus in particulari ignorat, quæ sint illa, quæ contradictionem non inveniunt; cum de ijs nullas habeat species, neque intuitivas, neque abstractivas, & alioqui omnipotentiam Dei in se ipsa non comprehendat.

**Dico 3.** Nequit intellectus creatus videre corpus Christi in sacram. & simul præscindere à modo, quo est in sacram. proinde repugnat, corpus Christi simpliciter videri posse virtute naturali in sacram. Fundam. implicat, videri effectum formaliter in se, non visâ formâ: sed corpus Christi est in sacram. formaliter per modum supernat. & tò in sacramento existens reduplicat modum presentis sacram. Diccas: Potest naturaliter videri humanitas Christi, non viro modo unionis ad Verbum: ergo poterit naturaliter videri corpus Christi in sacram. non viro modo ipius presentis ad species. Resp. neg. conseq. nam videri humanitatem Christi simpliciter, non est videre illam cum aliquo effectu supernat. at videte corpus Christi in sacram. est videre illud cum effectu seu modo supernat. sine quo, si videretur, non videretur ut in sacram. existens, sed in suâ nudâ & naturali tentitate, secundum quam non dicit esse in sacram. Sicut videre humanitatem Christi, non est videre illam subsistentem in Verbo, sed existentem in suâ propria naturâ. Vnde sicut non potest naturaliter videri humanitas ut subsistent in Verbo, quia ut sic reduplicat modum unionis supernat. ita nec corpus Christi ut in sacramento existens, quia ut sic reduplicat modum presentis supernaturalis.

Ad fundam. primâ sent. neg. antec. Ad 1. secundum, neg. ultima conseq. Licet enim presentia sacramentalis nō impediatur naturalem cognoscibilitatem corporis secundum se: impedit tamen naturalem cognoscibilitatem corporis ut sacramentaliter existentis, quia hoc dicit aggregatum ex corpore & presentia sacram. quæ supernaturalis impedit, ne totum formaliter sit naturaliter cognoscibile, noti minus quam presentia sacram. quæ aggregatum formaliter constituit, impedit, quin ipsa sit naturaliter cognoscibilis. Ad 2. neg. ultima conseq. nam tam absentia panis, quam presentia eiusdem, sunt naturale obiectum intellectus creati, non presentia corporis Christi sacramentaliter existentis. Ad prob. concedo, corpus Christi esse commensum obiectum intellectus creati: nego, illud esse naturale obiectum eiusdem ut sacramentaliter existens. Neque ex absentia panis illud potest evidenter argui, ut supra. Ad 3. neg. antec. falsum enim est, totum ens creatum esse naturale obiectum intellectus abstracti, sed solum illud, quod est eiusdem ordinis cum tali intellectu: nec quidquid potest naturaliter cognosci abstractum, potest intuitu: Deus. n. cognoscibilis est naturaliter abstractum, cum tamen à nullo intellectu creato naturaliter cognoscibilis sit intuitu, ut 1. to. disp. 9. sed. 6. Ad 4. nego differentias naturalis & supernat. desum per habitudinem ad agens; sed potius per habitudinem ad subiectum: Naturale enim est, quod est iuxta capacitem & exigentiam substantiae creatæ: supernaturale vero, quod exceedit & superat capacitem totius substantiae creatæ, solique Deo proprium est. Ad exemplum de oculo cæco restituto, dispar est ratio: nam hic est supernaturalis solum quoad modum: & hoc entia naturaliter cognosci possunt, cum nullam habent, inveniuntur.

intus in seam supernaturalitatem, ratione cuius sunt extra sphæram intellectus naturalis.

Dico 1. Esto dæmon non videat præsentiam supernat. corporis Christi, tamen vider naturalem animæ eiusdem infinites cum corpore in sacram. replicatam: sed ex hæc potest evidenter arguere corporis præsentiam supernaturalem.

Resp. 1. neg. maior. nam esto talis præsentiam nō sit supernat. quoad substantiam; quia tamē ordinatur ad præsentiam supernat. corporis sacramentaliter existentis, nō cognoscitur naturaliter à dæmonie. 2. Neg. minor. nam hæc præsentia animæ immediatè tantum est ad corpus, non ad species; eadem enim præsentiam habet anima Christi in corpore naturaliter, ac supernaturaliter existente: ergo ea cognitâ, non necessariò cognoscitur præsentia corporis, sed corpus quoad entitatem.

An possit evidenter arguere præsentiam sacram.

## DISPUTATIO XXII.

### Quando & quomodo definit Christus in hoc sacram.

**T**RIPLEX est hæc difficultas. 1. quomodo Christus definit sub speciebus sacris. 2. quando definit. 3. an talis definitio sit conuersio.

Dico 1. Definit Christus sub speciebus sacris, quādo defitura fuisset propria substantia, & non ante: S. Tho. q. 77. a. 4. & in 4. dist. 12. q. 1. a. 2. q. 6. & communis Scholast. in 4. dist. 12. Fund. Christus succedit speciebus loco propriæ substantiæ: ergo non ante definit sub illis, quād defitura fuisset propria substantia. Ratio: Deus nunquam se subtrahit è rebus, nisi res ipsæ subtractionem poscant: quia ad Rom. 1. *Dona Dei sunt sine pænitentiâ*: ergo ea semel concessa, nunquam revocat, nisi revocationis causam det creatura: sed unio & præsentia Christi sub speciebus panis & vini sunt maximum donum concessum creaturæ: ergo nunquam ab illis subtrahit, nisi species ipsæ hanc subtractionem poscant; sc. tunc quādo definit esse propriæ panis & vini, quia Christus fit præsens illis, quā sunt propria accidentia panis & vini; est enim hoc sacramentum cibus & potus fidelium.

Confir. si Christus aliquando desineret sub speciebus, nulla facta alteratione in illis, nō esset infallibile signum præsentia sacram. Vnde semper possemus dubitare, num in illis perseveret Christus; quare nō recte Alens. 4. p. 9. 10. me. 7. a. 2. §. 2. Bonau. in 4. dist. 12. a. 2. q. 1. ad 1. & alij dicunt definit Christum sub sacram. quando in lumen, vel in aliud immundum locum projectur, quia vt doct̄ S. Tho. in 4. dist. 9. q. 1. a. 2. q. 1. ad 3. Cum corpus Christi sit in hoc sacram. impassibiliiter, nullam contrahit in his casibus in se ipso immunditiam: vnde teste Yaguer disp. 195. c. 5. hæc sententia damnata est à Greg. XI. in direct. inquis.

Dico 2. nunquam desipit Christus sub speciebus, nisi succedente aliâ substantiâ à pane & vino diuersa: S. Tho. in 4. dist. 9. q. 1. art. 2. q. 1. & dist. 72. q. 1. art. 2. q. 4. & communis Scholast. Fundam. Christus non definit sub speciebus, nisi quando defitura fuisset propria substantia: at præpria substantia nunquam defitura fuisset, nisi alia genita fuisset, quia naturaliter nunquam corruptitur vnum, quin generetur aliud: substantiam autem, ad cuius generationem corrupta fuisset substantia pa-

nis & vini, non potuisse esse alia panis & vini, quia nulla alteratio corruptens individuum vnius species, disponit ad generationem alterius eiusdem speciei; alteratio enim non corruptit nisi substantiam sibi contrariam; & quæ non est cōtraria vni individuo, nulli alij eiusdem speciei contraria esse poterit: erga non definit Christus sub speciebus, nisi &c.

Dico 3. Substantia, quæ succedit corpori Christi, non generatur ex quantitate ut ex primo subiecto educationis: videtur contra S. Tho. q. 77. art. 5. 4. con. gen. c. 66. & in 4. dist. 12. q. 1. art. 2. q. 4. affirmante, quantitatem Euchar. subire vicem materialiæ ac primi subiecti formarum substantialium. Fundam. quidquid sit, au possit substantia informare accidentia, sicut potest accidentis informare substantiam: certè nequit ex accidente & substantia fieri vnum in genere substantiæ, quia hæc non componitur nisi ex substantijs. Nec satisfacit Ferrar. quantitatem componere substantiam, non ut quantitas est, sed ut haber proprietatem substantię: quia ad compositionem substancialiæ non sufficit, ut extrema sint virtualiter substancialia, sed requiriunt ut sint substancialia formaliter, quia compositum dicitur tale ex formali entitate componentium. Confir. ut recte Scotus in 4. dist. 12. q. 6. §. est alia opinio, sequetur, posse hominem à principio ad finem suæ virtutis ex solis speciebus Eucharisticis enarratum, relurgere compositum ex sola quantitate, & animâ rationali.

Substantia non generatur ex quantitate, ut ex primo subiecto educationis.

Dico 4. Substantia, quæ succedit corpori Christi, non producitur à solo Deo, ad exigentiam præcedentis dispositionis inducta in quantitatem Euchar. ab agente naturali, quod alteravit species sacram. sed in instanti generationis prius natura à solo Deo creatur materia, ex qua deinde virtute agentis naturalis educitur forma substancialis, exigens prius natura præcedentes dispositiones, ab eodem agente naturali in quantitate Euchar. productas. Primum est contra Scotorum §. dico ergo. Secundū est Aureoli in 4. dist. 12. q. 3. a. 3. Gabr. lect. 45. in can. Missæ litt. K. &c. Fund. melius taluatur efficientia agentium naturalium, quæ non tantum disponunt, alterando quantitatem ut immediatum subiectum accidētum; sed etiam educunt formam substancialiæ; producendo ipsam dependenter à materia prius naturali à Deo creatâ, & unita accidentibus ultimè disponentibus ad talem formam. Nec est necesse, ut materia tempore præcedat educationem formæ, ut constat de primâ rerum productione.

Forma substantialis quæ succedit, educitur ab agente naturali ex materia.

Deducitur, quā ratione species sacram. nutritant, nutriunt enim ratione materia, quā Deus in instanti completere alterationis sub illis producit, quæ deinde unita viuenti, in ipsum convertitur & nutrit.

Dico 5. Corpus Christi definit sub speciebus nō solum per deperditionem præsentia sacram. sed etiam actionis substancialiter replicatiæ. Fundam. Christi corpus fit præsens sub speciebus nun solum per productionem præsentia sacram. sed etiam per actionem substancialiter reproductiveam, ut supra: ergo definit sub illis non solum per corruptionem præsentia sacram. sed etiam actionis substancialiter reproductiveam: nam si corrupteretur sola præsentia sacram. adhuc maneret Christi corpus via actionis substancialis: an autem tunc deberet illi produci alia præsentia, pendet ex qua. sc. an res conservari possit sine vlla præsentia in rerum naturâ, de quā alibi.

Corpus Christi fit definit per deperditionem actionis reproductiveam.

Dico 6. Mutatio, quā corpus Christi definit sub speciebus, non est conuersio. Quia ad conuersiōnem requiritur 1. ut terminus à quo substancialiter corruptatur; corpus autem Christi per defini-

tionem.

Confir.

Quando non.

tionem sacram. non corruptitur substantialiter: 2. vt res conuertenda per aliquid proprium sui remaneat in eo, in quod conuertitur: sed corpus Christi secundum nihil sui proprium remanet in substantia, quæ succedit: nam accidentia, quæ remanent cum substantia de novo genita, non sunt propria corporis Christi, sed ipsius substantia genita.

## DISPUTATIO XXIII.

### De accidentibus, quæ in hoc sacramento remanent.

**Q**UÆRITVR: An, & quæ accidentia maneant in hoc sacramento peracta consecratione? Remanere accidentia panis & vini, non modò fides docet, vt constat ex Concil. Lateran. cap. firmiter, Const. eff. 8. in refut. art. Wicleff., Flor. in decre. de unio. Armen. §. tertium, Trid. eff. 13. can. 2. definiens, corpus & sanguinem Christi contineri sub accidentibus panis & vini, quas species vocant, siue quia medijs sensuum speciebus percipiuntur, siue quia sunt naturaliter representativa proprietatum substantiarum: sed etiam certo sensus experimento constat.

**Eadem numero accidit-** accidentia, quæ fuerūt in pane & vino, 1. quia nulla remanet, sit in pane & vino mutatio, quæ hanc numericam qui fuerunt accidentium diuersitatem exigat in termino ad quem; licet proprium eorum subiectum corruptatur; nullum enim aliud succedit, quod naturaliter exigat, alia numero accidentia in ipso produci; quia quod in hac conuersione succedit ut terminus ad quem, est corpus & sanguis Christi, nō ut subiectum receptuum accidentium, sed ut res tantum significata per accidentia, quæ potius exigit eadem numero accidentia, quæ fuerunt panis & vini, ut terminum communem utriusque extremi, & panis desinentis, & corporis succedentis.

2. Ad veram conuersionem, ex disp. 17. requiritur, ut aliquid rei conuersæ maneat in re, in quā sit conuersio: igitur ad veram conuersionem panis & vini in corpus & sanguinem Christi requiritur, ut eadē accidentia, quæ fuerunt propria panis & vini, maneant in corpore & sanguine Christi: alioqui si alia numero accidentia manerent, aliis panis & aliud vinum, quorum propria essent hæc, dicerentur in corpus & sanguinem Christi conuerti, non panis & vinum, quæ desierunt. His certis.

**Quæstio est,** an omnia accidentia, quæ fuerunt in pane & vino, maneant in hoc sacramento? non quæritur de modalibus, quæ immediate modificabante substantiam panis & vini, ut accidentialis vno eorum cum suis proprietatis, & si erant alij modi substantiam immediatè affidentes: cùm enim tota essentia modi sit a&u modificare proprium subiectum, implicat, corrupto subiecto, ipsius modum manere. Concertatio est de accidentibus realiter à panis & vini substantiâ distinctis: hæc duplicitas generis: alia, quæ sensu percipi possunt; & ad minimum remanere in hoc sacram. probant definitiones Concil. & rationes à sensu petitæ: alia, quæ sensu aliquo perceptibilia non sunt, quæ virtutes seu qualitates occultæ vocari solent. Et de his duplex est quæstio: 1. an simpliciter maneat: Affirmant communiter Theologi, cùm sit conformius Conciliis & PP. qui nullâ exceptione factâ, absolute docent, manere accidentia panis & vini in hoc

sacram. nec sit maior ratio de vni, quam de alijs; & definitiones Cōcil. indefinitæ, in materia doctrinali, intelligendæ sint vniuersaliter. 2. quod controuersia reducitur, an hæc accidentia positivè comprehendantur in definitionibus Concil. ac proinde de fide sit, cū perceptibilibus sensu accidentibus etiam hæc remanere in hoc sacramento.

Affirmat Vasq. disp. 144. c. 1. Fund. 1. si Contilia suā definitione solum comprehendissent accidentia sensibilia, & non etiam insensibilia, si quæ sunt cum sensibilibus naturali necessitate connexa, sequeretur, Concilia de facto definiuisse, talia accidentia non manere in hoc sacram. ac de fide esse non manere: nam Trident. eff. 13. can. 2. expresse definit in hoc sacram. manere duntaxat species panis & vini: Igitur si per species intellexisset sola accidentia sensibilia, sola hæc definiuisse in hoc sacram. remanere; reliqua, si quæ essent, exclusisset: cùm definiat, præter species, nihil aliud manere. 2. Etiamsi per species Concilia intelligent accidentia sensibilia, adhuc sequitur, in suā definitione comprehendere etiam insensibilia, si quæ sunt; cùm ad minimum comprehendant vna cum quantitate quatuor primas qualitates, earumque temperamentum, sine quo nullum mixtum naturaliter conferuari potest, ut potè omnia hæc sensibilia; & qualitates secundæ sensibiles, ut sunt color, sapor, & odor in pane & vino, & reliquæ occultæ, naturaliter necessariò consequantur temperamentum primarium, ne miracula temere asserantur. Suarez disp. 56. scđ. 1. negat, huiusmodi occulta accidentia, si quæ sunt, in definitione Concil. comprehendendi. Fund. nullum argu-

Theolog. habere potuerunt Concilia ad ea comprehendenda; nam conuersione substantiæ definitæ etiam soli non obstat, si cum substantiâ definant aliqua accidentia; sc. ad substantiale conuersionem sufficit, ut terminus conuertendus sit substantia: non enim minùs ad eam requirimus ut terminus ad quem sit substantialis; & tamen non obstat, quia cum ipso concomitantem succedant accidentia. Confirm. hæc accidentia non conuerterentur in alia, sed desinerent purè concomitantem cum substantiâ panis & vini: nec foret conuersio altera accidentialis; sed vna tantum substantialis. Pro controuersia definitione.

Dico, si quæ sunt huiusmodi accidentia, quæ sine omnino occulta, ea in definitione Concil. non comprehendendi: proinde de fide non esse, ea, consecratione peractâ, remanere cum ceteris accidentibus sensibilibus. Efficaciter probauit Suar. sc. absque fundamento nihil possunt Concilia definite, ex 4. tom. at hoc fundam. esse non potuit ipsa substantialis conuersio: Nec minùs, quod loco 2. ad fert Vasquez. Nam licet cum temperamentu primarum qualitatum naturaliter manent secundæ, quæ immediate proficiuntur ex primis: non tamen necessariò manent aliae, quæ tantum dispositiæ pendent ex temperamento primarum, formaliter vero & immediate solum pendent ex formâ panis & vini, quæ corruptæ, simul cum illâ corrupte rentur, huiusmodi virtutes occultæ. Non enim repugnat, manere temperamentum primarum qualitatum, non manentibus saltem ad tempus secundis, quæ immediate pendent à formâ substantiali, cum qua huiusmodi secundæ qualitates corruptæ possunt. Patet in cadauere, in quo manet saltem ad tempus temperamentum primarum qualitatum, in quo tamen non manent virtutes organicæ, quæ immmediatè proficiuntur ab anima, medio temporeto primarum qualitatum, ut prævia dispositione. Neque per corruptionem huiusmodi accidentium

Hec erga.

Quæ sensu aliquo per-  
cipi possunt.

Et quæ sub  
nullâ sensu  
cadunt.

Accidentia  
occulta, nō  
comprehenduntur in  
definitione  
Concil.

Ad 2. fund.  
Vasq.

11.  
12.  
13.  
14.

accidentū aliquid derogaretur huic mysterio, quia cūtū sint occultā, non posset ex absentia ipsorum hoc mysterium naturaliter cognosci. Atque ex his patet ad 2. fund. Vsq. Ad 1. neg. sequela. Ad prob. particula duntaxat, excludit tantū substantiam panis & vini, non huiusmodi occultas virtutes; ex Canone, & fine Concilij, in quo tantū damnatur heres Lutheri, qui simul cum accidentibus docet, manere substantias panis & vini; proinde ijs tantū Concilium species opponit, dum eas tantū peractā consecratione, ab hoc sacram. excludit, ad h̄z̄ resum Lutheri damnandam.

Ceterū alio fund. vtor, cur omnia accidentia panis & vini in definitione Concil. comprehendantur, sc. nulla accidentia sunt in substantijs materialibus, quæ saltē mediare non snt subiecta sensibus: nam omnes qualitates & virtutes naturæ ordinantur ad aliquā operationem eiusdem naturæ, per quam operationem evidenter deuenitur in notitiam talis virtutis, vt ex acrimonia vni devenit in peculiarem virtutem, quam habet vnum ad tales acrimoniam causandam: & sic de ceteris. Verū cū h̄c non nisi probabiliter in Philos. afferantur, non possumus ex hoc principio, certò afferere, h̄c accidentia positivè comprehendi in definitione Conciliorum.

### Quo pacto accidentia in hoc sacramento existant?

15.  
Prima diffi-  
cult.

Dplex est difficultas; 1. an quantitas sit immediatum subiectum reliquorum accidentium: Nominales negant; quia nulla datur quantitas à parte rei distincia à rebus quantis, sed vnum quodque dicitur quodcum per extensionem intrinsecam & propriam: cū igitur non sit maior ratio, cur vnum potius, quām aliud accidentis sit alterius subiectum, omnia in hoc sacramento manebunt absque subiecto, sicut omnia immediate inhærebant propria substanciæ. Nec desunt, qui sentiant, quantitatem realiter distingui, & omnia accidentia simul cum eā in hoc factam. manere absque subiecto; eo quod putent, omnia accidentia immediate inhærente soli substanciæ.

16.  
Sola quanti-  
tate sine sub-  
iecto, reliqua  
accidentia recipi  
in quantitate, vt in proximo & im-  
mediato subiecto, ut recipiebantur anteā, quando  
recipiuntur in quantitate.

Verū opposita sent. communior est, sola tū quantitatē in hoc sacram. esse sine subiecto, reliqua accidentia recipi in quantitate, vt in proximo & immediato subiecto, ut recipiebantur anteā, quando simul cum quantitate inhærebant substanciæ. Ex quo sequitur, nullam fieri mutationem in reliquis accidentibus, sed in sola quantitate: nam sola manet separata à proprio subiecto, reliqua manent: vt antea totaliter ac sufficienter sustentata à quantitate. Suppono enim reliqua accidentia non inhærente substanciæ mediā quantitatē, vel quantitatē & substanciæ simul, sed soli quantitatē: quia sola quantitas sufficiens est ad hoc suauis præstandum; cū nulla in contrarium vrgeat ratio; & hoc posito, connaturalius & paucioribus cum miraculis saluantur multa, quæ interueniunt.

Saluator cō-  
naturaliter  
modus exi-  
stendi acci-  
dentiū.

Nam saluator 1. connaturalior modus existendi reliquorum accidentium; cū omnia inhærent quantitatē, vt proximo & sufficienti subiecto, qui modus existendi est proprius & connaturalis accidenti. 2. saluator connaturalis modus agendi agentium naturalium, dum in accidentia consecrata agunt, educendo ex ipsa quantitate, vt ex proximo & sufficienti subiecto accidentia, quæ in ea producunt: cū in contraria sententia fatendum sit, à solo Deo illa produci per creationem indepen-

17.  
Ex agendi  
agentium  
naturalium  
in species.

terà subiecto: Quis autē dicat, cū ignis hostiam; aut vinum consecratum calcfacit, non ignem, sed solum Deum huiusmodi calorem producere? Neque dicas, hoc ipsum dici posse de actione rarefactiū, quæ immediate versatur circa quantitatem, extendendo augendoque illam: nam per rarefactionem non acquiritur noua quantitas, sed modus duntaxat quantitatis, qui immediate educitur & recipitur in ipsa quantitate: proinde actio rarefactiva talis modi productiva, est actio educativa, cū habeat pro subiecto quantitatem.

3. Saluator connaturalis modus, quo vnum accidentis expellit suum contrarium in hoc sacram. quia dum in eandem quantitatem inducitur vnum contrarium, per naturalem impossibilitatem expellitur aliud. Quam formalem expulsionem per physicam incompossibilitatem saluare non potest contraria sent. quæ nullum admittit commune subiectum, sub quo tantū naturalis incompossibilitas exerceri potest. Vnde recurrere debet ad extrinsecam voluntatem Dei destruentis, aut remittentis vnum contrarium, quando aliud intenditur, absque physicā exigentiam ipsorum: quæ cū solidū manente simul per concomitantiam, non petunt, vt uno contrario producō, aliud corruptatur. 4. nec possunt qui admittunt, quantitatem realiter distinguere reliquis accidentibus, saluare, quo pacto quantitas in hoc sacram. sint quantæ, nisi mediā vniōne inhæsiā inter ipsas & quantitatem: non enim per se sunt quantæ; nec sola cuncomitans simulata ipsarum cum quantitate sufficit, vt per eam sint quantæ. Nam esse quantum, est intrinsecus effectus communicatus rei quantæ, nec nisi mediā vniōne formalī inhæsiā. Vnde non potest ea sent. has proposi. admittere: *Hoc album est quantum: Hoc quantum est album: sed potius has: Hoc est quantitas: Hoc est albedo.* nam cū priores sint cōcretæ, important vniōnem subiecti cum formā: Postiores cū sint abstractæ nullam vniōnem subiecti cum formā important. Patet ad fundam. Nominal falsum est, quantitatē non distinguere rebus quātis: est enim affirmans sent. communis inter Scholast. teste Scoti in 4. diff. 12. q. 2. §. ad qu. & conformior huic mysterio.

5. Sent. alterius diffi-  
cilitatis.

Altera difficultas magis controversa est, quæ mutatio fiat in accidentibus, quæ diuinitus conservant extra proprium subiectum. 1. sent. docet, nullam in quantitate Euchar. fieri mutationem, nisi purè priuatiū, amittendo tantū subiectum, quo amissio per eandem actionem, quā conservabatur in subiectiā, conservari exere illam: Scoti in 4. diff. 12. q. 1. §. Ad argu. ad 2. & q. 6. §. Ad argu. Rubio q. 1. a. 2. med. §. Ex hoc, Nugnet 3. p. 9. 77. a. 1. diffi. vn. ad quā inclinare videtur Sotii in 4. diff. 10. q. 2. a. 2. Fund. subiectum nullum esse influit in accidentis, quod sustentat, sed illud prioritate naturæ supponit adēquatè productum & conservatum ab agente, à quo via actionis totum suum esse, quod habet, accipit: ergo non eget nouā actionē, vt conservari possit extra subiectum; cū nullum esse suppleri debeat in accidente conservato extra subiectum: omnis autem noua actio est propter aliquod nouum esse, quod suppleri debeat in re.

Secunda affirmit, duplē mutationem fieri in quantitate Euchar. vnam ex parte actionis, variatā eductione, quā anteā conservabatur in subiecto, in creationem, quā conservatur extra subiectum; alteram ex parte modi, tribuentis quantitatē esse per se, similis modo, quo substantia per subsistentiam existit per se: Suarez disp. 56. sect. 2. Vazquez disp. 184. cap. 2. Coninck 3. p. qu. 77. art. 1. dub. 1.

dub. 1 & 2. Caiet. 3. p. q. 77. art. 1. & Ferrar. 4. con. gen. c. 66. licet hi duo expressè tantum affirment, postea mutationem quoad modum per se existendi.

23. *Actio eductiva mutatur in creatuam.*  
Prob. prior pars 1. Actio, quâ quantitas conservatur in subiecto, essentialiter pendet à subiecto: ergo non potest vi eiusdem actionis conservari extra subiectum. Quia non potest actio conservari absque eo, à quo essentialiter pendet, nec sine agente, vel termino, ergo nec sine subiecto. Antec. prob: actio, quâ quantitas conservatur in subiecto, est eductio: eductio non est aliud, quam actualis dependentia termini educti à subiecto, ex quo educitur. Confirm. eductio est ipsa receptio termini educti in subiecto: ergo implicat conservari extra illud 2. Accidens extra subiectum existere, est quid supernaturale: nō esset si eadem actione conservari posset extra subiectum, qua in subiecto. Maior patet: hoc est indebitum cuiilibet accidenti, cui essentialis est saltem aptitudinalis inhærentia in subiecto; ac proinde actualis inhærentia in subiecto est accidenti connaturalis: sicut quævis passio proficisciens ab essentia, est debita & connaturalis subiecto: ac proinde priuatio illius est contra, vel supra naturam subiecti: nec vllum agens naturale, naturaliter producere potest accidens extra subiectum. Minor prob. nihil est supernaturale, quod à causa naturali cum concursu ei debito fieri potest: sed in illa sent. posset causa naturalis cum concursu sibi debito conservare accidens extra subiectum, velut sol cum concursu generali sibi debito conservare posset lumen in aëte producto, annihilato aëte: proinde non esset supernaturele lumini conservari extra subiectum: cùm nihil possit esse supernaturale alicui, quod à causa naturali, & concursu illi debito sit.

24. *Modus quasi subiecti accedit quæstionis.*  
Prob. posterior pars, de mutatione ex parte modi per se existendi: per hunc modum connaturalius saluantur omnia, quæ in accidentibus Euchar. siunt: 1. quo pacto quantitas non existat violenter sc. cùm hic modus suppleat vicem subiecti, per illum connaturaliter existit quantitas. 2. quo pacto ex subiecto receptiuo & sustentatiuo quo, fiat subiectum receptiuum & sustentatiuum quod, sc. per hunc modum quantitas fit ultimatum subiectum reliquorum accidentium. 3. Per hunc modum quantitas fit principium actuum quod substantiaz; quia per hunc fit vices gerens substantiaz.

25. *Tertia docet, mutationem in quantitate Eucharistica fieri per solam variationem actionis eductiuæ in creatiuam: Mayo. 4. dist. 12. qu. 4. Palau disp. I. fine: & videtur eorum, qui absolute dicunt quantitatem Euchar. conservari virtute diuinâ, nullo modo illi intrinseco addito. Nam per negationem huius modi, non intendunt hi, negare mutationem ex parte efficientis, sed solùm ex parte subiecti. Fundam. hæc sola mutatio in præsenti est necessaria, & sufficit. His relatis.*

26. *Quæstio 1. Quantitas Eucharistica nequit existere extra subiectum per puram priuationem inhærentiaz, & separationem à proprio subiecto. Fundam. subiectum est vera causa materialis accidentis: ergo nisi talis causalitas suppleatur, impossibile est, vt accidens possit extra subiectum conservari vi solius actionis, quâ in genere efficientis conservabatur in subiecto: sc. impossibile est, vt res existat absque omnibus ijs, quæ ad eius existentiam sunt per se necessaria: ergo si ad existentiam accidentis est per se necessarium subiectum, impossibile est, vt absque eo, vel aliquo supplente vicem ipsius, existat. Antec. patet: sicut impossibile est, vt sit essentia absque omnibus, quæ essentiam constituunt;*

ira; vt sic existentia absque omnibus ijs quæ existentiam per se causant: alioqui existeret, vt supponitur; non existeret, quia non tantum esse ipsum esset extra omnes causas, à quibus tale esse perpendet. Confirm. Implicat effectum, qui antea dependebat à duplice causâ effectuâ partiali, potest conservari ab unâ tantum, non suppletâ partiali causalitate alterius: ergo pariter implicabit, accidens, quod antea dependebat à duplice causa materiali & effectua, potest conservari à sola effectua, non suppletâ causalitate causæ materialis: cùm non minus accidens aiciat suum esse in genere causæ materialis à subiecto, quam in genere causæ efficientis ab agente.

27. *Quæstio 2. Quantitas Euchar. non existit per modum additum ab actione conservativa diversum. Fundam. vel hic modus est existentia substantiaz per actionem consensu & vini, quæ remanet cum quantitate Euchar. conservativa, in quâ vt in proximo subiecto inhæret quantitas, vt nonnulli autumant apud Palau. in 4. dist. 12. qu. 3. in 1. modo dicendi: At hic est contra Trident. defi. Alius est niens, nihil substantiaz panis & vini, sed eorum duntaxat species manere in hoc sacram. & impossibile est, existentiâ rei separari ab essentiâ eiusdem; vt to. 2. disp. 3. sect. 4. Vel est virtus substantifica à Deo tributa, ratione cuius quantitas fit substantiaz vices gerens in omnibus, quæ operabatur substantia, vt Caiet. & Ferrari, opinantur: Et hic modus est impossibilis, sc. quo quantitas præstet omnia munia substantiaz: cùm per hunc quantitas in sua intrinseca entitate non mutetur; & aliqua munia substantia præstet per suam intrinsecam entitatem, vt est sustentatio formarum substantialium, substantialis compositio cum suis formis substantialibus, quæ non poterit quantitas præstare: nam per hunc modum non plus habet, quam habebat à propriâ substantia, cuius hic modus vicem supplet: sed à propriâ substantia non habebat, vt posset hæc substantiaz munia præstare: ergo neque hoc habet ab isto modo: Aut certè hic modus erit superfluous: cùm omnia saluari possint per solam mutationem actionis eductiuæ in creatiuam: quâ positâ, quantitas fit per se existens extra subiectum, quia per talem actionem suppletur in quantitate concursus subiecti: ergo sicut in subiecto existens poterat omnia accidentia sustentare; & per illa agere: ita eadem præstare potest conservata actione creativâ extra subiectum: Vel hic modus est similis modo, quo substantia fit per se subsistens: Et hiceriam est superfluous; quia omnia saluari possunt per actionem creativam, vel per alium modum huic mysterio magis congruum, infra explicandum: aut impossibilis; cùm n. sit accidentalis, conferre non poterit virtutem sustentandi vt quod; quam non habet in se, ut poteret actualis inhærentia & passiva sustentatio sui, quæ est essentia modi.*

28. *Quæstio 3. Sola mutatio actionis eductiuæ in creatiuam sufficit in sent. eorum, qui nullam unionem formalem inter accidentia Euchar. & Christi corpus admittunt. Nam in hac sent. quantitas præstare potest quidquid poterat in proprio subiecto conservata: sc. per actionem creativam eminenter suppletur, quod eadem quantitas à proprio subiecto habebat: nec per separationem à principio subiecto amittit virtutem: quâ habebat in eo existens; cùm hæc non distinguatur ab intrinseca entitate ipsius, quæ per separationem à subiecto non variatur.*

29. *Quæstio 4. De facto quantitas Eucharistica non conservatur actione creativâ, sed eductiuâ eadem numero, quâ conservabatur in proprio subiecto, additâ illi tantum vniione sustentatiua, quâ sustentatur*

tatur à corpore Christi absque inhærentia. Hanc assert. admittant, qui inter accidentia Euchar. & corpus Christi formalem vñionem admittunt. Fundam. implicat cum tali vñione actio cretiva: nam hæc reddit terminum actu à subiecto sustentatiuo independentem: hoc enim est distinctiuum creationis ab educatione: vñio sustentatiua contrà reddit terminum actu à subiecto sustentatiuo dependentem; hæc enim sustentatio est actualis dependentia termini à subiecto sustentante: Implicat autem, vt idem numero terminus, etiam per diuersos modos simul actu pendeat, & non actu pendeat à subiecto sustentante: sunt enim effectus hi incompossibilis, quorum vñus essentialiter destruit alterum; non mindis quād, esse rectum destruit esse curvum in eadem linea. igitur implicat, quantitatem Euchar. que à Christi corpore pender vñione sustent. conseruari simul actione creatiua. Constat. hæc vñio sustentatiua quantitatis cum corpore Christi, aquivalet, sublatâ imperfectione, vñioni, quā eadem quantitas sustentabatur à propriâ substantiâ: sed cum illâ nō poterat esse actio cretiva; ergo neque cum hæc. Neque dicas, hoc ipso, quod ab vñione tollitur inhærentia, tollitur etiam incompossibilitas cum actione creatiua: nam incompossibilitas hæc formaliter oritur ex passuâ dependentiâ, quam accidens media tali vñione habet à subiecto sustentante: quæ dependentia remanet in quantitate à corpore Christi sustentata, etiam sublatâ inhærentiâ, quæ tantum est vñio informatiuus subiecti.

<sup>35.</sup>  
<sup>ad 1. sent.</sup>  
Ad fund. primæ dist. antec. nullum esse in genere efficientis tribuit subiectum accidenti, concedo; nullum esse in genere causæ materialis & subiecti sustentantis, nego. Effectus autem, vt in rerum naturâ existat, necessario postular influxum omnium suarum causarum, à quibus per se pender: alioqui, ut suprà, existeret, & non existeret. Quare concedo, subiectum supponere accidentis adæquate productū & conseruatum in genere causæ efficientis, non in omni genere causæ, sc. sustentantis.

<sup>36.</sup>  
<sup>ad 2. sent.</sup>  
Ad 1. argu. secundæ dist. antec. actio, quā quantitas. & quævis forma materialis conseruatur in subiecto, essentialiter pender à subiecto immedio, concedo; mediato, nego. Et enim duplex subiectum habet educatione; vnum immediatum, quod est terminus educationis; qui educatione producitur; alterum medium, estque subiectum ipsum, cui vñitur terminus educationis. Vt in educatione formæ substantialis, subiectum immediatum, in quo proximè recipitur educatione, est formæ substantialis, quæ per educationem producitur: medium est materia, cui formæ educatione vñitur. Absque priori subiecto non potest conseruari educatione, potest autem absque posteriori. Ratio discriminis: à priori subiecto dependet se ipsa immedietate, vt actio à termino; quo sublatâ, implicat manere actionem, quæ est actualis communicatione & influxus in terminum: à posteriori pender mediante termino, qui sicut potest à subiecto diuinitus separari, ita & cum eo ipsius actio. Ad prob. antec. educatione est actualis dependentia à termino immedio à quo se ipsa pender, nullo medio interueniente; non à subiecto mediato, à quo pender mediante vñione sui termini.

<sup>37.</sup>  
<sup>Formæ materialis non recipiuntur immodicâ in subiecto educatione, sed vñione.</sup>  
Ad confirm. educatione non est immedietate receptio sui in subiecto, sed sui in termino. Carterum formæ materialis immodicâ in subiecto recipitur & sustentatur vñione, non educatione, nisi tantum exiguiè. Ita educatione erit actio essentialiter exigens vñionem formæ educationis cum subiecto sustentante, non formalis vñios proinde poterit hæc formæ cum

hac educatione per aliam vñionem diuinitus conservari. Quod essentialiter exigat vñionem, discriminabitur à creatione; licet enim creatio materia exigat vñionem cum formâ, non tamen cum subiecto sustentante, quæ sola vñio repugnat creationi: cùm autem in homine reperiatur vñio distincta ab actione, quā anima creatur, nonnullis videtur distinguenda vñio ab actione, quā educitur forma, etiam in reliquis compositis: quia conceptus educationis est communicare esse termino cum essentiali exigentia sustentationis à subiecto: vñionis conceptus est copulare extrema ad vnum compositum faciendum.

At non repugnat, hos duos conceptus simul in eandem entitatem conuenire, vt per andem educationem forma producatur ab agente, recipiatur ac sustentetur à materia, & simul per eam forma informet subiectum: sic enim melius saluat vñio distinctione essentialis causarum, & conceptus educationis vt distinctæ à creatione, sc. vt non media vñio ne distinctâ, se ipsa immediatè recipiatur & sustentetur à materia; & simul evita superfluitas modorum trium distinctorum, qui essent educationis formæ, vñio, educatione vñionis. Iuxta quam sent. vt 10. 3. disp. 2. n. 103. edit. 2. Dicendum, variari actionem educationis quantitatis Euchar. cùm non possit per eandem, quæ conseruabatur in subiecto, conseruari extra subiectum; cùm hæc educatione essentialiter pender ab hoc subiecto, non minùs, quād hæc vñio ab his extremis: Non tamen illi succedit actio cretiva, cùm hæc repugnet cum vñione sustentatiua; sed alia actio educationis diversæ speciei, quæ postuleat immediatè recipi in formâ, & mediatè tantum in subiecto sustentante, nec supernaturaliter repugnat: sicut licet repugnet, vt naturalis vñio non afficiat verumque extremum; sed tamen repugnat vñio superfluit. quæ tantum afficiat vnum extremum, & intrinsecè tantum terminetur ad aliud. Cùm tali enim educatione saluat vñionem sustentatiua vñio accidentium à corpore Christi, quæ necessaria est ad formalem incōpossibilitatem inter corpus Christi, & substanciali panis, ad physicam & perfectam conuerzionem requisitam.

Ad 2. neg. vrraque minor. Nec in tali eventu sol <sup>40;</sup> <sup>ad 2. n. 1. 4.</sup> eadegm actione conseruabit lumen, annihilato ære, probat. quā illud conseruabat in ære; sed vel cessabit à conseruatione illius, si aliunde subiecti concursus non suppleretur; vel supplente Deo in lumine concursum subiectivum aliâ vñionem sustentatiua luminis cum alio subiecto, perget sol in conseruatione luminis, vel eadem actione educatione iuxta 1. opin. vel aliâ diversâ speciei, iuxta 2. sent. Quare semper miraculum necessarium est ad conseruandum accidentis extra subiectum; & est supernaturalis accidentis, vt suppletur concursus subiecti, siue per mutationem educationis in creationem, siue vñionis inhæsiue in pure sustentatiua, siue educationis in aliam diversâ speciei.

Ad fundam. posterioris constat, cùm talis modus vel sit impossibilis, vel superfluous; & saluentur omnia optimè, per solam mutationem educationis in creationem, vel vñionis inhæsiue in sustentatiua. Nam solùm necessarium est, vt in quantitate suppletur concursus sustentatiua subiecti, quo suppletur vel eminenter per creationem, vel formaliter per vñionem purè sustentatiuam, quantitas praestare poterit omnia, quæ poterat coincidere proprio subiecto, ac proinde esse subiectum quo, & quod, quatenus in ipsa ultimatè sustentantur accidentia. Licet enim in ea, vt inhæsiue proprie subiecto, ultimatè etiam sustententur accidentia, et quod,

19

Probabilit  
es educationis  
nō distinguunt  
ab vñione.

41.  
<sup>ad fund. n.</sup>  
<sup>25. propos.</sup>

quod hæc nō recipiuntur in substantiâ, mediâ quantitate, vel in substantiâ & quantitate simul, sed in sola quantitate, eo quod sola hæc pro tali munere sufficiens sit; non dicuntur tamen in eâ recipi & sustentari ultimè, ut à subiecto quod, sed tantum quo, quia saltē supponunt yterius subiectum in hæzationis ipsius quantitatis, quod saltē mediatae necessarium est, ut reliqua accidentia sustententur ab ipsa: quod yterius subiectum, quia non supponunt accidentia Euchar. cùm corpus Christi non sit illorum subiectum in hæzationis, sed tantum sustentationis, dicendusque potius sit terminus, quam Subiectum, non dicuntur recipi & sustentari à quantitate, ut à subiecto quo, sed quod. Per hoc etiam saluatur, quo pax & quantitas Euchar. non violenter existat, & sit principium quod, non formale, sed materiale & denominationis omnis productionis, quæ à reliquis accidentibus sit.

<sup>42.</sup>  
<sup>Ad fund.</sup>  
<sup>3.</sup>  
<sup>sens.</sup>  
Ad fund. terriæ, patet ex dictis: non enim nego, in quantitate Euchar. mutationem eductionis in creationem, ut insufficientem: sed quia in nostra sent. melius saluatur natura conuerisionis per formalem ac physicam incompossibilitatem corporis Christi succendentis cum pane definente sub uno communione termino; quæ incompossibilitas non saluatur per mutationem eductionis in creationem: quia vi creationis quantitas non vniuersetur cum corpore Christi, ut cum subiecto sustentante; proinde non posset corpus Christi succedere pani formaliter ac physicè incompossibile, mediâ vniione sustentiâ quantitatis, vi cuius vnionis per physicam incompossibilitatem expelleretur substantia panis à corpore Christi.

### Quanam agere ac pati valeant accidentia Eucharistica?

<sup>43.</sup>  
<sup>44.</sup>  
<sup>1. Concl.</sup>  
<sup>De actione & passione intentionali.</sup>  
<sup>45.</sup>  
DPLEX est actio & passio; realis vna, intentionalis altera. De utraque breuiter.  
Dico 1. Accidentia Euchar. omnem actionem intentionalem, quam exercebant cōluncta proprio subiecto, exerceant extra illud. Fundam. principium formale huius actionis, per separationem à proprio subiecto, non variatur; sc. accidentia, quæ vel per species intentionales, vel immediate per se ipsa, vel per alia diuersa numero accidentia in medio producta, immutant intentionaliter sensus ad suicognitionem. Ex quo consequitur, eandem quoque passionem intentionalem accidentia Euchar. pati, quam anteà proprio subiecto inherenter: sc. eodem modo intentionaliter agunt in sensu; ergo eodem modo terminant cognitionem sensum, quod est intentionaliter pati. Nam per eandem formam obiectum & agit in potentiam cognitionis sui, & terminat actum potentiarum cognoscenciarum ad se, ut inductione constat, & ratio evidenter probat. Nam finalis causa; cur obiectum agat intentionaliter in potentiam, est, ut ab illâ cognoscatur: ut autem ab illâ cognosci possit, debet immutare potentiam per eam formam, quæ à potentia cognoscenda est; cùm non aliter obiecti cognitio fiat, quam per intentionalem assimilationem formæ cognoscendæ in potentia cognoscente.

Quoad actionem realem, triplex est actio accidentis; vna principalis, assimilatio sua; altera instrumentalis assimilatio substantiarum; tertia reparativa sui in proprio subiecto: has enim omnes experimunt.

<sup>46.</sup>  
<sup>De reali.</sup>  
<sup>47.</sup>  
<sup>Principali extra subiectum, in ipso.</sup>  
Dico 2. Accidentia Euchar, eandem actionem principalem assimilatiuam habent, & instrumentalem assimilatiuam propriarum substantiarum exerceant extra, quam exercebant in proprio subiecto. Fundam.

principium actionis principalis, per separationem à proprio subiecto, non variatur, cùm sit eadem forma accidentalis, quæ erat in proprio subiecto, quæ per separationem in virtute producendi sibi simile non minuitur, cùm hanc vim habeat ab intrinseca sua entitate: deinde et si ad talem actionem concurrat etiam substantia, nihilominus cùm etiam accidens separatum à propriâ substantiâ maneat naturale instrumentum substantiarum, debetur illi etiam à propriâ substantiâ separato concursus generatiuus substantiarum: ut inductione constat in omnibus accidentibus actiuis à propriâ substantiâ separatis, quæ etiam separata illam producunt, supplente Deo ut causa 1. concursum propriarum substantiarum. Vnde cùm accidentia vini consecrati èo usque aquam subi mixtam alterant, ut in eâ naturaliter introducenda esset forma vinitunc accidentia vini, supplente Deo, ut causa vniuersali, concursum formarum vii ni, introducunt in materiam aquæ sic dispositam, formam vini. A fortiori si cum Thomistis dicam, totum substantiam in virtute substantiarum; vel cum Scotistis, solas dispositiones accidentales, produci ab accidentibus, semper verum erit, eandem actionem instrumentalem in effectus substantiales exercere posse accidentia separata, quam possunt conjuncta: cùm etiam separata maneat instrumenta & virtus propriarum substantiarum; ac proinde actiua in virtute illius.

<sup>48.</sup>  
Supetest difficultas de actione reparatiâ, à quo principio illa in accidentibus Euchar. producatur, ut cùm species vini nimium frigescant reducunt se ad pristinum temperamentum, formarum vini debitum. Suppono autem nullum accidentis vim habere nisi intendendi in proprio subiecto; nec virtutem occultam, cùm etiam illa sit accidentis inten-sibile & remissibile; virtus autem indivisibilis, quæ tantum deseruit ut reducat accidentia in pristinum statum, sit ipsa substantia; nam ad huiusmodi actionem exercēdam, aliud fictitium est, & eminē superfluum; talis actio potest & debet in propriam formam substantialem reduci; cùm ad illam ut ad radicem & fundamentum totius esse compositi spectet, deperditum temperamentum reparare. Cùm igitur ab accidentibus Eucharisticis absit propria substantia, non poterit in illihuius actionis principium assignari. Vnde Caiet. & Ferrari. consequenter ad sua principia hanc actionem reducent ad quantitatem, quæ in sacram. quoad omnia succedit propriarum substantiarum. Verum refutatur <sup>supra</sup>. Alij illam reducunt in Dœum, ut causam 1. supplente defectum causæ 2. ex debito habetur. Sed contraria: cdm hæc actio sit tantum propriæ substantiam, ut in suo connaturali statu & temperamento seruetur, non proper accidentia, quæ ex quo bene conservantur cum uno, atque cum alio temperamento, cumque hic propria substantia absit, non videtur hic concursus accidentibus suparatatis à propriâ substantiâ naturaliter debitus. Nec est eadem ratio de concursu generatiuo substantiarum: nam generatio nouæ substantiarum spectat ad vniuersi perfectionem, quam Deus ut causa 1. conservat tenetur: & consequenter concursus ad generationem nouæ substantiarum accidentibus Eucharisticis est naturaliter debitus.

Dico 3. Principium huius actionis est solus Deus, non ut causa 1. agens ex debito naturæ, sed <sup>Sed ut pri-</sup> ut causa particularis operans ex suppositione insti-tutionis huius mysterij, quod decrevit ad meritum fidelium occultum seruat. Cùm igitur possit ex defectu talis actionis hoc mysterium naturaliter cognosci, ad illud occultandum, ut causa parti-cularis,

tularis, absque exigentia causæ & talem actionem restauratam temperamenti solus supplet.

Vtterius queri posset, an ad huiusmodi actiones obedientialiter concurrat corpus Christi. Affirmabunt fortè aliquicō fund. quod cūm corpus Christi his accidentibus succedat in munus & officium propriæ substantiæ, præstat, quidquid propria substantia præstaret, sublatiis imperfectionibus. Quæ sent, probabilis est, & congruentior eorum principijs, qui ad cæteras etiam actiones sacram, & miraculosas, docent Christi humanitatem obedientialiter concurrere. Iuxta nostra, quibus negavi, Christi humanitatem physicè concurrere ad actiones sacram, & miraculosas, neque ad has dicenda est, efficienter concurrere. Neque cūm dicitur corpus & sanguis Christi succedere in munus & officium panis & vini, intelligitur quoad omnia, sed solùm quoad id, quod necessarium est ad perfectam conversionem: ad hoc autem sufficit, si succedit, ut subiectum sustentatiuum, præcisâ inherentiâ: quia per hoc succedit, ut formaliter incompõibile cum substantiâ panis & vini sub ijsdem accidentibus. Superest de physica passione accidentium sacramentalium quæstio.

Duplex est passio physica; de accidentalis non est dubium, quin illius subiectum sit quantitas, in quâ non solùm recipiuntur accidentia, quæ fuerunt propria panis & vini, sed reliqua omnia, quæ ab extrinseco agente producuntur. Sola difficultas est de passione substantiali, quando ex speciebus consecratiois generatur aliqua substantia: quam passionem preced. disp. contra Ferrar. ostendi recipi, non in quantitate, sed in materia primâ, quæ in instanti ultimæ dispositionis naturaliter exigentis formam substancialem, prius naturâ à Deo creatur, ut ex eâ ab agente naturali educi possit forma substantialis: ad quam etiam in eodem instanti instrumentaliter concurrunt dispositiones antecedenter introducæ in quantitatem, quæ vñâ cum reliquis dispositionibus voitur materiae de nouo creatæ, sicque propria illius formæ, quæ de nouo gignitur. Cæterum hæc vñio quantitatis cum materia, vel fit per productionem vñionis ipsius cum materia perseverante eadem actione educiuâ, quæ conseruabatur separata à proprio subiecto, vel potius ut n. 39. per aliam actionem educiuam se ipsa immediatè copulantem, absque vñione distinctâ, quantitatem cum materia.

Infertur omnem actionem, vel passionem, quam exercere poterant accidentia coniuncta, posse etiam separata. Nam vel illa est accidentalis, cuius proximum principium est qualitas, proximumque subiectum quantitas, & idem erit virobique proximum principium & subiectum: Vel est substancialis, cuius instrumentale principium est accidens, principale vero substantia: atque huius quoque actionis idem erit virobique instrumentale principium. Contrà vero substancialis passionis neutrobique subiectum est accidens, sed materia, vel quæ præterat, ut in accidentibus coniunctis, vel quæ à Deo miraculose creatur, ut in separatis.

Quid de augmentatione, & diminutione quantitatis? Sed hæc vel fit per rarefactionem, & condensationem, quarum cūm proximum subiectum fit quantitas, idem erit virobique subiectum: Vel per acquisitionem nouæ, aut deperditionem antiquæ quantitatis: & cūm noua quantitas non acquiratur, nisi cum noua, nec deperdatur nisi cum antiquâ materiâ, à quæ quantitas naturaliter est insuperabilis, neutrobique datur subiectum passionis acquisitione nouæ, aut deperditione veteris quantitatis,

sed solùm vñionis, quâ noua quantitas vñâ cū nouâ materiâ voitur cū aliâ, vel corruptionis vñionis, quâ pars quantitatis simul cū parte materiæ separatur ab uno quanto, & vñit cum alio.

2. An per mixtionem alicuius liquoris, desinat sanguis Christi sub speciebus vini? si mixtio tanta sit. De mixtione & corruptione species vini, tunc dico desinere sanguinem Christi sub speciebus, sub quibus non manet, nisi quadruplè sub illis mansura fuisse propria substantia vini; secundus, si mixtio tanta non sit, ut corrupta species vini, sed solùm illas alteret accidentaliter, ut quando cum speciebus vini consecrati miscetur vinum non consecratum: nam tunc manet sanguis sub speciebus vini accidentaliter tantum alteratis. Neque ex eo, quod per talem mixtionem species in minutissimas partes dividuntur, desinet sub eis Christi sanguis: nam sicut sub illis non desinet substantia vini, quæ adhuc sub minutissimis particulis continuatis, vel contiguatis cum partibus admitti liquoris conservari posset; ita nec sub ijs definit Christi sanguis:

## DISPUTATIO XXIV.

### De forma Eucharistia.

#### SECTIO PRIMA.

In quibus verbis confiat essentialis forma consecrationis corporis & sanguinis?

**A** Liqua verba ex institutione Christi esse necessaria ad hoc sacram: confiendum, certa definitione Ecclesiæ, fundatâ in certâ traditione Apost. & Scripturâ Controversia est, an omnia, quibus de facto ad hoc sacram. confiendum vñimur, sint essentialia.

1. Certum est, nullum verbum subsequens formam consecrationis corporis, aut sanguinis esse necessarium ad validitatem sacram. quia statim prolatis verbis formæ, proponitur, adorandum sacram.

Contrà sentiunt Græci, necessaria esse ad consecrationem Corporis verba, *Quod pro vobis datus, filius tradetur*. Sed est manifestus error, solus n. Lucas inter Evangelistas, & solus Paulus inter Apostolos, hæc verba refert: cūm tamen omnes referre debeat essentialia formæ. Deinde ante conscriptum Euang. à Luca, & Epistolam à Paulo, Apostoli vrebantur formam corporis, quæ nunc vñitur Ecclesia Romana, quæ certâ traditione, ex Bellar. lib. 4. de Eucha. ca. 13. censemur à S. Petro conscripta: Denique illa non significant præsentiam corporis, in qua hoc sacram. consistit, sed supponunt illam factam per ea verba, *Hoc est corpus meum*.

Certum 2. nullum verbum antecedens formam corporis, aut sanguinis esse necessarium ad veritatem sacram. Fundam. ex Florent. in decre. de vñio Arme. verba, quibus hoc conficitur sacram. sunt verba Saluatoris, in cuius persona sacerdos loquens hoc conficit sacram. at nulla verba ex ijs, quæ formam præcedunt, sunt verba Saluatoris, nisi illa: *Accipite & manducate ex hoc omnes, bibite ex eo omnes*, quæ quia nec in persona Christi sacerdos enunciavit, sed tantum materialiter & recitatione narrat, nec, ut S. Tho. notat q. 78. ar. 1. ad 2. essentiam sacram. important, sed tantum vñsum, qui est extra essentiam Euchar. non possunt ad validitatem sacram. requiri.

Contra

5.  
Scotus cōtra

Contra hoc opinatus est *Scotus* in 4. dist. 8. qu. 2. §. de 2. qui quamvis putet, formam consecrationis corporis esse illam: *Hoc est corpus meum*, ad validitatem tamen sacram. censer esse præmittenda verba canonis, quibus aut omnibus, aut saltem aliquibus omissis hoc sacram. non conficitur: quia verba sacram. debent ex se, & vi propriæ significationis, & non tantum ex intentione minister significare, quod efficiunt: non possunt autem vi sua significationis exprimere, aut efficere corpus Christi, sine præcedētibus verbis *Canonis*, quia pronomen *Mē*, nisi connectatur cum verbis præced. quibus significatur illud proferri in personā Christi, vi suā demonstrat personam loquentis, vt si proferas hæc verba absolute sine connexione cum alijs verbis antecedentibus, *Mea doctrina est ista, ex vi sermonis referuntur ad personam loquentis*, quantumcumque intendas, te illa proferre in persona Christi. Quæ sint hæc verba canonis, quæ necessariè sunt præmittenda, non explicat *Scotus*, in particulari, sed tantum vniuersaliter docet, ea verba esse necessaria, ex quibus vi sermonis haberi potest, quod verba formæ proferantur in persona Christi. Vnde non sine causa, inquit, *Ecclesia totum Canonem Missæ connectit ab illo loco, communicantes usque ad sup. pllices te rogamus*. Alij affirmant necessaria esse verba; *Qui pridie, quam pateretur &c. aut saltem illa; Accipite & comedite ex hoc omnes: eò quod illa sint verba Christi, quæ integrant unam completam orationem sacram*. Sed utraque opinio communiter reiicitur; nam ut verba huius sacram. proferantur in personā Christi, non pendent ex verbis anteced. sed ex intentione, quam postulat veritas formæ à Christo institutæ; etenim hoc ipso, quod verba formæ proferuntur ut vera, necesse est proferri in personā Christi. Neque est par ratio de exemplo *Scoti*; nam verba, quæ *Scotus* affert, non sunt instituta, ut quoties proferuntur ut vera, proferantur in personā Christi, sicut sunt instituta verba sacram. Ut si Rex statueret aliqua verba, quæ quoties dicerentur à regio consilio, repræsentarent personam Regis, hoc ipso, quod illa postea proferrentur à consilio regio, absque alijs verbis, quibus significaret se loqui in personā Regis, in actu exercito consilium talia verba proferens, repræsentaret personam Regis. Vnde concedo *Scoto*, verba sacram. ex vi sermonis præcisè non referri ad personam Christi, sed adiunctā institutione Christi, & intentione, quam postulant verba ipsa prolata, ut vera à legitimo ministro.

7.  
Particula  
Enim, non  
pertinet ad  
essentiam  
formæ.

3. Certum est, particulam, enim, non pertinere ad essentiam formæ, ut docet *Catech. Rom. de Eucar.* & omnes fere DD. quia nec illa additur ab omnibus Euang. sed solùm à *Matthæo* in formâ calicis; nec significat aliquid intrinsecum & essentiale sacramento, sed solam coniunctionem verborum subsequentium cum præcedentibus, quæ connexione necessaria non est ad validitatem sacram. ut suprà. Ex quo sequitur, sola verbâ, *Hoc est corpus meum*, esse formam essentialem consecrationis panis, quia sola sufficenter exprimit præsentiam corporis Christi sub speciebus panis. Vnde ea tantum præsumuntur, ut lata à legitimo ministro super debitâ materiâ, cum intentione causant conuerzionem panis in corpus Christi.

Grauior controversia est de formâ calicis, an omnia verba in ea contenta sint de essentia consecrationis. 1. *Sent. S. Doct. 3. p. q. 78. a. 3. Alberti in 4. dist. 8. a. 7. Heruei q. 4. Palud. q. 3. a. 2. concl. 2. Caprol. q. 1. concl. 6. Richard. a. 3. q. 2. Argent. q. 1. a. 2. g. tertia, Sylvest. v. Eucar. 2. fine, Armilla eod. v. n. 54. Tā-*

bien. ibid. i. n. 51. Petri *Sotii de Eucar.* lett. 2. affirmantum, omnia verba in forma calicis contenta esse de essentia sacram. Fundam. S. Doct. quo teli qui vuntur, est: quia omnia verba, quæ in forma sanguinis subsequentur pronomen *Mē*, sunt quædam determinations prædicti, quibus exprimitur virtus sanguinis Christi in passione effusi. Nam per *Tō Nōs & ēterni testamenti*, exprimitur hereditas ēternæ vitæ; per *Tō Mysterium fidei*, iustificatio nostra, quam fides operatur charitate perfecta: per reliqua tum sacrificium passionis, tum remissio nostrorum peccatorum. Ergo omnia pertinent ad integratam locutionis per tales propos. expressam: quia tota manet suspensa, donec omnia illa profrantur. Confirmat dupli signo. 1. quia omnia verba profert sacerdos eodem ritu & ceremonia, calicem manibus tenendo. 2. quia *Luce. 22. verba posteriora interponuntur prioribus*, hoc modo: *Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine*. Accedit *Catech. Pij V.* in quo omnia verba dicuntur forma sacram. iussu cuius in *commentariis Rorarianis* expunctum est commentum. Cœlit. in ar. 3. cit. qu. 78. i. quo *S. Thomas* sententiam deferebat.

De hac sent. dubitat *Scotus* in 4. dist. 8. q. 2. a. 2. ubi docet, periculum esse, in hac re aliquid certi assertere; sed tunc esse, omnia verba *Canonis* à principio ad finem usque distinctè legere, cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia: præsertim cum nullum sit periculum ignorare, quæ sint præcisè verba formæ vniuersaliter sacram. ad illud validè cōficiendum: ibique confutat nonnullos.

**Secunda** docet, sola verba, *Hic est calix sanguinis mei*, esse de essentia formæ consecrationis calicis; reliqua tantum esse necessaria necessitate præcepti, saltem in *Ecclesia Latina*: *Alens. 4. p. q. 10. me. 4. a. 2. q. 4. Bonau. in 4. dist. 8. p. 2. a. 1. q. 2. Durand. q. 2. Arreol. q. 2. a. 4. Major. q. vn. init. Marfil. q. 6. a. 1. p. 1. s. 2. videtur, Palati disp. 2. concl. 2. Gabriel. lett. 53. in Can. lit. P. Caiet. cit. q. 1. impress. Lugdu. Nugiez. & Coninck ibid. q. cit. a. 3. Suar. disp. 60. sect. 1. Vasq. dis. p. 193. c. 3. Bellarm. l. 4. de Eucar. c. 14. Sà v. Milla n. 4. Syluij 3. p. q. 78. a. 3. &c.*

Prob. 1. sola hæc reperiuntur apud omnes Euang. & Liturgias sanctorum; reliqua apud nullū Euang. nec approbatam liturgiam, ut sunt tria illa, *Mysterium fidei*, & *eterni*; ne in *S. Basili* quidem, quæ dictata censerter ab angelo, præterquam in *Romana & Moçarabica* leguntur: vel certè non omnia narrantur ab omnibus Euang. cum tamen ab omnibus referantur priora verba conuerzionem exprimentia. Aut igitur non singuli Evangelistæ referunt essentia verba formæ, quod credibile non est, cum singuli narrent historiam continentem institutionem & præceptum faciendi, quod fecit Christus, ut constat ex verbis *Luce*, & Pauli tradentis Corinthiis, ex mandato Dei, formam & ritum consecrandi. *Hoc facite in meam commemorationem*: Aut tota Ecclesia Græca, cum tot antiquissimis Patribus errat, qui in consecratione calicis omittunt, *Nōs & ēterni testamenti*, & *Mysterium fidei*: quem sane errorem permittere non posset Romana Ecclesia, si censerter, ea verba necessaria esse ad consecrationem, quin oppositum videtur supponere. *Florent.* in decreto, quo docet, vnumquemque sacerdotem recte confitens iuxta sua Ecclesiaz consuetudinem. Nec ullam legitur cum Græcis de hac re controversiam Concilium habuisse. Dicere autem cum *Capreolo*, aut illam cum tot Patribus in consecratione calicis errare, aut cum ea Deum ex peculiari dono dispensare, est, aut Romanam Ecclesiam fogillare, quæ tam intolerabilem errorem permitteat,

Vide etiam  
p. 7 de matro. ob  
suct. 2. n. 77. infor  
matio  
ci. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.  
Tres cele  
briores sent.

permittat, aut diuersas in diuersis Ecclesijs formas saccatae, inducere: quod maximum esset incommodum, & occasio Schismatis inter fideles.

Prob. 2. in forma corporis, verba, *Quod pro verbis tradetur, non sunt essentialia: ergo nec in forma calicis verba.* Qui pro vobis effundetur, cum eodem modo illa, atque haec determinent praedicatum propositionis per traditionem corporis, & effusionem sanguinis. 3. Haec verba ab alijs praecisa, sufficiunt exprimunt conversionem vini in sanguinem, sc. presentiam sanguinis sub speciebus vini: ergo ea sola sufficiunt ad consecrationem calicis: quia verba sacramentalia efficiunt, quod significant; si sola priora significant conversionem vini in sanguinem, illam independenter a subsequentibus efficiunt, statim ac eorum significatio compleetur.

Tertia Sotis in 4. dist. II. q. 1. ar. 3. Ledej. in I. p. quarti, qu. 19. ar. 3. docentium, verba essentialia formæ calicis esse sola illa: *Hic est calix sanguinis mei, taliqua esse tantum de substantia & integritate formæ; quia ex intentione Ecclesiae omnia contutunt ad consecrationem;* ita manus est de substantia hominis, non de essentiâ: 2. Pronomen *meum,* longissimâ temporis morâ prolatum, totum concurreter ad consecrationem, cum tamen minor temporis mora sufficeret: 3. ubi Baptismus celebratur sub trinâ mersione, omnes mersiones sunt de integritate, & concurrent ad effectum Baptismi, qui non producitur, nisi ad postremam; & tamen non omnes sunt de essentiâ; nam si quis intendet per vocem tantum baptizare, perficeret sacram. 4. pronomen, *Ego,* in formâ baptismi, aut penitentia, non est de essentiâ, & tamen cum profertur, est de substantia & concurrit ad effectum; sicut particula *Enim,* in utraque formâ Euchar. 5. in sacramento pœnit. confessio unius peccati. ve- dialis, est sufficiens ad essentiam sacram. in eo, qui caret conscientia mortalis; & tamen si fiat confessio pluriū venialium, tota erit de substantia, & integritate confessionis.

Sed haec opinio probabilis non est: nam aut prolatis primis verbis, sit conuersio, aut non: si sit: ergo quæ subsequuntur non sunt necessaria, ac proinde non magis illa erunt de substantia formæ calicis quam de substantia corporis erunt haec: *Quod pro vobis tradetur:* Si non sit; ergo sunt necessaria, ac proinde essentialia, non minus, quam priora conuersioem experientia. Igitur quidquid est necessarium ad perficiendum sacram. est etiam de essentia formæ sacram. & quidquid non est necessarium, nec est de substantia: quia essentia & substantia in formis sacram. quæ non habent esse, nisi ex institutione Christi, coincidunt in uno.

Nec satisfacit Sotus; ideo verba illa dici de substantia, non de essentiâ formæ calicis, quia in arbitrio consecrantis est, vel per illa, vel sine illis conuersioem efficere. Quia ut verba sacram. efficiant, quod significant, non pendunt ex intentione ministri, aut Ecclesiae, sed Christi, unde si Christus instituit, ut per omnia illa consecratio perficiatur, etiam si minister intendat per sola prima verba consecrare, non consecrabit. Contrà verò, si Christus instituit, ut per prima tantum verba perficiatur sacram, non erit in voluntate ministri, aut Ecclesiae conuersionem suspendere usque ad postrema verba. At dicit Sotus, totum hoc factum esse ex diuinâ institutione, ut si velit, possit minister primis dumtaxat verbis conuersionem efficere: sub precepto tamen teneri, ut per omnia verba formæ consecrationem, intendat. Sed hoc voluntarium est, cum nullum habeat in reliquis sacram. exem-

plum, in quibus tota substantialis perfectio & efficiacia pendet à voluntate Christi, certa verba forma determinantur. Alioqui similiter dicere quis posset, in arbitrio baptizantis, esse, vel per omnia, vel per prima tantum verba baptistini, effectum experientia, perficere sacramentum.

Dicō: nec sola prima verba conuersione experientia, nec reliqua omnia subsequentia, sacramenti effectus significantia, sed illa duntaxat, quæ vna cum vini conuersione sanguinis etiam pro nobis effusionem significant, esse de essentia consecrationis calicis. Ratio: Ea verba sunt de essentiâ minoris formæ calicis, quæ adquæ exprimunt naturam sacram. sed etiam sacrificij: nequit autem exprimi natura sacrificij, nisi per sanguinis effusionem; sicut nec natura sacram. nisi per sanguinis presentiam sub speciebus sensibilius vni. Utique igitur verba erunt de essentia formæ calicis, & quæ sanguinis presentiam sub speciebus sensibilius, & quæ sanguinis effusionem significant. Maior constat, v. g. quia institutus est baptismus ad profundam fidem, de essentiâ formæ ipsis non modò sunt verba, quæ effectum sacramento proprium significant, sed quæ personatum etiam Trinitatem, quod poteſtum est Christianæ fidei mysterium, exprimunt. 2. ad hunc finem addita sunt verba sacramentis nouæ legis, ut explicitè significant, quod sacramenti natura implicitè dicit. Vnde non sufficit, ut solis rebus, sed etiam verbis, natura sacramenti explicetur. Minor constat i. ex verbis Christi: *Hoc facite in meam commemorationem.* Luc. 22. quibus teste Trident. Jeff. 22. can. 2. Christus ordinavit, ut ipsius corpus & sanguis ab Apostolis, & oculisque successoribus in sacrificium offerretur: 2. ex Trident. ibid. can. 1. ubi definit in Missa non solidum dari nobis Christum ad manducandum, sed etiam in ea offerri Deo verum & proprium sacrificium: 3. ex forma, qua sacerdoti traditur potestas in corpus & sanguinem Christi; & solidum exprimitur natura sacrificij, ut principalis finis Euchar. Accipe potestatem offerendi sacrificium in Ecclesia pro viuis & defunctis. 4. ratio sacrificij est nobilior, quam ratio sacramenti: nam illud immediatè respicit Deum, in cuius dominij & excellentiæ recognitionem offeretur hoc sanctitatem nostram: ergo principalius à Christo intenta fuit ratio sacrificij, quam sacramenti. Subsumpta prob. teste Paulo ad Hebr. 9. sacrificium in sanguinis effusione compleatur & consummatur. Quia per victimam, quæ in sacrificium Deo offerimus, protestantur illam esse authorem vitæ & mortis: nec illa est apta ad id protestandum, nisi per sanguinis effusionem: quendiu n. animal non immolatur per sanguinis effusionem, non representat dominium, quod Deus habet in vitam & mortem omnium. Cum igitur utraque ratio & sacramenti, & sacrificij, ex institutione Christi sit de essentiâ huius mysterij, non poterit una perfici absque aliâ.

Nec dici potest, prius perfici sacram. per vini in sanguinem conuersionem, quæ ad sacrificium presupponitur, tum sacrificium per verba experientia sanguinis effusione: 1. quia hoc dicimus potest de baptistero, qui non prius perficitur in ratione sacram. quam in ratione protestationis fidei. 2. Non perfici sanguinis consecratio ex modo, quo si per separatum sacramentum sacram & in cruentem à corpore, est te ipsa ex institutione Christi perfectum & completum sacrificium altaris; sicut per realem & cruentam separationem sanguinis à corpore consummatum fuit sacrificium crucis, quod ab illo representatur.

T

Prob. 2. à paritate.

3. Ratione

3. Sem.

Ledejana.

Codr.

Fuga Sotis  
occurredit,

Dicr.

Contra

P. Amici Tam. VII.

20.  
Sensatio-  
vera.

Minor af-  
sumptu.

Subsumptu.

A priori.  
Assumpta  
constat.

21.  
Subsumptu  
minor prob.

Non perfici  
prius sacra-  
mentum in  
Eucban.

tut: ergo id non sit ante prolationem verborum, perfectum sacrificium experimentum: quod crucis sacrificium representat. Quia quando effectus sacram. includit aliquid, quod significatur à forma sacram. non ponitur in re, nisi proferatur tota forma, à qua talis effectus significatur: cùm n. forma sacram. efficiant, quod significant, nunquam eorum effectus ponuntur in re, nisi ponatur ipsorum significatio, per quam formaliter causantur. Cùm igitur consecratio sanguinis sit effectus formæ sanguinis, includatque re ipsa ex Christi institutione naturam perfecti sacrificij, non potest re ipsa ponere ante prolationem totius formæ quæ perfectum sacrificium significat. Confir. Non minus Eucharistia causatur à verbis formæ in ratione sacrificij, quam sacramenti, cùm ad utrumque significandum sint pariter adiuncta verba, at in ratione sacram. non causatur, donec proferatur tota forma, à quâ exprimitur in ratione sacram. hæc n. in ratione causatur à formâ, quatenus ab illâ significatur. Ergo neque causatur in ratione sacrificij, donec proferatur tota forma à quâ exprimitur in ratione sacrificii. Ergo si consecratio sanguinis, ut sacramentaliter separati à corpore re ipsa ex institutione Christi est perfectum sacrificium, non ponetur, donec proferatur tota forma illud significans.

<sup>24</sup> Hoc confirmat exemplum baptismi, cuius forma, Ad paritatem baptisimi & confirmationis. quia non solum significat gratiam regeneratim, quam causat, sed etiam fidei protestationem, ad quam protestandam specialem confert gratiam, non solum ad suum effectum causandum concurrit per verba experimentia gratiam generativam, sed etiam per reliqua, fidei protestationem significativa. Nec autem confert gratiam generativam, quam omnia ipsius verba, etiam fidei protestationem, experimentia, effervescit: cùm ramen non ita intrinsecè & per se gratia generativa includat fidei protestationem, sicut sanguinis consecratio à corpore sacramentaliter separati naturam perfecti sacrificii.

<sup>25.</sup> Verba essentialia forma calicis. Ex his colligo, hæc omnia & sola esse de essentia formæ calicis: *Hic est calix sanguinis mei, qui pro vobis & seu pro multis effundetur;* reliqua vero esse tantum accidentalia, quibus adhuc non prolatis, fieret consecratio sanguinis: tum quia hæc sola & omnia referuntur à singulis Euang. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Tum quia ea in omnibus approbatis liturgiis reperiuntur; in S. Iacobi: *Hic est sanguis meus noui Testamenti, qui pro vobis & multis effunditur & datur in remissionem peccatorum;* In S. Marc. *Hic est enim sanguis meus noui Testamenti, qui pro vobis & multis effunditur, & distribuitur in remissionem peccatorum;* In S. Basili; *Hic est sanguis meus noui Testamenti, qui pro vobis & multis effundetur in remissionem peccatorum;* In S. Chrysostomi, *Hic est enim sanguis meus noui Testamenti, qui pro vobis & plurimis effundetur in remissionem peccatorum;* In Ethiopum, Authore Mattheo: *Hic est calix sanguinis mei, qui pro vobis effundetur, & pro redemptione multorum;* Amen: In Mozarabum, cuius sanguinis forma est eadem, quam Romanæ. Porro hæc in eadem verba conspiratio certum testimonium facit, ea esse de essentiâ formæ calicis: alioqui sicut à singulis omissa sunt quædam verba non essentialia, ita ab aliquo Evangelista, vel in aliqua liturgia omissa fuissent hæc, ut non necessaria ad consecrationis validitatem.

<sup>26.</sup> Liturgia S. Petri. Obiectes 1. In liturgia S. Petri sine 1. to. Biblioth. Patrum, non habentur, nisi hæc verba pro calicis forma: *Hic est sanguis meus;* non effundetur. Resp. non esse authenticam; quia dicunt tantum edita

studio Guliel. Lindani Episc. Gandav. nec ullus antiquus de illa mentionem facit: maximè quia in ea pro formâ corporis, ponuntur illa, *Quod pro vobis frangitur.* Verosimile autem non est, hæc formâ usum fuisse primum Christi Vicarium: alioqui eadem usi fuissent Pontifices ipsius successores, qui ad normam Petri, ut ex immmediata Christi instructione hæc ipsa exequentis, vñanimi consensu se conformant. Vnde certum mihi est, Petrum non aliâ pro calicis forma usum faire, quam modo utitur Romana Ecclesia, quæ constantissimè secuta est Petri vestigia: Bellarm. lib. 4. de Eucbar. cap. 13.

<sup>27.</sup> Obiectes 2. cap. Quia corpus de consecr. dist. 2. Cypria. de Cœna Dom. Ambros. lib. 4. de sacram. cap. 5. Damasc. lib. 4. fidei cap. 14. qui pro forma calicis assignant solum hæc: *Hic est sanguis meus.* Resp. 1. hæc non assignari, ut sufficientia ad Euchar. nisi sub intellectu reliquis, quæ ad sacrificium experimentum necessaria sunt, & breuitatis causa omituntur, ut constat ex Damasc. qui prius omnia hæc assignauerat: *Hic meus est sanguis noui Testamenti,* qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum, 2. concedi potest hæc tantum verba ab his Patribus assignari ut sufficientia ad Euchar. interim oppositam sententiam non improbando, quam censco probabiliorem, ob assinaram rationem.

<sup>28.</sup> Obiectes 3. Paulum 1. Corintib. 11. ibi pro formâ calicis assignat tantum illa: *Hic calix nouum Testamentum est in meo sanguine.* Resp. ibi Paulum non prescribere formam huius sacram. alioqui non addidisset in forma corporis, *Quod pro vobis tradetur;* sed tantum voluisse Corinthios docere, se hæc à Christo accepisse. Vnde potius veriusq; sacram. supposita, eos adhortatur ad dignâ perceptionem.

<sup>29.</sup> Obiectes 4. Non est hæc sacrificii expressio necessaria in formâ corporis: ergo neque in formâ sanguinis: cùm non minus ad sacrificium incruentum Missæ, concurred corporis, quam sanguis: sicut ad sacrificium cruentum crucis, cuius hoc est realiter expressivum, non minus concurred corporis, quam sanguis. Resp. neg. conseq. quia corpus ad sacrificium concurred inchoatiè, sanguis completiè: nam ex Paulo, sacrificium in sanguinis effusione consummatur: igitur potius expressio sacrificii fieri debuit in sanguine, quam in corpore, quia corpus tantum inchoat, sanguis compleat sacrificium.

<sup>30.</sup> Obiectes 5. Sufficit, ut in hoc sacram. ratio sacrificii exprimatur per separationem sacram. sanguinis à corpore, quæ maior est, & expressior, quam per verba. Resp. neg. assump. nam in reliquis sacram. non sufficit, ut effectus sacram. exprimatur solis rebus, sed requiritur, ut etiam exprimatur verbis significantibus id ipsum, quod res representant. ergo nec sat. erit ad sacrificium nouæ lecis exprimendum sola expressio verborum, sed requiritur præterea significatio verborum, cum non minus significatio sacrificii, quam sacram. in noua lege ordinata sit ad instituendos Christi fideles.

<sup>31.</sup> Obiectes 6. In Pœnitentiâ non sunt necessaria illa, A peccatis tuis, quia peccata confessa sufficienter intelliguntur materia, in quam cadere debet absolutione hæc & nunc: sed sufficienter hæc, Absoluo te: ergo nec in Euchar. sunt necessaria illa, Qui pro vobis effundetur, quia sufficienter intelligitur ratio sacrificii in cruenti in Missâ per solam sacram. separationem sanguinis à corpore; sed sufficienter hæc: *Hic est sanguis meus.* Resp. quidquid sit de antecedente quo to. seq. nego conseq. nam positâ peccatorum confessione, sola illa, Absoluo te, sufficienter ac determinatè exprimunt naturam huius sacram. quam est confessa peccata remittere. At etiam positâ sacram.

tà sacram. separatiōne corporis à sanguine, non sufficiēt per sola verba. *Hic est calix sanguinis mei*, exprimitur natura sacrificij; quippe quæ significare possunt solam naturam huius sacram. quæ per modum perfecti conuiuij continet cibum separatum à potu: ut igitur determinatè significant naturam sacrificij, debent determinati per subsequentiā; *Qui pro vobis effundetur*, quibus tantum determinatè exprimitur natura sacrificij. ut distincti à natura sacramenti.

36.  
Ad Conclu-  
tionem.

*Obiectio 7. ex Florent.* habetur, formam huius sacram. esse verba Salvatoris, quibus sacerdos in personā Christi loquens conficit hoc sacram. sed verba illa, *Qui pro vobis*, vel *pro multis effundetur*, non profert sacerdos in persona Christi, enunciatiū, sed recitatiū tantum; cùm non amplius Christi sanguis sit effundendus: solum autem ea in persona Christi sacerdos enunciat, quæ enunciatiū profert. Resp. neg. minor. sacerdos n. non solum induit personam Christi in proferendis verbis formæ enunciatiū supra præsentem materiam, sed etiam constituendo se per implicitam & generalem intentionem præsentem temporis, quo illa fuerunt à Christo prolatæ: ita verè & enunciatiū dicit, *Hic est calix sanguinis mei, qui pro vobis effundetur*, ut in fratre sett. 4.

37.

Eucar. non  
est solum  
propriatorū  
sacrificium.

*Obiectio 8.* Sequeretur, etiam necessaria esse verba, in remissionem peccatorum: nam illa exprimunt naturam sacrificij propitiatorij. Resp. nego sequel. Ad Prob. hoc sacrificium ex suâ institutione non limitatur ad sacrificium propitiatorium, licet hoc sit in eo principale; sed extendit se ad omne genus sacrificij, quod potest pro nobis offerri; quod satis exprimitur per illa, *Qui pro vobis effundetur*.

38.

*Obiectio 9.* Sacrificium non constat ex verbis, sed rebus solis; per hoc n. differt à sacram. ergo ad illud exprimentum non sunt necessaria verba, sed sufficientes res. Cùm igitur sanguinis consecratio sacramentaliter à corpore separati sufficienter representet naturam sacrificij cruentis in cruce persecuti, non erant necessaria verba ad illud exprimentum. Resp. dist. conseq. non sunt necessaria verba in hoc sacrificio, ut sacrificium est formaliter, concedo; ut sacramentum est, nego: est autem sacrificium formaliter, quæ offeruntur Deo; sacramentum, quæ significant nobis: nec solum nobis exprimitur ut sacramentum est, hoc est, ut est sanctificativum animarum, sed etiam ut protestarium est increati dominij: Si igitur verba baptismi non solum significant sanctam regenerationem animarum, sed etiam Christianæ fideli professionem. Esto igitur ad hoc sacrificium non requiriuntur verba; quæ protestarium est diuini doctriñ & excellençias, & ad hoc sufficiente tantum res: requiriuntur tamen, ut hæc ipsa protestatio exprimatur nobis: sub qua formalitate induit rationem sacram. Nam ultimatè hæc sacrificij significatio ordinatur ad nostram eruditionem, quod est proprium sacramenti. Quia verò verba sacram.

Car ad sa-  
crificij suffi-  
ciens res, nō  
ad sacram.

& significant, & causant suum significatum, verba hæc non solum significant sacrificium, sed illud etiam causant: Ratio: sacrificij dirigitur ad Deum, qui non ēget verbis, ut nos intelligat: sed sufficientes res ad ipsum colendum ordinant. Sacramentum dirigitur ad nos, qui expressius per verba, quam per res intelligimus & eruditur. Vnde alijs terminis dic, verba non requiri ad sacrificium ut sic, sed ad sacrificium Euang.

41.

*Obiectio 10.* Sola verba conuersa calicis non solum p̄pondit sanguinem mysticè separatum à corpore, sed etiam significant illum, ut mysticè à corpore separatum: ergo sufficienter explicant illum

P. Camici Tomus VII.

in ratione sacrificij: natus sicut integræ natura sacrificij, consistit in separatione sanguinis à corpore victimæ; ita expressa significatio separationis sanguinis à corpore victimæ sufficiēt explicitat naturam sacrificij. Sicut quia natura sacramenti pœnitentia consists in gratiâ remissiâ peccatorum, expressa significatio remissionis peccatorum sufficienter & adæquatè explicat eius naturam; cùm verba in sacram. non debeant plus exprimere, quam res sacram. exprimunt. Antec. prob. verba conuersa calicis non solum constituant sanguinem sub speciebus vini à speciebus corporis separatis, sed etiam visus significationis formalis non important, nisi solum sanguinem ut distinctum à corpore: ergo etiam significant illum ut mysticè separatum, quia efficiunt illum mysticè separatum, significando illum mysticè separatum. Resp. neg. conseq. Nam esto sola verba experimentia conuersione significant etiam actionem, quæ mysticè inter se separantur; adhuc nego, per hæc sufficienter exprimi naturam sacrificij: quia etiam actio mysticè separans sanguinem à corpore in altari, est de se indifferens, ut sit separativa per modum cibi & potus tantum, vel etiam per modum sacrificij: ergo ut sit mysticè separativa etiam per modum sacrificij, debet exprimi per Td Effundetur: quia in formâ calicis non est aliud verbum, quod possit actionem illam determinare ad actionem etiam sacrificiavam; id enim verbum perfectè explicat actionem, qua victimæ immolatur.

Cur nō suffi-  
ciente solum  
verba conuer-  
sa, etiam si  
concedantur  
significare  
separationem  
corporis à  
sanguine.

*Obiectio 11.* Cultus Dei est de intrinsecâ naturâ sacrificij, cùm omne sacrificium essentialiter dirigatur ad cultum Dei: & tamen in hoc sacrificio non exprimitur cultus Dei: ergo non erit necesse, exprimâ naturam sacrificij. Contra verò Td Pro vobis, seu pro multis non pertinent ad essentialiam sacrificij: ergo frustra ponuntur ut essentialiter integrantia formam calicis. Resp. dist. minor. cultus Dei in hoc sacrificio non exprimitur explicitè & in se, concedo; implicitè & in alio, nego: nam exprimitur per Td pro vobis, vel pro multis. Nam hoc ipso, quod offertur pro nobis, seu in bonum, & emolumen- tum nostrum, cedit in cultum & honorem Dei. Imo non potest in bonum nostrum offerri, nisi dirigatur in cultum Dei. Exterum potius expressa est relatio in bonum nostrum, quam in cultu Dei: quia cultus Dei est ratio genericâ essentialiter imbibita in ratione specifica. Qui modus exprimendi setatur in omnibus sacram. in nullo enim exprimitur genericâ ratio sanctitatis, quam quodlibet per se confess, sed sola specifica, in quâ includitur genericâ & ut in Baptismo ratio ablutiva peccati; in Confirmatione ratio roborativa gratiæ, in Pœnitentiâ ratio remissiva peccatorum, in Ordine potestas dignæ offerendi sacrificium, in Extremâ-vocatione ratio deletiva reliquarum peccatorum. Unde nego, respectum ad bonum nostrum non pertinere saltem secundariò ad essentialiam huius sacrificij: cùm Christus illud instituerit secundariò propter bonum nostrum, ut colligitur ex verbis, quibus illud expressit. Atqui eodem modo, inquires, dici posset, implicitè tantum exprimi actionem effusivam sanguinis per sola verba conuersa calicis, sicut implicitè exprimitur cultus Dei. Sed neg. antet. nam per Td Effundetur, exprimitur ratio sacrificij implicititer, quia per illud primo determinans actio constitutiva sanguinis sub speciebus vini, quæ de se erat indifferens, ut esset vel sola actio refectiva animarum, veletiam sacrificativa, ut sit etiam pro actione sacrificiavâ. At verò sine expressâ significacione cultus diuini, haberet

T 2

ratio

## S E C T I O . II.

An eisdem verbis Christus consecrat, quibus nos consecramus?

**P**RIMA sent. negat: *Innocent. III. lib. 4. de myst. Missa c. 17. Mayre. in 4. diff. 8. q. vñ. art. 5. fine, &c.* <sup>Si. Negat.</sup> quos citat *Vasqu. disp. 19. c. 1. & Salmeron. l. 9. tract.* 13. qui hanc eahdem sent. pluribus confirmat rationibus, & omnia argum. soluit; non quod probabilem existimet, sed ut clarius appareat veritas oppositæ, ut fine tractatus testatur: *Hec idcirco tam latè à me allata sunt ad hanc firmam sententiam, non quod post Concilij Florent. decretum, tam unanimitate in Scholis receptum, & dnrè ab Aduers. explicatum, tunc eam existimem; sed ut video, quibus se tueantur rationibus, & eis per te ipsum facilem dissolutis, in ea sent. permaneas, qua eadem formæ nos dicit consecrare, quâ Christus ipse consecravit. Hæc Salmeron: qui hanc sent. non existimat tutam; licet ut probabilem proposuerit.*

**P**rob. 1. ex *Matt. 26. Canantibus autem eis.* <sup>ss.</sup> *Accipit Jesus panem, & benedixit, ac fregit, deditq; Discipulis suis, & ait: Accipite & comedite, Hoc est corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus &c.* <sup>Prob. 1. but sens.</sup> Porro verba, *Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus, sunt tantum indicantis, quid panis, qui ad manducandum; quid ve vinum, quod ad bibendum dabatur, continet: non consecrantis & transmutantis panem in corpus, & vinum in sanguinem; quia non est probabile, Christum prius panem fregisse, eumq; Discipulis dedisse, ut textus docet, quam eum consecrassæ, cum consecratio præcedat fractionem, & sacramenti prolationem.*

2. *benedictio Christi in panæ & vinum antea facta, non fuit inanis, sed efficax, ut fuit benedictio super quinque panes Matt. 14. & super septem Matt. 15. quæ statim panes multiplicauit: Igitur per illam, non per verba subsequentia, Christus consecravit: 3. verbum substantium, E&B, non significabat fieri corporis, sed illud supponens factum, tantum ostendebat Apostolis. Confir. apud Marcum 14. non solum benedictio panis & vini præcedit verba, corpus & sanguinem exprimentia, sed verba ipsa sanguinem exprimentia ponuntur post sumptionem sanguinis: Et biberunt, inquit, ex illo omnes: & ait illis: Hic est sanguis meus &c. Et apud Luc. 22. Christus prius dedit calicem dividendum inter Discipulos, quam hæc verba proferret. In reliquo sacram. Christus non est usus verbis, quibus nos utimur: nam nec baptizauit, aut*

<sup>56. Confirm.</sup> *confirmauit, aut à peccatis absolvit, aut Apostolos sacerdotes consecravit, eadem formâ, quam nos: Matt. 9. peccata Paralytico dimisit illis verbis: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua: Luc. 7. Magdalena: Remittuntur tibi peccata tua: Sanato in probatica piscina: Ioan 5. Ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne determini tibi aliquid contingat: & Luc. 22. Presbyteratum Apostolos contulit, teste Trident. sess. 22. Cano. 2. illis verbis: Hoc facite in meam commemorationem: qua tamen forma non utuntur Episcopi, cum sacerdotes consecrant; quin Eucharistiam Christus sola benedictione consecrit, quando sumendum dedit duobus Discipulis in Emmaus Luc. 14. Accepit panem & benedixit, ac fregit, & porrigit illis. Confirm. Christus in instituendis sacram. utetur potestate excellentiæ, quæ non erat addicta verbis, ut potestas ministerialis, quam Ecclesia communicavit: igitur alio ritu & ceremonia hoc*

<sup>57. Prob. 4.</sup> *verbis: Hoc facite in meam commemorationem: qua tamen forma non utuntur Episcopi, cum sacerdotes consecrant; quin Eucharistiam Christus sola benedictione consecrit, quando sumendum dedit duobus Discipulis in Emmaus Luc. 14. Accepit panem & benedixit, ac fregit, & porrigit illis. Confirm. Christus in instituendis sacram. utetur potestate excellentiæ, quæ non erat addicta verbis, ut potestas ministerialis, quam Ecclesia communicavit: igitur alio ritu & ceremonia hoc*

46.  
Inßac.

Rep.

47.  
Ad funda.  
1. sent.

48.  
Ad Catech.  
Rox.

49.  
Ad argu.  
10. sent.

50.  
Ad argu.  
10. sent.

51.  
Ad argu.  
10. sent.

52.  
Ad argu.  
10. sent.

53.  
Ad argu.  
10. sent.

ratio sacrificij simpliciter, per respectum effusio-  
nis sanguinis in bonum nostrum. Instabis: etgo sal-  
tem non sunt necessaria illa, pro vobis, seu pro mul-  
tis: cum satis natura sacrificij exprimatur per rō  
Effundetur. Sed neg. conseq. nam nisi exprimatur  
finis, in quem sanguinis effusio dirigitur, ratio sa-  
crificij non exprimitur, cum possit sanguis effundi,  
& non per modum sacrificij, si nimis in nullius  
cultum, & emolumentum effundatur. Ut igitur  
significaretur, quod talis effusio futura erat per  
modum sacrificij, explicata fuit per respectum ad  
bonum nostrum, sine quo effusio indifferens erat,  
ut esset per modum sacrificij, vel per modum pu-  
xæ effusionis.

Ad fund. primæ nego, omnia verba, quæ deter-  
minant prædicatum, esse de essentiâ formæ; alioqui  
in absolutione sacram. verba, *In nomine Patris &c.*  
quæ determinant prædicatum formæ pœnit. essent.  
de essentia. Sola igitur verba, quæ determinant  
prædicatum ad rationem sacrificij, quod Euchari-  
stia est essentiale, sunt de essentia formæ calicis.  
Cùm dicatur, tota propositio manet suspensa, do-  
nec omnia verba in ea contenta proferantur, intel-  
ligendū est de verbis determinantibus illam ad ali-  
quid essentiale, non ad aliquid accidentale. Quod  
omnia verba formæ calicis proferantur eodem ritu,  
ad summum probat, omnia illa esse sub præcepto  
sic proferenda. Quod interdum Euang. Verba po-  
steriora in episcopatu prioribus, non est efficax ar-  
gum. ad prot. adum, omnia verba, quæ interponen-  
tur esse de essentiâ: quia *Matthew* in forma calicis  
cum verbis prioribus, interponit coniunctionem  
*Enim*, quæ tamen in omnium sent. non est de essen-  
tia: nec semper Euang. refert verba ordine, quo  
fuerunt à Christo prolatæ, ut constat de *Lucæ* 22.  
qui consecrationem calicis præponit consecrationi  
panis: maximè, quia interdum talem verborum in-  
terpositionem requirit ordo & cōtextus orationis.

Ad Catech. resp. Sæpè à Doctoribus appellari for-  
mam sacram. verba etiam accidentalia, quæ misce-  
tur cum essentialibus: ut patet de forma absolutio-  
nis, quæ dicitur una forma, etiam si non omnia ver-  
ba, quæ includit, sint illi essentialia: Ratio: de illis  
ut de una oratione habetur eadem ratio. Quod *Psu*  
*V.* expunxit *Comment.* Caiet. potius confirmat  
nostram sent. nam ille putabat, in solis primis ver-  
bis fieri consecrationem. Argumenta secundæ sent.  
quatenus faciunt contra nos, soluta manent, ut 1.  
argum. tertii. Ad 2. dico, id prouenire ex eo, quod  
non perficiatur sacram. donec compleatur moralis  
significatio propos. & quia illa non completur, do-  
nec proferatur pronomen *meum*, id est per accidentem  
est, quod illud longiori, aut breviori tempore pro-  
feratur. Ad 3. resp. Ideo baptismum non perfici, nisi  
post triuag. ersionem, quia non solent vñnia  
verba formæ absolvi, nisi in ultima ersione: secus  
si omnia absoluuntur in prima. Ad 4. nego; tam  
pronomen *Ego*, in forma baptismi, vel pœnitentie,  
quam particulam coniunctivam *Enim*, in forma  
Eucharistia, esse de substantia sacramenti; cùm  
possit sine illis perfici. Ad 5. dispar est ratio de ma-  
teria pœnitentie, quæ sunt peccata confessæ, & de  
forma calicis: siquidem illa non est determinata ad  
hæc, vel illa peccata, sed est confessio vel omnium  
mortaliuum, vel venialium, quæ voluerit pœnitens  
statuibus subiçere. Vnde quoad hoc, materia con-  
fessionis pendet ex voluntate pœnitentis: at for-  
ma sacramenti est certa & definita ex institutione  
Christi.

58.  
Prob. 3.  
ex difficultatibus oppositis prima.

59.  
Secunda.

60.  
Tertia ex 2. oritur.

61.  
Prob. 4.

62.  
2. Sententia.

Censura opposita.

63.  
Probatio 1.

64.  
Repliesur.

65.  
Concil. Florent.

66.  
Concil. Trident.

67.  
Contra.

dia hoc sacramentum Christus confecit, ac nos. Prob. 3. opposita sent. habet inextricabiles difficultates, quæ tamea omnes in hac sent. facile soluuntur: i. quid per pronomen. *Hoc*, Christus ostendit; non suum corpus, quia nondum erat, quando illud proferebat; non panem alioqui falsum dixisset. *Hoc est corpus meum*; cùm panis non sit corpus Christi; non species ipsas panis: quia cùm sint sensibiles, nō egent pronominis demonstrat. ut ostendantur; & falsum est, species panis esse corpus Christi: nō aliquid abstrahens à pane & corpore Christi, cùm demonstratio tendat ad individuum.

2. De verbo, *Est*, quod tunc quando enunciatur, requirit præsentia subiecti, de quo enunciatur: cùm igitur illud Christus enunciauerit de suo corpore sacramentaliter existente sub accidentibus panis, debebat tunc, quædo illud à Christo proferebatur, corpus esse sub accidentibus: quod tamen falsum est: nam corpus Christi in opposita sent. non fuit præsens sub species panis, nisi post prolatum pronomen, *meum*, quia tunc facta fuit conuersio panis in corpus Christi. 3. hæc verba Eucharistiam causaverunt, vt vera: at cùm nō potuerint esse vera ante factam conuersionem panis in corpus Christi; & corū enim veritas est practica, ac pendet à significatione conuersonis iam peractæ & existentis; non potuerint causare vt vera. Prob. 4. vt notat Erasm. in 1. ad Corinths. c. 11. in Græco textu forma corporis non legitur cum verbo substantiue *Est*, sed sine eo sic; *Hoc corpus meum*: quæ verba non sunt conuersua panis in corpus Christi, sed tantum indicativa: ostendunt enim tantum esse corpus Christi, quod sub accidentibus dabatur Apostolis.

SECUNDA affirmat, ijsdem omnino verbis Christum consecrasse, quibus nos: est constans relig. omnium Scholast. en 4. dist. 8. & S. Tho. 3. p. 9. 78. a. 1. ad 1. oppositam aliqua nota dignam censet V. asq. disp. 197. c. 1. notam explicans sua. disp. 58. sect. 1. ait, non posse contrariam sent. absque temeritate defendi. Palatius in 4. d. 8. disp. 2. post 2. concl. appellat oppositā, dogma non catholicum. Et meritò, cum ad minimum ea sit contra communem sensum Patrum.

Cæterum nonnulli hanc sent. deducuntur ex Canonice: quia cùm sacerdos, pronuntiat verba, Qui pridie, quæcum pateretur, simul cum ipsis consecratoriis, factu & ritu Christi referit, quo cōficit hoc sacram. ad cuius imitationem debet ipse in persona Christi hoc idem conficerere. Contrà: possit hæc verba sacerdos referre vt dicta à Christo, nō quædo ijs Christus consecraverit; sed quædo voluerit, vt ijs sacerdos in persona ipsius consecraret.

Probant 2. ex Floren. in decre. de unio. Armen. vbi dicitur, *Forma huius sacram. esse verba Salvatoris, quibus hoc confecit sacram.* At in Concilio non est verbum, Confecit, de præterito; sed Conficit, de præsenti, sc. Christus cum sacerdote vt principalis Author; quia potuit instituere, vt per hæc verba sacerdotes hoc sacram. conficerent, etiamsi ipse alio ritu illud confecerit: sicuti instituit, vt Episcopi sacerdotes consecrarent, etiamsi ipse alijs verbis Apostolos in sacerdotes consecraverit. Probant 3. ex Trident. sect. 13. cap. 1. vbi huius sacram. institutionem explicans, Cùm post panis viñiq. benedictionem se suum ipsum corpus illis prebere, ac suum sanguinem disertis ac perspicuis verbis testatus est; definit, ijsdem verbis Christum hoc sacram. instituisse, quibus Ecclesia utitur in consecratione eiusdem. Sed aliud est instituere, aliud cōficerere sacram. Potuit Christus hoc sacram. instituere, vt his verbis à nobis conficeretur, etiamsi ipse alio ritu illud confecerit. Neque verba, *Disertis ac perspicuis verbis testatus est.*

referre cogimur ad ea verba, quibus Christus hoc sacram. confecit, cùm referri possint ad ea, quibus illud consecutum declarauit, simulque per ea potestatem contulit Apostolis id ipsum faciendi.

Probat 4. *V. asq. ex illis eiusdem sect. 4. Quoniam autem Christus Redemptor noster corpus /num. id quod 4. sub specie panis offerebat, verè esse dixit: idem persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, idq. nunc denovo sancta Synodus declarat, per consecrationem panis & vieni, conuersationem fieri totius substantia panis in substantiam corporis &c. probat sic: Hoc loco Concilium ex veritate verborum colligit, conuersationem fieri panis in corpus Christi: sed ex his verbis non tandem colligit, conuersationem fieri nunc à sacerdotibus, sed etiam factam fuisse tunc à Christo, cùm nulla sit ratio Christum excludendi. Non potuerit autem hæc conuersio à Christo fieri, nisi per eadem, vel æquivalentia verba, quibus de facto nunc fit à sacerdotibus: quia impossibile est, alio modo transubstantiationem fieri, quam per pronome demonstratum, vt ipse disp. 18. 4. c. 2. & 3.*

Verum deducatio non est efficax, cùm pendeat ex privatâ doctrinâ ipsius, quâcire, disp. cap. 2. putat, *vnam substantiam in aliam conuerti non posse, nisi habeat accidentia intrinsecè sibi inherentia, & subiecta sensibus, sub quibus permanentibus demonstratio fieri possit per pronomen: quam tent. disp. 18. 5. 3. refutauit, ostendens conuersationem hanc esse per physicam incompossibilitatem, quæ fieri potuit absque pronominis demonstrat. Potuit igitur Concilium ex veritate verborum colligere conuersationem panis in corpus Christi, non solum, quæ nunc fit à sacerdotibus, sed etiam quæ facta est in ultimâ cœnâ à Christo, etiamsi Christus non sit usus his verbis; nam saltē discipulus ostendit factam fuisse conuersationem panis in suum corpus, cùm post benedictionem dixit: *Accipite & manducate, Hoc est corpus meum*: cùm non potuerint hæc esse vera, nisi sub accidentibus panis fuisse sola sui corporis substantia.*

Vna remanet ex Florent. efficax pro hac sent. probatio, præter Scholast. & Patrum testimonia infra. Docet Concil. sacerdotem in personâ Christi loquentem conficerere hoc sacram. Si autem Christus non ijsdem verbis hoc sacram. conficeret, non posset sacerdos in personâ Christi loquens hoc conficerere: Eatenuis enim cōficit, quatenus induens personam Christi hæc verba eo sensu & significacione profert, quâ protulit Christus: si autem Christus hæc verba protulisset solum ad ostendendum panem iam transubstantiatum in suum corpus, sacerdos hæc ipsa non proferret in sensu & significacione, quâ Christus protulit: nam à Christo non fuisse prolata vt efficax causa operativa huius sacram. sed vt purum duntaxat signum ostensuum conuersonis iam factæ: à sacerdote verò pronuntiantur vt efficax causa operativa sacram. at conformitas vnius cum alio in loquendo est, ut locutione in eadem significacione, quâ usus est alter; sicut conformitas vnius cum alio in agendo, est, ageare eadem & eodem modo quo alter egit: ergo non conformaretur cum sacerdote in loquendo Christus, si usus est locutione eadem, significacione alia ac utitur sacerdos. Verum hanc conformitatem sacerdotis in personâ Christi in hoc sacram. loquenter eleganter expressit Chrysost. Homil. 60. ad populum ſect. Antioch. his verbis: *Non sunt humanae virtutis opera propria: qui tunc ipsa fecit in illa cœna, idem ea nunc quoque facit.* Nos ministrorum tenemus locum: qui vere sanctificat ea, & immutat, ipse est. Et sermo de predicatione Iude apud S. Thom. in suâ catenâ in 14. cap. 71. Ex S. Chrysost. ſect.

S. Tho.

*Marcii, in verba. Et manducantibus illis, citatus: Et nunc etiam ille praefato est Christus, qui illam ordinavit mensam, ipse istam quoque consecrat. Non enim homo est, qui proposita corpus Christi facit, & sanguinem, sed ille, qui pro nobis crucifixus est Christus. Sacerdotis ore verba proferuntur, & Dei virtute consecrantur & gratia: hoc verbo, quod dicit: Hoc est corpus meum, proposita consecrantur. Et sicut illa vox, quae dicit: Crescite & multiplicamini, & replete terram, semel quidem dicta est, sed omni tempore sensu effectum ad generationem, operante natura: ita & vox ista semel quidem dicta est, sed per omnes mensas Ecclesie usque in hodiernum diem, & usque ad eius Adventum praestans sacrificio firmitatem.*

*72.  
Elusio 1.* Tripliciter posset argum, eludi. 1. negando, debere sacerdotem loquentem in hoc sacram conformari cum Christo in locutione formalis, & enunciatiuè, sed tantum materiali & recitatiuè, proferendo quidem eadem verba, quæ Christus protulit, sed in alio sensu & significatione: 2. sacerdotem loquentem in persona Christi, non esse aliud, quam sacerdotem per hæc verba à Christo instituta habere potestatem conficiendi hoc sacram, sicut dicimus reliqua sacram. in persona Christi confidere, quia à Christo potestatem accepimus, ea per certas formas & materias cōficiendi; cùm tamen non ijsdem verbis, eodemque ritu reliqua sacram. Christus cōfecit, quibus nos ea confidimus. 3. dici potest, Christum usum fuisse his verbis in dupli sensu; 1. ad ostendendum sacram. iam consecutum; 2. vt ijs vtratur Apostoli, eorumque successores ad hoc idem: sacerdos autem, cùm hoc sacram. in persona Christi confidit, conformat se Christo in posteriori, non in priori sensu.

*73.  
Sed contra 1.* Sed contrà 1. hoc modo sacerdos non loqueretur in persona Christi, sed propriâ, contra Concil. Nam qui tantum recitat verba alterius, non vrendo illis in eâdem significatione, quâ usus est alter, non loquitur in persona alterius, sed propriâ: nam actus recitantis est proprius recitantis, non eius, cuius verba recitantur. Ut patet, cùm recito verba Arist. generationes fuerunt ab aeterno: actus, quo recito hæc, non est Aristotelis, licet terminetur ad verba Arist. sed meus: proinde dici non potest prolatus in persona Aristotelis, sed mea. Confir. essentia locutionis est significatio: ergo si sacerdos non vtitur locutione Christi in eâ significatione, in quâ locutus est Christus, non conformatur illi in loquendo simpliciter. Contrà 2. falsa est maior: sacerdotem enim loquentem in persona Christi confidere hoc sacram, non est solûm, per hæc verba habere potestatem à Christo conficiendi hoc sacram. sed est, peculiari modo hoc confidere in persona ipsius, proferendo & enantiando verba, non in nostrâ, sed in ipsius persona, vt patet ex formâ huius sacram. non enim dicimus: *Hoc est corpus Christi: sed, Hoc est corpus meum.* Quæ verba non habent virtutem transubstantiandi, nisi essent prolatâ in persona Christi, quam sacerdos induit, dum hæc verba pronuntiat. In reliquis sacram. non loquimur in persona Christi sed propriâ, etiam si illa conficiamus ut ministri Christi, per potestatem ab ipso acceptam. Vnde cùm dicimus: *Ego te baptizo, ego te absoluo; pronomina Ego, non refer personam Christi, cuius virtute & autoritate baptizamus, & absolvimus, sed ministri baptizantis & absoluenter. Peculiari ergo titulo in hoc sacram. operamur in persona Christi, quo non operamur in reliquis: nam in reliquis, etioperamur ut Christi ministri, virtute ab ipso acceptâ, oportet tamen in propriâ persona: in hoc autem*

*non solûm operamur per virtutem à Christo acceptam, sed in propriâ ipsius personâ, vt ipse sit vt Chrysost. dicebat, & Florent. docet, qui in personâ nostrâ loquatur, & conficiat hoc sacram. verbis ipsius vice à nobis prolatis. Vnde de nullo alio sacram. Concilium dixit, sacerdotem in persona Christi loquenter, cōficeret hoc sacram. vt declararet peculiariter titulum, quo hoc sacram. in persona Christi confidimus, quo titulo non confidimus reliqua. Contrà 3. quia non posset sacerdos in loquendo *Contra 3.* conformare se Christo, iuxta posteriorem sensum formaliter, sed tantum materialiter: quia respondeat Christi formalis sensus horum verborum fuisse, ea dirigere ad Apostolos, eorumque in sacerdotio successores, vt ijs, & non alijs verbis conficerent hoc sacram. Respondeat vero sacerdotis, hæc verba proferentis, est, vt ipse per ea conficiat hoc sacram. Ex quo sequitur, non posse hoc modo sacerdotem hæc verba formaliter proferre in persona Christi: quia cùm per hæc verba intendere debat confidere hoc sacram. si Christus per hæc eadem non confecit sacram. sed soldam instituit, vt per ea sacerdotes illud conficerent, non poterit in hoc confiendo, hæc verba in persona Christi formaliter proferre, cùm ea Christus non protulerit ad hoc confidiendum.*

*Hanc sent. confirmant Patres: sanè ab Adversariis nullus adducitur, qui doceat, Christum alio ritu, aut verbis consecrassè, quam nos consecramus: multi sunt, qui docent, illum ijsdem verbis consecrassè, quibus nos: Tertullia. lib. 4. cont. Marcio. ante finem: *Acceptum panem, & distributum discipulis, corpus suum illum fecit, Hoc est corpus meum,* dicendo. Quo quid expressius? Cyprian. *De Cœna Cyprianus.* Dom. post init. *Summus Sacerdos panem profert & vinum: Hoc est, inquit, corpus meum.* Statim de Apostolis subdit: *manducauerant & biberant de eodem pane secundum formam visibilem, sed ante verba illa cibis ille communis tantum nutritio corpori commodus erat: Igitur ante prolatâ illa verba, Hoc est corpus meum, panis ille communis erat: & hisce verbis fuit in Christi corpus transubstantiatus.* Chrysostom. 60. ad pop. Antioch. post med. Qui namque dixit, *Hoc est corpus meum, & verbo factum confirmauit:* Loquitur, vt patet ex rô confirmauit, non de praesenti, sed de præterito facto, potissimum de consecratione à Christo in cœna facta, quam ait verbo confirmasse. Ambrosius lib. 4. de sacram. cap. 4. & 5. in quibus docet, non solûm nunc à sacerdotibus his verbis in persona Christi prolatis confici hoc sacram. vt putat Vasquez, sed etiam tunc, quando primùm fuerunt hæc verba à Christo prolatâ: quia hæc ipsa cap. 4. comparat cum verbis, quibus Deus omnia à principio condidit, quæ statim à Deo dicitur habuerunt efficaciam: & cap. 5. vniuersaliter, non restringendo ad hoc tempus, quo illa in persona Christi à sacerdotibus proferuntur, docet, per ea tantum consecrationem fieri: *Antequam consecretur, panis est: ubi autem verba Christi accesserint, corpus est Christi.* Author homil. de corp. & sanguine Christi fine 9. to. Hierony. loquens de Christo: *Nam mil. de corpore & sanguinis sui verbo suo, secreta potestate conseruit, ita dicens: Accipite & comedite, Hoc est corpus meum: & sanctificatione repetita: Accipite, inquit, & bibite: Hic est anguis meus.* Damasc. lib. 4. fidei cap. 14. verba Christi appellat viua, efficacia, & omnipotencia, quæ semper habuerunt, & habebunt effectum: eaque comparat verbis Genes. 1. *Fiat lux, & facta est lux: fiat firmamentum, & factum est firmamentum: quæ statim edita, fuerunt efficacia.**

Accedit

*Nullius sacramentis, nisi Eucharistia forsan in Christi persona enun- ciatur.*

*76.  
Communio  
authoritas  
Patria faveat.*

*77.  
Tertullian.*

*78.  
Cyprianus.*

*79.  
Chrysostom.*

*80.  
Ambrosius.*

*81.  
Author Ha-*

*nus.*

*82.  
Damasc.*

83.  
Congruentia  
et.

Accedit congruentia: cum hoc sacram. sit simul sacrificium, quod in tota Ecclesiâ offerendum erat Deo, decuit, ut Christus solemnî ritu & cæremoniâ, quâ erat perpetuâ in Ecclesiâ celebrandum, illud celebraret, ut maior esset conformitas & unitas inter authorem & ministru, qui in personâ authoris debebat hoc sacrificium Deo offerre.

84.  
Coroll.

Insertur, non modò falso, & absque fundam. opinari eos, qui dicunt, Christum cōsecrassè absque vllis formis, sola benedictione panis & vini, vel virtute internâ; sed etiam eos, qui contendunt, cōsecrassè alijs verbis, aut ijsdem bis repetitis, semel tacitè ad cōsecrandum, iterū altâ voce ad discipulos instruendos de formâ, quâ essent usuri ad hoc conficiendum. omnes enim absque fundam. contra autoritatem Scholast. & Pp. in tantâ tamque arcanâ, quæ non nisi teuelatione Dei, autoritate Ecclesiæ, Pp. & Scholasticorum explicata, nobis constare potest, temerè diuinant.

85.  
Ad augmen-  
ta opposita.

Ad 1. argu. oppositæ, neg. minor: Ad 1. prob. respondent aliqui apud S. Thom. cit. non semper Euangelistas eundem ordinem seruare in scribendo, qui seruatus est in rebus gestis. Vnde sic putant iuxta ordinem rei gestæ verba textus componenda: Accipiens panem benedixit, dicens: Hoc est corpus meum. Deinde fregit, deditq. discipulis suis. Respondeat 2. ibid. S. Doctor: hæc verba intelligi, dicta esse concomitantem ad facta, ut sensus sit: dum benediceret, frangeret, & daret discipulis suis: hæc verba dixit Hoc est corpus meum: ita ut non sit necesse intelligere, quod hæc verba fuerint prolatæ, postquam benedixit, fregit, & dedit discipulis, sed solùm importare concomitantiam verborum cum factis, quæ simul cum verbis narrantur. Ad 2. prob.

86.  
Benedictio  
panis ante  
consecratio-  
nem à Christo  
factam in  
præmâtand  
quid efficacia  
habuerit.

concedo; benedictionem, quæ præcessit consecrationem, non fuisse inanem, quia etiæ non fuerit efficax ad transubstantiandum panem in corpus, & vinum in sanguinem, saltem fuit efficax ad præparandam materiam, quæ consecrabilis erat, & ad disponendos Apostolorum animos ad tatum mysterium concipiendum. Familiare enim erat Christo, ad magna opera patrandæ, inuocationem diuinum numinis, & gratiarum actionem præmittere, ut præambula ad mœlius patrandi operis maiestatem percipiendam, ut constat ex resuscitatione Lazari Jean. II. Nec obstat, quod benedictio supra panes Matth. 14. & 15. fuerit efficax ad eos multiplicandos: quia tunc sacramentum non conficiebat, quod verbis potissimum conficitur, sed purum patrabat miraculum, quod placuit sola panis benedictione, absque verbis patrare. Ad 3. prob.

Ad 3. prob.  
ad confir.

constabit scilicet seqn. Ad confirm. resp. ea verba à Luca dicta esse per anticipationem: neque n. est novum apud Euang. ut notat August. lib. 2. de consensu Euang. cap. 30. & 31. ut quæ dicenda essent priori loco, posteriori narrarentur; & contrâ: vnde idem qui per anticipationem vini consecrationem, panis consecrationi præposuit, postea ordinem rei gestæ seruans, vini consecrationem panis. consecrationi subtexuit. Ad 2. neg. conseq. quia de hoc sacram. peculiarem habemus rationem id assertendi, ob autoritatem Scholast. PP. & Florentini, quam non habemus de cæteris sacram. 2. cum hoc sacram. sit etiam sacrificium, decuit, ut ipse esset nobis author, etiam quoad ritum & cæremonia illud offerendi. Cæterum quidquid sit, an Christus consecraverit, quando cum duobus discipulis eundibus in Emmaus in formâ peregrini comedit, quod multi non improbabiliter negant; adhuc nego, nullum argum. ex tali facto contra nos deduci posse. Quia vel dici potest, etiam tunc Christum verbis

consecrassè, quæ tamen brevitatibus causa ab Euang. omittruntur, vel certè voluisse tunc sola benedictione, & in vnâ specie consecrare, ut ostenderet suam autoritatem, quam habebat varijs modis, hoc & cætera sacram. confiendi. Ad confir. con-

cedo, Christum etiam in hoc sacram. instituendo <sup>In quo rcp.</sup> confiiendoque usum fuisse potestate excellentiæ: <sup>fuerit pot-</sup> quæ non in eo, ut Aduersarij contendunt, confi- <sup>stis excellit-</sup> stit, ut debuerit absque verbis hoc sacram. confi- <sup>tie Christi,</sup> cere; sed cum potuerit alio ritu, aliisque cæremo- <sup>in transub-</sup> niâ, tamen voluit verbis illud confidere: non quia <sup>stantiatione</sup> panis in suis fuit adstrictus verbis, sicut adstringimur nos: sed corpus. quia libera voluntate ita illud confidere voluit; ex PP. & Floren. Ad 3. resp. omnes difficultates pro- <sup>89.</sup> positas militare etiam in consecratione, quæ sit à Ad 3. sacerdote in persona Christi. Nam etiam hæc verba, à sacerdote in persona Christi prolatæ, causant ut vera, demonstrant contentum sub speciebus, &c. aliquo modo significant conuersionem, quæ per ea sit, panis & vini in corpus & sanguinem Christi. Vnde ad illas patebit ex seq. Ad 4. resp. 1. sicut ita <sup>90.</sup> forma absque verbo substantiuo est repetitur, <sup>Ad 4.</sup> id factum esse errore scriptoris. Nam vt Erasmus apud Palati. in 4. d. 8. disp. 2. post 3. concl. fateretur, in alijs codicibus, etiam Græcis reperiatur absque verbo est 2. dico, quod etiam si reperiatur absque verbo substantiuo, illud tamen tacitè subintelligi. Neque enim probabile est, hæc verba à Christo prolatæ fuisse absque verbo est, cum tres Euangelisti, qui hæc verba, ut à Christo dicta referunt, illa referant cum ipso.

## S E C T I O III.

*Quid demonstrat pronomen Hoc vel Hic in forma consecrationis?*

Ratio dubit. vel pronomen Hoc in formâ corporis significat panem; & falsum est, cum panis non sit corpus Christi: vel accidentia, & eadem est ratio, cum neque accidentia sint corpus Christi: Vel demonstrat corpus Christi, & cum illud non adsit, nisi in fine prolationis totius formæ, non posset ad sensum domonstrandi per pronomen Hoc: quia quando profertur, corpus Christi non est, Ad quam difficiliter variæ excogitare sent.

P R I M A affirmat, per hæc pronomina demonstrari tantum accidentia panis, & vini: Aureol. in 1. Sent. 4. dist. 8. q. 2. 4. 2. quia hæc tantum cadunt sub sensu, & perseverant eadem à principio ad finem usq; consecrationis. Sed contrâ: accidentia non sunt id, de quo prædicatur corpus Christi: sed pronomen Hoc demonstrat aliquid, de quo prædicatur corpus Christi. 3. corruptit propriam notionem verbi est: nam in hac sent. non significaret identitatem prædicati cum subiecto, sed continentiam corporis sub accidentibus; esseque sensus, hoc continet corpus meum.

S E C U N D A docet, demonstrare panem, non qui permanet, sed qui conuertitur in corpus Christi: ut sensus sit, hoc transit, siue conuertitur in corpus meum: Bonau. in 4. dist. 8. in 2. p. dist. art. 1. q. 1. &c. quia formæ sacram. exprimunt, quod significant: Forma Eucbaristie significat conuersionem materiæ, quæ transit in corpus, & sanguinem Christi: at conuersio non solùm importat terminū ad quem, sed etiâ à quo: ergo forma huius sacram. non solùm importat corpus & sanguinem ut terminum ad quem, sed etiam panem & venum ut terminum à quo. Sed contrâ: de pane non prædicatur corpus Christi: & hæc

91.  
Dubius ratio  
ex n. 38.92.  
Sent.93.  
Sent.94.  
2. Sent.95.  
Contra.

hæc sent. corruptit propriam significationem verbi substantiui Est, quod non transitum ex uno termino in alium, sed identitatem prædicati cum subiecto propriè importat: nec hæc explicatio cadit in formam sanguinis, in quâ pronomen Hic non potest supponere pro materiâ consecrandâ: alioqui dicendū fuisset; *Hoc est sanguis meus*: quia vinum, quæ est materia consecrandâ, est neutrius generis.

96.

Nec re&t; alii explicant verbum Est, pro *Fis*, quia ex S. Tho. 3. p. q. 78. ar. 2. conuersio panis in corpus Christi, cùm sit instantanea, explicanda fuit per factum esse, non per fieri: quia in mutationibus instantaneis idem est fieri, & factum esse: 2. hoc sacram. est permanens; non fluens, sicut cetera: ergo melius explicatur per verbum Est, quod permanentiam significat; quam per verbum *Fis*, quod successionem importat: 3. cùm nullum maneat subiectum pani & corpori Christi commune, non re&t dicitur, panis fit corpus Christi, sicut dicitur, ignis fit aer, quia manet idem subiectum utrique termino commune.

97.  
Ad Bonau.

Ad fundam. Bonau. resp. formam Eucharistia exprimere quidem conuerzionem, non tamen explicitè & in actu signato, sed tantum implicitè & in actu exercito. Dum enim significat id, quod sub speciebus continetur, esse corpus Christi, implicitè & exercitè importat conuerzionem panis in corpus Christi. Quia cùm ex vi huius formæ, *Hoc est corpus meum*, nequeat manere panis cum corpore Christi, necessariò vi eiusdem formæ importatur conuersio panis in corpus Christi. Quo sit, vt in hoc sacram. conuersio panis & vini in corpus & sanguinem Christi non sit expressè, & in se reuelata in formâ consecrationis, sed solum implicitè & in alio, nempe in verbo Est: quod coniunctum cum pronomine *Hoc* in formâ consecrationis calicis, evidenter infert præsentiam corporis, & sanguinis sub speciebus sacris, & absentiam panis & vini sub ijsdem.

98.  
3. Sent.

TERTIA afferit, pronomen *Hoc* in formâ corporis non significare panem determinatè, quia ille non manet in fine prolationis verborum; neque corpus determinatè, alioqui forma sacram. non efficeret; sed præsupponeret, quod significat; præsupponeret enim corpus Christi, quod importaret pronomen *Hoc*: sed demonstrare aliquid utrique termino commune, non re, sed conceptu nostro: vt sensus sit: hoc contentum sub his accidentibus est corpus meum, quod quidem ab initio est panis, in fine corpus Christi; S. Tho. cit. art. 5. & in 4. dist. 8. qu. 2. art. 1. qu. 4. 1. Durand qu. 2. ad 1. Bellar. lib. 1. de Eucbar. c. 1. Spar. disp. 58. sect. 7. &c.

99.  
Fundam.  
aliterum.

Fundam. pronomen *Hoc* vi lux significationis, cùm sit simul demonstrativum ad sensum, statim ac profertur. demonstrat id, quod est præsens sensibus; sc. substantiam panis, non sub determinata ratione panis, sed sub confusa ratione contenti sub his accidentibus. Quæ ratio etiæ materialiter non sit eadem in principio & fine consecrationis, est tamen eadem formaliter. Ac proinde vera & propria est hæc propositione: *Hoc est corpus meum*: quia per illam non designatur eadem res individua & materialis à principio ad finem usque perseverans, sed eadem tantum ratio formalis substantiaz contentæ sub his accidentibus, quæ licet à principio sit coniuncta cum pane, in fine tamen coniungitur cum corpore Christi. Sed contrà 1. cùm hæc propos. notetur signo demonst. *Hoc*, nequit esse indeterminata & communis: quia terminus quantumcumque indeterminatus & communis, si notetur pro-

nomine demonstratio, singularizatur, & equivalit propositioni, in quâ subiicitur terminus discretus & singularis. Vnde rectè Argent. in 4. dist. 8. qu. vn. art. 2. ad 4. con. 1. concl. Dicere, inquit, quod terminus communis notatus pronomine demonstrativo maneat in sua communitate & indeterminatione, est dicere oppositum in adiecto. Nec satisfacit Sotus, in 4. dist. 1. 1. qu. 1. art. 5. post. 3. concl. dicens, *Efugia Sotus* præcluditur. huiusmodi pronomen reddere propos. singularem vagè, non determinatè. Tum quia individuum vagum non signatur pronomine demonstrativo. *Hoc* vel illud, sed potius relatio, aliquid vel quidpiam. Tum quia esto interdum huiusmodi pronomen accommodetur ad demonstratam rem communem, vt si quis dicat, quod est exemplum *Soris*, & sumpsit à Bonau. *Hoc* herba crescit in horto meo: ubi pronomen demonstrativo. *Hoc* non supponit pro hac verbâ determinatè in individuo, sed in specie: verum quando illud coniungitur cum te practicè operabili, vt sit in formâ consecrationis, non potest significare rem communem & indeterminatam: sed individuam & singularem, quia praxis non versatur nisi circa rem individuam & singularem.

2. In hac sent. pronomen *Hoc* aliud demonstrat in principio, sc. panem aliud in fine consecrationis, sc. corpus Christi: vnde in unâ cùdemque propositione committeretur & quiuocatio.

**Q**UARTA docet, pronomen *Hoc* demonstrare corpus Christi, non in principio, sed in fine prolationis formæ ponendum sub speciebus: sicut in cùdem propos. verbum Est, non significat coniunctionem prædicari cum subiecto, quando profertur, sed in instanti prolationis verborum, quando corpus Christi producitur sub speciebus: Argent. in 4. dist. 8. qu. vn. ar. 2. ad 4. con. 1. concl. fine: quam etiam probabilem censet Rubio qu. 2. art. 4. fine & sequitur Vasq. disp. 210. cap. 4. Syll. 3. p. q. 78. ar. 1. qu.

1. Quæ sent. probabilior. Fundam. in huiusmodi locutionibus practicis, in quibus res, quæ significatur, non supponitur, sed sit, pronomina demonstrativa non demonstrat rem ad sensum in principio, sed in fine locutionis: quia cùm talis res debat fieri vi ipsius locutionis, vt significariuz talis rei, non potest ad sensum demonstrari ante prolationem completa locutionis, ante quam res significata non est producta: vt patet his exemplis: *Hoc est linea*: *Hic est circulus*: non enim hæc propos. linearum, vel circulum ad sensum demonstrant in prolatione propos. quando linea, vel circulus non est ductus, sed in fine, quando linea, vel circulus est formatus. Ratio: hæc pronomina in propos. posita manent suspensa in significando usque ad completam prolationem propos. quia cùm dicant essentiam habitudinem ad prædicatum, à quo in suâ significatione determinatur, cùm ex se sint determinata, non possunt habere determinatam significationem nisi in fine completa locutionis, quando significatur, vel producitur prædicatum.

Confirm. si Deus conferret virtutem creandi ex nihilo vinum, his verbis: *Hoc est vinum*: pronomen *Hoc* non posset demonstrare, nisi solum vinum, cum in creatione nullum supponatur ens, quod ante ipsum terminum creandum demonstrari posse: & tamen vinum non demonstraret, nisi in fine prolationis, in quo vinum crearetur. Par ergo ratione poterit pronomen *Hoc* demonstrare corpus Christi sub speciebus in fine prolationis formæ, sub quibus vi verborum, corpus Christi ponitur.

Infertur, pronomen *Hoc*, & *Hic*, non supponi substantiæ, significans aliquid per modum stantis distinctionis à corpore & sanguine Christi; sed adie. *Coroll.*

*& in*

Quæ significans idem quod corpus & sanguis Christi; implicitè tamen, confusè, & per modum illis adiacentis.

**Obiectio 1.** Si pronomen *Hoc* supponeret pro corpore Christi propositio esset identica, quippe quæ redderer hunc sensum: *corpus meum est corpus meum*. **Resp. neg.** sequel. nam satis est, ut subiectum implicitè & confusè dicat, quod prædicatum distin-  
quæ explicat: alioqui omnes propos. in quibus prædicatum implicitè includitur in subiecto, essent identicæ: quod falso est, ut patet in proposicio-  
ne, in quâ definitio prædicatur de definito; quæ rea & legitima est, esto prædicatum implicitè inclu-  
datur in subiecto.

**Obiectio 2.** Hæc propositio, *Hoc est corpus meum*, nō est speculativa, sed practica; quæ efficit, quod signifi-  
cat: non esset autem practica si pronomen supponeret pro corpore Christi, quia tunc non signifi-  
cat conuersiōnem panis in corpus Christi quam ef-  
ficit, vnde illa esset vera, etiam si proferretur à laico,  
non habent potestatem efficiendi corpus Christi.  
**Resp. neg. minor.** est enim forma Euchar. practica  
in actus exercito, non signata. Dum enim significat  
corpus Christi esse sub speciebus, exercitè signifi-  
cat conuersiōnem panis in corpus Christi: quia cùm  
nequeant sub ijsdem speciebus simul esse substantia  
panis & corporis Christi, hoc quod significat, sub  
illis esse corpus Christi, exercitè simul significat,  
sub ijsdem non esse substantiam panis. Vnde ad  
prob. nego, hanc propos. codem modo esse veram  
prolatam à laico, ac à sacerdote: nam prolatæ à la-  
cero est vera practicæ, cùm illam suis verbis red-  
dat & erat, ponendo corpus Christi sub speciebus,  
quod propositio significat: quam veritatem cùm  
date non possit laicus, non potest à laico prolatæ esse  
vera practicæ: sed ad summum speculatiū, si post  
consecrationem hostiæ illam proferat, dicendo, *Hoc  
est corpus Christi*.

**Obiectio 3.** Sensus huius propos. esset: *corpus meum  
fit corpus meum*: quod falso est, siquidem vi for-  
ma non sit, ut corpus Christi sit corpus Christi, sed  
solum: ut corpus Christi sit sub speciebus. **Resp.**  
neg. maior. sensus enim huius propos. est: *id, quod  
est, seu sit sub speciebus, est corpus meum*. Ut si Deus  
confert vīm creatiū angeli his verbis: *Hic est  
angelus, sensus illius ab est, hic angelus fit angelus,*  
*sed, quod sit, est angelus*: nam per id quod sit, signifi-  
cat angelus ipse, qui creator, implicitè & confusè.

**Obiectio 4.** Pronomen demonstrat statim ac pro-  
fertur, demonstrat id, in quod cadit, nec pendet ex  
intentione proferentis, sed ex propriâ significatio-  
ne: sed statim ac profertur, cadit in substantiam  
panis præsentem, quia cùm corpus Christi non  
dum sub speciebus existat, non potest in illud cade-  
re. **Resp. negando.** semper pronomen demonst.  
statim ac profertur, compleat habere significa-  
tiōnem; aio, interdum habere illam in fine com-  
pletæ orationis; idque non ex intentione tantum  
proferentis, sed etiam ex intentionis cum præ-  
dicato, à quo determinatur ad supponendum pro  
hoc, vel illa re.

**Obiectio 5.** Si quod profertur non statim demon-  
strat id, supra quod cadit, demonstratio non fieret  
ad sensum, sed ad intellectum: quia demonstratio  
ad sensum non sit, nisi per rem præsentem sensu:  
Cùm igitur demonstratio corporis Christi sub spe-  
ciebus fiat ad sensum: debet suum significatum de-  
monstrare, quando profertur: sed quando profer-  
tur, non est nisi panis. Ergo non demonstrat nisi  
panem. **Resp.** vt demonstratio fiat ad sensum, &  
non tantum ad intellectum, sufficit, vt in fine com-

pletæ prolacionis res demonstrata fiat præsens sen-  
sibus: ut patet in hac demonstratione: *Hoc est præ-  
cepsum meum, ut diligatis inuisitum*: in quâ præceptu  
charitatis, quod demò tratur ad sensum auditus nō  
fit præsens auribus, nisi in fine complæ prolacionis.

## S E C T I O . IV.

*An verba forma proferantur à sacerdote re-  
citatiuē, an enunciatiuē.*

**P**roferuntur verba recitatiuē, quando per illa  
proferens nō intendit assertere vel negare, quod  
verba assertunt vel negant; sed solum illa referre ut  
ab alio enunciata: quo pacto sacerdos refert ac re-  
citat verba Christi immediatè ante formas conse-  
crationis: *Accipite & māducate: & bibite ex eo omnes:*  
cùm per ea non intendat significatū ipsorum, quod  
est dare corpus & sanguinem Christi manducandū  
& bibendum dicipulis. Profertur enunciatiuē  
seu significatiuē, quando per ea proferens intendit  
assertere vel negare, quod verba vi significationis  
assertunt vel negant: ut cùm assertiuē enuncias:  
*Deus ēt unus & trinus: Deus non ēt corpus*. Hinc  
emergit quæstio, an verba formæ consecrationis ef-  
ferantur à sacerdote enunciatiuē, an recitatiuē, au-  
troque modo. Dixi, *verba forma;* nam conueniunt  
omnes, tam verba, quæ formæ consecrationis præ-  
cedunt, quam quæ immediate sequuntur, ut sunt  
illa: *Hoc, uotis eunque feceritis, in mei memoriam fa-  
cieris, efferti tantum recitatiuē*.

**P**RIMA sent. affirmat, profetri tantum recitatiuē:  
*Innocent III. l. 4. de Myſt. Miss. c. 17. Duran. in 4. diſt.*  
*8. q. 2. n. 18. Mayron. q. vn. art. 3. Rubio. q. 2. fine. Maior.*  
*q. vn. §. 2. quam fusè confirmat Salmeron lib. 9. tract.*  
*13. pro quâ citat etiam alios. Fundatur in Can. Miss.*  
1. *in quo verba præcedentia formam panis, ut sunt*  
illa: *Accipite & manducate, ex hoc omnes: & quæ præ-  
cedunt formam consecrationis calicis, tantum re-  
citatæ profertur à sacerdote, cùm illa tantum  
referantur ut à Christo dicta suis discipulis in ulti-  
timâ cœnâ: ergo etiam verba formæ profertur  
recitatiuē: nam eodem modo sacerdos pronuntiat  
illa, ut dicta à Christo, ac præcedentia, ut constat  
ex particípio, *Dicens*, quod non minus refert Christum  
dicentem verba formæ, quam verba præ-  
cedentia formam. Confirm. in forma calicis, verbum, *Con-*  
*ſuſſundetur*, non potest efferti enunciatiuē, sed tan-  
tum recitatiuē, cùm nō sit amplius gloriosus Chri-  
sti sanguis effundendus.*

**S**ECUNDA docet, verba formæ recitatiuē simul &  
enunciatiuē à sacerdote proferri: *Sors in 4. diſt. ii. q.*  
*1. a. s. concl. 1. Suar. disp. 58. sc̄ & 4. Coninck 5. p. q. 78. a.*  
*3. dub. 1. Nugnez ibid. art. 5. diffic. 1. censetur S. Tho.*  
*cit. q. art. 5. ubi ait, non obstat, quod sacerdos hæc*  
verba recitatiuē proferat, quo minus eadem signi-  
ficatiuē etiam pronuntiet.

**F**undam. prioris partis idem, quod præcedentis.  
*Confit. 11. nisi verba formæ recitatiuē proferantur,*  
incongruè & inutiliter in eâ additur particula con-  
iunctiva, *Enim*: nam hæc additut ad connectenda  
verba formæ cum præcedentibus, quæ tantum reci-  
tatiuē profertur; & eatenus connectuntur, quæ  
tenus referuntur eodem modo à personâ Christi di-  
cta. 2. vt tota oratio, quam sacerdos profert, sic vera,  
hecessarium est, vt tota fuerit à Christo prolatæ, &  
eodem modo à sacerdoti relata: cùm & hoc inten-  
dit sacerdos, & audientes concipient. Quoad po-  
steriorem partem constabit.

**T**ERTIA afferit, verba formæ solum enunciatiuē  
ut, ouillo-

uè, nullo modo recitatiuè à sacerdote proferti: Mars. in 4. q. 6. a. 1. ad 6. dub. vbi docet ea personaliter à sacerdote proferti, quia ea loquitur in persona Christi, ut eius vicarius, vel procurator ad hoc officium per eum institutus, tenendo verba personaliter, sicut Christus ea teneret, si in propria persona ea proficeret. Quam sequitur V. a. disp. 200. cap. 2.

123.  
Verba consecrationis non proficeruntur  
recitatiuè tantum à sacerdote: ex Florent. indecre. de  
unio. Arme. vbi dicitur sacerdos in persona Christi  
loquens confidere saecram. at qui tantum recitat verba alterius, o loquitur in persona illius, sed in propriâ: recitatio est actus recitantis, non eius, cuins verba recitantur: recitare, est alterius verba, ut & narrare, alterius gesta referre: qui tantum narrat alterius gesta, non agit personam alterius: ita qui tantum refert verba alterius, non loquitur in persona alterius: nam licet tam verba, quæ recitantur, quæ gesta, quæ narratur, sint alterius; actus tamē, quo aut verba recitantur, aut gesta narrantur, est proprius recitantis, ac narrantis. Confite. loqui in persona alterius, est in loquendo induere personam alterius, tamque in loquendo representare, ac si ille in seipso loqueretur: qui verò tantum recitat verba alterius, non induit personam alterius, ut illam in se exprimat & representet.

124.  
Responso adiu. r. s.  
125.  
Contra:

Resp. dupliciter dici posse aliquem loqui in persona alterius: uno modo, ut eam representet, & in eâ loquatur. sicut qui in tragedia representat personam regis, & in eâ loquitur, ac si rex ipse loqueretur: altero modo, ut loquatur locutione alterius, & per eam efficiat quidquid alter loquendo efficeret per virtutem ab altero sibi cōmunicatam: sicut minister per potestatem sibi à principe cōmunicatam loquendo efficit, quod princeps ipse loquendo efficeret. Hoc 2. modo, non 1. dicitur sacerdos loqui in persona Christi.

Sed contraria: ut praeced. scilicet sacerdos peculiari nomine ac titulo in hoc sacram. in persona Christi loquitur, quo non loquitur in reliquo: cūm tamē reliqua etiam conficiat in virtute & potestate à Christo sibi cōmunicata: nec Conciliū de alio sacram. dixit, quod illud sacerdos in persona Christi loquens conficiat.

126.  
Prob.  
Sect. 2.  
127.  
Respondent.

Probl. 2. Si sacerdos solum recitaret hæc verba: *Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus: referret illa, ut fuerunt à Christo prolatæ; nam recitate verba alterius, est referre illa prout fuerunt ab auctore enunciata: at fuit rūta à Christo enunciata supra aliam materiam, quam in ultimâ cœnâ Christus consecrauit: ergo si ea recitatiuè tantum sacerdos proficeret, ea non proficeret supra præsentem materiam, sed supra præteritam in cœnâ: nam si enuntiaret supra præsentem, non referret, ut ea fuerunt à Christo enunciata; proinde etiam enunciatiuè illa proficeret: scilicet ad demonstrandum corpus & sanguinem Christi sub speciebus præsentibus, sub quibus Christus non demonstrauit, sed sub alijs, quas tunc consecrauit. Respondent: hæc verba à Christo in cœna fuisse etiam virtute enunciata supra omnem materiam, quæ à futuris sacerdotibus consecrabili erat, sicut dicunt PP. Christum per contractum aquæ Iordanis, quæ fuit à Ioanne baptizatus, consecrasse omnes, quibus baptizandi erant reliqui. Idque colligunt, quia sacerdos referens personam Christi, dicit: *Accipiens hunc præclarum calicem, non flam, ut significet, hunc & reliquos calices fuisse à Christo in unico, ubi primum sanguinem suum consecrauit, virtute consecratos.* Sed contra: hoc temere dicitur, cūm nec PP. illud insinuent, nec ex verbis scripturae colligantur.*

gi possit: 2. vi consecrationis primi calicis fuisse reliquos virtute consecratos, non est aliud, quæ fuit hoc sacram. in pane & vino usuali institutum, omnes postea panem ex tritico, & vinum de vite fuisse facta idoneam materiam ad hoc confiendum: sicut Christum per contractum aquæ Iordanis consecrasse omnes aquas, non est aliud, quæ Christum per institutionem Baptismi in materiâ aquæ, effecisse, ut omnes aquæ essent idonea materia ad hoc sacram. Ad cit. verba can. Resp. ideo à sacerdote Christi personam rerente dici, *Hunc, & non Illum calicem*, quia sacerdos in hoc sacram. confiando representat personam Christi pro eo tempore, quo Christus consecrat hoc sacramentum.

Dico 2. sacerdos nullo modo recitatiuè in persona propriâ, sed solum assertiuè in persona Christi verba formæ pronunciat. Fund. hi duo modi, nempe loqui in persona alterius, & propriâ, pro eodem tempore & respectu eiusdem locutionis, saltu naturaliter repugnant inter se: loqui in persona alterius, excludit loqui in propriâ: qui loquitur in persona alterius, debet exuere propriam, & induere alterius, quia debet substituere propriam in locum alterius, & in suâ loqui, ac si esset alterius.

Dicte s: hoc tantum verum est de persona formâliter & reduplicatiuè sumptâ, quia dum loquitur nomine alterius, non potest, ut sic, simul loqui nomine proprio: nec naturaliter repugnat, ut eadem materialiter sumpta exerceat eandem locutionem nomine propriæ, illam recitatiuè referendo, & alienæ personæ, eandem assertiuè enunciando.

Resp. nego, hæc duo posse, saltu naturaliter, conuenire, ut simul pro eodem tempore, & respe. Nequit 131. & tu eiusdem locutionis, agat quis personam propriam & alienam: nam hoc ipso, quod substituit personam propriam loco alienæ, in eadem locutione enuncianda, cessat propria, & solum loquitur aliena per propriam representata. In duas: Cur non poterit eadem persona, & nomine proprio eandem locutionem recitare ut ab alio prolatam, & simul enunciatiuè effere nomine alterius: sicut 132. cum sacerdos eandem orationem dominicam simul recitat ut à Christo dictam, & enunciat, per eam perendo, quæ in ea petere docemur? Resp. quia hoc ipso, quod eandem locutionem pro eodem tempore nomine alterius exercet, non habet quod ead. persona nomine proprio in eandem locutionem efficiat: per illam non asserit, quod assereret alter, & simul necessariò representat locutionem alterius: non quod simul reciteret præteritam locutionem alterius, sed quia præsens locutio in persona alterius exercita, est simul necessariò representationia præteritæ locutionis alterius: unde cum sacerdos enuntiat in persona Christi: *Hoc est corpus meum*, non recitat verba, quæ Christus dixit in ultimâ cœnâ, sed profert ea in persona eiusdem, ac si nunc idem Christus in persona sacerdotis eadem verba super presente materiâ proficeret: ut cūm in persona eiusdem offert hoc sacrificium Deo, non quasi repetit cruentum sacrificium crucis sed nouum perficie incruentum sacrificium altaris, quod essentialiter est expiacionis crucis: Atque ita dicitur referre præteritam locutionem, oblationemque Christi, non eandem præteritam signato actu, sed nouam in persona Christi conficit per eandem simul exercitè representans antiquam. Quo sit, ut non sint duo actus, ne vicepoterit, quidem distincti, referre præteritam locutionem Christi, & per illam enunciatiuè asserere, quod Christus in propriâ persona asseruit; sed est unus idemque indivisibilis actus,

qui

133.  
Resp.  
Ratio.  
Exemplum.  
134.  
135.  
136.  
137.  
138.  
Contra:

Atque ita dicitur referre præteritam locutionem, oblationemque Christi, non eandem præteritam signato actu, sed nouam in persona Christi conficit per eandem simul exercitè representans antiquam. Quo sit, ut non sint duo actus, ne vicepoterit, quidem distincti, referre præteritam locutionem Christi, & per illam enunciatiuè asserere, quod Christus in propriâ persona asseruit; sed est unus idemque indivisibilis actus,

qui hic & nunc à sacerdote exercetur in persona Christi, essentialiter expressus præterita locutionis Christi, ideoque simul relatus illius. Contrà i. sent. Aduersi sunt hi duo actus virtualiter saltem distincti, quorum uno recitatur præterita locutio Christi, altero exercetur noua locutio in persona Christi: vnde posset sacerdos locutionem hic & nunc in persona Christi exercere, absque eo quod præteritam locutionem eiusdem Christi signata actu recitatiū referret.

Dissimilans  
dissimilans. Ad.  
vers.134.  
Vrges.135.  
Ad exercitium  
plano de  
Oratione  
Dom. neg.  
parvam.136.  
Concl.137.  
Ad argum.  
conver.138.  
Ad argm.  
fr.139.  
Diss.

Resp.

140.  
Vrges.

materiâ præsente, sed præterita, super quā tantum proferti potuit sanguis, ut effundendus. Resp. deg. Rsp. antec. licet. n. hoc verbum cadere non possit super materiâ præsente representata à sacerdote, ut præsente, potest tamen in illam cadere ut ab eod. representatam pro tempore, quo Christus primùm hoc protulit. Quod representet etiam materiâ ut præsentem tempori, quo Christus primùm hoc sacram. confecit, constat ex illis: *Et accipiens hunc præclarus calicem: quibus verbis sacerdos calicem, quem præmanibus habet, præsentem reddit illi tempore, quo primùm Christus suum consecravit.* Vrges. Sacerdos per verba calicis conuertete intendit materia præsentem in præsentem sanguinem, qui nunc est in Christi corpore gloriose: at de hoc asserere non potest, quod sit effundendus. Resp. Sacerdos per verba calicis intendit conuertere præsentem materiam in præsentem Christi sanguinem, ut retrotractum ad tempus ultime cœnæ, pro quo illi conuenit tò Effundetur; cùm sic idem numero sanguis nunc, qui tunc fuit, & idem à sacerdote in persona Christi pro eo tempore representetur, pro quo erat effundendus. Scio, multos per tò Effundetur intelligere non solum effusionem cruentam, quæ facta est in Passione: sed etiam incruentam, quæ quotidie fit in hoc sacrificio per sacramentalem separationem sanguinis à corpore: ut idem sit, quod pro vobis effundetur, ac pro vobis in sacrificium offeretur seu libatur in remissionem peccatorum.

Ad 1. const: 2. sent. neg. sequela: hoc. n. ipso, quod sacerdos constituit te loco Christi enunciare formam cum particula cōiunctiâ. Enim, uti Christus apud Matth. 26, formam sanguinis cum ead. pronuntianit. Significatum verò illius est continuatio verborum formæ cum præcedentibus, sub diuerso tamen respectu, ut nimirum illa tantum recitatiū intelligantur de Christo dicta; hæc verò solidum enuntiatum. Nec mirum, nam hæc variatio sit iuxta exigentiam personæ loquentis, quæ modò loquitur in propriâ, verba Christi recitando; modò in persona Christi, verba eiusdem assertiū proferendo. Alij verò respondent, tò Enim solidum à sacerdote proferri recitatiū, & sola verba essentia formæ, enunciatiū. Sed prior resp. solidior est, & textui conformior. Ad 2. concedo, quod verba formæ debuerint fuisse à Christo prolata, ut per illa sacerdos hoc sacram. conficiat: quia debuit sacramenti institutio, facta per certa verba à Christo determinata, præcedere ipsum sacram. à nobis in persona Christi conficiendum: nego tamen, illa necessariò proferenda esse à sacerdote, ut à Christo prolata; aio, posse ea in persona Christi à sacerdote proferti, ac si nunc à Christo in propria persona in presentem materiam proferrentur: nam totum hoc potuit Christus in institutione intendere: quod autem intenderit, constat suprà: & confirmatur necessarium est, ut verba formæ baptis. fuerint à Christo dicta; cùm tamen necessarium non sit, ut à baptizante proferantur, ut à Christo dicta, sed per illa in propriâ persona baptizans enuntiat, quod verba ipsa ex institutione Christi significant.

Ad 1. Cœ  
fum.144.  
Responso  
mī. à solida145.  
Ad 2. Concl.

Ad 1. argu. 1. sent. neg. conseq. Ad prob. nego, sacerdotem eodem modo pronunciare verba præcedentia, ac verba formæ: nam illa tantum pronuntiat recitatiū, referendo quæ Christus in ultima cœnâ protulit; hæc tantum enunciatiū per ea in persona Christi assertendo, quæ ipsa supra præsentem materiam prædictè significant. Ceterum partcipium Dicens, aut refert Christum proferentem tantum priora, non verba formæ, quæ tantum de præsenti à sacerdote in persona Christi proferuntur; Aut dici potest, quod referat Christum, tam in persona propriâ loquentem in ultima cœnâ per illa, Accipite & manducate, quam in persona sacerdotis mox per ipsius os locuturum super præsente materiâ. Neque nouum est, in eod. canone recitando, sacerdotem modo propriam, modo Christi personam agere: modò referre Christi personam, ut de præterito operantem & loquentem: modò ab eodem sacerdote constituto præsente, pro tempore, quo Christus hæc operabatur, exprimi personam Christi de præsenti operantem pro eo tempore, quo hæc eadem de præsenti operabatur, prout actiones & verba canonis exigunt.

Ad consir. resp. verbum, Effundetur, efferi à sacerdote ut constituto præsente tempore, quo Christus hæc verba primùm protulit. Sed contrâ: nec in persona Christi sacerdos intendere potest significatum huius verbi, Effundetur; cùm nec Christus ipse possit hoc intendere. Resp. non potest intendere significatum illius in persona Christi de præsenti representata, concedo; representata, de præterito, ac si esset prælens, sc. pro tempore, pro quo hæc primùm operatus est Christus, nego. Vrges: tò Effundetur, etiam in persona Christi de præterito à sacerdote representata, non potest cadere super

## S E C T I O V.

### An verba consecrationis hoc sacramentum causent ut vera?

Prima ratio negandi: verba veritatem sortiuntur ex rebus, quæ significat; propositione. n. vera aut falsa dicitur, ex eo quod res est, vel non est, ex Arist. affirm.

146.  
Ratio 1. du-  
bitandi con-  
tra partem.

*Arist. cap. de substantiis, & cap. de priori. Verba auctem consecrationis significant existentiam corporis Christi sub speciebus; sed & eandem causant; igitur non ut vera; quia ut causarent quā Vera, debent supponere existentiam corporis Christi sub speciebus, à quā formaliter habent ut sunt vera; sed non praecedere, & simul praecedit ut vera; quā causarent ut vera. 1. Verba consecrationis etūniant existentiam corporis & sanguinis sub speciebus de presenti: factum autem id est; quando copula Est proficitur, nam tunc nondum est Corpus sub speciebus, sed panis; & verba enuntiant corpus pro tempore presenti, cum illud existat pro tempore futuro. Ratio affirmandi est: si verba formae non causant ut vera; ergo causant ut falsa; & Christus hoc sacram. consecisset verbis falsis: nam verba non possunt præscindere à veritate & falsitate; aut conformari ebus, quas enuntiant, & dici vera; aut non conformari, & dici falsa.*

**PRIMA** sent. affirmat, formam consecrationis causare ut veram formaliter: *Sotii in 4. dist. 11. q. 1. art. 5. fine: Coninck 3. p. q. 78. art. 5. Fundam. Sotii:* forma consecrationis habet virtutum causandi conversionem panis in corpus, & viti in sanguinem Christi, ratione veræ significationis: igitur non causat illam, nisi ut vera formaliter. Nec obstat, quod ut vera præsupponant Christi corpus: quia non implicat, ut eodem instanti reali temporis, forma præsupponat corpus in genere causæ obiectus, & simul ipsa præsupponatur ad corpus in genere causæ efficientis. *Sicut iutorius aeris per fenestram est prior in genere efficientis apertione ipsa fenestræ;* nam illam intrando aperit; & tamen in genere causæ materialis apertio fenestra est prior introitu aëris; quia nisi aperiret fenestra, non posset aës intrare. *Fundamentum Coninck:* Veritas propositionis pender ab existentiâ rei, non absolute, sed prout à propositione affirmatur, sive illa affirmetur ut praesens, sive ut praeterita, sive ut futura: sed propositio practica affirmat existentiam sui effectus presentem eó instanti, futuram posteriori naturæ: igitur propositio practica causat suum effectum ut vera, quia causat illum per conformitatem priori instanti, quam cum illo haberet pro posteriori signo naturæ exiturum. *Confit.* sicut potest propositio vera tempore praecedere existentiam sui obiecti, ut hæc, *Petrus transcurrit:* que vera est de presenti, eto cursus sit etas futurus: ita pariter poterit proposito vera praecedere suum effectum pro posteriori signo futurum.

**SECUNDA** docet; formam consecrationis causare hoc sacram: ut veram practicè non ut veram speculatiuè: *Caiet 3. p. qu. 78. art. 5. Fundam.* veritas practica, cum sit veritas in causando, quæ non præsupponit, sed facit rem, præstipponitur ad rem, quam facit: unde antequam res sit, veritas practica est. *Definitionem autem veritatis ab Arist.* tradidam ut ex eo propositio sit vera vel falsa quod res sit, vel non sit, explicat de veritate speculativa, non de practica, quæ rei existentiam antecedit.

**TERTIA** negat, formam consecrationis hoc sacram. causare ut veram, sive practicè sive speculatiuè, sed tanquam ut significatiuam, quæ præscindit à veritate, & falsitate, & solum dicit esse signum instrumentale ad placitum significationis: *Sotii in 4. dist. 8. qu. 2. 5. Aliter, versu Breuiter:* ubi docet, formam consecrationis suum significatiuam causare, neque formaliter ut veram, neque formaliter ut falsam; sed ut neutram; & naturaliter prioriter ut veritatem, quam ipsa sibi causat. *Scotum sequitur* *Explan. disp. 58. scilicet 6. usque ad sp. 202. fn. 2. Et. Paus.*

dam. cum veritas formæ sacram. pendeat ab existentiâ Christi sub speciebus; & illa producatur vi eiusdem formæ, non poterit forma ut vera formaliter hoc factum efficer: ergo solum efficer ut significativa formaliter, quia ut sic præscindit à veritate, & tamque præcedit subsistendi consequentia.

Distingueda triplex veritas in formis sacram. 1. desumitur ex pacto & promissione Dei: ex eo. n. quod Deus promisit ad prolationem talis forma supra debitam materiam, se producatur rem per talen formam significatam, hoc ipso forma sortita est infallibilem veritatem in ponendo suum effectum à parte rei, ut illum significat. 2. derivatur ex ipsa existentia, non presenti, sed futurâ effectus: ex eo. n. quod futurus est effectus à se causandus prius prioritatem rationis & naturæ, forma sacram. intelligitur vera per conformitatem ad talen effectum à se causandum. 3. sumitur ex actuali existentiâ rei productæ; in ordine ad quam forma sacra est, acquit nouam conformitatem practicam aetalem, quam antea non habebat; quia nunc connotat existentiam presentem sui obiecti, non antea.

**Dico 1.** Formæ sacramentales causant suos effectus ut vera veritate sibi communicata ex infallibili promissione Dei. **Ratio:** forma sacram. ex pacto & promissione Dei habet omnino modum infallibilitatem ad causandum effectum, quæ significat; cum implicet Diuina promissionem frustari: sed haec præcedit saltum naturæ productionem effectus: nam non sumitur ex existentiâ effectus; quatuor ad illam ordinatur; sed ex promissione Dei, quæ antecedit existentiam effectus: est n. moralis virtus in actu 1. constituens formam factam, infallibiliter operaturam suum obiectum. *De hac veritate S. Dolor 3. p. q. 78. art. 8. ubi veritatem formæ sacramentalis comparat cum veritate, quam habet verbum Dei ad res ab ipso operatas: Ita veritas huius locutionis non presupponit rem significatum, sed facit eam: sic enim se habet verbum Dei ad res factas per verbum. Hanc habebat locutiones diuinæ, Fiat lux: fiat firmamentum, antequam suum effectum operarentur: ex eo enim; quod illæ erant locutiones Dei, non poterant frustrati effectu, quem practice significabant,*

**Dico 2.** Formæ factam. causant suum effectum ut veræ, veritate speculatiuâ sumptâ ex conformitate ad effectum à se causandum. *Fundam.* prius est effectum formæ sacram. esse extitum virtute formæ, quam actu extiteret virtute formæ: nam ex suppositione, quod res aliquando existat, semper verum fuit, talem rem fuisse extitum: atque adeo propositio rem mentalis, quam vocalis tale effectus extitum eduntians, fuit semper vera ante ipsam actionem existentiam rei enuntiatæ: ergo potest forma per conformitatem ad effectum à se causandum esse prius vera quam illum actu causet; nam potest, quod effectus formæ sacram. sit extitum, ipsa in priori signo naturæ, antequam illum actu producat, habet conformitatem cum illo; quia enuntiat illum causandum pro posteriori signo naturæ.

Ita cognitio notialis Patris, quæ priori signo originis representat Filium producendum posteriori, est vera veritate quasi speculatiuâ ex conformitate ad eundum mox posteriori signo extitum: atque adeo priori signo producit Filium ut vera veritate speculatiuâ. Præterea cognitio absoluta Dei productiva ad extra ab æternō fuit vera veritate speculatiuâ per conformitatem ad mundum in tempore futurum: ex suppositione. p. quod prodicentius erat mundus, cognitio diuina ab æterno representavit illum ut in reporte futurum, & consequentes

153.  
Triples ve-  
ritas in for-  
mam sacram.

Evidens  
conclusio  
G. in  
sacra.

155.  
De veritate  
speculativa.

156.  
Exempli  
cognitio immo  
divina typi  
mo prob.

quenter quando illum in tempore produxit, produxit ut vera veritate speculatiuam ex conformitate ad mundum in tempore futurum: nam eandem conformitatem, quam ad mundum futurum ab eterno habuit, habuit etiam in priori signo naturae, quam illum actu in tempore produceret. Pari modo haec propos. Hoc est corpus meum, eodem instanti, quo eius significatio compleetur, prius natura quam actu causer existentiam corporis Christi sub speciebus, est vera veritate speculatiuam per conformitatem, quam habet ad existentiam illius mox sub speciebus futuram pro posteriori signo naturae; ac proinde causat illa ut vera veritate speculatiuam. Confir. si haec propos. Hoc est corpus meum, non statim ac eius significatio compleetur effectum causaret, sed post aliquam moram, tunc per conformitatem ad terminum tempore seq. causandum, non solum natura, sed etiam tempore præcederet ut vera: ergo etiam si de facto suum effectum causet eodem instanti temporis, quo eius significatio compleetur, adhuc priori signo naturae præcedit ut vera per conformitatem, quam tali signo habet ad suum effectum posteriori signo naturae exiturum.

Dices. Prius est, propositionem, esse causaturam suum effectum, quam accipere ordinem conformitatis ad illum; prius Deum ab eterno decreuisse mundum creare, quam illum cognouisse ut creandum: ergo illa non potest per ordinem conformitatis ab effectu sumptum, eundem effectum causare. Resp. neg. conseq. licet enim non possit propositione esse vera per conformitatem sumptam ab actu futuro, nisi prius ratione supponatur suum effectum causatura: potest tamen prius habere conformitatem sumptam ab effectu futuro, quam illum actu causare. ita non potuit scientia diuina esse vera per conformitatem sumptam à mundo futuro, nisi prius ratione scientia supponeretur mundum causatura: potuit tamen & de facto fuit vera, antequam actu illum causaret. Ratio: conformitas ab effectu futuro, quæ constituit propositionem, vel scientiam formaliter veram veritate speculatiuam, præcedit actualiter productionem eiusdem effectus: ac proinde prius natura, quam illum actu producat, præcedit ut vera.

Dico 3. non potest forma sacram. causare suum effectum ut vera, veritate practica sumpta ex conformitate cum existentia sui obiecti actu existentis. Quia haec conformitas supponit effectum à se causatum, à quo denominatur formaliter vera veritate practica actuali: ergo non potest forma ut vera veritate practica actuali, suum effectum causare. Alioqui supponeretur illum actu existentem prius natura, quam illum causaret: nam prius natura debet esse vera per conformitatem ad suum effectum actu existentem.

Iuxta has affer. conciliantur citatae sent. prima intelligenda est de veritate per conformitatem ad existentiam corporis Christi pro posteriori signo naturae causandæ, ut in 2 affer. quidquid sit de exemplo venti, de quæ fundam. neque n. propositione aut forma sacram. causat in virtute sua veritatis sumptu ab existentia obiecti, vel causandi, vel causati: cum virtus causandi in propositione supponi debat, antequam ab illo ut existente, vel exituro veritatem desumatur: nam ex virtute, quam talis propositione ad suum obiectum causandum haber, supponitur obiectum causandum, vel actu causatum. Sed fundam. intelligitur de veritate sumpta ex promissione Dei, ex qua habet, ut sit potens ad causandum obiectum, quod significat.

Fundam. Coninck non rechè distinguit duas ve-

P. Amici Tom. VII.

ritates, quas habet practica propositione, alteram per conformitatem ad effectu exiturum, ratione cuius potest illum causare ut vera: alteram per conformitatem ad effectum actu existentem; ratione cuius non potest illum causare ut vera, cum haec sumatur ex effectu actu existente. 2. Sent. ut vera sit, intelligi debet de veritate practica in actu 1. sumpta ex infallibili promissione Dei; haec n. præcedit existentiam rei, estque moralis, vel physica causa illius. Quamquam non recte idem Author excludit ab eadem forma sacram. veritatem speculatiuam: nam haec sumi. ut per conformitatem ad rem ut exituram, quam practica propositione habet prius natura, quam suum effectum producat.

3. Sent. explicanda est de veritate actuali practica, sumpta ex conformitate ad rem actu existentem, ut in 3. assertione.

Infurit 1. recte Triden. sess. 13. cap. 4. ex veritate verborum deduxit conversionem panis & vini in corpus & sanguinem Christi; non tantum ut à posteriori, ut docet Pasquez eis. sed etiam à priori & per causam. Nam hoc ipso, quod verba Christi sunt ab ipso instituta debent habere infallibilem veritatem antecedentem ad ponendum effectum, quem significant. 2. quo pacto dicantur formæ sacramente ipsas veras effigie: 1. veritate actuali practica: nam hoc ipso, quod actu causant luos effectus, efficiunt le veras practicæ per conformitatem, quam de novo acquirunt cum suis obiectis actu existentibus: 2. veritate speculatiuam per conformitatem ad suos effectus à se infallibiliter causandos. Ex virtute enim, quam ex promissione Dei acquirunt, habent, ut à legitimo ministro prolatæ super debita materia, sint infallibiliter suos effectus operatur: ac proinde ex illa habent, ut reddant se ipsas veras veritate conformitatis ad suos effectus infallibiliter futuros.

Patet ad L rationem negandi, & ad alteram affirmandi; quæ non recte infert: si forma sacram. non causat ut vera, necessarium causat ut falsa: quia causare posset ut præscindens ab veroque, & tantum ut significativa est, ut de facto causat ut præscindens a veritate & falsitate actuali practica, solumque causat ut practicæ significativa est: prius nature est, propositionem significare, quam verum vel falsum significare.

Pro solutione secundæ, ex Caiet. cit. duplex repus distinguo; unum, in quo significant; aliud, pro quo significant; huc tempus significationis, & tempus consignificationis. Primum est, in quo propositione profertur; 2. in quo significatum propositionis cōsignificatur. Ut in his: Christus surrexit: Christus iudicatur mundū: tempus significationis est tempus præsens, illud ipsum, in quo proferuntur, quia in eo important conformitatem cum obiectis significatis. Tempus verò consignificationis, est praeteritum, & futurum, in quibus suum obiectum possum, vel ponendum consignificant. Interdū verò tempus utrumque coincidit in unum, ut constat in propos. de præsenti, Petrus currit, Paulus scribit: in his n. idem est tempus, in quo significant, & pro quo significant; sc. in quo proferuntur, & in quo earum significata ponuntur. Formæ a seipsum sacram. cum sint de præsenti, tempus significationis, & consignif. earum coincidunt in unum: nam statim ac à legitimo ministro proferuntur, earumque significatio compleatur, earum obiecta ponuntur.

Porrò propositione non potest certam significacionem habere, nisi quando integrè prolatæ est: nam ante, manet suspensa ad hoc, vel illud significandum: ut constat in hac, Paries est alius: quam

V

diu. n.

157.  
Confr.

158.  
Dives.

159.  
Ref.

160.  
De veritate  
practica.

161.  
Concordia  
sentientiarum.

Ad fund.  
Sotis.

162.  
Ad Coninck  
fundam.

163.  
Quid de 2.

164.  
Quid de 3.

165.

166.  
Formæ sacr.  
seipsum veras  
effigie dn-  
piscuer.

167.  
Ad rationem  
dub. n. 1. & 6.  
c. 148.

168.  
Ad rationem  
dub. n. 1. & 6.  
c. 148.

169.  
Propositiones  
cerid signifi-  
cationem nō  
habent, nisi  
integrè pro-  
latae.

diu .n. integrā non profertur, vt affecta suo prædicato, manet suspensa & indifferens ad significandum vel parietem album, si post copulam, *Eft*, addatur, *Album*; vel nigrum, si post eandem addatur, *Niger*: quia per propositionem significatus complicitio, vel diuisio subiecti à prædicato: sed neutra potest intelligi, nisi utrisque terminis componentibus, aut diuisis intellectis; nec habere completam significationem, quando ipsius copula profertur, sed quando cum copulâ prolati sunt omnes termini per copulam annexi, qui sunt prædicatum & subiectum: quia tunc propositio determinatur ex certâ compositione subiecti cum prædicato ad certam significationem. Cùm formæ sacram. sint propositiones d e præsenti & indicatiæ, eodē tempore simul completem significant, & sua significata in re ponunt: & cùm non antè completem significant, quām integrè proferantur; nec antè integrè proferantur, quām easum extrema per copulam connexa enuntientur, sequitur, vt non antè completam habeant significationem, & consequenter suos causent effectus, quām in fine prolationis ipsarum, in quo simul completem significant & actu causant, & denominantur veræ veritate practicâ actuali: prius tamen naturâ completem significant, quām causent: & prius natura causant quām efficiant veræ veritate practicâ actuali, ab eaque denominentur vt tales.

<sup>171.</sup> *Vnde* nego, tunc ponicorū Christi sub speciebus, quando effertur t d *Eft*, cùm nondum tunc propositio sacram. sit integrè prolata; sed in prolatione pronominis, *meum*, à quo propositio determinatur ad significandum corpus Christi; quæ antè erat indifferens ad significandum quocunque aliud: nam in his indicatiuī propos. totum tempus, quod impendit in proferendā integrâ propositione, censetur moraliter præsens, cùm totum sit necessarium ad integrā significationem exprimendam, ante quam non potest propositio de præsenti suum significatum exprimere in auribus audentis. Quid demonstreret verbum *Eft* ante prolationem pronominis *meum*, constat ex *scilicet* 3. sc. corpus Christi ponendum sub speciebus in termino prolationis totius formæ.

## S E C T I O VI.

*An verba consecrationis non causent, nisi in virtute Christi actu existentis?*

<sup>172.</sup> Negat.

*P*RIMA sent. negat: ita quidam Recent. à *Palatio* infrà tribuitur *Scoti* in 4. *disp.* 10. q. 4. sed ibi s. *Hic* duo, solùm loquitur de possibili, non de facto, & vi præsentis institutionis, de quā tantum proponitur quæstio: imò iuxta principia *Scoti*, verba consecrationis vi præsentis institutionis nō habent vim ponendi corpus Christi sub speciebus, nisi ut illud presupponunt existens extra sacram. ac proinde non operantur, nisi in virtute Christi existentis: vt .n. constat ead. *disp.* 10. q. 1. art. 1. & quodlib. 10. art. 2. & s. *Ad ista*, vi præsentis institutionis corpus Christi non sit præsens in hoc sacram. per actionem reproductivem substantiaz, sed tantum adduciam, seu productiuam solius præsentiaz, quæ non est sufficiens ponere terminum quoad substantiam alicubi, si nullibi supponatur existere. Fundam. vi præsentis institutionis Christus vim contulit verbis consecrationis, vt scipsa vera efficerent: ergo hanc vim retinerent omni casu naturaliter possibilis; si corpus Christi in cineres redigeretur: ergo

eo casu verba consecrationis habent: vim scipsa vera efficiendi; sc. corpus Christi producendi, quod significant. Igitur eo casu non cauſarent Christi corpus in virtute Christi existentis, cùm eo casu Christi humanitas non existeret. Conseq. i. prob. hoc spectat ad liberalitatem Dei, vt quando creatura tribuit virtutem operandi, talem virtutem illi tribuat ad omnes casus naturaliter saltem possibles: esto non ad supernaturaliter tantum possibles: vnde si Christi humanitas diuinitus annihilaretur, ad eam reproducendam verba consecrationis vi præsentis institutionis non se extenderent.

*SECUNDA* affirmat, verba consecrationis vi præsentis institutionis suum effectum cauſare in virtute Christi existentis: consequenter, si Christi corpus in rerum naturâ non existeret, verba consecrationis nihil effectura: *Palati* in 4. *disp.* 8. *disp.* 4. fine, *Suar.* *disp.* 48. *scilicet* 2. §. *Ex dictis, Vasq.* *disp.* 192. c. 1. *Coninck* 3. p. 9. 7. s. a. 4. *dub.* 5. fine, & 9. 8. 3. a. 1. *dub.* 10. n. 181. *Fauent.* in 4. *disp.* 10. *disp.* 39. c. 2. *Quæ sent.* probabilius. Difficultas in efficaciatione.

*Palati* hanc reddit. De facto verba consecrationis vi præsentis institutionis non sunt productiva, *Ratio Pal.* sed cœuersua panis & vini in corpus & sanguinem <sup>173.</sup> Christi: Et ratione dici posset, hæc verba, *Ego te bapto*, esse productiva aquæ, si aqua in rera natura non esset. Sed contrà: non repugnat, vt verba consecrationis sint cœuersua termini à quo, & simul productiva terminiad quem: vt si in Canâ Galileæ Christus conuerteret aquam in vinum verbum *vo-* <sup>174.</sup> *calc*, hoc simul fulser conuersuum aquæ in vinum, producendū & productiuum substantiæ vini. Et de facto in vi- uentibus materialibus actio nutritiva est simul conuersua alimenti in substanciali, & producendia substancialis termini ad quem. Nec eadem est ratio de formis reliquorum sacramentorum, quia illæ non sunt conuersuæ, sed productiuæ suorum effectuum.

*Vasq* hanc assignat: vi præsentis institutionis Christus reliquit scipsum in hoc sacram. vt ex iekens in cælo nobis esset solatum in terris: ergo vi præsentis institutionis, si Christi corpus non existeret in cælo, vel alibi naturaliter, non existeret in Eucharisti. Sed contrà: licet hic fuerit finis Christi, si tamen scipsa vim contulit verbis suum corpus producendi, etiam si illud nullibi supponerent existens, producerent: quia per hoc, quod illud nullibi supponerent existens, non amitterent suam virtutem. quod hanc virtutem non habeant, non probat.

*Suarez* hanc effert. Ad productionem corporis Christi non solùm concurrunt verba sacram. vt instrumentum separatum, sed humanitas Christi vt instrumentum diuinitati coniunctum. Ad hoc fundam. est magis controuersum, quām assertio: cùm plerique negent, Christi humanitatem effectiæ concurrete ad productionem sui corporis & sanguinis, sed tantum moraliter. Quod genus causæ vt causet, non prærequisit existiam sui, vt patet de gratiâ collata antiquis Patribus.

*Suarez* & *Coninck* hanc aliam adducunt: si Christus non existeret, non possent verificari verba formæ; sc. cùm proferantur à sacerdote in personâ Christi, non essent vera, nisi Christus existeret. Ut enim verificetur pronomen *meum*, debet existere Christus, in personâ cuius à sacerdote effertur. Contrà: existentia Christi non prærequisit, vt possit sacerdos verba in persona Christi verè enunciare; nam ad hoc sufficit, si aliquando fuit, & dedit sacerdotibus potestatem, vt quoties eius nomine ipsius verba proferrent, conficerent hoc sacram. ita verè dicitur, qui in tragediâ personâ de mortui Regis

<sup>173.</sup> *Fundamenti.*  
*huic sent.*

<sup>175.</sup> *Ratio Vasq.*

<sup>176.</sup> *Contra Ma-*

*le supponit*

*habere vim*

*producent*

*corpus.*

<sup>177.</sup> *Ratio Suar.*

<sup>178.</sup> *Ratio Coninck.*

<sup>179.</sup> *Ratio Suar.*

*& Coninck.*

<sup>180.</sup> *Ratio Suar.*

*& Coninck.*

<sup>181.</sup> *No sufficit.*

Magni ad  
rem negoti.

*Regis agit, in personâ illius & loqui, & agere. Et si aliquis Apost. in triduo verba formæ super debitâ materiâ prout illeret, verè consecrasset, ex communis sententia, cum tamen eo triduo nullus potuisset verba proficeret in personâ Christi ut rite existentis; qui non poterat dici existere, prout appellat compositum ex humanitate & personâ Verbi; nec verba consecrationis prout illeret ut Deus, sed homo, constans corpore animaque coniunctis: alioqui negandum esset, eo triduo potuisse verba consecrationis in personâ Christi verè proficeri enuntiatius à legitimo ministro, eodemque modo rite, ac nunc vim habuisse conficiendi hoc sacram. quod est contra communem sensum Theol. & Florent. sc. Forma busius sacramenti sunt verba Salvatoris, quibus hoc conficit sacramentum. Sacerdos enim, subdit, in persona Christi loquens hoc conficit sacramentum: ergo etiam ut in triduo hoc sacram. conficerent, debuissent proficeri in personâ Christi; cum verba Concilij sint æquivalentes universalia: quippe quæ explicant naturam formæ sacram. quæ omni tempore est eadem.*

*Neque Christi existentia prærequisitur ad verificandum pronomē *meum* in personâ Christi à sacerdote prolatum: nam cum hæc verba sint operatiua sui significari, non requirunt, illud ut præexistens, sed sufficit, si existat in fine prolationis: Præsertim cum non debeat causare ut formaliter practicè vera, veritate actuali. Confir. si Christus conferret his verbis ab ipso prolatis: *Hic panis est caro mea: hoc vinum est sanguis meus*, vim convertendi panem & vinum in suam carnem & sanguinem, ad ea verificanda necessarium non esset, ut ante prolationem verborum in Christo existeret caro & sanguis, in quem commutanda essent panis & vinum, sed factaret, si in fine prolationis verborum illa producatur hypostaticè unita Christo.*

*Efficax ratio est: quod verba consecrationis vi præsentis institutionis non habent vim, unde cum corpore & sanguine Christi, producendi etiam unitio hypost. corundem cum Verbo, sed hæc solùm concomitantem sic præsens cum corpore in hoc sacram. ut disp. 19. Si autem corpus in rerum naturâ non existent, neque eius unitio cum Verbo existet. Igitur non possunt rite verba producere corpus Christi, nisi per unitatem ad personam Christi. Igitur si verba non habent vim producendi unitem cum personâ Christi; non possunt eo causa producere corpus Christi, nec verificari: cum nullib[us] supponeretur corpus existere, nec in fine prolationis verborum existeret. Nec dici potest, eo cœtu produci à verbis solùm corpus & sanguinem; unitem vero hypost. concomitantem fieri à solo Deo, eo modo, quo nunc: nam ea tantum sunt concomitantem, quæ re ipsa inueniuntur conexa cum termino formalis significato: Cūm igitur tali casu unitio hypost. non reperiatur re ipsa conexa cum corpore & sanguine, quia hæc nullib[us] supponerentur unita cum personâ Christi, sed tunc primò producerentur à verbis consecrationis, quæ vim non haberent illa producendi cum unitate ad personam Christi, non posset tali casu unitio hypostatica fieri præsens per concomitantiam ad productionem corporis uti sit tunc.*

*Sed, an si saltem materia, quæ fuit corporis Christi, reperiatur actu unitio hypostatica Verbo, possint tunc verba formæ producere corpus Christi? Ratio dubit. quia tunc verba consecrationis producerent corpus ut virtutem habent; unitio per concomitantiam produceretur à Deo: posito. n. quod re ipsa intetueretur unitio cum materia, hæc verbis reproductâ materiâ unita cum reliquo humanum cor-*

*P. Amoris Tomus VII.*

*pas constituentibus concomitantem fieret præsens unitio, quæ cum tali materia corpus Christi integrante reperiatur. Fato, tali casu primam opinionem defendi posse. Verum neque hoc casu recordendum à communis: quia saltem eo casu unitio hypost. non fieret per concomitantiam præsens cum formâ sanguinis; nec cum formis organicis, si humanum corpus constituant; quia cum hæc formæ primò producerentur verbis sacram. non supponerentur unitas Verbo. At quia adhuc dici posset corpus esse Christi sacramentaliter ob solam unitem hypost. cum materia, sicut accidentia humanitatis dicuntur Christi propter unitem hypost. cum humanitate, verba consecrationis vi præsentis institutionis habent vim causandi corpus & sanguinem Christi in hoc sacram. ut illa reperiunt extra sacram. naturaliter existentia: unde quia de facto respondunt Christi corpus vivum & gloriosum, illud sub hoc sacram. causant vivum & gloriosum. Quia in triduo reperiunt mortuum & paucum, eodem modo illud in sacram. posuissent. Tum quia non debemus maiorem virtutem verbis sacram. concedere, quam quæ, & quanta necessaria est ad perficiendum sacram. iuxta connaturales leges diuinæ institutionis, cum maior virtus sit superflua. Sed iuxta has sufficit, ut verba habeant virtutem ponendi corpus & sanguinem Christi in hoc sacram. prout illa reperiunt extra sacram. existentia: nec iuxta eas futurus est casus, quo non reperiatur extra sacram. existentia. Etenim Deus virtutem tribuit rebus ad opera miraculosa, ad quæ parranda assumit, ut naturis rerum ad opera naturalia causanda. Sed his non maiorem tribuit, quam quæ necessaria est ad consequendum finem, quem iuxta naturales leges suis sapientiæ præfigit: ergo nec maiorem virtutem tribuit rebus, quas ad supernaturalia opera assumit, quam quæ necessaria est ad consequendum finem, quem iuxta connaturales leges suis sapientiæ huiusmodi rebus præfigit. Cum igitur iuxta has decreuerit, ut nunquam hoc sacram. conficiatur ex corpore & sanguine Christi extra sacram. non existentibus, eo quod decreuerit nunquam esse corruptenda, consequenter vi præsentis institutionis non maiorem virtutem tribuit verbis consecrationis, quam quanta necessaria est ad causandum corpus & sanguinem Christi, prout extra hoc sacram. reperiuntur existentia. Ad quam explicationem reduci potest ratio Vasquez.*

*Patet ad fundam. I. sent. necesse enim non fuit, ut Christus tam virtutem consecrationis verbis tribueret, quæ nunquam in actum proditura esset, prima. Ad fundam. II. sent. Neque tam commendaret Dei liberalitatem, quam eius potius argueret prodigalitatem, tribuere rebus virtutem, quæ nunquam sit operatura, aut vili profutura.*

## S E C T I O VII.

*An plures forme concurrere possint ad eiusdem materia consecrationem?*

*Q*uestio est de consuetudine, quæ Ecclesia Romana vritur cum sacerdotibus recens ordinatis, qui omnes cum Episcopo concelebrant, simul cum illo verba consecrationis super eadem materiâ proficerentes: non est dubium de validitate consecrationis, si omnes verba formæ absoluissent eodem instanti; ut si duo verba Baptismi, post ablutionem ab utroque factam, eodem instanti absoluissent, eundem hominem simul baptizarent; cum uterque

*V 2 adhibuisset*189.  
*Negatur pro  
babiliæ.*Ex vi pre-  
sente in in-  
stitutionis.

A posse.

A priori.

190.  
*Ad fundam.**Quid bi-  
ceptum!*

adhibuiisset omnia ad essentiam Baptismi requisita. Nam licet, si sacerdos moriatur post inchoatam, & nondum absolutam consecrationis formam, non sufficiat, supplere sola verba, quae defunctus omisit. sed necessarium sit, totam formam integrâ repetere: non est tamen contra validitatem formae, ut à pluribus legitimis ministris super eadem materiam integrè proferantur. Quæstio igitur est, an hic modus sit licitus, ob multa incommoda, quæ ex eo sequi videntur. Cùm n. moraliter impossibile sit, vt omnes eodem instanti verba consecrationis absoluant, impossibile moraliter etiam erit, vt omnes simul consecrent; sequitur, debere aliquos verba formæ proferre super materiam iam consecratam; quod est sacrilegium, cùm non licet ea proferre, nisi super materiam debitam, quæ est sola non consecrata: nec sine tanti sacramenti irreuerentiam frustrance proferrentur à pluribus verba consecrationis.

193. Confirm. qui probabiliter sciret, materiam esse consecratam, non posset absque sacrilegio in eandem verba consecrationis proferre: ergo neque qui moraliter sciret, se eadem prolatum in meteriam prius ab alijs consecratam. Igitur talis modus licitus non est; nec ad eum obligare potest Ecclesia, cùm non possit obligare ad id, quod intrinsecè vergit in iniuriam sacram. 2. in tali modo sèpe accedit, vt Episcopus, qui est principalis celebrans, & Christi personam repræsentat, non consecret, sed qui prior ipso verba absoluunt: cùm in potestate consecrantis non sit, effectum consecrationis suspendere. 3. ex tali modo sequitur, non fieri integrum sacrificium ab ijs, qui simul cum Episcopo consecratunt; cùm non minus integretur ex sumptione variisque speciei quam ex consecratione variisque, ut infra de sacrificio missæ constabit.

196. Cœfura Du- Propter hæc incommoda Durandus in 4. dist. 13. g. 3. hanc Romanæ Ecclesiæ consuetudinem improbat, abolendā & periculosam vocat: sed nimis temerè ausus est tam antiquum Ecclesiæ ritum improbare; cùm antiquitus etiam Cardinales cum Papa celebrante concelebrarent, vt refert Innocet. III. lib. 4. di myste. Missa c. 25. et si hic ritus cessaverit, non prior; quin illum à tota Ecclesiæ seruandum præcipit Clemens VIII. in Pontifi. Rom. initio, ubi sub præcepto seruanda proponit ab omnibus universi terrarum Orbis Ecclesiis, quæ in eo continentur: & speciatim de Ordinibus & Presbyteris, cum Episcopo, debent, inquit, ex consuetudine concelebrare, & etiam verba consecrationis proferre. Præterea semper Episcopus consecratus concelebrat cum Episcopo consecrante: eadem est in vitroque ritu ratio, licet in priori maius periculum, propter multitudinem, concelebrantium.

197. Presbyteri Quare non licet de tali consuetudine dubitare cùm sit ab Ecclesiæ introducta, approbata, & sub recens ordinatis simul præcepto omnibus Prælatis proposita: vt repræsentare primam mysterij solemnitatem, quando discipuli cum Christo, suum corpus & sanguinem ex omnino licebant, & infra communicaerint cùm prima institutio esse debuerit.

210. à solo Christo, vt à primo authore; quia tamen illis dixit, vt hoc facerent in ipsius commemorationem, recte ab Ecclesia in huius memoriam instituta est ceremonia, quæ repræsentat communicacionem discipulorum cum Christo, & obseruationem mandati. Hoc facite in meam commemorationem, etiam concelebrando. Ergo tota difficultas sita est in assignando modo, quo possit hæc introducta consuetudo absque incommodo seruari.

198. Primus mo- duus consue- art. 2. quod licet plures sint celebrantes, omnes ta-

men intentionem consecrandi referre debent ad *sudine hanc vnum idemque instans consecrationis: ex quo omnia enumerata incommoda vitantur. Sed contraria in 199. Regulam. potestate consecrantis non est, verba consecrationis suspendere, vt non, quando verba in sua significacione complentur, sed quando ipse consecrants vult, effectum operentur. Alioquin, vt redit Palud. in 4. dist. 13. q. 4. art. 2. posset sacerdos verba consecrationis proferre manè, vt vespri suum effectum operarentur. Igitur non possunt celebrantes, ad libitum verba dirigere, vt eodem instanti omnes consecrationem perficiant, nisi ipsa omnes eodem instanti verba absoluant: ac proinde per hunc modum non vitatur incommodum, quod sèpe aliqui proferrent verba super materiam prius ab alio consecrata. Neque ad hoc sufficit, proferre cum conditionata voluntate, vt non habeant effectum, nisi instanti, quo Episcopus verba absoluunt. Nam et si conditionata voluntas impedit, ne verba, ante instans consecrationis Episcopi prolatæ, habeant effectum; efficere tamen non potest, vt vel post, vel antequam prolatæ sint, effectum operentur: nam in vitroque casu causarent, quando non essent.*

200. Secundus est Palud. vt consecratio fiat ultimo instanti, quo ultimus concelebrans verba absoluunt: ad quam consecrationem omnes concelebrantes concurrunt per virtutem, quam singuli reliquerunt in ære, in quo virtutes omnium miraculosè converuantur usque ad instans, quo ultimus concelebrans verba absoluat. Sed merito hunc modum Durandus 201. appellat derisorium, nec dignum inprobatione, Irridetur Durando. cùm satis le ipsum improbet, vel ipsa miraculi novitate ad hanc ceremoniam saluandam minimè necessarij.

202. Tertius relatus à Richardo in 4. dist. 13. art. 2. qu. 1. Soto qu. 1. art. 2. affirmit, solum Episcopum consecrare, quia solus verba consecrationis profert enuntiatione & formaliter, reliqui tantum recitatione & materialiter. Verbis n. antiquis Pontificali, sacerdotes recens ordinati moventur; vt dicant omnia quæ sunt in Missali, sicut si celebrarent: ergo severa non celebrant, sed solum gerunt, se ac si celebrarent. Sed contraria: hoc pauci sacerdotes cum Episcopo non cœlebrarent; nam celebrare, est simul consecrare: hoc autem est contra cit. Pontificale, in quo sacerdotes recens ordinati dicuntur cum Episcopo concelebrare. Præterea frustra Pontificale tantopere Episcopo ordinanti commendaret, vt secreta morosè dicat, vt ordinati ad sacerdotium possint illa cum eo dicere, & eodem momento, quo dicitur per Pontificem. Ceterum citata verba non sunt in novo Pontificali à Clemente VIII. reformato; & sensus illorum est, vt ita se gerant, ac si ipsi per se seorsim celebrarent.

204. Quartus docet, omnes celebrantes concurrent ad eandem materiam eodem instanti consecrandam, esto unus paulò citius, aut tardius alio verba consecrationis proferat, sicut accidit in reliquis sacram. in quibus non statim prolatæ formam conficiunt sacramentum, sed expedita est mora aliqua, donec applicetur materia: Qui enim verba Baptismi profert, non statim Baptismum conficit, sed expeditare debet aquæ ablutionem. Pari modo, quando multi ad hoc sacram. conficiendum per modum unius causæ concurrunt, non statim prolatæ formam ab uno, conficitur sacram. sed expeditum est, donec reliqui omnes absoluant, cùm omnes integrant unam causam totalem consecrarentem, uero minus quam materia & forma integrant unam causam totalem in reliquis sacram. Hunc modum fecerunt est Soto in 4. dist. 13. q. 1. art. 2. quem postea 205. Merito à se reprobant,

reprobant, & merito: nam verba sacram ex diuinâ institutione habent efficaciam, ut statim ac eorum significatio compleatur, efficiant, quod significant: heque hæc efficacia differi, aut suspendi potest intentione proferentis. Confirm. Si proferentur ab uno tantum sacerdote, statim suum effectum operentur ergo eodem modo illum operabuntur, etiam si cum illo alij proferant: nam concomitantia celebrantium non tollit, quia verba statim à quoniam integrè super debitâ materiâ prolata, suum sortiantur effectum, cum hoc habeant ex diuinâ institutione. In reliquis verâ dieo, interdum non statim prolata forma, sacramentum perficitur, quia nondum est applicata materia, quæ simul cum formâ id integrat: ceterum si ante prolationem formæ supponatur applicata materia, sicut ante prolationem formæ consecrationis supponitur applicata materia in hoc sacram. prolata forma, nulla expectanda est temporis mora, sed statim perficiunt sacram. Neque plures concelebrantes ad eandem materiam consecrandam concurrunt per modum unius causæ totalis, ut non fiat consecratio, donec omnes absoluant. Nam cùm sacramenta suam virtutem & modum causandi habeant à Christo, cùm quilibet celebrans seorsim sumptus sit totalis causa consecrationis, nō potest hic modus ab Ecclesiâ mutari.

Quintus est *Caiet. 3. p. q. 81. a. 2.* opinantis, nouos sacerdotes cum Episcopo concelebrates nullam debere habere intentionem determinatam, neque consecrandi, neque non consecrandi, sed debitam, qualis est hæc: *Intendo dicere cum ea intentione, quæ debo.* Sic enim tota intentio determinata consecrandi relinquitur Episcopo. Sed contrâ: cùm ex Pontificâ Rom. sacerdotes recens ordinati debeant concelebrate cum Episcopo celebrante, & nequeant, nisi determinatam habentes intentionem consecrandi, ineptus erit iste modus ad hanc consuetudinem explicandam.

Sextus est *Suar. disp. 61. sett. 4. fine arbitrantis*, ad omnia hæc incommoda vitanda debere sacerdotes, qui cum Episcopo concelebrant, habere hanc intentionem disiunctam, nimis ut collocandi simul cum Episcopo, aut certè si id fieri non possit, profundi verba tantum materialiter, sine animo consecrandi. Sed contrâ: licet per hanc disiunctam voluntatem vitentur incommoda, optimumque consilium sit, hunc modum à recens ordinatis seruatis demandans: tamen non esset, qui cum absolutâ intentione eum Episcopo consecrandi accederet. Adeo, quod si hæc disiuncta voluntas necessaria esset ad incommoda vitanda, debuisse ab Ecclesiâ explicari, ne periculo exponeret nouos sacerdotes, qui nihil de hac disiunctâ voluntate cogitantes, optimè se dispositos accedere arbitrantur, si accedant absolutâ voluntate cum Episcopo consecrandi. Neque alia intentio ex Pontificâ colligi potest.

Dico igitur cum *Soto & Vazquez* cit. licet posuisse Ecclesiam hanc cæteriam statuere ad representandum factum Christi, non obstante mortali periculo proferendi aliquando verba consecrationis super materiâ iam consecrata. 1. quia si quando hoc accidit, est præter intentionem Ecclesiæ, quæ magnâ cum cautelâ monet, ut verba mortales & altè ab Episcopo proferantur, ut possint à concelebrantibus simul cum ipso, eodem momento proferri: ad quod sufficit ut omnes simul verba consecrationis absolvant, esto non simul incipiunt, vel continuenter. 2. nullus cœtelebrans est moraliter certus, quod si verba frustâ prolatus: immo unusquisque illa profert ex opinione, & morali iudicio, quod si per ea sit consecratutus: quia quam-

reco fieri potest, ea profert eodem tempore cum concelebrantibus. Vnde casu quo certus esset, ea se frusta prolatus in materiam iam consecratam, non posset ea proferre, quia tunc non posset ea licet proferre. Hoc igitur morale iudicium, quod unusquisque concelebratus habet non frustandi verba consecrationis, reddit hanc actionem licitam: quæ apertissima est ad representandum factum Christi.

Paret ad 1. incommodum. Nam esto hoc sit moraliter certum in communi, quod ab aliquo sint verba consecrationis frustâ proferenda: quia tamen in particulari de nullo est moraliter certum, quin possibili in particulari morale in cœlum habent, per ea se consecratores, non potest proper hanc morallem certitudinem in cœlum hæc actio reddi illicita, ita moraliter certum est, quod si Ecclesia propter aliquod universale bonum, præcepit omnibus fidelibus instrumentum ieiunium, aliquis hoc præceptum transgressurus, tamen per hoc non redditur tale præceptum illicitum: quia tunc tantum redditur actio illicita, quando ab aliquo in particulari necessario deberet male exerceri. Ad confir. nego, vel omnes, vel aliquem, qui simul cum Episcopo verba proferunt, moraliter esse certos, frustare se prolaturos: alioqui non posset ea licet proferre. Eodem modo resp. ad 2. incommodum: licet fieri possit, ut Episcopus verba consecrationis proferat super materiâ iam consecratâ, quia tamen id non accidit ex certâ scientia & intentione, cùm nullus accedere debeat cum intentione Episcopum præueniendi, non poterit ex tali casu hæc actio reddi illicita. Ad 3. multi sunt, qui essentiam huius sacrificij constituant in solâ consecratione: 1. esto etiam consistat in sumptione variisque speciei, ad hoc tam sufficit, ut principalis celebrans vice omnium illud consumat.

*Disp. 75. de sacrif. sett. 5. fine:* proinde potuit iuxta hanc sent. ab Ecclesia dispensari. 2. esto sit de iure diuino, potuit tamen illud per iuris interpretationem ab Ecclesiâ declarari, hoc casu, ad factum Christi representandum, non obligare: ut per iuris interpretationem in *Paracœne* declarat, ad mortem Christi representandam, è die Sacerdotem non obligari ad consecrandam materiam, quam offere & consumit, sed posse etiam ab alio consecratam offerre & consumere.

## DISPUTATIO XXV.

### De effectibus Eucharistiz.

#### SECTIO PRIMA.

Quam dispositionem requirat ut suum effectum conferat?

**V**PPONO 1. De fide certum, hoc sacram dignè suscepimus suum effectum conferre, idque; ex opere operato, ut de omnibus sacram. nouæ legis definiunt *Florent. in decre.* de *vid. Arnd. & Trident. sett. 6. c. 7. & sett. 7. can. 6.*

¶ 8. & de hoc in particulari docent Florent. & Trident. sess. 13. cap. 2. Fundam. omnia sacram. non ex legis vim habent conferend gratiam ex Christi merito, non ex merito & dispositione conferentis, vel suscipientis: quod est gratiam conferre ex opere operato, non operantis. Effectum propter huius sacram. esse augmentum gratiae sanctificantis, cum augmentatione virtutum infusarum, quae simul cum gratia augentur, nec non peculia auxilia ordinata ad principalem fines huius sacram. qui est, vniuersitatem cum Christo, ut membra cum capite per affectum charitatis. Ratio: cum hoc sacram. sit per modum refectionis spiritualis, supponit vitam spiritualē in animā, et quae per se ratuaugerat & triduc-

<sup>2.</sup>  
Quia prae-  
dictus effe-  
ctus?

<sup>3.</sup>  
Ad quæst. 1.  
sent.

<sup>4.</sup>  
Fundament.

Confr.

<sup>5.</sup>  
2. Sentent.

<sup>6.</sup>  
Accedens a-  
tualis di-  
stractionis  
carent.

<sup>7.</sup>  
Ad augmen-  
tum gratiae  
non requiri-  
deuotionem  
actualis.

<sup>8.</sup>  
Probatio 2.

<sup>9.</sup>

tit mortalia inuincibiliter ignorata: aut igitur cum quis accedit ad Euchar. distractus & cum mortali inuincibiliter ignorata, consequitur remissionem mortalium; sic membris distractio non impedit gratiam habitualem: aut non consequitur; ita posset statim hic mori & damnari, quod est contra Casas. affirmantem, qui sic distractus accedit, non priuati in aeternum augmentatione gratiae. Inclinat Alen. in resp. ad penult. vbi, Existimo, inquit, quod iustus accedens ad communionem, licet negligens fuerit in preparando se modo debito & sufficiente, dummodo non cadat à iustitia, assequatur aliquo modo effectum principalem huius sacramenti, scilicet unionem firmiorem cum capite, & membris.

Quod autem requiratur voluntas recipiendi sacram. ut sacramentum est, patet: quia hec requiritur in adultis ad omne sacram. Sunt enim sacramenta instrumenta meritorum Christi, quae non communicantur, nisi liberè ad ea suscipienda cooperantibus (nec sufficit sola negatio resistenter: nam hec non est cooperatio, sed permisso tantum) hoc enim decuit & ad dignitatem sacram. & ad passionem Christi, & ad modum operandi creature rationalis, ut non nisi per liberam cooperationem iustificaretur. Quod autem hec voluntas includat fidem, & spem saltem implicitem, prob. includit voluntatem recipiendi sacram. ut sacramentum est: hec autem suppositissimum saltem virtualis in sacram. ut sacramentum est, hoc est in practicum signum gratiae a Christo institutum ad homines iustificandos. Quod sufficiat virtualis, constat: alioqui non posset hoc sacram. dari mente captis, si nullum sit periculum, & ante petierint. Ratio: hec voluntas sufficit ad transigenda negotia humana: verosimile autem non est, Christum, qui in omnibus se accommodavit modo agendi humano, expressorem voluntatem ad sacram. requiriere, quam requiratur ad humana negotia.

Sequitur 1. maius augmentum gratiae, ceteris paribus, consequiem, qui cum intensiori gratia habituali ad hoc sacram. accedit. Nam si gratia est dispositio ad hoc sacram. intensio gratia erit perfectior dispositio. Dixi, ceteris paribus: quia potest hec maior intensio gratiae compensari per intensiōē deuotionem. 2. si quis accedat sine illa voluntate, ne virtuali quidem recipiendi hoc sacram. nullum recipere effectum: nam hec est conditio necessaria requisita, ut sacram. conferat suum effectum adultis. Est autem hec voluntas virtualis duplex; formalis, quae aliquando processit in actu expreso recipiendi hoc sacram. Interpretativa, quae nonquam processit in aliquo actu explicito, sed in sola voluntate implicita seruandi omnia precepta, inter quae est susceptio huius sacram. & hec ad fructum huius sacram. consequendum sufficit, si, nonquam fuit retrodata.

Obiectio 1. Si ad effectum huius sacram. requiritur posita voluntas: ergo qui ad illud accedit sine ea peccat mortaliter, quia ponit obicem, ne sacram. suum habeat effectum; ut qui ad Baptism. accedit sine debita dispositione, vel ad reliqua sacram. virtutum cum mortali. Resp. nego conseq. quia effectus Eucharistie, est etiam gratia actualis & tamen qui ponit obicem ad illam, non peccat mortaliter. 2. qui obicem ponit effectui sacram. nullam iniuriam facit sacramento, quia effectus sacram. est in bonum suscipientis; qui si nolit illum suscipere, ei iniuriam non facit: facit iniuriam sacramento, qui recipit sacram. quod sanctum est, in subiecto indigno, seu lethaliter maculato; potiori ratione quam qui sacramenta ministrat in mortali. Qui

<sup>9.</sup>  
Requiratur  
voluntas re-  
cipiendi hoc  
sacram.

<sup>10.</sup>  
Fides & opes

<sup>11.</sup>  
Suffici vir-  
tualis.

<sup>12.</sup>  
Coroll.

<sup>13.</sup>

<sup>14.</sup>  
Qui accede-  
deret ad hoc  
sine illa vo-  
luntate reci-  
piendi in fa-  
tu gratiae, ne  
peccaret.

<sup>15.</sup>

verò accedit ad Eucaristiam cum insititia habituata sine sufficiēt voluntate consequendi esse & quā, non recipit sacramentum in subiecto indigno.

Dicas: ergo qui accederet ad Baptismum, vel Confessionem sine voluntate recipiendi sacram. nō peccaret mortaliter, qui non reciperet sacram. in subiecto indigno, cūm eo casu nullū fieret sacram. Resp. neg. conseq. nam magna iniuria sit sacramento, ponere obicem ne fiat: hīc autem non ponitur obex, ne fiat, cūm iam supponatur factum, & non recipiatur in subiecto indigno.

Obiectus 2. Si veniale non esset obex ad effectum gratiæ habitualis in hoc sacram. posset esse dispositio ad talem effectum recipiendum, quia posset quis ad hoc sacram. accedere cum solā voluntate inanis gloriæ. Aliqui nec potat absurdum veniale esse dispositionem ad gratiam sacram. quia hæc nō respōdet dispositioni suscipientis sed Christi merito. At nego sequel. ad prob. dico: vel hic actus inanis gloriæ esset tantum concomitans actum recipiendi sacram. & sic non iubiceret illum: vel esset obiectum, aut circumstantia illius; & tunc si nulla alia in eo supponeretur voluntas solum virtualis, non consequeretur effectum sacram. quia repugnat illum cōsequi per peccatum, vt per dispositionem. Dicas: nō repugnat, vt ex parte conferentis intentio sit peccaminosa: ergo neque ex parte recipiētis. Resp. plus censetur ad salutem cooperari subiectum, quā minister, vnde peccatum mortale ministrantis non impedit effectum sacramenti, impedit mortale suscipientis.

Dico 3. Licet peccatum veniale aquale concepitans, & negatio actualis deuotionis non impedit totalem effectum gratiæ habitualis in hoc sacram. impedit tamen intensionem illius. Ratio: sacramenta nouæ legis èd intensione gratiam ex opere operato producunt in subiecto, quod illud melius dispositum inueniunt, quia producunt ad instar causarum naturalium. Et sanè fuit hoc cum ad dignitatem sacram. rum ad utilitatem ob incitamentum fidelium necessarium, quia sic melius se disponunt ad sacramentorum susceptionem.

Ad rationem primæ sent. Resp. sufficiēt voluntatem virtualē recipiendi sacram. Ad confirm. dico 1. Ideo talis gratia sic aucta non operatur quotidianus feruentius, quia illa proximè operatur per auxilia actualia, quæ ob mentis distractionem negantur. 2. Hoc ipsum est contra Caset. qui vult, illud augmentum gratiæ, quod in sumptione sacram. impeditur, dari postea recedente fictione. Quod fallum est: nam si quis ad Euchar. accederet distraetus cum solā contritione purata, postea extra sacram. recedente fictione iustificaretur, quia cessante distractione sine novo actu rediret gratia, quam accepturus erat in sumptione sacramenti. Cetera vide disp. 4.

## SECTO II.

*An hoc sacramentū semper continuò gratiam augeat, quamdiu in nobis manet.*

PRIMA sent. negat: Sot. in 4. dist. 11. q. 2. art. 1. P. latii dist. 12. disp. 4. Vasq. disp. 203. c. 2. &c. Prob. 1. promissio gratiæ facta est manducanti, Joan. 6. qui autem species sacram. in stomacho conservat, & digerit, non manducat, vt per se patet: nam manducare, est cibum ex ore in stomachum trahere. 2. sequetur, gratiam successiū produci pro toto eo tempore, quo species in stomacho durat.

3. reliqua sacram, non conferant gratiatiā, nisi determinato instanti, non amplius ergo & hoc sacram. 4. digestio specierum non est usus sacram. vel actio libera, sed merè naturalis: ergo non potest virtute illius gratia sacram. augeri, quia hæc non est promissa, nisi liberè venti hoc sacram. alioqui posset illud dormienti collatum gratiam conferre. 5. sequetur, maiorem gratiam receptum illum, qui plures, aut maiorem accipit hostiam, imo qui debiliorem habet stomachum, quia diutius in eo manent species sacram. vnde hinc aperitur via superstitionibus plures, grandioresque procurandū hostias: quod teste Vasquez est ab inquisitoribus damnatum.

SECUNDA affirmat: Caset. 3. p. q. 79. ar. 1. Suar. disp. 63. scilicet 7. Coninck q. cit. a. 1. dub. 2. inclinat Major in 4. disp. 9. q. 1. sc. nullā variatione dispositionis in subiecto, hoc sacram. continuò gratiam augere, quamdiu in suscipiente perseverat. Caeterum non explicat, quo sensu illam intelligat.

Dico, gratiam non augeri, nisi aucta dispositione subiecti. Prob. nullā variatione dispositionis, vel gratia augeretur ultra gradum, quem sacramētum, positā tali dispositione, esset aptum cauare, eo tantum nomine, quod talis dispositio perseveret cum sacram. at hoc dici non potest: quia sacram. semel à Christo institutum gratiam causat ad instar causæ naturalis; que non producit novum effectum in subiecto, nisi facta meliorē dispositione, aut applicatione agentis ad passum vel passi ad agēs: Vel nō augeretur ultra cum gradum, sed eundem quem producuntur erat in principio sumptionis totum simul, produceret successiū, quamdiu eadem dispositio & sacram. in sumente perseverat: at neque hoc dici potest: quia cūm sacramenta sint perfecta instrumenta Passionis Christi, quæ ut suos effectus producant, non requirunt, nisi ut in subiecto non sit obex, statim totum effectum producunt, quem possunt in subiecto apto.

Aucta vero dispositione subiecti, gratiam augeri, quamdiu manet in nobis sacramentum, prob. 1. si eur causæ naturales ad meliorē applicationē passi, melioremque dispositionem subiecti intensiorem perfectioremque producunt effectū ita sacramenta ad meliorē dispositionem subiecti intensiorem producunt gratiam sacram. cūm hęc producatur ad instar effectus naturalis. Confir. Si in principio sacramentum meliorē inuenisset dispositiōnem in subiecto, perfectiorem à principio effectū produxisset: ut disp. 4. n. 120. ergo si meliorē dispositiōnem inueniat in medio, vel in fine, perfectiorem etiam in medio, vel in fine effectū producet: cūm eadem sit proportio, principij, medijs, finis. 2. hoc sacram. institutum est per modum cibi & potūs; vnde docet Florent. in decre. de unio. id operari quoad vitam spiritualem, quod materialis cibus & potus quoad corporalem: Sed cibus & potus non solum agunt in vitam corporalem, dum manducatur, & bibitur, sed etiam dum in stomacho digeruntur: ergo etiam hoc sacram. in vitam spiritualem operatur, quamdiu per modum cibi & potūs in stomacho perseverat.

Maior difficultas est: an quævis dispositio noua sufficiat, vt hoc sacram. dum in nobis perseverat, gratiam adaugeat. Ratio dubit. etiamsi post primum instans, quo augmentum gratiæ contulit, nouus à communicante non eliciatur actus, & omnis actualis dispositio in eo cesseret, adhuc continuò gratiam augebit, quamdiu in stomacho perseverabit. Nam sola intensior gratia habitualis est dispositio ad maius augmentum gratiæ ab hoc sacram. primo

Si ad confessionem, peccare mortaliiter.

Obiectus 2. Si veniale non esset obex ad effectum gratiæ habitualis in hoc sacram. posset esse dispositio ad talem effectum recipiendum, quia posset quis ad hoc sacram. accedere cum solā voluntate inanis gloriæ. Aliqui nec potat absurdum veniale esse dispositionem ad gratiam sacram. quia hæc nō respōdet dispositioni suscipientis sed Christi merito. At nego sequel. ad prob. dico: vel hic actus inanis gloriæ esset tantum concomitans actum recipiendi sacram. & sic non iubiceret illum: vel esset obiectum, aut circumstantia illius; & tunc si nulla alia in eo supponeretur voluntas solum virtualis, non consequeretur effectum sacram. quia repugnat illum cōsequi per peccatum, vt per dispositionem. Dicas: nō repugnat, vt ex parte conferentis intentio sit peccaminosa: ergo neque ex parte recipiētis. Resp. plus censetur ad salutem cooperari subiectum, quā minister, vnde peccatum mortale ministrantis non impedit effectum sacramenti, impedit mortale suscipientis.

Sacram. non angelicam, si non angelicam dispositio.

Auger gratiam, sed dispositio augeratur.

Probab. 2. ex natura sacram.

An ad id quævis noua dispositio sufficiat

Gratiæ ratio dub.

primo instanti recipiendum: ergo etiam post primum instanti sola intensior gratia habitualis, absque actuali dispositione, erit dispositio ad maius augmentum gratiae ab eodem sacra. recipiendum: ergo hoc solum augmentum gratiae initio collatum, cum praecedente gratia habituali erit dispositio ad nouum augmentum gratiae: & cursus hoc augmentum cum praecedente gratia erit dispositio ad aliud, & sic deinceps, quodlibet augmentum de novo collatum cum praecedente gratia erit perfectior dispositio ad nouum subsequens, quamdiu sacramentum in stomacho perseverabit. Vnde, nullam variationem dispositionis ex parte communicantis, per solam variationem factam à gratia, per nouum augmentum collatum, gratia continuo augeretur in ipso communicante.

30. Sententia ne-  
gans, vera.

Fund. affer.  
principia u.

Dico: sola variatio facta in subiecto à sacram. per nouum augmentum gratiae, ab eo productum, non fiat est, ut hoc sacram. nouum conferat subiecto gratiae augmentum, etiam si ab initio intensior gratia habitualis fuerit sufficiens ad maius gratiae augmentum recipiendum; sed necessaria est noua dispositio actualis perfectior praecedente. Fundam. dispositio, quam hoc sacram. ad suum effectum causandum requirit, debet esse indipendens ab ipso sacram. & solum dependens à subiecto: cum igitur intensior gratia habitualis subiecti sit independens ab incremento gratiae, quod initio sacramentum confert; contrà vero non sit independens intensior gratia habitualis subiecti ab incremento gratiae, quod idem post primum instanti confert, intensior gratia habitualis subiecti post primum instanti non erit sufficiens dispositio ad nouum incrementum gratiae à sacramento recipiendum; erit autem sufficiens ad nouum incrementum primo instanti recipiendum. Antec. prob. omnis dispositio, cum versetur circa subiectum habilitandum ad effectum recipiendum, natura sua presupponitur ad effectum inducendum, non minus quam subiectum, quia hoc non presupponitur, nisi ut habile ad effectum recipiendum: ergo quidquid requiriatur ad subiectum habilitandum, presupponi debet ante effectum.

31. Infallit.

Dicas: Esto, intensior gratia, quæ ad augmentum 1. conferendum presupponitur, non pendeat ab augmento per sacram. conferendo. sed ad illud presupponatur ut dispositio, poterit tamen gratia facta intensior, per augmentum 1. à sacramento causatum, presupponi ut noua dispositio ad secundum; & sic deinceps. Hoc enim modo dispositio non coincidit cum effectu inducendo: sed potius unus effectus causatus à sacram. est noua dispositio ad aliud, ab eodem causandum: quod necessarium dicendum, quoties agens agendo continuo melius disponit subiectum ad perfectiorem effectum recipiendum. Confirm. etiam si intensior gratia, quæ ad augmentum 1. presupponitur, sit causata ab eodem sacram. adhuc illa est sufficiens dispositio ad maius augmentum gratiae ab eodem sacram. in principio recipiendum: ergo etiam si intensior gratia, quæ ad augmentum 2. presupponitur, sit causata ab eodem sacram. adhuc erit sufficiens dispositio ad nouum ab eodem recipiendum. Antec. prob. si quis post augmentum 1. suscepit, hostiam euomat, eamque paulò post resumeret, iste procul dubio consequetur nouum incrementum gratiae, etiam si nulla accedat noua dispositio actualis, ex eo raneum, quod illam resumat cum intensiori gratia habituali, quâ prima vice illam sumperferat. Sed contra etiam illud augmentum gratiae, quod sacram. conferat principio ut-

que ad finem, quo in nobis dureat, comparatur ad ipsam per modum unius effectus, quem totum à principio contulisset, si totam dispositionem à principio inuenisset. Ergo sicut in principio omnem dispositionem ex parte subiecti presupponit independentem à seipso, ita & in reliquo tempore, quo durat: cum unus & idem effodus eadem semper exigat dispositionem. Alioqui etiam instanti 1. quo produxit augmentum 1. producere etiam debuisset secundum: quia eodem instanti gratia habitualis per augmentum 1. à sacram. collatum, reddit a et intensior, adeoque facta est apia ad nouum augmentum gratiae recipiendum. Ad confirm. nego, eocasum communicantem per iteratam sacra hostia sumptionem nouum incrementum gratiae consecutum: nisi vel noua accedat actualis dispositio, vel certè iterata sacra hostia manducatio non fiat statim post, sed interposito tempore aliquo notabiliter post quod moraliter censetur noua manducatio ac refectio spiritualis.

34. Et contra.

35. Qualis di-  
positio requi-  
rat.

Ceterum, quæ, aut qualis debeat esse hæc noua dispositio actualis, ut sufficiat ad nouum incrementum gratiae ab hoc sacram. recipiendum, non explicant Doctores. Puto tamen sufficiere, quodlibet nouam honestatem supernat. seu valorem nouum vel eiusdem actus, qui à principio fuit, vel alterius de novo accendentis, qui aut scorsim, aut simul cum praecedenti actu melius disponat subiectum. Dispositio certè naturalis non est proportionata ad effectum supernat. qualis est augmentum gratiae habitualis: puto tamen, sat esse, ut hæc sit supernaturalis quoad modum tantum. Quod autem idem actus, qui à principio fuit dispositio ad augmentum 1. possit esse noua dispositio ad nouum, constat: quia, vel idem actus potest magis intendi & sic fieri melior dispositio subiecti: vel sola duratione sui fieri melior ac perfectior dispositio subiecti: nam sicut quod diutius ille durat, ed magis in valore & merito crescit. ex 10. 3. disp. vlt. sett. 9. suppono: ita ed magis crevit etiam in ratione dispositionis, subiectum habilitantis ad maius incrementum gratiae ex opere operato ab hoc sacram. recipiendum. In quo tamen actu distinguuntur triplex perfectio: 1. proueniens ab intrinsecâ honestate actus, derivata ex obiecto: 2. refusa ex gratia habituali, independente à sacram. 3. communicata ab augmento gratiae, producta à sacram. Porro ratione primi & 2. valoris, non certij, actus sit noua dispositio ad nouum incrementum gratiae promerendum. Ratio: si- cuit noua intensio gratiae, à sacramento producta, non est sufficiens dispositio ad nouum incrementum gratiae: ita nec valor, ex ea in actu refusus, erit sufficiens ad ipsum.

36.

Quod vero possit nouus actus simul cum praecedente, etiam si praecedens cessauerit, fieri noua dispositio ad nouum augmentum gratiae promerendum, prob. omnes actus, qui à communicante elicuntur toto tempore, quo in eo sacramentum perseverat, habent se per modum unius dispositionis: si enim omnes eliciti fuissent in principio, iuxta omnium perfectionem collatum fuisset augmentum gratiae à sacram. ergo iuxta eorum valorem conferetur augmentum ab eodem, etiam si successus illi eliciantur; nam comparatur una dispositio ad totum augmentum gratiae Euchar. Quo sit, ut etiam si subsequens actus sit minoris honestatis & perfectionis secundum se, quā fuerit praecedens, adhuc sit melior dispositio, quā praecedens: quia coniunctus cum praecedente, cum quo componit unam dispositionem, est perfectior.

37.

Omnes alii,  
qui aliquid  
dū sacram.  
perseverat,  
habent se per  
modum unius  
dispositionis.

Hic sequitur si soluta eo tempore, quo com-  
municans

38. Solutio de-  
bet.

39. Com-

Deductione

40. *Summādō.* mūnicans cessat ab omni actu honesto supernat. illum cessare nouum incrementum gratiæ à sacram. recipete. Nam quamdiu vel in pristino actu perseuerat, vel nouum, etiam inferioris honestatis elicit, semper subiectum redditur habilius ad nouum incrementum gratiæ Euchar. recipiendum. 2. hoc gratiæ incrementum à sacram. produci iuxta modum, quo crescit subiecti dispositio: nam si hæc augetur instantaneè; etiam augmentum gratiæ à sacram. producitur instantaneè. Contrà vero si crescit successiù: etiam augmentum gratiæ à sacram. producitur successiù: cùm sacram. ad suum efficiendum producendum non expectet tempus, sed statim ac subiectum inuenit dispositum, illum producit. 3. posse aliquem accipere hoc sacram. in peccato, arque adeò nullam in principio gratiam recipere; in fine verò, posicà sufficienti contritione, illum recipere, simul cum peccati condonatione. Idem dicendum de eo, qui ad hoc sacram accedit cum peccato inuincibiliter oblieto, & nondum sufficienter retractato, si antequam species sacram. corruptantur, illud sufficienter retractet. Vnde optimum consilium est, eo tempore ad actus contritionis & dilectionis erga Deum maximè conari, 4. peccare speciali peccato sacrilegij, non modò, qui ad hoc sacram. accedit cum peccato, sed etiam qui peccatum illud retinet in stomacho; cùm non minorem iniuriam sacramento irroget. Quod admittere debent aduersarij, etiamsi in eorum sent. dum Christus perseuerat in stomacho, non causet gratiam. DICES. Hinc sequi, communieantem non solum obligari ad confitendum peccatum ante mandationem sacram. commissum, ne hoc sacram indignè suscipiat, sed etiam post patrum, ne indignè hoc sacram. intra se retineat; si eadem interrogatur iniuria per indignam mandationem, ac per indignam retentionem. Resp. quoad confessio-nem negari potest sequela; eo quod præceptum traditum 1. Corin. 11. de non manducando pane, & bibendo calice Domini, nisi prævià probatione sui, quam Trident. sess. 13. cap. 7. interpretatur de prævià confessione, vbi peccari mortalis conscientia stimulauerit, iuxta praxim & declarationem Ecclesiæ non obligat, nisi ante sumptionem sacram. non potest nisi solos Sacerdotes, idque ex speciali præcepto Eucharistia, ut infra. Quoad contritionem censio, talem hominem teneri ad actum contritionis eliciendum, ne iniuriam irroget Christi præuentis sacramentali.

45. *Ratio dñs.* Obijcies 1. Cibus materialis viuentem non nutrit, nisi postquam corruptus est; ergo neque hoc sacram. quod ad instar cibi spiritualis institutum est, sumentem nutrit, nisi postquam ipsius species corruptæ sunt. Resp. neg. conseq. nam cibus materialis nutrit per conversionem sui in substantiam viuentis: vnde vt viuentem nutrit, debet prius corrupti, cùm non possit in illum converti, nisi in seipso corruptatur. Contrà verò hoc sacram. nutrit per conversionem sumentis in seipsum; quem vt convertat, debet agere & operari, quando est, cùm nullum agens aptum sit operari, quando non est.

46. *Obijcies 2.* Sequeretur, quod si angelus poneret hostiam consecratam in stomacho alicuius fidelis iusti, quod talis consequeretur effectum sacram. Resp. 1. concèd. sequel. 2. negari posse: cùm tali casu decesset mandatio sacram. à Christo requisita ad effectum huius sacram. sufficiens autem fundamentum huius sent. est, quod illud institutum sit per modum cibi & potus, qui non tantum nutrit, quando comeduntur & potantur, sed etiam postquam sunt comepta & pota.

47. *Quarid.* Ad 1. argu. 1. legit. Resp. ex eo quod gratia sic promissa manducanti, sequitur solum, quod mandatio sit conditio, sine qua illa non datur, non ratio, in qua, seu per quam tolam datur. Sic ut fidei facta est promissio taloris; cum tamen hic non deatur propter solum fidem. Ad 2. nullum esse absurdum, gratiam successiù produci, iuxta successiù productionem dispositionis, ad cuius mensuram gratia augetur. Nec sequitur, huiusmodi augmentum esse infinitum, cùm respondeat augmen-tatio dispositionis, quod finitum est, ut 3. to. disp. vlt. seq. 9. Ad 3. neg. conseq. nam reliqua sacram. non sunt permanentia, sed successiva & transiuntia, quæ in instanti perficiuntur, & desinunt exire necesse; proinde suos effectus cauare non possunt, nisi solo instanti, quo sunt. Ad 4. nego, gratiam sacram. au-geri propter naturalem digestionem specierum, sed proprie liberam dispositionem, quæ à communicaante elicetur tempore digestionis. Vnde non sequitur, hoc sacram. cum fructu dari posse dormienti, quia in dormiente nulla est libera cooperatio. An autem dari possit ex liberâ cooperatione præcedente, etiam si nulla sit libera cooperatio præfens, infra. Ad 5. nego, per se maiorem gratiam accepturum, qui plures, maioremve hostiam lumpit. Nam si à principio eandem dispositionem habuisset, qui unam, minoremve, quam qui plures, maioremve hostiam lumpit, eandem accepisset gratiam, sed tantum id sequi per accidens, ex eo quod. quod diutius hoc sacram. durat, eò plures posse actus communicans elicere, quibus melius se disponat ad maiorem gratiam sacram. ex opere operato accipiendam. Vnde non aperitur via superstitionibus, sed commendatur diligentia communicantis, & augetur reverentia erga tantum sacram. Nam dum communicans scit, quamdiu hoc sacramentum manet in ipso, continuò gratiam augere ad meliorem dispositionem subiecti, maiori cum diligentia conabatur ad plures perfectioresq; actus virtutum elicendos, ad malum gratiæ incrementum consequendum.

### S E C T I O III.

*An hoc sacramentum maiorem gratiam conferat viriute utriusque speciei?*

Q VESTIO est de speciebus diversæ rationis & vini quibus hoc sacram. ut perfectum conuiuium spirituale integratur; non de speciebus eiusdem rationis: que etiam multiplicatæ eadem sumptione, per se, & vi sacram maiorem gratiam non conferunt, quam conferret vel minima pars hostia consecrata: sc. an per se & vi sacramenti, non melioris dispositionis subiecti, maior conferatur gratia, ratione utriusque, quam unius tantum speciei.

P RIMA sent. affirmat: Alen. 4. p. qu. 11. me. 2. art. 4. §. 3. dōcentis, sumptionem viriutique speciei maioris esse efficaciam: Valq. disp. 215. cap. 2. Ioan. de Lugo de Euch. disp. 12. seq. 3. & paucorum apud ipsos. ex axiomate Theolog. in Concilijs fundato, quod sacramenta Euang. causent id, quod significant: at maiorem gratiam significat gemina species, quam alterutra tantum: nam utraque species significat plenitudinem conuiuij spiritualis, & perfectam animi refectionem; quam non significant singulæ species secundum sumptus. Sicut cibus & potus materialis diversas importat refectiones corporis: unus roborat, alter exhilarat, unus expellit famem, alter fitum extinguita hoc sacram. quod sepe Florent. decre-

Ad augmentum  
confer.

49.

50.

51.

52.

53.

55.

56.

57.

55.  
Confir. 1.

decre. de vni. eosdem effectus operatus quoad vitam spiritualem, quos cibus & potus materialis agunt quoad vitam corporalem, diuersas etiam importat animi refectiones per utramque, quam per unam tantum speciem. Confir. 1. non minus species vini, quam panis est verum sacram. verumque signum rei sacre tantificantis animas; ergo non minus vni, quam alteri signo respondere debet sua propria gratia sacram. animarum sanctificatrix. Vnde Clemens VI. concedens per Bullam Regi Gallie communionem sub utraque specie, addit: *Ad maius gratie augmentum.* 2. Si eadem gratia conferatur ab utraque, ac ab alterutram tantum specie; vel tota haec gratia Sacerdoti conferatur in sumptione solius speciei panis; sic autem species vini non esset verum sacram. nam gratiam, quam significat, non conferret. obicem non ponenti: vel in sumptione solius speciei calicis; sic species panis non esset verum sacram. saltē non potest assignari ratio, cur suum effectum sacerdoti non conferat, sicut confert laico. Vel partim in sumptione hostie, partim calicis; sic nec assignatur ratio, cur species panis sumpta à laico statim illi conferat totam suam gratiam, quam apta est conferre; sacerdoti vero non totam, quam apta esset causare in laico, sed tantum dimidiam, aliam dimidiam causandam relinquentia subsequentes specie vini; cum tamen sacramenta postquam sunt instituta, causent ad iostar causarum naturalium, quae statim rotum suum effectum producunt, quem possunt producere.

57. Verius negat, maiorem gratiam conferri ab utraque specie simul, quam ab alterutram tantum: S. Tho. opus. 58 c. 29. fine, affirmans. tam utilem esse laico communionem sub una specie, quam sacerdoti sub utraque: & 3. p. q. 80. a. 12. ad 3. posse sine ulla detimento hoc sacram. sumi sub una tantum specie: Cates. ibid. ubi fusè in sua q. 2. hanc sent. probat: Bonau. in 4. dist. 11. 2. p. dist. 4. 1. q. 2. Richard. a. 4. q. 6. Sotus dist. 12. q. 1. art. 12. Palat. dist. 13. dist. 5. concl. 7. Gabriel let. 84. in cano. Missal. S. Bellarm. l. 4. de Eucbar. e. 23. Suar. disp. 63. foli. 6. Valentia disp. 6. q. 8. punct. 5. §. 6. Henrig. lib. 8. de Sacram. cap. 44. Coninek. 3. p. q. 80. art. 1. dub. 2. concl. 3. Sylvi. ibid. art. 12. qu. 2. Alan. de Eucbarist. lib. 1. cap. 43. Salmeron tom. 9. tract. 36. & ferè omnes, qui hoc tempore scripserunt contra haereticos de communione sub utraque specie. Quae sent. tametsi ad dogma fidei non pertineat, ut nonnulli falsò putarunt, probabilior ramen est, aptiorque ad occursum tum haereticorum obreceptionibus, tum imperii populi querelis, quas contra Ecclesiam ingeminant, quasi, auferendo illis communionem sub utraque specie, ipsos priuauerit speciali gratia sacramentali.

58. Aliquis pro- ex Trident. sess. 21. cap. 3. vbi definit, sub altera tan- batis: ex Trid. tum specie totum ac integrum Christum, verumque sacram. sumi, ac propterea quod ad fructum attinget, nullà gratiā necessariā ad salutem eos defraudari, qui unam speciem solam accipiunt: & can. 3. vbi statuit, sub una panis specie sumi totum & integrum Christum, omnium gratiarum fontem & authorem. Præterea PP. Concilij Basile. cum Bohemis, communionem sub utraque specie flagitantibus conuenisse dicuntur, ut si vellent eam habere, inter alias conditiones, debarent profiteri, non plus fructus capi ex utraque specie, quam ex una tantum, ut ex Ruardo Bellarmino refert; addito, quod hæc sent. vel est definita, vel proximè ad definitionem accedit; Sed contraria: quod attinget ad Trident. non sine causa addidit. Nulla gratia ne-

cessaria ad salutem eos defraudari, sc. ut nulli ex ijs qui Concilio intertuere, testantur, ne altera sent. damnaretur. Nec obstat, quod Concilium dicat, id unā tantum specie sumi verum sacram. integrumque Christum; nam etiam in opposita sent. sumitur verum sacram. sc. quod aliquam gratiam conferat, et si non totam. Vnde non dixit, *totum*, sed *verum sacram.* quia ut sit verum sacram, sat est, ut aliquam gratiam, quantumque illa sit, conferat.

Neque ex eo, quod per quamlibet speciem sumatur totus & integer Christus, sequitur, quod eaēm gratia, quæ causatur per unam, causetur per utramque speciem simul: nam neque controversia est de integritate contenti, sed de integritate effectus, & auctore totius gratiæ sacram. Eucar. in actu 2. quam solam integritatem negant aduersarij. Quod autem Concilium locutum sit de auctore omnium gratiarum in actu 1. & non in actu 2. patet: nam qui hoc sacram suscipere, consequeretur gratiam omnium sacram. cum etiam reliquorum sacram. gratiæ sit Christus fons & auctor.

Quod vero actinet ad Basile. in sess. 30. vbi decreatum de communione sub unā tantum specie pro fidelibus laicis stabilitur, nulla prorsus mentio fit huius conditionis. Sic enim scribit: *Sine autem sub una specie, siue sub duplice quæ communicaret, secundum ordinationem, seu observantiam Ecclesia proficit dignè communicantibus ad salutem.* Nec ullatenus ambigendum est, quod non sub specie panis caro tantum, nec sub specie vini sanguis tantum, sed sub qualibet specie est integer Christus. Post haec autem commendat laudabilem consuetudinem laicæ communionis sub una tantum specie, ab Ecclesiâ rationabiliter introductam, eamque præcipit seruari. Et sane ratio tollendi laicam communionem sub utraque specie, non est, quia idem fructus spiritualis capitur ex una, atque ex utraque simul, sed præter periculum effundendi sanguinem, & ne populus ignarus putaret, non totum Christum sub altera tantum specie sumi, haec solet à Concilijs assignari, quia nullo fructu spirituali ad salutem necessario defraudantur, qui sub una tantum specie communicant. Quod si verum est, quod Bellar. ex Ruardo refert, illud aduersarij interpretantur de integritate, non fructus, sed rei contentæ, ut non duplex, sed una tantum sit conditio, alteram magis explicans.

Alij hanc sent. probant ex eo, quia si vera esset opposita sent. non potuisset Ecclesia auctoritate propriâ laicum populum priuare communione sub utraque specie: eo quod non sit autrix, sed dispensatrix tantum donorum Christi; imo contra iustitiam & Christi promissionem fecisset, ut qui legata non dispensaret iuxta voluntatem legantis. Cum igitur Ecclesia in administratione sacram. debeat se gerere ut fidelis dispensatrix bonorum, quæ Christus ut amantissimus Parentis suis filiis legauit, non potuisset populum priuare maiori fructu spirituali, qui ex communione utriusque speciei percipitur.

Verbum hanc rationem, quæ est Salmeroni, optimè refutat Bellarm. quia potuit Ecclesia propter Salmeronem reuerentiam tanti sacram. ob morale periculum effundendi sanguinem, priuare populum fructu aliquo spirituali ad salutem non necessario. Sicut ob simile periculum priuat infantes, qui capaces sunt fructus huius sacram. nec non phreneticos, & eos, qui vomitum patiuntur. Ita & integritas sacrificij præualet, ne hoc sacram. in una tantum specie conficiatur, ut supra. Vnde nego, Ecclesiam contra iustitiam & Christi voluntatem facere, negando populo communionem sub utraque specie. Nam hæc ipsa fuit voluntas Christi, quam pro tempore, loco, &

61.  
Ad Concil.  
Basilens.Causa prop-  
ter quam Cö.  
cilia Laicam  
communionem  
sub utraque  
specie fuisse  
littera.62.  
Alior pro-  
batis à quæ-  
bus.63.  
ratio refu-  
sator bene-  
d Bellarmi-  
no.

64.  
Alij probant  
inefficaciter.

loco, & personis interpretandam reliquit Ecclesie. Alij ex eo hanc sententiam probant, quod in unaquaque specie, quem ac in utraque, totus & integer sumatur Christus. Sed haec ratio, ut dictum est. solum probat, de integritate rei contentae, non de integritate fructus. Potest enim integer Christus in unam tantum specie sumi, & tamen plus gratiae accipi sub utraque. Nec integritas effectus penderet ex integritate causae in sacramentum, sed ex voluntate Christi; qui illa instituit: potuit autem Christus instituere, plus gratiae conferretur communicanti sub utraque specie, quam sub unam tantum. Præterquam quod aduersarii responderent, integrum causam gratiae Eucharistie non esse solum Christum, sed etiam species sacramentum, quae integrant unum sacramentum Christo. Unde sicut in sola specie panis non est species vini, aut contraria: ita in unaquaque specie non est integra causa sacramenti.

65.  
Christiani ra-  
tio confuta-  
tur.

Ex his refutatur ratio Caiet. id est non plus gratiae dari per geminam, ac per simplicem speciem; quia tota ratio causandi in hoc sacramentum est Christus, qui idem est in duplice, ac in simplici specie: Hoc n. facili negatur: 2. esto, Christus tamen gratiam Eucharistie non causat, nisi ut determinatus & applicatus per species sacramentum. sensibiles: potuit autem plus gratiae conferre per utramque speciem, eo quod applicatur ut perfecte reflectibus spirituali alimento.

66.  
Alij inter  
quos est Ca-  
set. Grc.

Alij cum Caiet. id est negant, maiorem gratiam conferri per geminam speciem; quia quidquid sumitur per geminam speciem, sumitur etiam per unam tantum. Nam sub specie panis non solum sumitur corpus, sed etiam sanguis; & sub specie vini non solum sanguis, sed etiam corpus, licet unum per se & vi sacramentum alterum concomitanter. Sed non solum habent vim causandi gratiam, quae in hoc sacramentum sunt vi verborum, sed etiam quae vi naturalis connexionis: igitur qui alteram tantum speciem sumit, consequitur fructum speciei etiam alterius, quam non sumit: quia sub qualibet sumit, quidquid apta est causare utraque species simul. Minor prob. tam diuinitas, quam anima Christi concomitanter est in hoc sacramentum. cum tamen tam diuinitas, quam humanitas Christi sit principalis causa gratiae sacramentum. illa physica, haec meritoria: igitur qualibet species causabit, quidquid utraque simul per se apta est causare. Contraria: hinc sequetur, non fuisse eiusdem virtutis & efficacitatis hoc sacramentum. in triduo consecutum: at non mindus in triduo ei competenter, quae Christus de sua carne, & sanguine, dixit Iohann. 6. Deinde in hoc sacramentum gratiam sacramentaliter non causant, quae sunt concomitanter vi solius connexionis, sed ea tantum quae sunt vi verborum in eo ponuntur, seu perse, & ex voluntate institutoris hoc sacramentum formaliter constituant: reliqua n. intendunt mere concomitanter, & extra formalem constitutionem sacramentum. atque adeo extra virtutem causatiuam illius.

Fundam.

67.  
Olim placuit  
displexer  
modo.

Confirm. si etiam ea, quae in hoc sacramentum sunt concomitanter haberent vim causandi gratiam sacramentaliter, etiam ea formaliter constituent hoc sacramentum. cum sacramentum Euangeli. formaliter consistat in signo collatio gratiae: at id est quae non sunt vi verborum, dicuntur concomitanter tantum esse in hoc sacramentum. quia non constituent formaliter in hoc sacramentum. cum esse concomitanter, & esse formaliter, sese mutuo destruant. Ratio: ea tantum formaliter hoc sacramentum constituent, quae per se significantur a speciebus sacramentorum. at haec ea tantum per se significant, quae hinc ponuntur vi verborum, vi quorum species separatae a propriâ substantia succedunt termino formalis, virtute verborum cau-

68.  
Implicat  
quod istud  
concomitanter,  
formaliter  
constituere  
sacramentum.

sato. Unde ad fundam concedo, tam diuinitatem, quam animam Christi esse causam principalem gratiae Eucharistie. sed universaliter & per modum causæ primæ à secundâ determinabilis, non autem particularem, & per modum causæ. 2. determinantis primam. Est igitur diuinitas physica causa universalis gratiae, non solum huius, sed etiam reliquorum sacramentorum. Sicut & anima Christi est universalis causa meritoria totius gratiae, tam huius, quam reliquorum sacramentorum. Particularis tamen & proxima causa est corpus Christi sub specie panis, & sanguis eiusdem sub specie vini; quæ nisi determinaret Deum, & animam Christi, nec Deus physicè, nec anima meritorie gratiam producerent per hoc sacramentum. Dic etiam. Concilia & PP. docent, carnem Christi habere vim vivificandi & sanctificandi animas, ex eo quod sit caro Verbi: ergo vim causandi gratiam habet ex unione ad Verbum. Resp. caro Christi vim habet sanctificandi animas in hoc sacramentum. ex unione ad Verbum radicaliter; nisi non esset caro Verbi non haberet hanc vim in se trans fusam: formaliter hanc vim habet, quatenus constituit unum signum sensibile per modum cibi spiritualis cum specie panis.

Efficax igitur ratio huius sententiae sumenda est ex fine, ad quem hoc sacramentum institutum est; scilicet ad conjugandas animas fidelium speciali vinculo charitatis cum Christo; qui fuit finis Christi, ex Iohann. 13. Cum dilexisset fratres, in finem dilexit eos: ex Tridentino. sess. 13. cap. 2. ubi docet Christum in hoc sacramentum instituendo, diuinitas amotis sui erga homines effudisse: ita testatur Chrysostomus. Homil. 61. ad populu. Ante Iacob. ardenter amantium hoc est proprium, ut ex ipsis fiat unum corpus, & una caro, quod in hoc sacramentum sit per universaliter sacramentum. carnis Christi cum nostrâ: quam Cyrillus Alex. lib. 4. in Iohann. cap. 17. assimilat certe liquefactæ, quæ dum alteri infunditur, ex duabus fit una. Quod sit, ut PP. effectum huic sacramentum appellent incorporationem nostri cum Christo. Porro hoc speciale vinculum charitatis nostri cum Christo, quemque causatur per unam tantum, ac per utramque speciem: nam & quem vnde ac utraque significat hanc specialē unione charitatis nostri cum Christo: quod una illam significat per modum cibi, altera per modum potus, nil diversum importat in ipsa spirituali unione charitatis nostri cum Christo: ceterum n. haec consistat in peculiaribus auxiliis, quibus promouemur ad familiaritatem Christi, quemque species universi nos sacramentaliter cum Christo. necessariè nobis adserit haec peculiaria auxilia. Unde recte notat Caiet. cit. non esse maiorem significationem ex parte rei significatae in utraque specie simul, quam in una tantum, cum tam utrique, quam vni pro re significata respondeat perfecta nostri cum Christo familiaritas: sed maiorem tantum esse significationem ex parte modi significandi: nam eadem spiritualis coniunctio per utramque speciem exprimitur per modum cibi & potus; per unam verò tantum exprimitur vel per modum cibi, vel per modum potus tantum. At maior expressio ex parte modi significandi non semper in sacramentum importat aliquid maius in re ipsa significata: ut patet in Baptismo, qui per immersionem expressius ex modo significandi importat conseptulturam baptizati cum Christo, quam per solam aspersionem: cum tamen utroris modo collatus eandem semper importet gratiam, quam baptizatum cum Christo consepetur.

Ceterum contraria sententiae, authores non contineant in assignando huiusmodi maiori augmentatione gratiae, quod datur in utraque specie. Nam plerique con-

70.  
Diuinitas  
& anima  
Christi, juncte  
cum aucto-  
ritate sagra-  
ta.

71.  
Efficacitatem  
cur non  
conferatur  
maiorem  
gratiae  
sub utraque  
specie.

72.  
Diversudo-  
cet auamen-  
tum esse da-  
mersum.

1. Modus.

que contendunt, hoc augmentum esse diversum per ordinem ad diversa auxilia, quæ conferuntur à diversis speciebus. Nam sicut, inquit, panis materialis diversum causat effectum in corpore, quem non causat potus: ille roboret, hic recreat; ille famem, hic sitim extinguit; ita hoc sacramentum sumptum sub specie panis animam confortat per auxilia roborentia; sumptum sub specie vini, animam lætitiat per auxilia recreantia & inebriantia: sub specie panis famem, sub specie vini sitim extinguit. Alij, inter quos Vafq. sufficere putant, si vberiora dūtaxat auxilia, licet eiusdem rationis, conferuntur ab vnā, ac ab alia specie. Vnde cōsequenter docent, per utramque speciem simul non conferti aliquam gratiam diuerſe rationis, quæ non confertur ab vnā tantum, sed copiosiorem dumtaxat.

Contra 1. modum directè procedit ratio no-

stra; quia cū finis sic unus & idem, nempe specialem & perfectam coniunctio animæ cum Christo, per actus perfectæ charitatis & familiaritatis: cumque tam utraque, quam alterutra tantum species per se tendat ad causandam hanc perfectam unionem animæ cum Christo, tam utraque, quam alterutra tantum eadem auxilia, in ordine ad eisdem actus perfectæ charitatis & familiaritatis, coniungentis nos cum Christo, causabit. Vnde diversa est ratio de cibo & potu materiali, qui per se ordinantur ad diuersos fines proximos, diuersosque defectus naturæ tollendos. Nam unus ordinatur ad pellendam famem, alter ad extinguendam sitim, quæ in corpore sunt diuersi defectus, qui tolli non possunt, nisi per diuersa contraria. Contra vero unio animæ cum Deo, per actus perfectæ charitatis & familiaritatis, quam in animâ causat hoc sacram. nec non famem & sitis, ad quas extinguendas instituta est Eucharistia, in spiritualibus sunt eadem, ut notat Angust. tral. 25. in Ioan. & in Psal. 103. versic. Panis cor hominis confirmat: idem quippe iustitiae & sanctitatis effectus dicitur fames & sitis, ut constat ex Matth. 5. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam: quibus idem iustitiae effectus dicitur fames & sitis, quæ simul tolluntur eadem iustitiae virtute.

Fateor, etiam si unus idemque sit cibi & potus spiritualis finis, adhuc maior posset gratia, vberioraque auxilia ad eundem finem dari per geminam, quam per unam tantum speciem: Aliunde tamen modus 2. impugnatur. Nam Christus Ioan. 6. eodem planè effectus, quos suprà tribuerat suo corpori & sanguini sub specie cibi & potus, posteà tribuit soli corpori sub specie tantum panis; sc. præseruationem à morte, vitam æternam & mutuam unionem charitatis suicun animâ, & animæ secum: Qui manducat me & ipse vivet propter me: Ecce mutua charitatis unio animæ cum Christo, & Christi cum animâ. Hic est panis, qui de caelo descendit: non sicut manducaverunt Patri vestri & mortui sunt Ecce præseruatio à morte. Qui manducat hunc panem vivet in aeternum: Ecce vita æterna manducanti Christi corpus sub specie tantum panis promissa. Hoc ipsum egregie confirmat exemplum de manna, quæ fuit figura huius sacram. de quâ, non amplius habuit, qui plus collegeras: nec quis minus parauerat, reperit minus: ergo nec plus gratiae confertur per utramque speciem simul quam per unam tantum.

Infertur, eandem gratiam & fructum spiritualem conferri ab unâ, ac ab alterâ specie v. g. vini seorsim sumptâ; nam æquè una, ac altera ordinata est ad unicundam animam cum Christo per actus perfectæ charitatis & familiaritatis.

Ad fundam. oppositæ neg. minor. Ad prob. nego, ex parte rei significatæ pleniorum refutationem

spiritualem significari per utramque speciem simul, quæ per alterutram tantum; sed solum ex parte modi significandi. Vnde concedo cum Floren. hoc sacram. eisdem effectus causare in animâ, quos cibis & potus materialis causant in corpore: nego, quod sicut diuersi effectus causantur à cibo & potu materiali in corpore, ita diuersi effectus causentur à cibo & potu sacram. in animâ, sed quidquid causant ambo simul, causant singuli per se seorsim sumpti. Ad 2. confir. concedo, utramque speciem seorsim sumptam esse verum sacram. & signum spiritualis almoniæ, & unicuique speciei per se respondere gratiam sacram. saltem ratione compatis, cum quâ integrat unum totale sacram. ut constat de reliquis sacram. quorum sspè unius parti tribuitur, quod fit & causatur per aliam, & quod conuenit toti formaliter, tribuitur singulis eius partibus, quæ singulæ partes integrant unum totale sacram. Sic gratia baptismalis, quæ interdum producitur in alpersione aquæ, tribuitur significatiōi verborum, quæ præcessit: Sicut etiam tribuitur toti ablutioni & significatiōi verborum, quod producitur solo instanti ultimo completiō sacramenti. Parte ratione tribui potest unius speciei Euchar. quod producitur per aliam: nec non toti sacramento constanti ex utrâque specie, quod fit per unam tantum. Nam ex eo quod quævis species integrat unum sacram. cum alterâ, quidquid causatur per unam, tribui potest alteri ut integrati unum cum altera. Clemens VI. vel intelligitur de maiori augmentatione gratiæ, ratione maioris dispositionis, quam Pontifex in Rego supponebat; hoc ipso quod accessum esset ad communionem sub utrâque specie sibi speciali privilegio à sede Apost. concessum: vel certè loquitur iuxta oppositam sententiam, quæ probabilis est.

Ad 2. confir. Respondent aliqui, gratiam produci in sumptione calicis. Sed contraria sacerdos esset deterioris conditionis: laicus n. sumens solum sanguinem, statim consequeretur gratiam sacram. 2. si sacerdos sumptâ hostiâ, non posset amplius sumere calicem, eo casu priuaretur gratia sacram. & tamen rali casu suscepisset verum sacram. quod sumptum à laico gratiam contulisset. Confir. una species non pendet ab alia in cōferendâ gratiâ sacram. ergo si reperit omnia in subiecto requisita, statim gratiam confert, non expectará subsequenti specie.

Alij respondent, gratiam produci in sumptione utriusque speciei, ut nimirum gratia, quæ laico datur in sumptione unius speciei, sacerdoti darur partim in sumptione unius, partim in sumptione alterius speciei. Sed contraria hoc etiam modo sacerdos deterioris foret conditionis, quam laicus, qui statim totam gratiâ accipet initio sumptionis unius tantum speciei. 2. omne sacram. à principio causat, quantum potest, iuxta subiecti dispositionem: ergo si subiectum supponatur æquè dispositum in susceptione hostiæ, ac in susceptione calicis, nulla est ratio, cur totam gratiam non conferat in susceptione hostiæ. Dico, totam gratiam sacerdotem consequi in susceptione hostiæ, nisi crescat subiecti dispositio: nam tunc ratione nouæ dispositio: nouam consequetur gratiam in susceptione calicis. Nec propteræ sumptio calicis non erit verum sacram. quia ut sit verum sacram. non est necesse, ut gratiam actu conferat, sed sufficit ut sit collatum, nam etiam dum est in vixide, est verum sacram. 2. dici potest, gratiam actu conferre ratione alterius speciei, cum quâ integrat unum totale sacramentum.

Dic s. Sacraenta causant suos effectus ad instar

79.  
Ad 1. 1. 1.

Ad antea.

80.  
Ad 2. mali  
dicetur gra-  
tiæ produc-  
tæ in sumptio-  
ne calicis.81.  
Aut in sum-  
ptione utri-  
usq; speciei.82.  
Tota gratia  
Sacerdotis  
datur in ipso  
hostie sum-  
ptio.

83.

instar eatus naturatum: ergo semper illos eau-sant in subiecto disposito: Sed si species viati sumer-tentur ante sumptionem specierum panis, causa-vent suum effectum: ergo etiam illum eundem eau-sant sumptus post species panis. Resp. neg. vlt. cōseq. non enim est dispositum subiectum ad effectum ca-licis, posito quod communicans torum esse etum fa-crimenti accepit in sumptione specierum panis. Si-cut ferrum calefactum ut quartuor non est dispo-situm ad recipiendum aliquod augmentum caloris ab agente calido ut quartuor, à quo tamen fuisset aptum aliquem calorem recipere, si non fuisset ab alio agente calefactum ut quartuor. Nam inter con-diciones quas causa naturalis ad agendum requirit, una est, ut supponat subiectum primitum eā perfe-  
ctione, quam ipsa in subiectum inducere debet. Cūm igitur sumptio calicis facta post sumptionem hostie supponat subiectum assimilatum sacramen-to quoad gratiam sacram, non poterit in illud am-plius agere, in quod tamen egisset, si non inuenisset illud per sumptionem hostie sibi quoad gratiam sacram, perfectè assimilatum.

**Conf.** Confirm. Si laicus post sumptam vnam particula-  
rem, immediatè sumeret aliam; nullam per se gra-tiam accipiteret, quanti tamet accipisset, si primam particulam non sumpisset. Pari modo in reliquis sacram aliquo casu vna pars sacramenti non pro-ducit effectum, quem alio casu produceret. Ut si in formâ corporis vltimo loco proferatur Corpus, in prolatione ipsius producitur corpus sub specie-bus panis, & non in prolatione meum. Similiter in baptismo, si aspergo aqua: fiat post prolationem forme, in ipsa, & non in prolatione forme, produc-tur gratia baptismi. Instas, hinc sequi, non debe-re in sumptione hostie produci gratiam, sed po-tius in sumptione calicis. Sicut non producitur gratia baptismi, in prolatione forme, si non sit po-tita materia; nec in positione materiæ, si non sit pro-lata forma, sed in positione veriusque, quia vtra-que componunt vnum sacram. ita, quia species pa-nis, & vini integrant vnum sacram. non produci-tur gratia in sumptione specierum panis, in qua-dam est sumpta alia pars sacram. sed in sum-pzione calicis, quia tunc ponitur vtraque pars fa-crimenti constitutiva. Resp. neg. sequel. cūm n. n. quodlibet sacram. essentialiter constet rebus & verbis, non potest fieri sacram. & consequenter ab eo gratia conferti, vel per positionem solius materiæ, vel per positionem solius formæ, sed per vtra-que simul, cūm vtraque simul essentialiter concur-rat ad constituendum sacram. Sumptio vero calicis, cūm nec sit materia, nec forma hostie, sed hæc habeat suam materiam & formam distinctam, non pender in ratione sacramenti essentialiter à sum-pzione calicis: sicut in reliquis sacram. vel positi-o materiæ pender à prolatione formæ, vel prolatio formæ à positione materiæ, cūm neutra sine altera suum effectum causare possit. Cæterum dicitur hostia pariale sacram. sicut & calix, non essentialiter, vt est materia respectu formæ, vel forma respectu materiæ, quarum neutra sine altera consti-tuit rationem sacram. sed solidum integraliter, quo-pa-go vna pars aquæ dicitur pars respectu totius integralis. Porro inter partem essentialiem & inte-gralem hoc interest, quod essentialis non partici-pat virtutem totius; nam nec materia, nec forma, que sunt partes essentiales compositi naturalis, participant virtutem totius compositi. Contrà ve-ro pars integralis participat virtutem cōpositi in-tegralis: Pars. n. vini participat virtutem totius cōpositi integralis vini: proinde qualibet pars sacra-

Euchar. cūm sit pars integralis patricipat virtutem totius integralis. Vrges. Esto, hoc sit verum de parte integrali homogeneâ, haud tamen est verum de parte integrali heterogeneâ: vt constat de ho-mine, cuius non quodlibet membrum participat virtutem totius corporis. Sed partes sacramenti Euchar. sunt heterogeneæ, cūm constent species diuersæ rationis, sc. panis, & vini. Resp. Esto, par-tes sacramenti Euchar. sunt heterogeneæ, tam quo-ad species sensibiles, quam quoad formale contentum; nam alia continent per se corpus, aliae san-ginem: sunt tamen homogeneæ quoad virtutem, quam vtræque participant per ordinem ad eumdem finem, propter quem sunt instituta, vt ex pe-declaratis constat.

Cæterum, quod hæcens dixi hoc sacram. non maiorem gratiam conferre sub vtræque specie si-mul, quā sub alterâ tantum, intellige de sacra-men-to ut sacramentum est, non ut sacrificium est: nam ut sic distinctos habet effectus, eosque con-fert per vtramque speciem quæ simul concurret ad sacrificium integrandum. Quos effectus non so-lum confert sacrificanti, sed omnibus, qui sacrificio cooperantur, ut infrâ.

Deducitur, quo modo hoc sacram. vna cum gra-tia nobis conferat reliquos effectus, de quibus agit S.Tho. 3.p.9 q.79. 101. Confert adoptionem gloriæ, dum confert augmentum gratiæ habitualis, quæ est semen ad gloriam: confert condonationem peccati mortalisi, quatenus interdum per accidentis primam gratiam confert, quæ semper est annexa cum con-donatione mortaliti: causat remissionem venialium, dum per se auger feruorem charitatis oppositum ve-nialibus: tribuit remissionem poenæ æternæ, dum per accidentis interdum confert primam gratiam, cum quæ semper est annexa remissio poenæ æternæ: re-mittit poenam temporalem, quatenus excitat actus charitatis, virtute quodluemittitur culpa tempora-lic: causat preservationem à peccatis futuris, iuxta illud Ioh. 6. Hic est panis de cælo descendens, ut si quis ex ipso manducauerit, non moriarur, augendo in no-bis gratiæ & virtutes, & conferendo specialia auxilia, quibus suo tempore præuenti, vrgentibus ten-tationibus resistamus: & ut q. cit. art. 6.ad. non per se, sed consequenter hoc sacram. minuit in nobis somitem concupiscentiæ, quatenus auger in nobis charitatem, cuius augmentum teste August. 1. 83. q. 36. est diminutio cupiditatis. Alios effectus enumera-t Gabriel seq. 85. in Can. Missæ.

90.  
Hoc sacram.  
ut sacr. ej. cœ.  
confert maio-  
rem gratiæ,  
sub vtræque  
specie.

91.  
Solti effe-  
ctus illius:

## DISPUTATIO XXVI.

De confessione peccati mortalis præmit-tendâ ante hoc sacram.

**Q** UÆRITVR: an, & quo iure præmittenda fit confessio peccati mortalis ante sum-  
ptionem Eucharistie, ab eo qui sibi pec-  
cati mortali conscius est: non enim suffi-cere solam contritionem, definitum est in Trident. Caietanus  
sess. 13. cap. 7. & Can. 11: & fuit constans sensus Do-  
ctorum, exceptis Caiet. & Armillâ in sum. v. Com-  
muni, & Panorm. in cap. de Homine de celebr. Miss.:  
docentibus, nullum præceptum fuisse in Ecclesiâ  
Dei de confessione præmittendâ ante communio-nem. Quod Caiet. colligit ex Paulo, 1. Corint. 11. Quo fund.  
vbi definiens, quæ præparatione deberent fideles  
Corinbibij ad hoc sacram. accedere, non aliari assi-gnat,

gnat, quād probationem sui per discussionem proprię conscientię: Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Quid intelligat probationem per exāmen proprię conscientię, colligit ex eod. qui probationem non requirit ad dignam, sed solum ad non indignam sumptionem huius sacram. Itaque quicunque manducaverit panem, & tiberis calicem Domini indignè &c. Vnde licet Caiet. in cit. locum putet, ad dignam sumptionem huius sacramenti non sufficere solam discussionem sui per exāmen, quo inueniat seipsum probum absque conscientię mortalis, sed requiri præterea approbationem à confessario per confessionem sacram. habitrā, iuxta illud: 1. Corinth. 4. *Nil mihi conscientiam sum, sed non in hoc iustificatus sum:* ad non indignam tamen sumptionem, quam dumtaxat eo loco Paulus requirit ab accendentibus ad hoc sacram. sufficere ait solam discussionem sui, quā seipsum immunem à peccato inueniat, absque vllā confessarii approbatione. Huic sent. fauere videntur Chrysost. in ead. Epist. homil. 28. post inī. Neque in sū alteri alterum probare. sed sibi seipsum, faciens iudicium, ad quod populo non parcat aditus, & probationem, que careat testibus: & Theophil. in ead. explicās, quā conscientię præparatio necessaria sit ad dignam sumptionē Euchar. Non aliud tibi indicem attribuo, verām te ipsum tibi ipsi commando. Indica igitur & explora conscientiam tuam, & sic accede. non quando fuerint feria, sed quando purum te ipsum ac dignum inuenieris.

Verū constans Doctotum sententia est, semper in Ecclesiā Dei fuisse hoc præceptum de præmittendā confessione sacram. peccati mortalis ante sumptionem Euchar. vt expressè restantur *author de salutarib. docum. apud August. cap. 33.* his verbis: *Quando enim illud, id est corpus Domini, accipere debemus, ante ad confessionem, & pénitentiam recurrere debemus, & omnes actus nostros curiosius discutere: & peccata obnoxia, si in nobis senserimus, cito festinemus per confessionem & veram pénitentiam abluere;* Anselmus in 1. Corinth. 11. Richardus Vitori. de potestā ligandi cap. 21. audacter dico, si ante Sacerdotis absolutionem ad communionem corporis & sanguinis Christi accesserit, iudicium sibi pro certo manducat & bibit, et si eum peccasse iam multum péniteat, & vehementer doleat & ingemiscat. Eadem sent. docent Albert 4. dist. 9. art. 10 fine Bonauen. dist. 13. in exposit. tex Richar. d. 9. ar. 2. qu. 2. & dist. 17. ar. 3. qu. 6. Scot. dist. 9. Mayro dist. 8. qu. vn. art. 7. Duran. dist. 17. qu. 10. Argen. dist. 9. art. 2. Palud. qu. 2. art. 1. Maior qu. 1. concl. 2. Rubio qu. 2. art. 2. Marfil. q. 9. art. 3. Sylvest. Euch. 3. qu. 1. 4. Gabriel. l. 7. in Cano. Missa, Sorsus dist. 12. qu. 1. art. 4. Palatinus in 4. dist. 9. disp. 10. Joān. Medina cod. de confess. qu. 14. Suarez disp. 66 l. 3. Vasquez. disp. 207. cap. 3. Valant. disp. 6. qu. 8. pun. 3. Henrig. lib. 8. de Sacr. cap. 4.. Coninck in 3. p. qu. 80. art. 4. dub. 1. Sylvi. 3. p. qu. 80. art. 4. &c. Quā veritas, teste Soto decreta fuit à tota Academia Parisiensi. Ultimò accedit Triden. quod cit. loco definit, præmittendam esse confessionem mortalis ante Euchar. c. 7. scibens: *Quare communicare volunti reuocandum est in memoriam eius preceptum:* Trobet seipsum homo: Ecclesiastica consuetudo declarat eam probationem necessariam esse, vt nullus sibi conscientia peccati mortalis, quantumvis sibi contritus videatur, absque præmissa sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam, accedere debeat: quod a Christiani omnibus, etiam ab ijs: Sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, bac sancta Synodus perpetuū seruanda esse decrevit. Vnde Conciliū colligit, fuisse antiquum præceptum probandi seipsum, & definit, hanc probationem non fuisse aliam, vt confus-

tudo Eccles. declarat, quād confessionem sacram ac merito censeretur à Concilio damnata opinio Caiet. quin & iuncta excommunicatio ipso facta incurreret, si quis eam docere, predicare, vel persuaderet offerere, seu eisam publicè disputando defendere præsumperet, vt Caiet. 11. Censor opin. Caiet.

Ad Chrysost. & Theophil. Resp. eos solum negasse confessionem publicam, non priuatam. quā sit inter pénitentem & confessarium, 1. pater ex verbis Chrys. quibus solum negat necessarium esse iudicium populi & probationem testium, non autem iudicium & probationem confessarii. Neque ex eo, quid Paulus iubeat probationem per internum exāmen conscientię, negat confessionem sacram. ad quā huiusmodi exāmen præmittendum est Nec fundat. Caiet. quidquam probat; enī non solum ad hoc sacram. teneamus accedere non indigni, sed etiam positiū digni. Adde, quid idem videatur esse, accedere ad hoc sacram. non indigni, & digni: quia non indignitas, quā ad hoc sacram. requiritur, est sine conscientia mortalis, quā est non potest sine conscientia gratia, quā est positiva dignitas, cūm non possit dari conscientia status međi: neque gratia, neque non gratia, sed eo ipso, quid habeo conscientiam non mortalis, habeo indirecte saltem conscientiam gratia.

Ad quo iure sacramentalis confessio sacram communione præmittenda est: tres reperto sententias. 1. docet, esse iuri naturalis. Fundam. posita dignitate Euchar. & iustificatione sacramenti confessio naturali iure tenemus, præmittere confessionem sacram. ante sumptionem Eucharistie, quando nos stimulas conscientia mortalis: quia iure naturali tenemus ad illam digni accedere, ne iniuriam inqueramus tanto sacram. quod per se requirit statum gratia. Nullum autem certius medium est, ponendi se in gratia, ac proinde digni accedendi ad hoc sacram. quād confessio sacram. vt per se patet: cūm ad perfectam contritionem difficulter & rati peruenient. Confitm. in articulo mortis Confitm. omnes tenemus, quantumvis contriti, confessionem sacram, præmittere: ergo etiam ad sumptionem Euchar. cūm non minus teneamus debitam reverentiam tanto sacram. præstare, quād propriam salutem nobis procurare. Hanc sent. docere videtur Rubio, dum ea solā ratione affirmat, communicaturum debere confessionem sacram. præmittere, quia tenetur securiorē partem eligere: securior autem est confessio, quād contrito. Sed contraria: confessio sacram. peccati mort. naturali Refutator. iure ante Euchar. præmittenda, non est vt medium necessarium simpliciter ad statum gratia acquirendum, cūm idem acquiri possit contritione: Nec vt certius medium; quia non semper tenetur homo in suis operationibus adhibere certiora media, præsertim quando medium certius non collit omne dubium oppositā partis, vt nec confessio sacram. tollit omne dubium, quid dolor sit sufficiens ac peccatum remissum. Nec est pat ratio de periculo mortis, cūm agitur de bono æternæ salutis, vel irreparabilitate amittendo, vel acquirendo; tunc. n. iure natura obligamur ad omnem diligentiam adhibendam, ne eo momento irreparabiliter pereamus: Vnde naturali iure sufficit, si probabili nostrā estimatione in gratia constituti reuerenter ad hoc sacram. accedamus: salus vero ipsa non pendet ex probabili nostrā opinione, sed ex medijs ipsa adhibitis: quād tenemus mortis momento adhibere certiora, ne sorti ipsa non habeatur salus,

2. Sent. affirmat, esse præceptum Apostolicum: Scoti dist. 4. fine, Iean. Medina, Palatij, Ceninck. Fundam. 2. Sent. Scoti dist. 4. fine, Iean. Medina, Palatij, Ceninck. Fundam.

2.  
Quid sibi  
vult. Cb. i.  
sibi.

3.  
Communia  
& confessio  
sufficiens  
est. am con-  
fessionem re-  
quirit.

Authoritas  
Triden.

• *volenti reuocandum est in memoriam eius preceptum:* Trobet seipsum homo: Ecclesiastica consuetudo declarat eam probationem necessariam esse, vt nullus sibi conscientia peccati mortalis, quantumvis sibi contritus videatur, absque præmissa sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam, accedere debeat: quod a Christiani omnibus, etiam ab ijs: Sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, bac sancta Synodus perpetuū seruanda esse decrevit. Vnde Conciliū colligit, fuisse antiquum præceptum probandi seipsum, & definit, hanc probationem non fuisse aliam, vt confus-

Fundam. nullum habemus signum, quod sit praceptum diuinum; multa verò, quod sit Apost. I. quia non solet Christus de modo & ritu suscipiens sacram. dare præcepta, nisi, quæ consequantur ex natura institutionis, sed eam curam relinqueret Ecclesie, ut constat in reliquis sacram. 2. Trident. ad probandum, semper in Ecclesiâ Dei fuisse hoc præceptum de præmittendâ confessione ante communionem sacram. non aliud testimoniū assert, quam est. Pauli; Prober autem scipsum hominem: ex quo non potest colligi, nisi præceptum Apostolicum.

3. Sent. communior assertit, esse præceptum diuinum: Petri Sotilez. I. 2. de Euchar. Dom. Sotilez loco cit. Cani de panis. p. 6. 6. Ad 2. Henr. lib. 8. de Sacram. cap. 45. Valente. Suarez, Vasquez, &c. colligitur ex Apostolo ibid. Ego enim accepi à Domino, quod tradidi vobis. At, inquit, Apostolus solum affirmat, institutionem & vnum huius sacram. accepisse à Domino, reliqua ipse præcipit, non Dominus. Sed contrà; hoc Paulus expressisset, sicut expressit cap. 7. Non ego præcipio, sed Dominus, uxorem à viro non discedere. Contrà verò ipse, non Dominus præcipit, ut vir fidelis non dimittat uxorem infidelem; nec uxor fidelis virum infidelem, si velit cohabitare cum illa: 2. hoc præceptum non tradit eo loco Apostolus, ut nouum & tunc primò Corinthiis impositum: alioqui non reprehendisset illos, quod sine probatione sacramentali ad Euchar. accessissent. Quod si supponat illud, non est, unde probent, illud esse Apostolicum, & non diuinum; quia id ceterus ex hoc loco probant, quatenus hoc præceptum hoc loco primò instituitur.

Ad fund. 2. secundz sent. (nam ad primaz respondunt est) neg. antec. nam signa sufficientia huia diuinz institutionis allata sunt supra. Ad 1. prob. Resp. fuisse in hoc sacram. speciale rationem, quæ non fuit in reliquis, ob maiestatem rei contentus: ideoque potius de hoc, quam de reliquis Christum speciale præceptum tradidisse de confessione sacram. præmittenda, ad ipsius dignam sumptionem. Ad 2. neg. minor. Nec refert, quod Concilium appellat hoc præceptum Apostoli, quia non appellat Apostoli quoad institutionem, sed quoad promulgationem: sicut dicitur lex Moysi, etiam illa fuerit à Deo condita.

Deducitur 1. etiā quis certa revelatione sciret, se per contritionem esse à peccato iustificatum, adhuc teneri ad confessionem sacram. ante sumptionem Euchar. ut rectè Henr. l. 8. de Sacram. c. 4. contra Rubio. Palat. &c. Ratio: etiam si finis huius præcepti sit, ut accedens ad hoc sacram. sit in gratiâ; adhuc tamen consequito fine, præceptum seruandum est, quando potest seruari: ut constat de præcepto confundi semel in anno, cuius finis est, ut unusquisque ponat se in gratiâ: cum tamen qui certò sciret, se esse in gratiâ, nullumque commissum mortale, teneretur hoc præceptum seruare; & qui certò novisset, se in ventre matris fuisse sanctificatum, baptismum suscipere. Quia præceptum est tantum de medio, non de fine: unde medium adhibendum est, etiam si finis supponatur acquisitus.

2. Non modò qui certam habet conscientiam mortalis, sed etiam qui tantum probabilem, vel dubiam, tenetur ad confessionem sacram. præmittendam: hæc enim conscientia satis est, ut ad hoc sacram. accedamus indispositi. Secus si probabilem, licet non certam scientiam habeas, quod commissum non sit mortale: nam hæc scientia satis est, ut non accedas indispositus ad hoc sacramentum. Est enim talis scientia homini, qui non potest omnia certò & evidenter cognoscere, propor-

tiorata regula ad suis actiones dirigendas.

An ergo quando liceat absque premissa confessione peccati mortalis ad Euchar. accederet?

Omnis conueniunt, & docet Trident. scilicet 13. 6. 7. licet interdum fidem absque præiuâ confessione mortalis, cum sola contritione ad Euchar. accederet. Duas autem requirit conditions: 1. ut nulla sit copia confessarii: 2. ut urgeat necessitas. Alterutram deficiente, non licebit; scilicet si est copia confessarii, tenebitur confiteri: si non urgat necessitas, tenebitur à communione abstinere.

At quando censenda est inopia confessoris? Non ex eo tantum, quod deest proprius, cui possit deuotus, & utilius confiteri; dubius Sylvest. Euchar. 3. q. 14. pro quo citat Richard. qui in 4. dist. 17. art. 3. q. 6. pia, quod id expresse docet. Ratio: reverentia huic sacramenti debita, præualeat priuatæ utilitati & deuotioni. Neque etiam censenda est confessoris inopia, quia tantum ad est Sacerdos, cui non nisi ex privilegio confiteri potes: nam reverâ tali casu non deest copia confessarii; proinde teneret eo eventu ut priuilegio ad obseruantiam huius præcepti. Sicue teneris eo ut ad præceptum annuâ confessionis seruandum. Neque etiam à confessione excusat, qui habet Sacerdotem, à quo possit absoluiri à non reseruatis, licet directè absoluiri non possit à reseruatis: nam sicut tali casu teneretur tali Sacerdoti confiteri ad præceptum annuâ confessionis, quod est minus; ita ad hoc, quod est maius. An autem eo casu teneretur penitens simul cum peccatis non reseruatis, confiteri etiam reseruata, 10. seq. Eadem ratio est de illo, qui probabiliter timet aliquod notabile damnum spirituale, aut temporale se passum ex confessione alicuius peccati: nam tunc teneretur confiteri reliqua, eo dumtaxat suppresso, ex cuius manifestatione damnum timet: sicut eo casu teneretur tali Sacerdoti confiteri ad præceptum annuâ confessionis implendum.

Sed quid si præter mortale ex cuius manifestatione timet damnum, non habeat, nisi venialia, an eo casu tali Sacerdoti teneretur confiteri venialia? Variant Doctores: puto, sicut eo casu teneretur confiteri venialia ad præceptum annuâ confessionis seruandum; ita à fortiori ad præceptum dignæ communionis adimplendum. Dices: Ergo ad seruandum hoc præceptum tenebimur confiteri cuius Sacerdoti, etiam simplici, nullam habenti iurisdictionem; cum quiuis Sacerdos autoritatem habeat absoluendi & venialibus. Resp. neg. conseq. Si sola sit sicut nec tenemur ad seruandum annuâ confessionis præceptum confiteri venialia cuius Sacerdoti, sed tantum proprio. Ratio: cum præceptum tantum sit de præmittendâ confessione mortalis, per se tale præceptum supponit in confessatio authoritatem & iurisdictionem supra mortalia. Ergo hoc ipso, quod Sacerdos non habet talem authoritatem, non tenemur illi confiteri, esto confitendo illi tantum venialia, in quæ habet authoritatem, indirecte absoluere à mortalibus, supra quæ non habet authoritatem. Nec est pars ratio de eo, qui superpesto mortali, ex cuius manifestatione damnum timet, confiteretur venialia ei, qui authoritatem habet supra mortalia: nam talis confessor comprehenditur in decreto Concilii, in quo tamen non comprehenditur, qui nullam habet iurisdictionem supra mortalia. Ergo tunc tantum censenda est inopia confessoris, quando vel simpliciter abest, & spectata qualitate personæ, itineris, & negotio.

Non est certe. Solus est in obliuione.

Quo casu censetur inopia confessio.

rum, moraliter adiri non potest: vel si adest, non habet iurisdictionem: aut non potest absque nota infamie tali Sacerdoti confiteri: ut quando inchoato sacro Sacerdos, vel laicus propè altare communicatus recordatur mortalis non confessi: tali. n. casu uterque potest absque prævia confessione, sola contritione præmissa Eucharistiam sumere. Eadem ratio est, si penitens non habeat confessarium eiusdem linguae, à quo sine interprete intelligi non possit: quia non tenetur penitens adhibere interpretum ad confessionem sacram.

<sup>18.</sup> Quæ autem qualisve necessitas sufficiat t. ut  
gens necessitas censenda est, articulus, vel periculum mortis, tam sui, quam alterius: ita etiam eo ca-  
su licebit Sacerdoti, etiam non ieuno hostiam con-  
secratam è sacrario sumere, non tamen celebrare non ieunum & multo minus sine vestibus sacris,  
aut in una tantum specie, vel in fermentato.

<sup>19.</sup> 2. Probabile periculum infamie excusat, ne Sa-  
cerdos, vel laicus confessionem sacram, præmitat  
ad Eucharistia sumptionem addunt aliqui, etiam præceptum faciendi sacram in die festo excusare:

<sup>20.</sup> Verum puto, potius eo casu abstinentiam à sa-  
cro: cù. n. maius præceptum sit, præmittere confes-  
sionem; excipio diem Paschatis, Lubilæi, aut so-  
lemnissimi festi, quo magna multitudo communica-  
cantium esse solet: nam tunc id bonum præualeret  
præcepto de confessione: & quidem de die Pascha-  
tis est specialis ratio; nam præceptū communican-  
di eo die, est determinatio præcepti diuini de com-  
municando aliquando in vita. Vnde docet Palud.  
in 4. dist. 9. qn. 4. art. 1. concl. 10. non posse in Pas-  
chate denegari Eucharistiam contrito, qui non ha-  
bet copiam confessoris, ut si adsit Diaconus, qui ei  
possit Eucharistiam ministrare, non autem Sacer-  
dos, qui possit absoluere: *Nisi. inquit, esset vin-  
culum extcommunicationis: Quia sicut, Sacerdos con-  
tritus quando non habet, cui confiteatur, propter ne-  
cessitatem, potest celebrare: sic iste communicare.*

Cæterum, quia concilium non solum confirmat antiquum præceptum de præmittendâ confessione ante Euchar. sed etiam nouum condit, de confi-  
tendo quam primum, si forte urgente necessitate,  
& copiæ confessoris deficiente, Sacerdos absque præviâ confessione celebauerit, examinandum superest, quos nouum hoc præceptum, quod Ec-  
clesiasticum est comprehendat. *Nauarrus in sum.  
cap. 1. n. 10. Henr. lib. 8. de Sacram. cap. 45. arbi-  
trantur*, sub hoc præcepto comprehendi etiam laicos, qui urgente necessitate, deficiente copiæ confessoris, communicarunt cum conscientia mor-  
talis. Fundam. *Nauar.* si concilium interrogatum fuisset de laicis, qui licet in casibus, quibus non datur copia confessoris, absque confessione communica-  
cant, idem definitum est, quod de sacerdotibus de-  
finivit: ergo inulta presumptam Concilij mentem sub hoc præcepto comprehenduntur etiam laici.

<sup>21.</sup> *Præceptum  
de confisen-  
do post sum-  
ptionem ea-  
dis in solo  
Sacerdotibus.*  
Commuio tamen opinio est, sub hoc novo præcepto non comprehendendi, nisi solos Sacerdotes celebrantes. *Dixi celebrantes: nam de Sacerdotibus more laicorum communicantibus eadem est ratio, ac de laicis. Fundam. cùm hoc præceptum sit præ-  
nale, extendi non debet, nisi ad eos, ad quos verba legislatoris in propriâ significatione sumpta se ex-  
tendunt: at verba Concilij in propriâ signifi-  
catione sumpta non se extendunt, nisi ad Sacerdotes celebrantes: nam postquam cit. cap. 7. declarau-  
rat, qualis præparatio tam laicis, quam Sacerdoti-  
bus necessaria esset ad Eucharistia perceptionem,* in fine cap. de Solis Sacerdotibus statuit. quod si urgente necessitate absque prævia confessione ce-

lebrauerint, quamprimum confiteantur. Colligi-  
turque ex fine præcepti, qui est, ne Sacerdotes, quibus ex officio celebrare incombit, prætextu vr-  
gentis necessitatis sepe celebrent prætermissâ con-  
fessione sacram. Ad fundam. *Nauar.* nego. conseq.  
<sup>23.</sup> *Ad Nauarr.*  
nam in præceptis, prefestim pœnalibus, quale est  
hoc, non est attendendum, quid, legislator inter-  
rogatus statuisset, sed quid de facto sua lege sta-  
tuit. Cum lex non obliget ut existens in mente le-  
gistratoris, sed ut scripto, aut verbo expressa; sola  
a. voluntas interna legislatoris subditos non obligat.

Cæterum ut Sacerdotes sub hoc præcepto com-  
prehendantur, tres conditiones Concilium requi-  
rit. 1. ne celebraturus sit sibi conscientia mortalis: 2.  
ut ei desit copia confessoris: 3. ut urget celebran-  
di necessitas. Defectu primæ, non tenetur ad hoc  
præceptum, qui bona fide ad celebandum acce-  
dit, absque conscientia mortalis; nisi forte illius re-  
corderetur ante sumptionem Euchar. nam tunc  
communicat conscientia peccati, urgente necessitate,  
cum non possit sacram sine scandalo omittere; &  
deficiente copiæ confessoris; cum non possit sine  
notâ infamie illum ad altare vocare.

<sup>24.</sup> Contra verò Vasquez disp. 108 cap. 3. putat, hoc  
præcepto non astringi Sacerdotem, qui in altari  
recordatur mortalis, sive post, sive ante preceptionem  
sacram. 1. quia hoc casu non seruatur condi-  
tio 2. quæ est inopia confessorij: ille. n. non idem  
communicat conscientia mortalis; quia sibi deest co-  
pia confessorii, cùm copiam habeat, sed ne infamie  
notam incurrat. 2. Decreti finis fuit, ne Sacerdo-  
tes negligentiores fierent in confessorio quærendo;  
quod non ita Concilium timere poterat de ijs, qui  
habentes copiam confessoris, illum tamen adire  
non possent, ne infamiam incurrent. 3. In rubri-  
ciæ defictibus, dispos. anima in Miss. Rom. duo casus  
aliquantur: 1. quando Sacerdos non habens co-  
piam confessoris, urgente necessitate celebrat: &  
huic iniungitur præceptum de confitendo, quam-  
primum poterit. 2. si in celebratione Sacerdos re-  
corderetur, se esse in mortali, & huic ut necessarium  
remedium præcipitur sola contritio, nullâ men-  
tione factâ de confitendo. igitur Pontifex declarauit,  
hoc casu 2. decretum Concilij non habere locum.

Sed contra: falsum est, Sacerdotem, in actu ce-  
lebrationis habere copiam confessorij, etiam si tunc  
confessorius non desit. Ratio: hæc confessorij co-  
pia, vel inopia est accipienda mortaliter: vnde scit  
non dicitur habere copiam confessoris, qui vel ob-  
valerudinem, vel ob periculum mortis, illum vel  
ad breve spatium adire non potest: cuius ratione  
copiam dicereetur habere Sacerdos, qui priuatum  
celebrans solo confessario præsente ac ministrante;  
absque illâ infamie notâ posset ei ante sumptionem  
Euchar. confiteri peccatum, quod inter cele-  
brandum occurrit.

<sup>25.</sup> Patet ad 1. Vasquez: nam huic reueret deest con-  
fessoris copia, si non physicè, sicut moraliter. Ad 2. <sup>26.</sup> *Ez dicitur*  
esto, non sit æquale negligentia periculu in vero-  
que de confessione procuranda, adhuc tamen, quia argu. & si  
aliquid periculum est, ne Sacerdos peccatum, quod  
inter celebrandum illi occurrit, non statim confi-  
teatur, eodem debuit ad hanc negligentiam præ-  
cauandam præcepto astringi: Adde, quod verba præ-  
cepti in propriâ significatione sumpta se extendant  
etiam ad eum; quicquid sit de fine, & mente legisla-  
toris, quæ non obligat, nisi ut verbis explicata.  
Ad 3. idem in cit. Rubrica non fieri mentionem in  
casu 2. de præcepto confitendi, quam primum fieri <sup>27.</sup>  
poterit, quia illud subintelligitur ex casu 1. ante  
posito: nā rubrica, ut Canones & regulæ brevissi-  
mae, ab-

31.  
De dñab.  
condonib.  
vñ.

*Vna super est  
difficilissima*

32.  
An verò hoc præceptum se extendat ad eos, qui quamuis & inopiam confessoris habeant, & necessitas urget celebrandi, adhuc tamen ad celebrandum accedunt cum interna voluntate non accendi ad confessarium; etiam si adesset. Ratio dub. hoc præceptum iis solum videtur impositum, qui bona fide licet ob defectum confessoris, necessitate urgente ad celebandum accedunt. Sed hic illicitè & malā fide accedit. At probabilius puto, hunc teneti: quia Concilium in hoc præcepto instituendo attendit ad externam cōfessoris inopiam, & urgenter necessitatem: ergo si revera celebrans habet inopiam confessoris, & urget celebrandi necessitas, quidquid sit de interna ipsius voluntate comprehenditur sub hoc præcepto. Confir. si quis habens confessoris inopiam, urgente celebrandi necessitate, accedat cum sola attritione penitentia, comprehenditur sub hoc præcepto: cum Conciliū in suo decreto non expreserit, ut quando Sacerdos non habet copiam confessarii, & urget necessitas, debet accedere contritus, sed solum dixerit, si celebrauerit, quam primum confiteatur: ergo etiā qui accedit cum voluntate non confitehi si adesset confessarius; hic n. eodem modo accedit malā fide.

33.  
Resp. affr.  
fund.

34.  
*Maior diff.*

*Confir. à  
pari.*

*35.  
Communior  
fens.*

Deducitur, ad hoc præceptum teneri etiam Sacerdotem, qui alterius defectum suppleret, eius inchoatum sacrificium perficiendo. An & is qui in Parastēne solum communicat in vñā rancū specie? Ratio dub. Concilium ad hoc præceptum solum obligat illos, qui celebrant: hic autem non videretur celebrare: nam celebrare propriè importat sacrificare; hic autem non sacrificat, sed solum communicat. Vnde si in hanc diem incidat festum obligans ad sacrum audiendum, non tenebitur populus huic sacræ actioni interesse; cum ex vi præcepti non teneatur nisi interesse sacrificio. Resp. & hunc teneri præcepto hoc: quia etiam hæc actio dicitur celebratio, & Sacerdos, qui illam exercet, absoluē dicitur celebrare: ita rubricis in Parastēne dicitur, *Celebrans fata reuerentia usque ad terram* &c. Nec refert, quod iste propriè non sacrificet: nam sufficit, ut exercet actionē, qua dicitur celebratio, sub cuius nomine Conciliū suum decretū exprimit. Neque etiam obstat, quod tali actioni non teneatur interesse, qui præcepto obligatur ad sacru audendum; quia plus requiritur ad sacrificium, ad quod tantum obligat præceptū, quam ad celebrationem.

## DISPUTATIO XXVII.

### De ieiunio requisito ad sacram Eucharistiam sumendum

*Vñā rancū  
Ecclesiæ id-  
sumendum an-  
tiqua.*

**Q**UARITVR: An & quale ieiunium requiriatur ad hoc sacramentum sumendum? Requiri ieiunium, contra hereticos, restat Ecclesiæ mos, quem credunt ab

Apostolis manasse, Scholastici in 4. dist. 8. & August. Epist. 118. ad Januar. fine: Ex hoc enim placuit Spiritui sancto ut in honorem tanti Sacramenti, in os Christiani prius dominicum corpus intraret, quam ceteri cibi. Nam inde per uniuersum orbem mos iste seruatur. Qui mos statutus in Conciliis Carthag. 3. can. 29. Tole. 7. can. 2. Trulano 6. Synodi can. 29. Constant. sess. 13. init. Non etsi tamen hoc præceptum Christi, ut putavit Sotinus 4. dist. 12. q. 1. art. 8. & probabile censuit Scottus dist. 8. q. 3. & Gabriel lect. 10. in Can. Missa, sed Apostolorum, ut reliqui docent. Ratios aliqui non potuisse Ecclesia in hoc præcepto dispensare; cum tamen, ut habetur in Carthag. 3. in primitiâ Ecclesiâ feria 5. sanctioris hebdomadæ, ob singularem memoriam Cœnæ Domini, & Sacerdotes celebrabant, & fideles cōmunicabant cœnati: quem morem seruatum fuisse aliquant diu in nonnullis priuatis Ecclesiis, testatur Aug. Epist. cit. Difficultas igitur est, quale ieiunium requiratur ad sumendum sacram. Euchar. an naturale, quod soluitur per quameunque cibi aut potū sumptuē; an Ecclesiasticum, quod non item soluitur. Goffred. & Ioan. Parisen. apud Sylvest. Euchar. 3. q. 6. cum. putabant, sufficere ieiunium Ecclesiast. cdm hoc sit Hoc sufficeret præceptum Ecclesiast. 2. levitas materiæ in quovis probant. præcepto excusat à mortali. 3. Id ipsum colligitur ex consuetudine Ecclesiæ, quæ in die Parasceue præcipit, partē hostiæ consecratæ sumi simul cum vino non consecrato: & adhærente parte hostiæ consecratæ calici vel pâlato, eadem permittit, communicantem sumere ablutionem, ut per eam facilius deglutiatur. Verosimile autem est, prius ad stomachum descendere ablutionem, quam partem hostiæ consecratæ. 4. si quæ post communionem remanserint in altari reliquæ, & non possint decenter seruari, sumēdæ sunt à Sacerdote, etiam si post ablutionem non sit ieiunus. 5. antiquæ Ecclesiæ mos erat, ut feria 5. hebdomadæ sanct. Sacerdotes celebrarent, & fideles communicarent post tœnam, ut cit. Carthag. habetur.

*Ieiunium  
aliquid natu-  
rale, aliquid  
Ecclesiasti-  
cum.*

*1.  
2.  
3.*

*4.  
5.*

*6.  
Ad Euchar.  
requiriunt  
naturales*

*Ratio con-  
gruens.*

Communis sent. reliquorum est, constanti totius Ecclesiæ consuetudine firmata, requiri ad hoc sacram ieiunium naturale, nec sufficere Ecclesiasticum. Constat ex Concil. Tole. 7. can. cit. vbi prohibetur Missæ celebratio post quemcunque minimum cibum sumptum, & cap. Ex parte, de celebra. Miss. prohibetur Sacerdoti, ne Missam 2. dicat, si forte in primâ ablutionem acceperit: cum tamen hæc ieiunium Ecclesiast. non impedian. & colligitur ex ipsa prohibitione Ecclesiæ, quæ, ut Durand. in 4. dist. 8. q. 4. num. 11. præcipit, hoc sacram. sumi à ieiunis, non à ieiunatibus: at ieiunus non est, nisi qui naturæ ieiunium seruat; ieiunatis dicitur etiam, qui naturæ ieiunū violat. Ratio congruentia sumitur ex reuerentia huic sacram. deglitâ: non n. decet, ut August. cit. Epist. 118. V. in os Christiani prius intrent ceteri cibi, quam corpus Domini. Unde etiam si quod deglutitum est, euomatur, impedit sumptionem huius sacram. Non tamen impedit, si accedas cibo non digesto, vel insomnis, vel statim post medium noctem, etiam si immediat ante medium noctem cibum sumperis. Neque matutinæ ieiunium violat deglutio reliquarum, quæ ex præterito cibo relinquentur; vel guttula aquæ, dum os abluitur, etiam si in salivam conuersa non sit, neque humor ex capite in stomachū fluens; vel quid casu per narē, vel os extinsecus illatum intrat in stomachum: ut si cadens influvium, casu multâ aquâ ingurgiteris: aut obambulans fortuitu muscas, vel aliquid simile deglutias; aut papyrum, vel lapillum in stomachum trahi possit, impediant

impedire sumptionem Eucharist. quia non trai-  
ciuntur per modum cibi & potus.

Dubium est de saccharo, quod retinetur in ore  
ad temperandas capitum distillationes, an impedit  
Eucharistiae sumptionem. Affirmat Suarez disput.  
68. sect. 4. & communiter reliqui. Negare vide-  
tur Tabiena, v. communionis, & alij: at non indicant,  
quomodo sit in praxi; nisi saccharum in os  
congeratur ante medium nemem, & post talis li-  
quor in stomachum descendat per modum saliuæ.

De ieiunio seruando post communionem anti-  
quum decretum fuit à Clemente I. epist. 2. ad Jacob.  
fratrem Domini scriptam, & refertur cap. Tribus, de  
conser. dist. 2. vt qui manè communicassent, de-  
buissent ieiunare usque ad sextam, vel qui terciæ,  
vel sextæ communicassent, ieiunare debuissent us-  
que ad vesperam, qui mos abrogatus est: decet ra-  
men, aliquod tempus interponere inter commu-  
niohem & communem refactionem, vt docet S.  
Thom. 3. p. qu. 80. art. 8. ad ult. & cum eo reliqui.  
Sed quanta debet esse hæc temporis mora? Resp.  
sufficere vnius horæ quadrantem: nam intra hoc  
tempus communiter corrumpuntur species calore  
stomachi alterante. Si autem quis ex rationabili  
causa statim comederet, non peccaret, vt docet  
Sylu. Eucharist. 3. q. 9. &c.

Ad 1. oppositæ, concedo, præceptum de sumen-  
dâ Eucharist. à ieiuno, esse Ecclesiasticum, nego ta-  
men ad illud seruandum sufficeret ieiunium Ec-  
clesiast. aio requiri naturale; vt consuetudo decla-  
ravit. Ad 2. nego, ad hoc excusare materiæ leuira-  
tem, quidquid sit de aliis præceptis, propter mai-  
stem sacram. Non enim in transgressione huius  
præcepti tam attenditur ad leuitatem materiæ, quam  
ad actum principalem de non communicando post  
quæcumque cibum, cuius transgressio semper est  
grauius. Ad 3. & 4. Resp. in enumeratis casibus, to-  
tam illam sumptionem mortaliter reputari vnam  
refactionem spiritualem, ac proinde non impedire  
perceptionem sacram. Ad 5. quidquid sit de anti-  
qua consuetudine, quam iustas ob causas potuit  
tunc Ecclesia seruare ob singularem memoriam &  
repræsentationem Cœnæ Domini, illa nunc con-  
traria abrogata est, & in Trullano 6. Synodi Can. 29.  
& Constan. sess. 13. opposita consuetudo definita est:  
cum n. hoc sit præceptum Ecclesiast. eadæ Ecclesia,  
quæ hanc consuetudinem induxit, tollere potuit.

An interdum liceat hoc sacramentum sumi  
& non ieiuno?

**E**xtra controversiam est, posse, & debere hoc  
sacram. ministrari non ieiuno existenti in arti-  
culo, vel probabili periculo mortis. quando com-  
modè ieiunij tempus expectari non potest. Nam  
iura & Concilia ab illâ legi vniuersali non com-  
municandi nisi ieiunos, excipiunt infirmos: vt de-  
finiuit in suo ritu. Paulus V. idem sentiendum est  
de eo, qui est in periculo phrenesis, & de damna-  
tis ad mortem, si nolit iudex usque ad tempus ieiu-  
nii sententiam differre: nam licet his non conceda-  
tur extrema vñctio, conceditur tamen viaticum,  
ex Concil. Rhemen Cano. 11. & Mediolan. sub ti-  
tulo. Que ad Sanctis Eucharist. fine. Ratio: cum hoc sa-  
cram. ex præcepto Christi aliquando obliget ad  
sui perceptionem, si est tempus, in quo illud obli-  
gat, est articulus, & probabile periculum mortis:  
quia tunc maximè fideles legent ope huius sacram.  
Nec sufficit, hoc præceptum adimpleuisse in pas-  
chate, nisi hoc contigerit paucis diebus ante: quod

Palud. in 4. dist. 9. qu. 1. art. 1. fine, Henrig. lib. 8. de fa-  
cram. cap. 4. determinat intra vnam, vel alteram Apa-  
hebdomadam: sicut obligatione confessionis non  
soluitur, qui est in articulo, vel probabili periculo  
mortis, per annuam confessionem in Paschate; ita  
ne; sacræ communionis, per annuam communionis,  
nem adimpleam in paschate.

PRIMA difficultas est, an liceat in eadem infir-  
mitate sepius non ieiunum communicate. Negat  
Vasquez disp. 211. cap. 4. Fundam. ad hoc sacram.  
tenetur infirmus ratione necessitatis, ne sine viati-  
co decedat ex hæc vitâ: at semel sumpto hoc sa-  
cram. in eadem infirmitate, siue ante, siue post ci-  
bum, cessat necessitas amplius communicandi: ergo si velit infirmus iterum iterumq; communicare,  
seruare debet præceptum de præmittendo ieiunio  
naturali ante communionem. Affirmant Tabiena v.  
Communionis 5. 48. Armilla n. 18. Henrig. lib. 8. de fa-  
cram. cap. 50. Suarez disp. 68. sect. 5. S. v. Eucharistia  
n. 5. Coninck 3. p. qu. 50. qrt. 8. &c. Quæ sent. longè  
probabilior, non obscurè colligitur ex Ritu Rom.  
Pauli V. quo præcipit Pontifex, quod si eger, sumpto  
viatico, dies aliquot vixerit, vel periculum mortis  
euaserit, & communicare voluerit, eius pio desiderio  
Parochus non deerit. Cùm igitur Pontifex decer-  
nat, si poit viaticum, velit infirmus iterum com-  
municare, non esse illi communionem denegan-  
dam, non est, cur hæc Pontificis facultas limitan-  
da sit ad solam communionem ante cibum: 1. quia  
ad hanc necessaria non erat noua Pontificis decla-  
ratio & facultas, cùm etiam Concilia hanc facul-  
tatem infirmo concedant de communicando se-  
pius in eadem infirmitate, vt Mediola. V. cit. Can.  
penult. ergo aliquid amplius concedit hic Pontifex  
infirmo; hæc est facultas in eadem infirmitate  
communicandi etiam per modum viatici. 2. illa  
verba: *Etsi dies aliquot vixerit, consulē sunt posita,*  
vt non statim semel sumpto viatico, concedenda  
sit illi iterum communionem per modum viatici, iuxta  
communionem sent. quæ saltum requirit vnam heb-  
domadam inter vnam & alteram communionem  
per modum viatici. cùm Pontifex ad id apponat  
conditiones duas, sc. *Si aliquot dies vixerit, vel mor-  
tis periculum euaserit;* & posterior sit de purâ com-  
munione (cibum per modum viatici non liceat, nisi  
in mortis periculo illud accipere) prior erit de  
communione per modum viatici; nam per Tò vel,  
Pontifex satis declarat, aliud intendi in uno, ac in  
alio membro. Vnde nego, hoc sacram. concedi in-  
fimo solùm propter necessitatem, sed etiam pro-  
pter ingentem fructum, quem percipit in articulo  
mortis. Nec est eadem ratio de quæcumque aliâ  
infirmitate, in quâ non est periculum mortis: quia  
in eâ non censetur infirmus habere tantam necessi-  
tatem huius sacramenti ad superandas tentationes,  
& incorporandum se Christo.

An vero liceat infirmo bis eadem die communi-  
care, semel ieiuno per modum communionis, iei-  
num non ieiuno per modum viatici; affirmant ali-  
qui è Societ. N. qui & hoc præstiterunt in morte  
P. N. Claudii Aquauiz: ego assentite non possum,  
cùm omnes Doctores affirment, non licet bis in  
die communicate: idque Ecclesiæ consuetudo, &  
vñitas passionis Christi, quam hoc sacram. repræ-  
sentat, efficaciter ostendat: ita docent. Alens. 4. p.  
qu. 11. m. 2. art. 4. §. 2. S. Tho. 3. p. qu. 80. art. 10. ad  
4. & in 4. dist. 12. qu. 3. art. 1. ad qu. 4.

Nec est eadem ratio de sacerdote celebrante,  
qui non solùm in festo Nativitatis Domini, sed  
etiam urgente aliquâ necessitate, vt habetur esp.  
Confusissi, de celebr. Miss. qualis esset ad moribun-  
dum com-

10.  
In eadem  
similare li-  
cere sepius.

11.  
Affirmat  
probabilitas.

Ex Rom.

12.  
Affirmat  
probabilitas.

13.  
Differt.

14.

*Non est ea-  
dem ratio  
de sacerdote  
et laico.*

dum communicandum, vel ad satisfaciendum duabus Parochijs, quarum curam haberet Parochus, & non posset propter paupertatem vicarium substituere: his n. casibus concedunt Doctores, sacerdoti plures in die celebrare, & consequenter communicare, (cum prohibitum sit sacrificanti de sacrificio non participare, cap. Comperimus, de consecr. dist. 2.) modò ieiunus celebret. Nimirum sacerdos est persona publica, & ad publicis necessitatibus occurrentum constituta: ergo licet poterit plures in die celebrare, ad subueniendum necessitatibus communibus, quod tamen licet nemo poterit ob priuatam. Vnde Vasquez disp. 214. cap. 3. fine, putat laico Ecclesie præcepto prohiberi, bis in die communicare, eo quod cum impositum sit præceptum sacerdotibus de non celebrando extra festum Natalis Domini, & calum necessitatis, pluries eadem dic, Can. Suffici, de consecr. dist. 1. & cap. Consulnisti, de celebri Miss. à fortiori laicis nullo casu à iure permisum est, bis in die communicare, nisi in periculo irreuerentia, quæ huic sacram. immineteret si non posset alia via occurri.

### Quando liceat sacerdoti non ieiuno com- municare?

*25.*  
*Prima ratio.*  
*16.*  
*Coroll. 2.*  
*17.*  
*18.*

Triplic est ratio, ob quam licet Sacerdoti non ieiuno communicare, præter eam, quam communem habet cum laico in articulo: vel periculo mortis. 1. est propter integratatem sacrificij, quæ præualeat præcepto de ieiunio præmitendo: nam hoc est tantum iuris Ecclesi. ut supra; illud diuinum naturalis, quod dicitat sacrificia integra offerenda esse Deo: ita Concilia. Deducitur 1. tenet sacerdotem iterum calicem consecrare & sumere, si forte aquam loco vini consecraverit, & biberit. 2. contra Gabrie in 4. dist. 8. q. 2. art. 3. posse & teneri, si aliis ieiunus non adsit, supplere defecuum sacerdotis, qui inchoatum sacrificium perfidere non potuit, ut determinatur in Tole. VII. Cap. 2. Quod intelligitur, si facta sit consecratio saltem corporis, non ante, etiam si verba formæ sint semiprolata, vi Miss. Rom. vte. rubri. de defec. quæ etiam notatur, quod si sacerdos deficiens non obierit, sed solum infirmatus sit, si possit communicare, & non adsit alia hostia consecrata, sacerdos, qui Missam suppleret, præbeat illi partem hostiæ consecratæ: ita etiam Alens. 4. p. q. 21. me. 2. art. 4. q. 2. ad 1. Suarez disp. 85. sect. 2. Sa. Eu-  
char. 1. q. cum Palud. in 4. dist. 12. q. 1. art. 5. Syl. Ench. 2. q. 10. fine id extendunt ad quemcumque alium communicandum.

*19.*  
*Alius casus.*

Quid si facta consecratione deficiat Episcopus, dum Pontificaliter celebrat, ordines conferendo, nec inveniatur alius Episcopus, qui supplere posse? Respondebat Henrique lib. 8. de sacram. cap. 50. posse quemlibet sacerdotem supplere sine pontificali, eo quod solemnitas pontificalis non pertinet ad essentiam Missæ. Quin puto eo casu suppleri posse per simplicem sacerdotem, si non reperiatur Episcopus, etiam ante factam consecrationem ad complendam cæremoniam, quam recens ordinatisseruant simul consecrando cum Episcopo: quia hæc non videretur ita propria Episcopi, ut non possit suppleri per simplicem sacerdotem, cum per eam non conferatur ordo: secus est de impositione manuum post absolutum sacram. nam illa est propria Episcopi, & in sent. multorum, per eam completetur character sacerdotalis in ordine ad mysticum corpus Christi, daturque potestas excipendi fidelium confessiones, ut accidente posse legi-

*26.*  
*Terrium ex-  
roll.*

tima materia, & reliquis conditionibus, exire possit in actum secundum. Deducitur 3. posse sacerdotem, quamdiu est in altari, sumere reliquias, quæ remanserant ex ihs, quæ ipse consecravit, sive pro se, sive pro alijs, etiam ieiunus non sit: quia illi pertinent ad integrum complementum sacrificij, quod in una actione morali peragitur, ut notauit Missale. Dixi, que ipse consecravit: nam alia est ratio de ihs, quæ ipse non consecravit; illa enim non pertinet ad complementum iotegrale huius sacrificij, sed illius, à quo illa consecrata fuerunt, ut rectè 1. q. 4. Quarelibet. Posse sacerdotem ad particulam hostiæ consecrare, calici, vel palato adhærentem in stomachum trahi ciendam, aquam sumere. Quam facultatem concedit Missale vte. rubri. cit. de defec. Nam tota illa actione ordinatur ad unum sacrificium, unamque refectio nem sacram. complendam, ad quam sufficit, ut Caius, ait, accedere ieiunum in principio totius actionis; sic enim accidis simpliciter ieiunus ad totam actionem sacram.

*27.*  
*Quid in pe-  
riculo sre-  
verenitatis*

2. Ratio, ob quæ licet sacerdoti, & cuilibet laico, sumere hoc sacram. pranso, est periculum irruentie, quæ probabilitate timetur futura sacramento: Maius quippe præceptum est, evitare irreuerentiam sacram. cum hoc præceptum sit diuinum naturale, quam illud sumere pransum, cum hoc sit positinum humanum. Deducitur, posse sacerdotem, vel laicum, absente sacerdote, sumere hostiam consecratam, ne præcipiat à Saracenis, ne conculceretur ab hereticis, ne in terram vel in lutum cadat, ne comburatur, ne ab animali devoretur; vel quia nullus est locus, in quo decenter asseruari possit, ut notat rubrica de defectu intentionis.

*28.*  
*Ad subue-  
niendū sit,  
vel alteri de-  
viantio.*

De tertia ratione controversia est, an liceat sacerdoti non ieiuno celebrare, ad subueniendum sibi, vel alteri extremè indigentis. Ut si sacerdos sumptuoso, sentiat semoti appropinquare, & nulla adsit particula consecrata: aut si laicus ad mortem properet, & non sit nisi sacerdos pransus. Affirmat Major in 4. dist. 9. q. 3. q. 5. arguitur: quin addit, posse sacerdotem celebrare eo fine etiam sine vestibus sanctis, & in una rapta specie panis, etiam fermentati: quamvis hoc in impress. Parisi. non habetur, sed oppositum, q. d. q. contra 1. p. & Palatinus in 4. dist. 8. disp. 5. qui saltem addit, hoc fieri posse, dispenante Episcopo.

*29.*  
*Frob. 1.*

Probat 1. licet sacerdoti non ieiuno celebrare ad mortem; vel voluntario vitandum: ergo ad subueniendum sibi, vel alteri morienti. 2. licet infirmo de vita periclitanti viarij ministrare non ieiuno: ergo in gratiam eiusdem licebit, sacerdoti non ieiuno celebrare. 3. Potest sacerdos in articulo mortis absoluere à quibuscumque censuris & peccatis, à quibus ante non poterat: ergo & non ieiunus celebrare. 4. Potest sacerdos ab subueniendum sibi, vel alteri morienti celebrare non præmissâ confessione mortalis, quod maius præceptum est & digni iudicis, ut supra; ergo & non præmisso ieiunio; cum hoc sit tantum iuris humani. 5. Licitum est sacerdoti, propter ægroti necessitatem, anticipare, vel postponere tempus celebrationis, ut omnes ferè concordent: ergo etiam licebit, non ieiunum celebrare, cum verumque sit præceptum Eccles. 6. Præceptum de communicando in articulo mortis est diuinum: ergo debet præualere præcepto de non celebrando post sumptum cibum, quod est humanum.

*30.*  
*Sent. impo-  
babili si au-  
thoritas spe-  
cias.*

Hæc sent. si pensanda est in ista ratione, & media intrinseca, satis probabilis est, ut indicat Suarez disp. 68. sect. 5. Si per autoritatem & media extrinseca, improbabilis: 1. quis ferè omnes Doctores oppositum

oppositū doceat: 2. Concil. Constan. Gener. sess. 1., in casu infirmitatis eximit tantum communicantes, non celebrantes ab illa vniuersali lege de nō communicando, nisi ieiunè. 3. in Ecclesia numquāam fuit dispensatum, vt facēdos non ieiunus celebraret ob solam necessitatē infirmitatis: optimum signum, non esse à lege illa vniuersali exclusos celebrantes, ob solam necessitatē infirmitatis.

<sup>28.</sup> Conf. m.  
Cofit. hoc Ecclesia in suā lege intendere potuit, ob reuerentiam eanti sacram. & aliunde sufficienter prouisum est infirmis, per diligentem afferuationem huius sacram. vt casus iste non facile possit occurrere: ergo de facto id intendit, vt sufficienter probat numquāam interrupta consuetudinam quod semper est seruatum, & numquāam dispensatum, habetur in Ecclesiā Dei pro indisponsibili. Cū igitur in ijs, quæ spectant ad ritum & usum sacram. magis standum sit autoritati Ecclesie & Doctorum, quām rationi, absolvēt negatiua pars vera est. Dices: Hoc præceptum est Ecclesiasticum: ergo non est indisponsabile. Resp. non esse simpliciter indisponsabile, cūm Ecclesia, quæ illud condidit, tollere possit: esse tamen indisponsabile moraliter: nam ex eo, quod haec nos numquāam dispensavit, est signum; quod nāmquāam veit dispensare, fundata in reuerentiā debitā tanto sacram. & aliunde cūm diligenter prouisum sit, ne talis necessitas occurrat: & occurrente adhuc præstat obseruantia huius legis, ob reuerentiam eanti sacram. quām in ea propter priuatum-commodum & deuotionem vnius, vel alterius, dispensare; cūm n. non sit sacramentum ad salutē similiter necessarium, non est, cur in ea velit dispense aliquando;

<sup>29.</sup> Indispensible ex suppositione quod nām velit dispensare.  
<sup>30.</sup> Ad 1. Maior.  
Ad 1. oppositæ, neg. conseq. nam tueri propriam vitam, est iuris naturalis: vnde nō potuit talie ēstū lex posseua humana de nō celebrando post cibum, obligare. Subuenire autem sibi vel alteri de viatico, non est iuris naturalis, cūm non sit sacramētum necessarium, & aliunde possit per alia media talis defectus suppleri: cūm tamen, vt supponimus, nequeat celebens propriam vitam tueri, nisi celebret non ieiunus. Intellige, quando non sit in contemptum præcepti, quia tunc potius subeunda est mors. Ad 2. neg. conseq. nam primus casus, quia frequentissimus, vt non possit infirmus expectare tempus ieiunij, debuit ab vniuersali lege, quæ ad frequentissimos casus attēndit, excipi: non secundus, quia rarissimus; & lex ad extraordinarios casus non attendit. Ad 3. neg. conseq. vnum n. habetur exp̄lēs in lege, non aliud; imd ei contradicit recepta consuetudo & praxis: quia vnum est necessarium necessitate medij, aliud tantum præcepti. Ad 4. neg. conseq. illud n. est licitum per Ecclesie consuetudinem, & Doctorum explicationem, non hoc: quia illud sapienter contingere, hoc non nisi rarissime. Debuit igitur illud cauti, nē sēpē infirmi propter huiusmodi impedimentum defraudarentur hoc salutari viatico. Ad 5. neg. conseq. præceptum n. de celebrando, tempore debito, non est ita intrinsecè conexum cum reuerentiā debita huic sacram. sicut præceptum de p̄sumis, lo ieiunio. Vnde in illo palliū dispensant Pontifices. Ad 6. neg. conseq. nam præceptūm diuinum non obligat, nisi cum debitib⁹ circumstantijs prescriptis ab ipso præcepto humano. Vnde sicut non obligat ad communicandum in periculo, vel articulo mortis in fermentato, vel sine vestibus sacris, quæ sunt prescripta præcepto humano; ita neque sine prescripto ieiunio: cūm sequitur hoc, atque illa ex præcepto Ecclesie tendant ad debitam reuerentiam sancti

<sup>31.</sup> sacram. Nec limitatio, quam adhibet Palatius, vt saltē hoc fieri possit, dispensante Episcopo, quidquām habet probabilitatis: quia cūm hoc præceptum sit vniuersale pro totā Ecclesiā, non potest in eo Episcopus dispensare: nam illud censetur institutum ab ipsis Apostolis à totā Ecclesiā seruandū. Nec refert, quod aliquando in Ecclesia consueverint sacerdotes celebrare cœnati feria s. Cœna Domini: nam hoc seruari potuit ob singularem memoriā Cœna Domini, quæ consuetudo est nūc abrogata. Ex dictis,

Deducitur, posse sacerdotem, si post sumptum corpus aduersat, nullam esse particulam consecratiā pro communicatingo infirmo in articulo mortis constituto, statim sumpto sanguine, incipere aliam Missam, & comunicare infirmum: quia tunc celebrat ieiunus, & alioquin in casu necessitatis, qualis est iste, concedit Ecclesia sacerdoti plures Missas celebrare, vt constat ex cap. Consulisti, de Celebra. Missa. Dixi. Post sumptum corpus: quia si aduerit ante sumptum corpus, potest partem suę hostię dare infirmo; non potest dare partem sanguinis, nisi vbi permitta est communio sub verāque specie. Nam communio sub verāque specie est maxime prohibita propter sanguinem, ne in ipsius ministracione effundetur. Vnum tantum excipio casum, in quo liceret sacerdoti non ieiuno celebrare, si nimis sumpro veneno morti appropinquaret, & habens conscientiam mortalis copiam confessarij habete non posset: tunc enim poterit saltē putatiū contritus celebrare, vt si forte ipsa contritus non sit, virtute sacram. fiat ex attrito contritus. Nam in hoc casu Eucharistia est ad salutē necessaria, vnde videtur hic casus per exceptionē excipi à lege vniuersali.

<sup>32.</sup> Carroll.<sup>33.</sup> Casu fieri.<sup>34.</sup> Triplex capacitas ad hoc sacram. eiusque fructum percipiendum:

## DISPUTATIO XXVIII.

De ijs qui sunt capaces huius sacramenti.

<sup>35.</sup> **T**RIPLEX distinguitur capacitas ad hoc sacram. eiusque fructum percipiendum: <sup>36.</sup> Prima puræ sacramentalis, quæ reperitur <sup>37.</sup> in subiecto habente solam potentiam remotam ad recipiendum hoc sacramen. vt practicum signum gratiae: Altera spiritualis, quæ reperiatur in subiecto capaci ad perceptionem sacram, cū voto tantum ad illam: Tertia sacramentalis & spiritualis simul, quæ est capacitas proxima & expedita percipiendi hoc sacram. cum fructu. Certum est. Angelum neque in se, neque in corpore assumpto esse capacem sumptionis sacram. imd neque spiritualis propriæ: quia non est capax mandationis vitalis, quæ ad sumptionem sacram. requiritur, cūm nequeat in corpore assumpto operationes vitales exercere, vt 2. 10. disp. 4. sect. 5. Isque tantum est capax mandationis spiritualis huius sacram. qui est capax sacramentalis: quia mandatio spiritualis, ut votum seu desiderium sacramentalis, supponit capacitatem ad illam: sicut non potest Angelus esse capax baptismi flaminis, in ordine ad quem est baptismus flaminis: qui enim non habet capacitem ad actum, nec votum absolutum ad illum habere potest. Ceterum non nego, Angelos manducare Christum spiritualiter per visionem beatam, quod notat S. Tho. 3. p. q. 80. art. 2. Verum aliud est, manducare spiritualiter Christum,

4.  
Non in 1774.  
etionali am-  
pli.

5.  
Queritur:  
2. Sent. Nc-  
gons.

rum, aliud hoc sacram. quod recte adiuerit Gabriel  
in 4. dist. 9. q. 1. art. 1. notab. 1. Ceterum 2. est, nullum  
animal inferius homine esse capax manducacionis  
sacram. multoq[ue] minus manducacionis spiritalis.  
Nam quamvis animal dicatur comedere hoc  
sacram. quod quando accidit, exenterandum est &  
comburendum, speciesque ab eo extractae in sacra-  
rio seruandæ, donec consumantur, ut monet Paulus  
in 4. dist. 9. q. 1. art. 3. & docet Rubri. Miss. de defen-  
sa panis, haud tamen dicitur sacramentaliter com-  
dere, cum non possit illud comedere ut practicum  
signum gratia.

Vnich Fund.

6.  
2. Sent. affir-  
mat.

7.  
Probabilior  
fons. offerit  
capaces su-  
am, & nu-  
tritionis spí-  
ritualis.

Antiqua  
confutatio.

CONTROVERSYM 1. An infantes & perpetuò  
amentes sunt capaces sacramentalis & spiritualis  
manducacionis seu fructus Eucharistie? 1. Scit.  
negat, Alens. 4. qu. 11. m. 2. art. 3. q. 1. Paul. in 4.  
dist. 9. q. 4. art. 3. Maior. qu. 1. q. Trima est, Ga-  
briel. qu. 2. art. 3. dub. 4. Caser. 3. p. qu. 80. art. 12.  
in qu. sua 1. q. Quoad 3. Sylvest. v. Euchar. 3. qu. 5.  
Petri Sors sent. 8. de Euchar. inclinat Domi. Sors in  
4. dist. 12. q. 1. art. 9. fine: & videatur S. Thos. q. cit. art.  
9. ad 3. affirmantis, nullum vitæ detrimentum pari  
pueros ex eo, quod non communicent; ergo nec vi-  
tae accrementum illis confert hoc sacram. & Cate-  
chisi Rom. de Euchar. 5. Sed ne forse, ubi, ait, infantes  
idoneos non esse, qui hoc sacram. accipiant, & co-  
medant. Fundam. ad percipiendum fructum huius  
sacram. requiritur manducatio sacram. hæc requi-  
rit actualem notitiam huius sacram. quæ in infan-  
tibus & perpetuò amentibus esse non potest. Maior  
prob. hoc sacram. datur per modum cibi nutrien-  
tis, qui necessariò requirit aeternam vitalem viuentis,  
sine quo cibus non nutrit. 2. Sent. Vasquez d. 212.  
c. 2. infantes & perpetuò amentes esse capaces tam  
fructus spiritualis (quod ex 3. sent. constabit) quam  
sumptionis sacram. Euchar. Probat, impossibile  
est, aliquem esse capacem fructus manducacionis  
Euchar. & non esse capacem sumptionis sacram.  
eiusdem: cum fructuose manducare hoc sacram.  
non sit aliud, quam recipere illud ut practicum si-  
gnum gratia: At illi possunt hoc sacram. recipere  
ut practicum signum gratia, cum illud recipere  
possint cum effectu gratia; ergo poterunt illud sa-  
cramentaliter manducare.

TERTIA negat, parvulos & perpetuò amentes  
esse capaces manducacionis sacram. et si capaces sunt  
fructus & nutritionis spiritualis huius sacram. Que  
sent. probabilioram docuit Henr. lib. 8. de Euchar.  
cap. 41. fine, & alij recent. Prob. pars 2. hæc consue-  
tudo communicandi parvulos viguit aliquando in  
Ecclesiâ, ex Diony. de Eccles. Hierar. cap. vlt. Cypria.  
ser. 5. de lapsi, fine, ubi narrat mirabilem casum de  
puellâ, quæ, cum ei inscijs parentibus datum fuisset  
aliquid de Idolothytis, cum postea eidem, iuxta  
consuetudinem illius temporis, daretur sanguis  
Christi, reluctans illum accepit, acceptumque sta-  
tim euomuit: quasi non peruerit, in corpore atque  
ore violato Eucharistia permanere. August. epist. 170.  
post med. de pueris in infantili estate morientibus,  
Vnde & ipsi, inquit, sicut dixi, si in illa parva estate  
moriuntur, utique secundum ea, quæ per corpus gesse-  
runt, id est, tempore quo in corpore fuerunt, quando per  
corda & ora gestantium crediderunt, vel non credide-  
runt, quando baptizatis sunt, vel non baptizati, quando  
carnem Christi manducaverunt, vel non manducave-  
runt, quando & sanguinem biberunt vel non biberunt.  
Et lib. de Eccles. dogm. cap. 52. Si verò parvuli sunt,  
vel bebes qui doctrinam non capiant, respondeant  
pro illis, qui eos offerant iuxta morem baptismandi: &  
sic manus impositione, & christmate munis, Eucharistia  
mysterijs admittantur. In antiquo Miss. B. Gregor.

decernebat Pontifex, ut in solemini rite baptismi  
pueri statim post baptismum sumerent Euchar. Henr.  
lib. 8. de Euchar. c. 42. testatur morem hunc etiam  
nunc vigere apud Armenos. Eundem indicat Trid.  
sent. 21. c. 4. ubi propterè damnados non iudicat  
Patres, qui illum induxerunt e cum tamen maxime  
damnandi fuissent, si iudicassent, Eucharistiam nul-  
lum fructum conferre parvulis; nunquam enim li-  
cet, ministrare sacramenta ijs, in quibus suum ef-  
fectum habere non possunt. igitur Concil. sentit,  
effectum suum habere posse in parvulis; illam so-  
lum prohibet, quia non est parvulis ad salutem ne-  
cessaria. Demùm, ex disp. 25. sent. 1. actualis devo-  
tio necessaria non est ad fructum huius sacram. per-  
cipiendum, sed sufficit solus status gratia, qualis in  
parvulis & perpetuo amentibus reperitur.

Confir. non minùs parvuli sunt capaces gratia  
nutritiæ, quæ datur per Euchar. quam roborati  
quæ datur per Confirmationem, cum utraque or-  
dinetur ad spiritualem vitam augendam: at sunt  
capaces roboratiæ, per Ecclesiam, quæ illos etiam  
ante rationis usum confirmare solet: ergo.

Ad fundam. oppositæ, neg. maior. Ad prob. dieo,  
hoc sacram. dari per modum cibi, non qui conuerti  
debeat in manducantem, sed potius qui conuertere  
debeat manducantem in sciplum; Non in, Inquit  
Christus Augustino, me in te mutabis, sicut cibum car-  
nis es, sed in mutaberis in me: 7. confess. 10. Nec S.  
Tho. est contra nos qui solùm docet, parvulos non  
communicantes nullum pati detrimentum vitæ  
essentialis gratia, accidentalis non negat. Nam hoc  
solùm pronunciat contra illos, qui putabant, par-  
vulos debere communicate, eo quod ad eos etiam  
pertineret præceptum Christi Joan. 6. Nisi mandu-  
caveritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem,  
non habebitis vitam in vobis. Neque contra nos  
est Catech. qui solùm prohibet, ne Eucharistia debeat  
infantibus, eo quod in eâ estate non possunt devo-  
tione, quæ par est, illud accipere.

Quod autem infantes & perpetuò amentes, non  
sunt capaces sacramentalis manducacionis, in quo  
a Vasquez discrepo, prob. ad manducationem sacram.  
præter vitalem comedionem, omnes requirunt actu-  
alem notitiam huius sacram. ut sacramentum est: S. Tho.  
3. p. 9. 80. art. 3. ad 2. & 3. & in 4. dist. 9. q. 1. art. 2. ad 2.  
9. Alber. art. 6. ad vlt. Bonau. art. 1. q. 3. Rubi. q. 1. art. 1.  
&c. Nam tñ sacramentaliter supra manducationem  
addit modum tenentem se ex parte manducantem,  
non ex parte rei manducatæ: qui modus est vlt  
huius sacram. sc. quando illud manducamus cum  
notitiâ saltem implicitâ fidei, quam non habent par-  
vuli & perpetuò amentes.

Confirm. non dicetur infidelis hoc sacram. sa-  
cramentaliter manducare, nisi illud sumeret cum  
aliqua saltem implicitâ notitiâ fidei: sicut nec fide-  
lis, qui hoc ipsum ignorans sumeret: ergo ad sum-  
ptionem sacram. necessaria est aliqua saltem im-  
plicita & confusa notitia sacram. ut sacramentum  
est, ex parte ipsius sumentis. Dices; posse hanc no-  
titiam fidei in parvulis suppleri per ministrum, si-  
c ut suppletur notitia, quæ ad suscipiendum baptis-  
tum requiritur. Resp. ita ut per talam notitiam  
a ministro suppletam parvuli denominentur sacra-  
mentaliter manducare, nego; quia cum hæc noti-  
tia consistat in actione vitali, non potest per eam  
alter denominari vitaliter agere, ita ut hoc sacram.  
possit gratiam conferre parvulis, sine quâ notitiâ  
saltem implicitâ fidei ministri, non conferret par-  
vulis gratiam, cōcedo, huiusmodi notitiam supple-  
ti a ministro. Nec est eadem ratio de baptismis:  
hic enim respectu baptizan di consistit in passione,  
manducatio

12.  
Confir.

12.  
Resp. duplo.  
citer fides  
notitia.

manducatio in actione: unde poterit infans denomi-  
nari baptizatus, per passionem susceptionem ba-  
ptismi; non poterit denominari sacramentaliter  
manducans, per notitiam ministri, quia haec in  
actione virali consistit. Leg. S. Thom. cit. in q. ad 2.

Ad fundam. Vnsquez, neg. autec. Ad prob. dist.  
assump. hoc sacramentum fructuosè manducare, est  
illud recipere ut practicum signum gratiae ex vi  
manducationis actiue; nego: nam ad hoc requiri-  
tur, ut manducans manducet illud ut signum gra-  
tiae formaliter: hoc autem non est necessarium sim-  
pliciter ad fructu perciendum huius sacram. Fructu  
osè manducare, est illud recipere cum effectu vi  
manducationis passus, concedo. Quare si sacra-  
mentaliter manducare solam importet, cum fructu  
recipere hoc sacram. concedo. infantes illud sacra-  
mentaliter recipere: verum hic sensus non est à  
Doctoribus intentus, qui per Td sacramentaliter im-  
potari volunt modum ex parte manducationis  
actiue, qui est per actualem notitiam huius sacram.  
& non tantum ex parte rei manducantur.

*Obiectio:* Si hoc sacram. potest suum effectu con-  
ferre parvulis absque manducatione sacram. euon-  
dem conferre poterit adultis iustis: quia vel man-  
ducatio sacram. requiritur ad effectum huius sa-  
cram. & sic absque illa non poterit esse fructuolum  
parvulis: vel non requiritur, & sic absque illa po-  
terit esse fructuolum iusto adulto. Resp. neg. se-  
quel. Ad prob. dico, manducationem sacram. re-  
quiri in adulto, non in parvulo: quia adultus cum  
sit sui libertatis, tenetur liberè cooperari suscep-  
tioni sacram. ut eorum effectum recipiat: parvu-  
lus cum sit sui libertatis, non tenetur ipse, sed suf-  
ficit, ut alius loco ipsius cooperetur ad liberam sus-  
ceptionem sacram. Ceterum quamvis haec notitia  
sacram. ut sacramentum est, non requiratur in par-  
vulo, ut effectum sacram. recipiat, requiritur ta-  
men in ministro, qui vice ipsius sacramento coo-  
peratur. Quod sit, ut si Gentilis daret parvulo ba-  
ptizato hostiam consecratam, vel fidelis putans il-  
lam esse purum panem, eo casu parvulus nullum re-  
ciperet effectum huius sacram. quia saltem haec no-  
titia requiritur in ministrante sacram. ut constat de  
reliquis sacramentis.

Ad homines non baptizati sunt capaces mandu-  
cationis sacramentalis & spiritualis? Sunt capaces  
manducationis sacram. quia possunt illud mandu-  
care cum aliquâ saltu confusa notitia sacram. ut  
sacramentum est, vel ipsi credentes, hoc esse signum  
sacrum, vel saltu credentes id quod Christiani  
credunt de hoc sacram. S. Tho. 3 q. p. cit. art. 3 ad 2.  
Non sunt tamen capaces manducationis spiritualis  
& effectus ipsius, etiam si fideles & iusti per in-  
ternos actus fidei & charitatis. Ratio: hoc sacram.  
sicut & cetera, ut conferat suum effectum, requirit  
in subiecto characterem baptismi. Vnde Apostoli an-  
tequam in ultimâ cœnâ communicauerint, fuerunt  
a Christo baptizati. Quod etiam puto de B. Virgi-  
ne, quam probabile est, hoc sacram. quotidie sum-  
psisse. Oppositum docere videtur Innoc. III. cap.  
Vicens, de Presbytero non bap., vbi ait sacramentum  
Coniugij, & Euchar. à non baptizatis accipi posse.  
Sed explicatus est de materiali susceptione sacram.  
non de formalis & fructuosa.

*CONTROVERSA 2.* An amentes, qui anteâ ha-  
buerunt rationis usum, sint capaces huius sacra-  
menti, & num debet illis saltu in articulo  
mortis ministrari? Qui putant, hoc sacram. re-  
quirere actualem devotionem, ad ipsius fructum  
perciendum, consequenter docent, amentes,  
etiam si aperte sancti fuerint, non esse capaces huius

sacram. & consequenter nunquam esse illis ministrandum, ut qui ipsius effectus capaces non sunt;  
Alens. Gabriel cit. Caist. vero, eti ad effectum hu-  
ius sacram. actualem requirat devotionem, in sum-  
ma tamen putat sufficere, si præcesserit, quando ho-  
mo sui compos petiat hoc sacramentum.

Oppotita tamen opinio communior & veterior est,  
tales amentes ac phreneticos capaces esse effectus  
huius sacram. iisque in articulo mortis ministrandum, modò periculum non sit illud eiendi & ante  
tale latet implicite & interpretationi petierint, vel  
si interrogat illud petiuntur fuissent. Addit. Henr. I.  
8. de Euchar. c. 42. sat esse, quod ante amentiam vel  
phrenesim Christiane vixerint, nec certe proximè  
ante amentiam eos fuisse in peccato notorio: tales  
enim interpretationi petent censentur utilia sacram.  
qualia sunt Communio, & Extrema-vnctio: S.  
Tho. 3 p. 9. 80. art 9. Palud. in 4. dist. 9. q. 4. art 2. Henr.  
cit. Vnsquez disp. 1. 2. c. 3. Suarez disp. 69. lett. 2. &  
relig. recent.

Opinio oppo-  
matis com-  
muniore & ve-  
tior est.

Quod sint capaces huius sacramenti; à fortiori  
sequitur de perpetuâ amentibus. Quod autem illis  
sit in articulo mortis ministrandum, quod tamen  
ministrandum non est perpetuâ amentibus, de qui-  
bus est eadem ratio ac de infantibus, i. colligitur ex  
Carthag. 4. Can. 76. & refertur 22. qu. 6. Can. Is  
qui, vbi non tantum Concilium docet dandam esse  
absolutionem sacram. ei, qui illam petiat, & ante-  
quam sacerdos accederet, incidit in phrenesim, sed  
etiam Eucharistiam. 2. colligitur cum ex Can. 13.  
Aranjic. I. qui refertur 26. q. 6. Can. Qui redunt: vbi  
confirmatio can. præced. sic concludit: Amentibus  
etiam quacunque pietatis sunt, conferenda sunt: tum  
ex Concil. Tolos. XI. Cah. 11. in quo id aperiè sup-  
ponitur 3. id docet Carechis. Rom. de Euch. Ratio:  
in articulo mortis hoc sacram. obligat iure diuini  
omnes, quibus licet ministrari potest, & qui ali-  
quando fuerunt huius præcepti capaces. Igitur si  
potest licet eo articulo ministrari, obligat Prela-  
tos, ut illis ministrant; qui tamen excusari possunt,  
vbi id non est in usu, vel ob aliquam rationabilem  
causam, ita S. v. Euchar. 2. Nec est eadem ratio de  
perpetuâ amentibus: nam hi nunquam fuerunt  
obligati hoc præcepto.

Sed quid si amens anteâ fuerit excommunicatus?  
Resp. si moraliter constet, illum in amentiam inci-  
disce cum peccato, non esse illi tribuendam Euchar.  
sin vero probabilitate constet oppositum, prius esse  
ab excommunicatione absoluendum, & postea dan-  
dam Eucharistiam: nam cum his seruanda est illa  
regula iuri, sc. quamdiu non constat, eos esse ma-  
los, presumendi sunt boni. Ceterum nunc à Paulo  
V. in suo Ritu. limitata est haec obligatio communi-  
candi ad amentes & phreneticos, eos tantum, qui  
lucida habent intervallo & devotionem ostendunt, dum  
in eo statu manent: alias expressè Pontifex ait, eos  
communicare non licere, quod prohibere potuit ob-  
reuerentiam sacram. Sicut etiam ibid. prohibet, ne,  
quando infirmus communicare non potest, sacra-  
mentum ad eum deferatur deuotionis tantum præ-  
texu, quod anteâ Concilia & iura permittebant.  
Quanquam limitatio illa Pontificis de non com-  
municandis amentibus, nisi actu habeant lucida  
intervallo, explicari posset de annua tantum com-  
munione, de qua tantum ibi loquitur, non autem  
de communione in articulo mortis, in quo iura &  
Concilia communionem concedunt, etiam non  
habentibus actu lucida intervallo, modò anteâ pe-  
tierint, & nullum sit periculum irreuerentias.

Qu. vb.

Regula iuri

## DISPUTATIO XXIX.

## De obligatione ad hoc sacramentum sumendum.

1.  
Enst. 1.  
Quale hoc  
præceptum?

2.  
Humandum  
affirmitur.

Tundam.

3.  
Conferit.

4.  
Probabilitus  
diminutum.

Colligitur  
ex 2. loco:  
scriptura.

5.

6.  
Ratio effi-  
cax nulla.

**Q**VARITVR I. An hoc sacramentum sit sub præcepto diuino, an humano? Eucharistiam esse sub præcepto, constat ex o. Omnis, de panis. & remissi. ubi Innoc. III. sub poena, ut viuens arcatur ab ingressu Ecclesie, & moriens Ecclesiastica careat sepulturā, præcipit omnibus Christi fidelibus, ut ad minus in Pascha Eucharistiam reverenter suscipiant. Controversia est, an hoc præceptum sit etiam diuinum, per humanum explicatum.

PRIMA sent. Alen. 4. p. q. 11. m. 2. a. 4. s. l. Bonav. in 4. dist. 12. p. 2. a. 2. q. 1. S. Tho. dist. 9. q. vn. a. 1. ad q. 2. O dist. 12. q. 3. a. 2. ad 1. q. Argen. q. 3. a. 4. Ferrar. 4. con. Gen. c. 61. Sylvestr. v. Euchar. 3. q. 1. Gabrie. in Can. Miss. lett. 87. fine Palat. in 4. dist. 9. disp. 2. concil. 4. Affirmantium, esse solū præceptum humanum. Ad quam sent. propendet Caiet. 3. p. q. 80. a. 11. eamque docuit S. Tho. in 4. dist. 9. q. 1. q. 1. a. 1. q. 2. Fundam. nullus est locus Scripturar, ex quo tale præceptum eruatur.

CONFIR. Eucharistia nullum habet effectum per se necessarium ad salutem: non n. obligat iustum, quia hic iam est dignus vitā eternā; ad quam omnis obligatio ordinatur: non peccatorem; quia hoc sacramentum non est per se institutum ad conferendam primam gratiam peccati remissiām.

SECUNDA probabilior S. Th. 3. p. q. 80. a. 11. Duran. in 4. dist. 9. q. 2. Palud. q. 1. art. 1. Rubi. q. 1. art. 1. Sol. dist. 12. q. 1. a. 17. Suarez. disp. 69. sect. 1. Vasquez. disp. 213. q. 2. Henrig. 1. 8. de Euchar. c. 3. Sylvi. 3. p. cit. & relig. recen. Affirmantium, hoc præceptum esse diuinum, adeo ut Valencia disp. 6. q. 8. p. 4. dixerit, nullum Catholicum hoc tempore oppositum docere: & Mayronus in 4. dist. 8. art. 6. putet, esse de iure naturali, debere aliquando hoc sacram. applicari fidelibus: ex Joan. 6. Nisi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Vbi, cūm Christus loquatur de manducatione sacram. ut supra, planè sequitur, aliquam obligationem percipiendi hoc sacram. his verbis contineri, quam qui non seruat, non habebit vitam in se. CONFIR. ex simili forma colligimus præceptum baptizandi Joan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu S. non potest introire in regnum Dei: & præceptum pœnitentia. Luca 13. Si pauperrimam non egeritis, omnes simul peribitis. Item verba Luca 22. Hoc facite in meam comm. Præceptum imponunt, cōmemorationē Christi faciendam per sumptionem huius sacram. nam ex Trid. sess. 13. c. 2. In illius Eucharistie sumptione. colere nos sui memoriām præcepit. Quod loquatur hīc Concilium de præcepto non ex suppositione, quod sumamus hoc sacram. ut Caiet. interpretatur, sed simpliciter, colligitur ex sequ. Sumi autem voluit sacramentum hoc, tanquam spiritualem animarum cibum, quo alantur & confortentur viventes. Vbi tō voluit idem sonat, quod præcepit, cūm sic illius repetitio.

Efficax ratio ad hoc præceptum probandū nulla afferri potest: quia cūm non sit sacramentum necessitatis ad primam gratiam, sed utilitatis ad incrementum dum taxat gratia conferendum institutū, non potest eius obligatio ex sola institutione col-

ligi, vt colligitur obligatio Baptismi, & Pénit. Sola Congruentia allignari potest congruentia. cur illud Christus voluerit sub præcepto nobis relinquere: sc. ob ingentes utilitates & fructus, quos tu ē ac deuorū suscepimus nobis affer. Vnde si Adam in statu innocentia sub peculiari præcepto diuino debuisset aliquando de ligno vite, qui typus fuit Eucharistie, comedere ad immortalē vitā corporis perpetuandam, ut testantur multi: quanto magis congruum fuit, hominem lapsum ad immortalem vitā animas conservandam, diuino adstringi præcepto, ut aliquando tenetur de hoc vitali ligno comedere: & quidem ē hoc præillo congruentius fuit, quod negligenter est homo ad vitā animā, quam ad vitā corporis procurandam conservandam.

DICAS, totum hoc Christum efficere potuisse per Ecclesiam, dando illi potestatem instituendi præceptum de sumptione huius sacram. sicut ei potestatem dedit determinandi tempus! Resp. potuisse, sed ad maiorem diligentiam in nobis excitandam, voluit ipse illud sub præcepto nobis relinquere. Nec ē eadem ratio de temporis determinatione, quia cūm hēc pēdeat ex multis circumstantijs, quae successiū, & pro temporum locorum, ac personarum diversitate variari poterant, non potuit moraliter certa aliqua regula statui, sed relinquere prudenter iudicio Ecclesie. Ad fund. primæ constat ex dicitur. Ad confir. neg. conseq. ut enim sacramentum sit in præcepto non est necessarium, ut continet effectum necessarium: imo nullum ferē præceptum, præter ea, quae sunt necessaria necessitate medijs, continet effectum per se necessarium, sed sit necessarium hoc ipso, quod præcipitur. Ad instant. resp. ad hoc sacram. suscipiēdum obligari instum, ut ad reliqua præcepta, sine quorum obseruantijs non posset se in gratiā conseruare, cūm ipsius iustitia in cooservari pendeat à præceptorum obseruantijs. Vnde, concedo, quod obligatio sacram. ordinetur ad salutem vel dignitudinem, vel conseruandam. Ceterū quod attinet ad S. Tho. pro 1. sent. citati, resp. illuc mutasse sent. in summā, ut aduertit Caiet. in cit. art.

Ad instan-  
tiam.

Quando præceptum diuinum sumendi Et. 21  
charistiam obliget?

LOQUIMUR de hoc præcepto secundūm se. præcisā omni determinatione Ecclesie. Ratio dub. cūm hoc præceptum sit affirmativum, cuius natura est, non obligare ad semper, sed certo tempore, non viderur, præcisā determinatione Ecclesie, quando posset fideles obligare. Vnde qui negant, de hac re existare præceptum diuinū, consequenter affirman, præcisō præcepto Ecclesie, nunquam fideles obligari ad hoc sacram. Caiet. in sum. v. Communionis sacra. Sylvestr. v. Euchar. 3. q. 1. Præsens igitur controversia inter eos tantum versatur, qui putant, de hac re diuinum existare præceptum.

PRIMA sent. affirmat, obligare semel tantum in vitā: Palud. in 4. dist. 9. q. 1. art. 1. &c. apud Suarez. disp. 69. sect. 3. Fundam. ad satisfaciendum illis verbis: Nisi manducaveritis carnem filij hominis, sufficet, si semel tantum in vitā communices: sicut ad satisfaciendum illis: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, &c. sufficit, si semel tantum in vitā baptizeris. CONFIR. non ē major ratio, cur potius hoc sacramentum vi præcepti diuini obliget uno tempore, quam alio.

SACUNDA affirmat, hoc præceptum obligare, quoniam magna aliqua necessitas urget ad consequendum

1. Sent.  
Fundam.

11.

Differentiae  
in assignan-  
dā necessaria-

quendam finem, propter quem est institutum sacram. nempe ad robوراندام vitam spiritualēm contra graues tentationes. Quas sent. probabilior est. Durandus in 4. dist. 9. q. 2. & Gabriel q. 1. a. 2. post concl. 3. assignant articulum mortis, in quo unusquisque fidelis tenet se, præmunire hoc necessario viatico. Alij præter hūc articulum, quoties necessitas urget superandi grauem aliquam tentationem: Alij, quoties fidelis putat, nunquam amplius huius sacram. opportunitatem se in hac vitâ habiturum: Suarez disp. 69. sec. 3. concl. 3. tertio, quartove anno: Alij, hanc obligationem ultra articulum mortis relinquunt prudenti iudicio confessoris: nec posse aiunt dari tempus, quo quis certè obligetur ad hoc sacram, recipiendum, sed ad illud necessariam suisse Ecclesiæ determinationem.

co obligante. Quod vero dicit Suarez, hoc præcepitum obligare taltem tertio, vel quarto anno, non conuincit; quia posset quis intra tale tempus probabilitate stimare, se nullo modo obligari ad hoc sacram. quo casu non posset is de crimine mortali damnari...

Pater ad fund. primæ. Neque est eadem ratio de baptismo, qui cum sit ad regenerandum hominem in vitam spiritualem, non obligat nisi semel, sicut semel quis nascitur: Eucharistia vero, cum ordinetur ad nutriendam, conservandam ve vitam animę, non sat est, semel tantum illam suscipere. Ad hoc. maior est ratio in articulo mortis propter imminentem necessitatem: reliqua vero tempora determinanda fuerunt præcepto Ecclesiæ.

Vltimò queritur, an satisficiat moribundus huic præcepto, si paulo ante valens communicauit. Negat Vasq. disp. 21. 4. c. 2. etiam si uno die ante communicauerit. 1. Quia si posset vel uno die ante articulum mortis huic præcepto satisfacere, non posset assignari ratio, cur non posset ante & ante, cum non sit maior ratio de uno tempore, quam de alio. 2. nequit impleri præceptum per opus exhibitum ante tempus obligationis: ergo nequit impleri præceptum de communicando in articulo mortis ante hoc tempus. 3. si constitutus in articulo mortis vellet communicare non ieiunus, licet posset, etiam si præcedente die sanus communicasset. Atqui nemo excusat à præcepto præmitendi ieiunium ante communionem, nisi ratione alterius præcepti in extremâ necessitate stricte obligantis: ergo adhuc superstilli obligatio suscipiendi hoc sacramentum pro articulo mortis.

Affirmant Sotus in 4. dist. 12. q. 1. ar. 11. Henrig. l. 8. de Eucbar. c. 4. Coninch 3. p. 9. 80. art. 11 dub. 3. Palud. Snarez cit. & reliqui, qui tale tempus extendunt ad octo vel quindecim dies ante articulum mortis. Quas sent. probabilior. Ratio: hic per virtutem voluntatem censeretur servare præceptum de viatico sumendo, per communionem paulo ante articulum mortis factam. Confir. ex opinione Vasquez sequetur, illum, qui mane sanus communicasset, si vesperi incidet in articulum mortis, teneri iterum communicare: cum præceptum communicandi in articulo mortis sit divinum, non communicandi vero bis in die, non sit nisi humanum, neque expressum, sed solum per paritatem rationis ex præcepto impo- posito sacerdotibus de non celebrandâ, nisi unum tantum Missa in die. Ita sicut permittitur sacerdoti Can. Sufficit, de confir. dist. 1. vt pro defunctis posse aliam Missam eadē die celebrare: ita à fortiori posset, & deberet in sens. Vasquez constitutus in articulo mortis eadē die communicare. Ad 1. Vasqu. neg. sequela. Nam posset tale tempus assignari arbitrio prudentis. Ad 2. neg: conseq. quia tempus obligationis de communicando in articulo mortis, non est sicut præceptum de audiendo sacro in die festo, quod restringitur ad diem festum, sed moraliter extenditur ad unam, vel alteram hebdomadam ante articulum mortis. Confir. si quis initio infirmitatis, quando nondum erat articulus mortis, communicasset, & sequenti die incœpisset articulus mortis, non teneretur iterum communicare ad satis faciendum præcepto de viatico sumendo in articulo mortis: quia iste moraliter censeretur impleuisse præceptum die præcedente. Ad 3. nego, infirmum excusari à ieiunio præmitendo solum ratione præcepti, quo tenetur communicare in articulo mortis, sed etiam ratione maximæ utilitatis, quam ex communione precepturus est.

De pra-

12.  
Quoties im-  
minet proba-  
biliter periculum  
mortis,

In hac re mihi certa sunt: 1. vi præcepti diuini vnumquemque fidelem obligari ad hoc sacram. quoties imminet articulus, vel probabile periculum mortis: ex Nicano Can. 13. & refertur Cas. de his 26. q. 6. vbi statuitur, ut cum ijs, qui ad exitum veniunt, lex antiqua seruetur, ut ultimo & necessario viatico non defraudentur. In quo expende primum, t.d. antiqua lex: non enim fuit lex tunc primū à Concilio sancita, sed antiquitus seruata à tempore Apost. à quo semper Ecclesia Dei fuit solicita de procurando viatico ijs, qui essent ex hac vita discessuri, ut statuitur in Carthag. IV. Can. 77. & 78. Secundum, t.d. necessario viatico: nō n. dicitur hoc sacram. necessarium ratione effigie, quem causat, cum non conferat primam gratiam: sed ratione præcepti, quod in eo articulo obligat ad sui sumptionem. Quod autem eo tempore sacram. hoc obligat iure diuino, constat: quia posito, quod hoc præceptum sit diuinum, ut præced. sec. non potest, præcisâ determinatione Ecclesiæ, commodiori tempore obligare, quam in mortis articulo, in quo tenetur infirmus, quantum potest, se cum Christo incorporare, & de seculo viatico pro periculo itinere sibi prouidere. Ad hoc tempus revocatur, cum quis probabilitate putat, nunquam se amplius habiturum in hac vitâ opportunatatem huius sacram.

2. Mihi certum, obligari aliquando fideles in vitâ ad illud sumendum: nam sphæra obligationis præcepti defumenda est ex fine, ad quem præceptum ex sua institutione ordinatur, quando non constat de tempore, quo obligat. Sed præceptum Eucharistia ex sua institutione ordinatur ad nutriendam, robوراندام ve animam in vitâ spirituali: Ad hoc autem non sufficit, semel tantum in vita, vel in solo articulo mortis hunc cibum sumere: sicut n. ad vitam corporalem non sufficit, semel, aut iterum in vita cibum sumere: ita nec ad vitam spiritualem. Nam sicut illa paulatim minuitur actione caloris naturalis, humidum radicale continuo depascentis, defectu cuius vita animalis destruitur: ita hac actione concudientia, humidum radicale amoris diuini perpetuo absumentis. Vnde sicut de ligno vita, qui fuit typus huius sacram. Adam in Etatu innocentia, non semel, sed plures debuisset ex Dei præcepto comedere, ad restaurandum humidum radicale vitæ humanæ: ita & de hoc sacram. proportionaliter dicendum est. 3. Vix posse hoc tempus solo arbitrio Confessoris determinari, ideoque necessaria fuit determinatio Ecclesiæ, ut id quod erat de se indeterminatum, determinaretur: Nam quod aliqui dicunt, ut certè quis se putet obligari ad id sacram, quoties vehemens urget tentatio; imprimit illa posset per alia media superari: 2. talis obligatio est per accidens, ut reddet Snarez; hic autem quarto obligationem per se, secluso omni extrinse-

14.  
Ceterum hoc  
quoq; visu.

Ad signa  
prima.

16.  
Moribundus  
sufficit se  
bene præ-  
pro si pundi  
ante, ut est  
communicar-  
tur.

17.  
Affirmat  
probabilitatem.

18.

19.  
Ad Vasque-

Qu. 3.

## De precepto Ecclesiastico communicandi.

30.  
Præceptum  
Concilij.  
Lateran.

21.  
Fabian.  
Pape.

Sother is  
Pontif.Nulla hora  
diis proba-  
bilem com-  
municare.

22.  
In primiti-  
ua Ecclesia  
præceptum  
fuisse quesiti-  
die communica-  
nandi do-  
cens.

23.

P Ræter præceptum diuinum, exstat Ecclesiastico, latum in Latera. sub Innocen. III. & referatur cap. Omnis viriusque sexus, de pueris. & remiss. vt omnes fideles, cum ad annos discretionis peruenient, teneantur semel saltem in anno Paschate communicate. Nomine autem Paschalium, ex Ecclesiast. consuetudine, & bullâ Eugenij IV. quæ incipit Fide digna, intelligitur totum tempus à Dominica palmarum usque ad Dominicam in aliis inclusive: ita in aliquibus regionibus extenditur à principio quadragesimæ usque ad 15. dieum post Pascha, ut communiter seruator in Germaniâ. Ante hoc præceptum præcessit decretum Fabiani Pape, qui electus est anno 238. obligans fideles ad communionem sacerdoti, ter saltem in anno, in die Natalis Domini, Paschalis, & Pentecostes, ut haberetur Can. Et si, de consecr. dist. 2. & Can. Seculares, râl. dist. cui Sother Pontifex ob memoriam passionis & institutionis huius sacram. addidit diem cœnae Domini, ut habetur in Can. In cœna, ead. dist. non quidem ut distinctum præceptum, sed ut determinationem ipsius præcepti de communicando in Paschate. Quæ ramen omnia revocata sunt per hoc ultimum decretum Lateran. Satis sit autem huius præcepto dō semel communicando in Paschate quâlibet die à Dominica Palmarum ad Dominicam in Aliis, etiam die Paschævæ; & quâlibet hora diei. Hæc certa: controvæsum I. An in primitiâ Ecclesiæ fuerit præceptum quotidie communicatingandi.

Affirmat Alens. 4 p. q. 11. m. 2. art. 4. §. 1. 3. Tho. 3. p. qu. 80. art. 10. ad 5. Rich. in 4. dist. 12. art. 6. q. 1. Sotus qu. 1. art. 1. Vasquez disp. 214. 6. 3. Henrig. lib. 8. de Euch. cap. 5. &c. Fundam. est authoritas Anacleti Pape, qui successit Clementi: is enim epist. 1. ad Episcopos, & refertur can. Episcopus, de consecr. dist. 1. & can. Peracta, de consecr. dist. 2. iubens; Peracta consecratione omnes communicant, qui noluerint Ecclesiasticis carere liminibus, sic enim & Apostoli statuerunt. & sancta Romana tenet Ecclesia; non solum verbis, sed etiam pena eliminationis ab Ecclesia hoc præceptum exprimit. Idem præcipitut 10. C. m. Apost. Addunt Alens. &c. crescente postea populo, & refrigerante charitate, hoc præceptum mutatum fuisse in singulos dies Domini eos: ex decreto Pij I. tom. I. Concil. p. 1. pag. 72. in quo statuit Pontifex, Ut de oblationibus, que offerruntur à populo, & consecrationibus, qua super sunt, vel de panibꝫ, quas deferunt fideles ad Ecclesiam, vel certè de suis, Presbyter conuenienter partes incisa habeat in usu scido & conniventia, ut post Missarum solemnia, qui communicare non fuerint parati, eulogias omnia die Dominicæ & in diebus festis exinde accipient: quod etiam habetur in conc. Nannenf. cap. 9. Sed fortius confirmatur ex Iustino Martyre in Apologia. pro Christianis ad Antoninum Pium fine, ubi testatur solitos fuisse co tempore Christianos singulis Dominicis congregari ad sumendum Euchar. & qui adesse non poterant mittebatur illis dominum per Diaconos: idque Apostolos habuisse ex præcepto Christi.

Opposita sent: probabilius, nempe nunquam in Ecclesiâ Dei fuisse præceptum de quotidiana communione, quod etiam docet Bellarm. lib. 2. de Missâ cap. 10. ad S. obiect. & Suarez disp. 70. sect. 2. Ratio: non potuissent Christi fideles, præseruimus coniugati ea corporis & animi dispositione, qua pars est, accedere ad hoc sacram. Cum enim Concilia ob reuerentiam sancti sacram. prohibeant,

P. Amici Tom. VII.

ne coniugati ad id accedant eâ die, quâ sitas coniuges carnaliter noverunt, non est probable, quod A. polli sub præcepto obligare voluerint omnes fideles ad quotidianam communionem. Alioqui vel simul illos obligassent ad semper abstinentiam a conjugali copula, ut digne potuissent quotidie sumere hoc sacram. quod fuisse matrimonia destruere: vel certè nihil curarent, quo minus fideles cum eâ animi & corporis dispositione accederent, cumq; posteriora Concilia & Pâtres decreuerunt: quos verosimile non est, sollicitiores fuisse, quam primos fundatores de hac debitâ animi & corporis communicantium dispositione.

Idem verosimile est de hebdomadali communione: licet contra eam non militet adducta ratio: sed quia ex eis. decreto Pij I. hoc præceptum non colligitur: sc. quod in eo dicitur, Qui communicare non fuerint parati, eulogias omni die Dominicæ accipiant, arguit tantum consilium. Nam si fuisse sub præcepto, potius qui illis diebus non communicaissent, fuisse aliquâ ptenâ multatâ, sicut nunc, qui in Paschate non communicant. Gratus autem dicitur, quod præceptum de communicatingando singulis Dominicis & scilicet diebus commutatum fuit in sacram ceremoniam de sumendo pane tantum benedicto, cum necibi, nec alibi talis commutationis mentio fiat. Referat autem ex Eusebio Baroniis ann. Christi 57. num. 45. ita Apostolos communionem ordinasse, ut ter in hebdomadâ, feria 4. Sabbato, & Dominicâ fideles ad communicatingandum convenirent: an sub consilio, vel sub præcepto, nihil ibi. Authoritas Iustini intelligitur de præcepto, quod Apostoli à Christo accepérunt die Dominicâ celebrandi, & fideles ad sacrum audiendum obligandi, non communicatingandi: alioqui Ecclesia non potuisset in eo præcepto dispensare. Ad id Anacleti, Resp. illum tantum loqui de clericis, qui assistebant Episcopo solemniter celebranti, ut Bellarm. supra, & N. Fran. Tarrianus lib. 1. de canon. Apost. cap. 22. testantur, ex verbis Pontificis de Episcopo: In solemnibus quippe diebus aut septem, aut quinque, aut tres Diaconi, qui eius oculi dicuntur, & subdiaconos atque reliquos ministros secum habent, qui sacra vestimenta uestibus; in fronte & a tergo, & Presbyteri è regione dextra, levigâ, contrito corde & humiliato spiritu, ac prone stent vulva custodientes tum à maleriosis hominibus, & consensem eius praebant sacrificio. subdit: Peracta autem consecratione, omnes communicant, qui noluerint Ecclesiasticis carere liminibus. Sic enim & Apostoli statuerunt, & sancta Romana tenet Ecclesia. Quæ verba referuntur ad eos; de quibus supra Pontifex mentiobtem fecerat; quam expositionem admittit Alensis. in Catone autem Apost. ut explicatur in Concil. Antioch. can. 2. non præcipitur communio, sed solum imponitur pena ijs, qui post ex aliquâ superflitione communionem auersabantur, erantque exasperationis. Adde, quod in cit. can. prout habetur in 1. 10. Concil. non determinatur tempus communionis, sed solum dicitur, quod fideles laici ingredientes Ecclesiæ communiter debeant; quo non necessario intelligitur, quod debuerint singulis diebus Ecclesiæ ingredi, sed fidelis dumtaxat diebus. Vnde ad summum ex eo coligitur præceptum communionis in scilicet diebus. Nec urgunt illa Art. 2. Quotidie quoque perdutantes unanimiter in templo, & frangentes circa domos pacem, sumebant cibum, cum exultatione & simplicitate cordis: Nam hæc intelliguntur de sumptione cibi communis & visualis, iuxta modum nascientis Ecclesiæ, quo fideles non solum conueniebant in templo ad sumendum refactionem spiritualem, sed etiam

Erat cibis  
hebdomadâ-  
lem comuni-  
cationem.

24.  
Seni. mihi  
long' proba-  
bilior.  
Ratio, qua  
monor.

27.  
De eundem  
Art. 2.

etiam corporalem. De quo multa R.ard. in Compen.  
sio an. Christi 57. & n. 34. ex l. ad Corin. 11.

An aliqui speciali iure teneantur frequen-  
tius communicare?

28.

**P**RIMA difficultas est sacerdotibus; at quia hanc obligatio non oritur praecepto ex debito communicaendi, sed ex debito celebrandi, commodius in fratre, cum de sacrificio Missarum.

29.  
De Religio-  
sue neg. ne  
Moniales.

**S**ECONDA de Religiosis, an speciali iure teneantur plures in anno communicare. Negant Henr. l. 8. de Euchar. c. 3. & Suar. disp. 70. scf. 2. Affirmat Na-  
garrus in sum. c. 21. fine de Monachis S. Benedicti, &  
de Monialibus, rump propter Clementinam, in agro, S.  
Sand, de statu Monach. quia praecepit Monachis Ordinibus, ut singuli mensibus tam in Monasteriis, quam extra sublatam occasione quocunque, ad confessionem saltem semel accedant omnes. Et singuli Monachi, & in prima Dominica mensis cuiuslibet in Monasteriis semper communicaens: Tum propter Trident. scf. 25. c. 10. ubi de Monialibus statuit, ut saltem semel singuli mensibus confes-  
sionem peccatorum faciant, & sacrosanctam Euchar. susci-  
piant.

30.  
Vasquez bas-  
te fuisse ex  
Bulla Cle-  
mentina so-  
los religiosos  
S. Bon. dotti  
ad hoc obli-  
gari, non  
moniales.

Ego cum Vasquez disp. 214. cap. 3. censco, solo religiosos S. Benedicti, vicit. Bulla teneri ad men-  
struum communionem, non moniales: quia erga has Concilium virutur verbo tantum adhortatorio: At-  
tendane diligenter Episcopi, & cateti superiores monaste-  
riorum Sancimonialium ut in confessionibus eas tam ad-  
moneantur Sancimoniales, ut saltem semel singuli men-  
sibus confessionem peccatorum faciant, & Sacrosanctam Eucharistiam suscipiant: Nec dici potest, ut remittere ad ciuitatem constitutionem Pontificis, in qua sicut sub praecepto, ut mox probabo, ad menstruum communionem obligat Monachos S. Benedicti, ita & moniales; qui aperte loquitur de constitutionibus non Pontificis, sed ipsorum propriis; & cum in Bulla nulla mentio sit de monialibus. In haec vero eodem verborum tenore Clemens V. prae-  
cepit communionem in primâ Dominicâ cuiuslibet mensis & singulis Monachis nigris S. Benedicti, quo Fabianus Pontifex san. Esi, de confess. disp. 2. prae-  
cepit fidelibus trinam communionem in anno: ergo si ex hoc colligimus praeceptum, etiam ex illo. idem eadem Bulla eodem tenore prohibet clamor-  
sam venationem & aucupationem, sicut praecepit menstruum communionem: at illam prohibet sub mortali, ut constat ex poeta, quam iniungit: ergo haec etiam. 3. ut Theologi, & Suarez ipse lib. 3. de lege humana cap. 15. n. 8. verba imperativa sufficien-  
ter indicant voluntatem praeceptum superioris, ut Tridentini scf. 13. cap. 7. quam primum complicitur; ita Pontificis, & communicent; quamvis communionem dependentem faciat a iudicio superiorum & Poeni-  
tentiariorum monasterij.

Vid. disp. 26.  
a. do.

31.  
Explicatio  
praecepti.

Cixerum puto, huic praecepto fieri sat per com-  
munionem Paschatis, quando hoc incidit in primâ Dominicâ mensis: præterea non teneri huiusmodi religiosos ad huiusmodi menstruum communionem faciendam, quando sunt extra sua monasteria, et si te-  
neantur ad menstruum confessionem, ut Bulla notat. Dices: esto, ut Bulla tales Religiosi teneantur sub præcepto quâuis primâ Dominicâ mensis com-  
municare, quia tamen hyc Bulla lata fuit iuxta constitutions eorum, & nulla eorum constitutio obli-  
gat sub mortali, neque haec Pontificis constitutio illos obligabit. Sed contraria: non constat, nullam monasticam constitutionem eos obligare sub mor-  
tali: 2. esto, hoc sic, certe potuit Pontifex, ut supre-

mas coru[m] prælatus speciali h[ab]e[re] constitutione illos obligare, sicut eadem illos obligavit ad abstinendum à clamorâ venatione: ut obligasse constat ex verbis imperatiuis. Nota, aliud est, an hi Religiosi vi Bulla sub præcepto teneantur ad menstruum communionem, de quo h[ab]e[re] aliud, an ex consuetudine obligacionem, habent tantum sub consilio. Nam fieri potuit, ut voluerint illi talam obligationem solum sub consilio acceptare, & licet primi, non dispuo: contendo, ex verbis bullæ non minus teneri nigros Monachos S. Benedicti ad menstruum communionem, quam olim ex vi decreti Fabiani Papæ tenebantur omnes fideles ad trinam communionem in anno, quidquid sit de consuetudine ipsorum.

N.B.

**T**ERTIA, an sit prohibita iterata communione eadem die propter urgente[m] aliquam necessitatem, quæ occurserit posset, ut si quis manet communica-  
uit, & vespere incidit in articulum mortis, & ho-  
beat conscientiam mortalis, nec ad sit copia con-  
fessarij, cui possit illud confiteri, adsit tamen Dia-  
conus, qui possit illi ministerare Euchar. ut saltem per susceptionem huius sacram. sit de attrito con-  
tritus. Negant, ut supra, absolute omnes Doctores, Alens. q. p. qu. 11. me. 2. art. 4. S. 2. S. Tho. 3. p. qu. 80.  
art. 12. ad 4. Rischer. in 4 disp. 12. art. 6 qu. 1. Sotus n. 13.  
qu. 1. art. 10. Sylvest. v. Euchar. 3. quæst. 15. Suarez  
disp. 69. scf. 4. Vazquez disp. 214. cap. 8. Henr. lib.  
8. de Euchar. cap. 53. & reliqui; hanc prohibitionem colligunt ex cap. Consulnisti. de celebr. Miss. & cap. Suffici, de consecr. disp. 1. ubi prohibetur Sacerdo-  
ti plures, quam vnam Missam in die celebrare, præterquam in Nativitate Domini, nisi necessitas  
urgeat, quæ in laico ordinariè esse non potest, sed  
tantum in Sacerdote, ut in publicâ persona. Ve-  
rum licet haec sent. absolute vera sit, ut supra, casu  
tamen proposito puto posse moribundum, siue lai-  
cus sit, siue Sacerdos, eadem die communionem iterata: nam eu enunti iterata communione ceuise-  
tur maximè ad salutem necessaria: satis enim pro-  
babile foret, quod talis cum communione saluare-  
tur, non sine illâ; quia virtute lacram fieri posset ex  
attrito contritus, quam contritionem siue lacram  
non assequetur, & licet non sacerdum, Eucharis-  
tiam aliquo casu facere ex attrito contritum, suf-  
ficit, ut sit probabile: nam etiam ad media proba-  
bilis certiora tenetur moribundus. Vnde ciuitati Au-  
thores hoc causa non negarent, posse moribundum  
iterata Eucharistiam.

Aliquet ea-  
dom die co-  
municare  
posse sit.

Casu singu-  
lari.  
37.  
Vide disp. 27.

Probabile  
posse aliquo  
casu.

Quando, & quo actu obliget Ecclesiasticum Qu. 1.  
præceptum annua communionis?

**Q**UOD primum, certum est, huic præcepto sa-  
tis fieri per communionem cuiuscunq[ue] diei  
à Dominica Palmarij ad Dominicam in Albis in-  
clusu[m], vel ubi riget conuictudo à 1. die quadragesimæ  
ad 15. post Pascha, & non ante, vel post, nisi  
de consilio proprii confessori, ut cap. Omnis virtus  
que sexu.

Quando,  
obligas.

**P**RIMA difficultas, an qui præuidet se impedi-  
tumiri, quo minus communicare posset tempore  
ab Ecclesiâ præscripto, teneatur illud præuentire,  
communionem anticipando. Ratio dub. tenetur  
hoc præceptum seruare: ergo ubi id periculum est,  
tenetur saltem illud seruare tempore anticipato: ut  
ut anticipare obseruantiam præcepti de communi-  
cando in articulo mortis, si periculum sit, ne ta-  
li tempore desit eopia talis sacram. Confirm. Præ-  
ceptum Eccles. de annua communione est decla-  
ratio & determinatio præcepti diuinæ: sed ad hoc  
tempore desit eopia talis sacram. Ita, uandum

Aspergi pre-  
dictum se fare  
impeditum.  
Iher præ-  
scripto, se-  
guant com-  
munionem  
anticipare?

33.  
Respondens  
adverso.

34.  
Contra.

40.  
Communi-  
ser.  
  
8

semper tenemur quocunque alio die, quando designato nos possumus, ut patet quād non possumus in articulo mortis communicare, quo tempore obligat praeceptum diuinum, *ut supra*.

41.  
Probabilis  
Vasquez  
affirmat, si  
quod prae-  
dictum se-  
per anni  
re seco anno.

42.  
  
43.  
Ad oppos.

44.  
2. Difficil-  
tus.  
45.  
Affirmant.

46.  
Nugani quā-  
do om̄isio  
oritur ex  
imponētia.

Communis opinio est, non teneri nos ad praeueniendum tempus communionis, quando tempore Paschali ab Ecclesia prescripto communicare non possumus. Ita Henr. de sacra. cap. 4. Suarez disp. 70. scđ. 2. Coninck 3. p. qu. 80. art. 11. dub. 4. &c. Fundam. nemo obligatur ad anticipandum actum praeceptum, nisi per eadem actum satisfacere possit praecepto; lex n. non obligat, nisi ut implatur: At per anticipatam communionem non satisfacimus praecepto de communicando in Paschate: nam si quis anticipavit communionem, & postea ipso Paschate nullum occurrit impedimentum tenetur iterum communicare, quia tunc lex praecepit, & cum seruari possit, seruanda est.

Distinguo tamen: vel timeret futurum impedimentum pro tempore Paschali rancum, & sic non tenetur quis praeuenire, eam ad hoc non obligatur: vel toto anno, & sic cum Vasquez de pauc. qu. 90 art. 3. dub. 2. n. 13. puto teneri ad communionem anticipandam. Ratio: praeceptum de communione, sicut & de confessione, est, ne differatur ultra annum. Igitur qui praevidet, se impeditumiri per totum annum, teneret communionem, sicut & confessionem, anticipate, ut allata ratio dub. cum suā confir. probat. Nec est eadem ratio de illis praeceptis, que sunt addicta certo dicti vel temporis, ut sacro audiendo, vel ieiunando, horasve canonicas recitando: hec enim non tenemur praeuenire, nisi intra illud tempus, cui sunt addicta. Annua verò communione non solū præcipitur propter Pascha solemne, sed etiam propter præceptum diuinum, ne ultra annum differatur ac proinde qui longissimam navigationem meditans prævideret, toto anno se curirurus hoc sacram: renetur antequam se mari committeret, illud suscipere. Ad oppositum fundam. Resp. eandem rationem esse de eo, qui timens se non habitum copiam Eucharistie in articulo mortis, illam multo tempore ante anticiparet, & poterat ipso articulo mortis illius copiam habere: quo casu concedunt àduersarii nos teneri ad communionem anticipandam. Dico igitur, rati euentu nos non teneri ad iterum communicandum tempore præscripto: nam propter probabile impedimentum futurum, tale præceptum fuit per anticipatam communionem, & prudentem legis interpretationem adimpletum. Vade ad prob. minor. nego, eo casu legem obligare illum, qui per prudentem legis interpretationem actum præceptum anticipavit.

SECUNDA, an qui tempore Paschali omisit communicare, liber sit à præcepto usque ad sequens Pascha.

1. Sent. affirmat: Sylvi. v. Eucharist. 3. q. 15. Sori in 4. dist. 18. q. 1. ar. 4 fine Modin. cod. de pauc. q. 14. §. De confess. Henr. lib. 8. de Euchar. cap. 5. Valent. disp. 6. q. 8. punt. 4. Sà v. Euchar. 7: Fundam. præceptum affirmatiū non obligat, nisi pro tempore à lege præscripto, quo transacto non obligat amplius, ut constat de præceptis ieiunandi, audiendi sacrum, recitandi horas Canonicas. Præceptum autem annua communionis est affirmatiū determinatum ad tempus Paschæ: ergo.

2. affirmat, quando communionis omissione oritur ex malitia, ut probat sent. 1. secus quando ex imponētia, vel aliquo legitimo impedimentoo: Arswilt. v. Communio 6. S. Anthonii apud ipsum: fundantur in verbis legis, quād om̄is facultatem præbeat confessario differendi ex causa communionem, non

liberas penitentem à præcepto cōmunicandi, sed solū differt obseruantiam illius usque ad tempus, quo seruari posse. Eadem autem est ratio, quandocunque illa differtur propter aliquid legitimū impedimentum, ut imponētia.

47.  
TERTIA absolute negat: Nugan. in fam. cap. 21. n. 45. Suarez disp. 70. scđ. 2. Vasquez de pauc. qu. 90. Negat ab art. 3. dub. 2. Sylvi 3. p. q. 80. art. 11. q. 4. Quia probabilius: Fundam. ex Nugan. communio in Paschate nou est tantum præcepta propter solemne Pascha, quo pacto est onus addictum eorum tempori; sed maximè propter salutem animarū, ne ultra annua differatur, tam salutare remedium: ergo adhuc clauso tempore obligat: nam quando tempus prescribitur à legi terminus, quo usque differri possit obseruantia præcepti, eo clauso non extinguitur obligatio. Ratio: quod principales tunc intenduntur, est substantia actus præcepti; tempus solū præscribitur ut terminus, ultra quem non licet differre obseruantia actus præcepti. Antec. prob. 1. hoc præceptum de semel communicando in Paschate, est determinatio præcepti diuinæ, no ultra annū differatur quam pars e. hoc ipsum indicat lex per verba, *Ad mīnū in Pascha Eucharistia sacramētam suscipiō*: & clarus Trident. scđ. 13. can. 9. Sed quid, inquit, negauerit, omnes & singulos Christifideles teheri saltem in Paschate, ad cōmunicandum &c: quibus declarat principalem intentionē Ecclesias, ne ultra annū differatur suscepīō huius sacram.

48.  
Pater ad fundam. aliarum opin. licet hoc præceptum sit affirmatiū, est tamen simul virtutis negotiū, quatenus includit prohibitionem de non differendo ultra annum hoc sacram. Allata vero exempla omnia sunt de præcepto addicto certi tempori, quo clauso non amplius obligat.

49.  
Inferatur, continuo peccare eum, qui eam possit cōmunicare, non cōmunicat: hec concinuo peccat ille, qui cum possit restituere, non restituit: Quid si quis, inquiet, ex deuotio cōmunicavit in Christi Natali, & postea transgressus est præceptum in Paschate, an possit expectare usque ad sequens Natale, quo zonum compleat? Negat Suzz. ; quia hoc est per accidens; per se autem seruandum est præceptum de annua communione. Quod probabile est.

50.  
Quod secundum, difficultas est, an possit hoc præceptum adimpleri actu sacrilego: de qua.

51.  
1. sent. negat: Duran. id 2. dist. 28. & qu. q. n. 6. Nugan. 3. p. qu. 80. art. 11. dub. 4. Sylvi: ibid. qu. 2. Fundam. quando finis præcepti est materia præcepti, non impletur præceptum, nisi serueris finis inclusus in præcepto. Finis autem præcepti Eucharistie est spiritualis nutritio animæ, per incrementum gratiae; & hæc ipsa est in præcepto: hoc enim declaratur in præcepto per id Renerenter, interna animi dispositione importata; & hoc sacram. præcipitur à fidibus sumendum, ut cibis spiritualis animalium; qui essentialiter ordinatus ad nutriendam vitam, cuius est cibis ergo cum sumptione sacram. præcipitur finis ipse insecus, qui est spiritualis vita nutritio. 2. sent. affirmat. Suarez disp. 70. scđ. 3. Vasquez de pauc. qu. 92. art. 3. dub. 3. n. 4. affirmat. Coninck 3. p. qu. 80. art. 11. dub. 4. Henr. lib. 8. de Euchar. cap. 5. Sà v. Euchar. n. 25. Fundam. quod hæc præcipitur, est sacramentalis manducatio Euchar. hæc autem non includit finem Eucharistie, qui est spiritualis nutritio animæ: ergo hæc non cadit sub præceptum. Maior constat: quia quando in præcepto non exprimitur finis ipsis, non cadit sub præceptum; eam. n. sit materia odiosa, non obligat, nisi ut expressa. Minor prob. sacramentalis manducatio

manducatio salvatur quoad substantiam per voluntariam diuinae susceptionem huius sacram. ergo etiam si quis hoc sacrum manducet in peccato, satisfaciet pracepto de mandatione sacram. Confirm. Satisfacit pracepto Baptismi, Confirmationis, & reliquorum, qui voluntate tantum illa suscipit; ergo etiam pracepto huius.

53. Distinguo de dupli pracepto Euchar. Ecclesiastico, & diuino: illud omnino censeo cum sent. adiutori, etiam per sacrificium mandationem, diuinum verum non nisi per condignam. Ratio: Ecclesia vel non potest, vel non solet pricipere, nisi actus exterius, quos tantum cognoscere & iudicare potest: Christus etiam internos. Qod autem etiam internam condignam mandationem huius sacram. prceperit, prob. Et prcecepit illud ut spiritualem cibum animarum, Ioh. 6. *Caro mea verum est cibus: at ut oibus animarum intinsecum ordinem dicit ad nutritionem spiritualis vita animarum*, ergo 2. prcecepit illud ut medium ad conservandam vitam spiritualem animarum; *Qui manducat me, & ipse vivet propter me*. Sicut, quia pracepto naturali tenemur ad materiale cibum sumendum, ut medium conservatum vita corporalis, non satisfacimus huic pracepto naturali, si sumentes cibum materiale, illi obicem ponamus, ne nostram vitam corporalem nutrit: ita quia pracepto diuino obligamus ad sumendum hoc sacrum. ut conservauimus vitam spiritualis, tali pracepto non satisfacimus, si sumentes hoc sacrum obicem ponamus, quo minus illud spiritualem nostram vitam nutrit.

54. Deducitur 1. cum qui in Paschate communicavit in peccato, non teneri eo anno amplius comunicare ad satisfaciendum pracepto Ecclesiast. teneri tamen condigne communicare ad satisfaciendum pracepto diuino; quia cum praceptum Ecclesiast. de annua communione sit determinatio pracepti diuini, & huius non satisfiat per sacrificium communionem, tenebitur ad satisfaciendum pracepto diuino, eo anno condigne comunicare: non tamen tenebitur statim, quia hoc non obligat ad certum diem, sed intra totum annum; quin poterit per communionem sequentis anni huic pracepto satisfacere: quia inter ultimam communionem, & sequentem Pascham intercedit annus, intra quem communicans potest diuino pracepto satisfacere.

55. 2. Eum qui in peccato communicavit, non incurrit censuras & penas Ecclesiast. quia solent non coenabuntibus in Paschate imponi: non. n. imponuntur, nisi ratione violationis pracepti Eccles. sed qui in peccato communicavit, satisfecit pracepto Ecclesiast. ergo. Dixi, que solent imponi: quia nullae sunt penae, quae ipso facto incurvantur per violationem huius pracepti, sed tantum ius comminatur, ut viuentes arceantur ab ingressu templa, & morientes eareant sepulturam Ecclesiastica.

56. Pater fundam. primus solum intelligi de pracepto diuino, quod pricipit modum rei, quando modus includitur in te pracepta formativam sumptuaria. Funda. secunda intelligitur de pracepto Ecclesiastico, quod solum pricipit externam mandationem, quam capitum modificat. Reuerenter.

57. Ad confit. concedo, quoad reliqua sacram. excepta Paenit. satisfici etiam pracepto diuino per susceptionem sacrificium: quia reliqua non dicunt ita essestiale ordinem ad nutritionem vita spiritualis, sicut Eucharistia. Quippe quae habere possent aliquem effectum in suscipiente a gratia diversum, propter quem illa suscipi possunt, ut Baptismus, Confirmationis, & ordo characterem; Matrimonium, contractus indissolubilitatem inter con-

juges; Extrema-vnctio corporis sanitatem: Eucharistia, aut Pcoitentia nullum habent effectum a gratia diuina, propter quem sacrilegè suscipi possent: praceptum autem diuinum cadere debet supra rem praceptam formaliter sumptuam, ut medium est ad aliquem finem consequendum.

Quae personae adstringantur hoc pracepto? Qu. 6.

58. P rimò: omnes adulti Baptizati, cum perueniunt ad eam statem. quia per plenum rationis usum sciunt discernere inter hunc panem sacram. & comunitam. Quae tamen statas nequit certo termino definiiri, cum alij citius, alij tardius, iuxta diuersas rationes petamentorum dispositiones, ad hunc perfectum rationis usum perueniant, sed consulendi sunt confessari, & patentes. Notant Doctores, minorem usum rationis requiri ad praceptum confessionis, quam communionis: ad consumendum non sufficit, posse discernere inter bonum & malum: ad comunicandum ultraeius requiritur, posse discernere inter cibum sacram. & comunem. Ceterum hic plenus rationis usus requiritur ad secundum praceptum Eccles. annus communionis, & diuinum communicandi in articulo mortis, contra Suarez diff. 70. sed. I. putant, minorem rationis usum requiri ad praceptum diuinum. Vnde censet, in articulo ad communicandum teneri quemcunque confessionis capacem. Sed nostra sent. quae est Narr. in sum. c. 21. n. 57. & Vasquez disp. 214. n. 41. prob. praceptum Eccles. non solum determinavit diuinum quoad tempus extra articulū, sed etiam sufficientem rationis usum, ad hoc sacram. quocunque tempore sumendum: nam hoc erat validè necessarium ad condignam susceptionem huius sacram. 2. etiam ad exequendum praceptum diuinum requiritur certus rationis usus, quo fidelis discernere sciat inter cibum sacram & profanum. Ratio: hic plenus rationis usus fundatur in natura sacram. quod quia sumendum est ut spiritualis cibus animarum, ad condignam sumptionem præcedere debet sufficiens notitia ipsius. Est tamen cum Narr. consulendum, ut in articulo mortis communicet quicunque habet rationis usum sufficientem ad confessionem, etiam sub pracepto non teneatur. Tandem non est scrupulosè cum pueris agendum, ut statim ac ad talem usum rationis peruenient, quo sciant discernere inter cibum, & cibum, obligentur ad communicandum: sed possunt expectare per unum, vel alterum annum, aut ad melius se preparandum, aut quia Ecclesia non obligat cum tanto rigore: Vnde rem committit confessoris arbitrio, ad quem tenentur parentes suos liberos remittere, ut proprio satisfaciant debito. 2. tenentur ad hoc praceptum amentes, qui lucida habent interualla, secus si non habent. Qui tamen, si probabiliter praudent, se vel ioro anno, vel in articulo mortis phrenesim, vel amentiam casuros, tenentur communionem praevenire, ut preced. diff. 1.

59. Tertiù tenentur Energumeni: nabi non impedientur à communione, modò si sit compotes sui, & nullum sit periculum irreuerentia erga sacram. Vnde à fortiori communicare tenentur in articulo, vel periculo mortis q. ad hoc sacram. tenentur ad mortem damnati, eo iure, quo tenentur, qui sunt in articulo mortis, nempe iure diuino, cum vere isti sint in articulo mortis licet violentè, Vnde laudabiliter Philippus II. Hispaniarum Rex peculiari lege sustulit abusum contrarium in Hispaniā, ex motu proprio Rij. V. quem in sua legi citat.

An com-

Quæ. 7. An communio sub utraque specie fit omnibus necessaria?

65.  
Wickeff.  
autbor. hu-  
moris erroris.

Fund.

Probans 1.  
ex 5. loco  
Script.

66.  
Probans 2.  
ex SS. Pa-  
triis.

67.  
Probans 3.  
ex confusio-  
nibus.

68.  
Probans 4.

69.  
6.

**A**firmant *VVickeffista, Luther, Calvin.* contenterat utramque speciem, quam symbolum tantum corporis & sanguinis Christi appellat, ministrandam esse populo; *Calvinus lib. 4. Inst. cap. 17. à n. 47.* Fund hoc est de iure diuino, in quo nequit Ecclesia dispensare: id colligunt ex illo *Matth. 26. Bibite ex hoc omnes;* id est, ut *Paschafius lib. de corp. Cbri. cap. 15.* exponit, tam ministri, quam reliqui credentes. 2. ex illo *Ioan. 6 nisi manducaveritis carnem filij hominis, & bibetis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis,* vbi expressè proponebitur hoc sacram. sub utrâque specie omnibus fidelibus 3. ex illis *Luca. Hoc facite in meam commemo- rari.* Christus sub utrâque specie se Apostolis communicauit, ergo id etiam aliis facendum præcepit. 4. iis Christi sanguis datus est in sacram. pro quibus in sacrificium fusus est: *Matth. 26. Bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus, qui pro multis effundetur: non dixit tantum pro sacerdotibus; er- go & pro laicis.* 5. ex 1. ad *Corinth. 11. Ego accepi à Domino, quod & tradidi vobis.* seu intimaui præceptum: sed quod à Domino Paulus accepit, fuit, ut omnes sub utrâque specie cōmunicarent, vt constat ex illis: *Quisviscunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis. Probant 2. ex Ignatio ad Philadelf. Vnus calix, qui pro omnibus nobis distribuens est: Iustino Apolo 2. pro Christia,* qui post descriptionem communionem sub utrâque sp̄cie, subdit: *Apostoli in Euangeliis ita sibi Christum præcepisse tradiderunt: Cyptiano lib. 2. Epist. 3 init. Quidam, vel ignoranter, vel simpliciter in calice Domini san-ctificando, & plebi ministrando, non hoc faciunt. quod Christus fecit & docuit: Et serm. de Cœna Dom. ante med. Lex esum sanguinis prohibet: Euangelium præcipit, ut bibatur: Augustino lib. quæst. in Leuit. qu. 57. Ad bibendum sanguinem omnes exhortantur. qui volunt babere vitam: Bernardo serm. 3. in ramis palm. Alimoniam corporis & sanguinis Domini, in prima cœna Domini exhibitam, deinceps frequentari mandatam: ex Concilio Turon. quo decernitur, danda esse ægrotis Eucharistia sanguine intincta, ut minister dicere possit, corporis & sanguinis Do- mini nostri Iesu Christi.*

Probant 3. ex antiquâ Ecclesiæ praxi, qua per multa saecula viguit usus cōmunicandi sub utrâque specie: eamque supponit Concilium Constant. 13. his verbis: *Licet in primis Ecclesia huiusmodi sacramentum reciperetur à fidelibus sub utrâque specie.* Qui usus adhuc perseverare dicitur apud Græcos, *Viguerio teste de Euchar. cap. 16. §. 3. vers. 4.* apud Ruthenos; in monasterio Cluniac. & Dionysiano Parisiis, teste *Heurtq. lib. 8. de Eu- char. cap. 44.* & Romæ Papâ solemnitate celebrante sub utrâque specie cōmunicant Diaconus & Subdiaconus. Non potuit autem hic usus prouenire, nisi à Christo, qui dum hoc sacram. instituit, simul præcepit, ut illud sub utrâque specie ab omnibus sumeretur 4. ratione dicitur ex naturâ huius sacram. quod essentialiter constat ex utrâque specie: ergo qui illud sumit sub unâ tantum, sumit mutulum. Vnde Gelasius Papa Can. *Comperimus, de consecr. dist. 2.* prohibet sumptionem unius tantum speciei. Confir. sicut non licet dimidiare baptismum, aut p̄genit. ita nec Euchar. 5. ex fine, ad quem ordinatur hoc sacram. quæ est perfecta ani- mi refectio, quæ in utrâque specie consistit. 6. hoc

sacram. est commemoratio mortis Christi, quam cōmunicantes tenemur facere ex præcepto Christi; *Hoc facite in meam commemorationem.* Mors autem Christi non exprimitur unâ tantum specie, sed utrâque. 7. hoc sacram. ex *Lucas 22. & 1. Corinth. 11.* & ex formâ calicis, est ultimum testamentum, quo Christus morti proximus corpus & sanguinem suum legauit filijs suis. Igitur non potest Ecclesia absque iniustiâ hac hereditare Christianos priuare, cum non sit domina, sed tantum administratrix sacramentorum.

Negant verò Catholici: Quæ veritas primùm fuit ab universalis Ecclesia longo tempore obliterata: tum à Conc. Constant. 13. an. 1415. approbata, & à *Martinus V.* in eodem Concilio electo an. 1418. confirmata: deinde à Concil. Basileo. gener. 13. an. 1439. iterum confirmata. Postremo definita in *Triden. 13. 21. cap. & Can. 1.* Quam veritatem ante hæc Concilia expresse docuerunt *Inno-* 69. *Negant Catholici om-*  
*IV. de offic. Miss. Alen. 4. p. 9. 11. m. vlt. art. 4. 6. 3.*  
*Albert. tract. decorp. Chri. S. Thom. 3. p. qu. 80. art. 12.*  
*Bonau. in 4. dist. 11. p. 2 art. 1. qu. 2. ad 1. Scot. dist. 8.*  
*qu. 3. fine. Richar. dist. 11. art. 4. qu. 6. Palud. qu. 1. art. 1. concl. 2. Argen. in 2. p. dist. 11. ar. 3. Rubi. dist. 9. q. 1. art. 2. In Concilio Basileo. illam defendit contra hereticos *Joannes de Raguso Ordinis Predicatorum doctissimè & eruditissimè;* vt haberetur 4. 10. Concil. interfragmēta Basileo. Post verò egregiè illam contra eosdem tutati sunt *Tbo. Valden. lib. de Euchar. cap. 88.* *Mator in 4. dist. 13. qu. 1. fine. Gabriel. lett. 84. in can. Miss. & in 4. dist. 12. qu. 2. art. 3. Caset. 3. p. qu. cit. art. 12. *Sorius in 4. dist. 12. qu. 1. art. 12. Palar. dist. 13. dist. 5. Viguer. de Euchar. cap. 16. §. 3. vers. 4.***

*Alan. de Euchar. lib. 1. à cap. 39. Gropper. de cōmu- 70. sub alterâ tantum. Bellarm. lib. 4. de Euchar. à cap. 20. Henrig. lib. 8. de Euchar. cap. 44. Suarez disp. 71. Vasquez disp. 216. Valen. disp. 6. qu. 8. pu. 5. Egidi. Coninck. 3. p. q. 80. art. 12. Sylvi. ibid & omnes recen-*  
*Quæ veritas probanda est opposito fundam. sc. nullo iure diuino Eucharistiam præceptam esse Heresi op- 70. omnibus sub utrâque specie; sed solis Sacerdoti- possumus bus consecrantibus. Ad prob. sufficeret authoritas fund. Concil. Constantien. Basileo. Triden. quæ longè ma- Ex trib. iotis ponderis est, quam paucorū heretit, qui po- Concil; tiū odio contra Rotm. Ecclesiam, quam veritate Gener, impulsu oppositum dogmatizant. Quare videant eorum sectatores, cuinam potius debeant in nego- tio æternæ salutis credere; an non Ecclesiæ Rom. quæ non nisi mature ac prævia tot Doctorum dis- cussione, dogmata sua promit? Vnde si rationi & promissionis diuinæ cōsentaneum est, vt Christus suæ assistat Ecclesiæ in rebus ad salutem necessarijs, cui par est potius vt assistat, hereticisne, res ex proprio cetero ac superibz fumo definitibz, an Romano Pontifici fidei dogmata non nisi præ- viâ consultatione Generalium Concil. in quibus omnes Ecclesiæ Pralati, ac principi orbis Docto- res conueniunt, decernenti. Confirm. Illa doctrina cōsensenda est verior, & in praxi securior, quæ traditur à viris sapientioribus, in studio Scientiarum exercitatoribus, affectu purgationibus, san-ctitate præstantioribus: nam quod is, qui doctrinam tradit est sapientior, ed minus fallit; quod san-ctior, ed minus fallere potest: at authores nostræ doctrinæ sic spectentur, qui in trib. Conciliis Ge- ner. eam discusserunt, siue qui ante illam tradiderunt, siue qui post eandem docuerunt, non modò sunt numero, sed etiam sapientiâ, & exercitio sa- crarum Scientiarum longè superiorès; ab affectu temortiores / præcertim qui eam tradiderunt, ante vilam cum hereticis exortam controu. quādo sola y 3 y 3 y 3*

veritatis luce collustrati, illam asseruerunt) sanctitate praestantiores, cum multi ex iis fuerint miraculis clari, ac vice tantitate toti mundo conspiciui. Ex his generalib. principiis, ipso naturae lumine notis, descendendo ad particulares probationes:

72.  
Ius diuinum  
de virtutis  
specie colligi  
requist.

73.  
Ex villa an-  
tiqua praxi  
Ecclesie.

74.  
Imperatius  
domi:

75.  
Nazarenis  
abstinentia.

76.  
Negre hoc  
iis diuinum  
colligi potest.  
ex natura  
brinu facer.

Prob. 2. hæc veritas ex facto Christi, à quo ex Luce 24. & August. lib. 3. de consen. Euang. cap. 25. Hierony. in Lexit. c. 9. Beda & Theophyl. in cit. Luce, duo discipuli euntes in Emmaus communicarunt in solâ specie panis, nam de èa tantum fit ibi mentio; ut Act. 1. Erant perjeuantes in communione fractionis panis: omnes interpretantur de communione sacram.

Prob. 3. ex Scripturam, ut rectè Trident. sess. 21 cap. 1. qui Ioan. 6. dixit, *Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & bibetis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis;* idem quoque dixit: *Qui man- ducat hunc panem, vivet in eternum.* Et, ut notat cit. Joann. de Ragi. Christus hoc cap. vndecies mentione fecit de hoc sacram. sub specie panis; sub nomine autem carnis & sanguinis nō nisi quater: ut ostenderet, ad salutem sufficere solam speciem panis. Vnde hoc Christus præceptum ibid. concludit solâ mandatione panis: *Qui manducat hunc panem, vi- net in eternum.* Ratio: tam sub specie panis, quam vini, quam sub viuisque, idem Christus sumitur. Vnde Christus pro eodem eo cap. accipit manducare hoc sacram. sub specie panis, ac manducare ipsum Christum: *Qui manducas, inquit, me, & ipse vivet propter me.* Post quæ statim subdit: *Hic panis qui de caelo descendit: Qui manducat hunc panem vi- net in eternum.*

Prob. 4. ex oratione Dominicâ, in quâ Christus nos docuit solùm panem supersubstantiam Matth. 6. à Deo patentes: quem Patres intelligunt hoc sacram. sub specie panis nobis à Christo præparatum: ita Cypria. ser. de orat. Domi. Hierony. in 6. cap. Matth. August. de bono persen. cap. 4. Cassa. collat. 9. cap. 21. Ansel. in 6. Matth. Prob. 5 authoritate eorum, qui vixerunt ante 700. vel 800. annos, nam ex tunc in quibusdam Ecclesiis caput publicus vsus com- municandi in vñâ tantum specie panis, ex S. Tho. 3. p. qn 80. art. 11. &c. Prob. 6. si veraque species esset ad salutem necessaria, vix posset hoc præce- ptum seruari, vel ob penuriam vini, vbi non nascitur, nec faciliter transportari potest; vel ob multitudinem populi, vbi vñus tantum esset Sacerdos; vel ob difficultatem conseruandi sanguinem pro infirmis; vel ob periculum illum effundendi in ministrando; vel demum ob difficultatem purificandi vasa, in quibus multum sanguinem conseruari oportet pro toto populo communicando.

A argum. primum principale ex Script. Resp. verba illa Bibite ex hoc omnes, dicta esse solis Apo- stolis: eis. n. tantum dicta fuere, qui Marci 14. di- cuntur, & biberunt ex illo omnes; sc. soli Apostoli: quibus Christus potius dixit: Bibite ex hoc omnes, quam manducate ex hoc omnes: quia panem ipse frē ex Script. deditque eis; Vinum in calice consecratum dedit discipulis inter se dividendum, Luce 22. Accipite & dividite inter vos. Expositio Paschafis est accom- modatè intelligenda, ut nolit eodem modo bibere expensum reliquos fideles, ac ministros consecrantes: sed consecrantes sub veraque specie, & formaliter; reliquos fideles sub alterutra tantum specie, & concomitanter; quia sub specie panis, concomitanter etiam bibitur sanguis, Testimonium 2. tres habet expositiones: n. ut particula coniunctiva hoc loco ponatur. pro diuinâ: ut A&t. 3. Argentum & aurum non est mihi: Ioan. 15. Si non venissem, & locutus fuisset eis, peccatum non haberent: 2. ut præcepsum non cadat in mundum sumedi, sed in rem, quæ in hoc sacram. sumitur, quæ est corpus & san- guis Christi, quæ sub quâvis specie sumuntur: 3. ut præceptum intelligatur datum toti Ecclesie, non tamen obligate singulas personas sed, aliquas, ut sunt præceptae Ordine, & Matrimonio. Ad 3. illis

77.  
Prob. 3. an-  
tonius  
scris.

78.  
79.  
Prob. 4. ea-  
dē veritatis.

80.  
81.  
Sexti. ex  
absurdo.

82.  
83.  
Ad 2. 108.

84.  
85.

illis verbis, ut constat ex Triden. sess. 22. can. 2. Christum solum ordinatis, ut Apostoli, eorumque in Sacerdotio successores, offerrent corpus & sanguinem suum in sacrificium Missæ. Quartum probat, Christi sanguinem non modò dandum esse fidelibus, sed etiam infidelibus, pro quibus etiam saltem sufficienter fusus est. Quod si limitetur ad solos fideles, sat est, si deretur omnibus in sacram. secundum rem, esto non omnibus secundum modum. Ad 5. nego, cist. loco Pauli, idem esse tradere, ac præceptum intimare, sed param institutionem sacram. à Domino acceptam. Corinthiis enarrare.

Ad 2. principale ductum ex auth. Patr. Resp. Ignatum per illa verba solum ostendere voluisse unitatem calicis, qui unus est, etiam si à multis bibatur, non universitatem bibentium; sic enim scribit: *Obsecro vos, ut una fide, una predicatione, una Eucharistia utramque: una enim est caro Domini nostri Iesu Christi, & unus illius sanguis, quem pro nobis effusus est, & unus calix, qui pro omnibus nobis distributus est, unus panis, qui omnibus fructus est &c.* Vbi nota, quod cum loquitur de calice, dicat. *Nobis omnibus, hoc est Sacerdotibus, distributus est: cum verbo de pane, simpliciter pronuntiat, pro omnibus fructus.*

Ad 3. In istinum Resp. Tò præcepisse non cadere super communionem sub utraque specie, sed supra consecrationem, ut vimur. Apostoli à Christo præceptum acceperint cœlestrandi in utraque specie, non alios communicandi in utraque. Colligo ex eo, quod idem author ibid. dicat, Euchar. per Diaconos deferri ad eos, qui Missarum solemnissimis, quæ diebus Dominicis celebrabantur, adesse non poterant. Nec est probabile, ad hos absentes datum fuisse sanguinem, ob periculum effusionis; sed solum corpus sub specie panis, sicut dabatur iter facientibus, & iis, qui dominum reverentes, futuris solemnissimis adesse non poterant. Ad Cyprian. di. co, eo loco non agere de calice populo ministrando, sed de aqua miscenda vino consecrando: *Admonites autem nos scimus, ut in calice offerendo Dominicæ traditione seruetur, neque aliud fiat à nobis, quam quod pro nobis Dominus prior fecit. Ut calix, qui in commemorationem eius effertur, mixtus vino offeratur.* Quamquam potuit hic Pater ad calicis summationem populum adhortari, quia in eius Ecclesia vigebat usus communicandi sub utraque specie: ita lib. 1. Epist. 2. adhortatur Martyres ad sanguinis poculum sumendum: *Nam quomodo docemus, aut prouocamus eos in confessione nominis sanguinem suum fundere, si quis militaturis Christi sanguine dengemus? aut quomodo ad Martyrym poculum idoneos facimus, si non eos ad bibendum prius in Ecclesia poculum Domini iure communicationis admittimus?* Ceterum locus ille, in quo insinuare videtur, hoc fuisse præceptum Euang. explicandus est de præcepto pro tota Ecclesia, non pro singulis personis.

Ad 4. Augst. dico illum cit. loco loqui tantum de sanguine quoad rem, qui simul concomitante sumitur cum corpore sub specie panis; non quoad modum sumendi. Quo modo explicandi sunt Crysost. Hierony. &c. Confir. vbi ex professo tractant de virtute huīus sacram. non minus illi tribuunt sumptu sub alterā tantum specie, quam sub utraque simul; vt Augst. tract. 26. 27. in Ioan. ex professo explicans verba Christi, eandem vitam eternam tribuit uni, atque utriusque speciei simul.

Ad 5. Bernardus intelligendus est de solis Sacerdotibus consecrantibus. Alioqui in eius via legitur, Monachus ipsi subditus communicasse; & quia pax nō Euchar. contra prohibitionem Sancti percipiter, hoc sacram. deglutire non potuisse, donec

solemnissimis absolutis ad Sanctum accesserit, à quo absolutione sui criminis accepta, deglutiuit ipsum sub specie panis tantum. Modus ille communicandi per Euchar. intinctam sanguine ex Concilio Turon. adductus, emendatus est à Brabantensi III. cap. 1. vbi. Seorsim, inquit, panis, & seorsim calicis commendatio memoratur i quibus non probatur communio laicorum sub utraque specie. seorsim, sed solum refutatur modus communicandi Eucharistica intincta sanguine.

Ad 3. principale ductum ex antiquâ Ecclesiæ praxi, constat ex dictis, talem consuetudinem nec fuisse universalem, nec sub præcepto, sed tantum sub consilio ex facto Christi. Quid ad Græcos attinet, aliqui dubitant, an apud eos vigeat usus communicandi sub utraque specie; eo quod nulla mentio huius consuetudinis facta fuerit in Floren. vbi omnes Graci errores discussi. At Ruthenii, qui in Ita Raphæl omnibus Græcum ritum sequitur, defacto hunc servant etiam nunc, ex dispensatione Pontificis; ut dispensatū etiam fuit Bulla Pauli III. cum Episcopis Germanicis, quæ potestas concedebatur sub utraque specie populo communicandi; ex manuscriptis in acta Triden. sub Pio IV. an. 1562. Junio in orat. Dicit Banaria. Eadēta Pontificis auctoritate, priuata personæ, si quæ sunt, hoc priuigilio utitur.

Ad 4. principale ductum ex naturâ hujus sacram. dist. aneecc. natura huius sacram. constat ex utraque specie, ut ex partibus essentialibus, sicut compositorum physicum ex materia & formâ, nego: constat ex utraque specie, ut ex partibus integralibus & heterogeneis, concesso. Quo sit ut qui illud sumit in una tantum specie, sumat perfectum integraliter & ex parte symbolit tantum, non essentialiter, & ex parte rei significare. Quare nequid una tantum species dei mutum sacram. quia hoc denotat defecuum vel in re significat, vel in significacione: quod falsum est, nam quælibet species continet totum Christum, & significat integrum refectionem spiritualem animæ, cum non minor gratia sacram. detur per unam speciem, quam per utramque simul, ut suprà. Nec est eadem ratio de Baptismo & Paenit. quæ essentialiter consistunt in utroque; illud in ablutione & forma; hoc in confessione dolosâ paenitentis & absolutione iuridicâ ministri. Gelasius solum loquitur de consecrantibus, ut constat ex titulo; *Corpus Christi sine eius sanguine Sacerdos non debet accipere.* Ceterum commemorationis mortis Christi per susceptionem cuiuslibet speciei fieri potest. Neque Ecclesia priuando laicos susceptione calicis, priuat eos hereditate à Christo legatâ: 1. quia quidquid acciperent per utramque speciem, accipiunt per unam tantum: 2. esto defraudantur aliquæ gratiæ, cum tamen hæc non sit ad salutem necessaria, non defraudantur paternâ hereditate, quæ salvatur in gratia ad salutem necessariâ. Neque Ecclesia aliquæ gratiæ laicos priuando, facit contra iustitiam; quia hanc potestatem accepit à Christo, qui ita suum corpus & sanguinem filiis suis legavit, ut tamen in modo & ritu ea ministrandi, plenam potestatem reliquerit Ecclesiæ, ut pro temporuti, locorum, ac personarum varietate, saluâ sacram. substantiâ, alio ritu & ceremoniâ posset illud fidelibus ministrare. Sicut nec dicitur infantes paternâ hereditate priuare, quod eos priuet gratia sacram. quam ex mandatione huius sacram. accipere possent. Haec tenus probatum est, communionem in utraque specie non esse necessariam omnibus ad salutem, probandum superest, an in una specie tantum licita sit.

92.  
Concilium  
Turonense  
correctione.

93.  
Ad 3.

94.  
Ad aug. ex  
naturâ hu-  
iis sacram.  
potestum

Gelasius ex  
titulo tan-  
mentem  
aperit.

An com-

An communio in altera tantum specie fit licita?

95. **M**ulta necessaria non sunt; quæ nec licita sunt, ut Confirmatio, & Extrema-Unguentio ad salutem necessaria non sunt; eorum tamen prohibitio licita non est. Hæretici à fortiori censent, communionem sub una tantum specie non esse licitam: quia maior fructus percipitur ex verâque specie simul, quam ex una tantum: Non licet hoc fructu fideles privare. Confirm. tunc est, communicare sub verâque specie, quæ in sub una tantum: quia sub verâque nullum est periculum salutis; sub una est periculum. ne ad salutem non sufficiat: in rebus autem ad salutem necessariis semper curios pars eligenda est.

96. **D**ico, licitam esse communionem sub una tantum specie: ex Trident. sess. 2. Can. 2. vbi Conciliū anathemate damnat eos, qui dicunt, Ecclesiam Catholicam non iustis causis & rationibus adducant facisse, ut laicos, arguere essentiam clericos non confidentes, sub panis tantummodo specie communicaret. Quod autem iustis rationibus prohibetur, licet prohibetur. Igitur si de fide est, communionem sub verâque specie iustis causis prohibitam esse, de fide quoque erit, communionem sub una tantum specie licitam esse. Quia cum sumptio huius sacram. sit de iure Diuino, hoc ideo quod prohibetur sub verâque specie, necessarium manet sub præcepto illud sumendi sub una saltem specie.

97. **P**otestas in Ecclesia est, finitur à Trident. sess. 21. cap. 2. ex 1. ad Corinth. 4. Sic nos existimes homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei, & cap. 11. cum multa Paulus per epist. de hoc sacram. ordinasset, cetera, inquit, cum venero, disponam. 2. constatrum ex iis, quæ in aliis sacram. pro temporum locorum, & personarum varietate saluâcorum substantiâ, mutauit; ut quod Baptismus, qui prius fiebat per immersionem, nunc fiat per aspersionem: quod Pœnitentia prius obligauerit ter in anno, nunc semel tantum: quod sacri Ordines nunc includant solemne votum castitatis, antea non: quod Matrimonia nunc non habeantur rata, nisi presente Patrocho, & duobus, vel tribus testibus: Tum ex iis, quæ de hoc sacram. pro diversis temporibus, ac locis, Ecclesia constituit: ut quod nunc non debeat hoc sacram. dati patuulis: quod Græci confiant in fermentato, Latini in azymo: 3. certum est, Ecclesiam institutam esse à Christo sapientissimo institutore: unicuique autem bene institutæ Reip. pro recto gubernationis regimine, necessaria est potestas, ut pro circumstantiarum varietate, saluâlegum substantiâ, possint varijs ritus accidentales mutari: cum non omnia possint legibus, quæ quoad fieri potest, esse debent uniuersales ac breues, comprehendendi.

98. **S**ufficientes rationes habuisse Ecclesiam ad titum hunc mutandum, probo, afferendo causas, quibus mota est ad communionem sub verâque specie prohibendam. 1. ad refellendam hæreticis, quod sub specie panis sit tantum corpus, sub specie vini tantum sanguis: ut multi Luther. teste Bellar. lib. 4. De Eucbar. cap. 8. assertunt, irridentes concomitantem sanguinis Christi cum corpore in specie panis. 2. ad refutandum errorem, quod sola species panis ad salutem non sufficiat: in quo ferè omnes hæretici versantur. Harum duarum mentionem faciunt Con. Constan. sess. 13. & Trident. sess. 21. cap. 1. & 3. TERTIA ad debitam reverentiam huic sacram. præstandam: nam ob populi multitudo

dinem via uitati posset frequens sanguinis effusio: alia quoque inconvenientia, quæ Basileense recordat in compend. narrat. de Bohem. vocat. ad Concil. initio positâ. Ut quod ex parte sacerdotes ad supplendum sanguinem pro multitudine communicantium, consecrant solum calicem, idque extra Missam: quodds ex parte pro sanguine ministrant purum vitum &c. 4. Est conformitas totius Ecclesiæ ut in hoc sacram. quod est proprium unitatis, convenienter Christi fideles: ne si una Provincia habeat hoc privilegium, iuste alii conqueri possent, nec obstar, quod cum Ruthenis dispensarum sit, ut supra: nam id potius factum est. permittente Pontifice, ad euicanda maiora se ad data, quæ oriri possent, si Catholici ibi morantes non convenirent cum Græcis, quorum ritus & ceremonias Rutheni per omnia sequuntur. Dixi. Permittente Pontifice: quia mihi non constat, hac dispensationem factam esse per bullam.

Inferitur quantum est ex vi præcepti divini, non minus licitum; ac sufficiens ad salutem fore hoc Coroll. sacram. sub specie vini, quam sub specie panis: cum ex vi præcepti divini non minus una species, quam altera annexa habeat promissionem æternæ vitæ: nec minus una, quam altera continet totum Christum, totamque refectionem spiritualem animæ. Ex vi ratione præcepti Eccles. determinatum est ad solam speciem panis pro laicis, tam propter minus periculum irreuerentiz, tum propter maiorem difficultatem habendi & conservandi vinum in regionibus, in quibus non nascitur, illudque pro firmis asseruandis.

Quæsi posset, an aliquando licitum sit laico, sanguinem sumere? Resp. numquam ei licitum esse, ne quidem in articulo mortis, et nisi fingatur casus, in quo moribundus non posset sub specie panis communicare, posset sub specie vini: quia cum hoc sacram. non sit simpliciter necessarium, non obligat, nisi cum debitiss circumstantiis ab humano præcepto præscriptis, dependenter à quo sepe divina obligant. In uno tantum casu licitum est laico sanguinem sumere, sc. in periculo irreuerentiz, aut effusionis, vel iniuriaz aut corruptiōnis in defectum sacerdotis: Excipio etiam casum in quo sanguinis sumptio censeretur ad salutem infirmi necessaria, ut supra. Hæc intellige, vbi non est permitta communio sub verâque specie: nam vbi est permitta, poterit moribundus communicare sub sola specie vini, si non posset sub specie panis: poterit alterutram tempore necessitatis sumere. Imò non solum posset, sed etiam teneretur in tali eventu communicate sub specie vini: sublatto .n. in eo eventu, siue per concessionem, siue per permissionem præcepto Eccles. de non communiendo sub verâque specie, locum haberet præceptum diuinum, quod in articulo mortis non minus obligat sub una quam sub altera specie: igitur si eo casu non posset vel haberi, vel sumi species panis; posset autem haberi, vel sumi species vini, teneretur infirmus sumere speciem vini; ad satisfaciendum præcepto diuinum, ut si Ecclesia permetteret in aliqua Provincia Larina consecrationem in fermentato, Sacerdos casu necessitatis non solum posset, sed etiam teneretur consecrare in fermentato.

Obiectio 1. Nemo tenetur ut priuilegio ad preceptum seruandum: posse autem communicate sub specie vini, est priuilegium: ergo non tenetur priuilegiatus eo ut in articulo mortis ad seruandum præceptum diuinum de communione. Maior prob. qui habet priuilegium, ut in propriâ domo celebrari possit, non tenetur eo ut ad satisfaciendum

99. Secunda.

100. Tertia.

dum præcepto de sacro audiendo die festo.

105.  
Rsp. 1. neg. maior. non enim semper est verum, nos non teneri uti priuilegio ad præceptum seruandum: ut constat de sacerdote habente priuilegium eligendi sibi confessarium: nam si virginite necessitateis debeat celebrare, & habens conscientiam mortalis careat copia propriis confessarij, tenebitur uti priuilegio de eligendo sibi alio confessario ad seruandum præceptum de præmitendâ confessione mortalis ante celebrationem.

Ratio: quando non obseruancia præcepti cedit vel in graue damnum personæ, vel in irreuerentiam rei lacræ, tenetur priuilegiatus uti priuilegio ad tale damnum, vel irreuerentiam vitandam. Vnde si priuilegiatus iudicaret communionem sanguinis in articulo mortis fore sibi necessariam, tenetur illam procurare. Velut si habens conscientiam mortalis non posset habere sacerdotem, cui confiteatur, posset autem habere Diaconum, qui sibi sanguinem ministraret. Quin puto tali casu etiam si ne priuilegio posse fidem, per legis interpretationem communicare sub specie vini. Vix tamen easas est moraliter possibilis, nisi tantum in cunctu, quo deficiente sacerdote post sumptionem corporis maneret sanguis in altari, & non esset sacerdos, qui supplere posset defectum & moribundus esset proximè expiratus. 2. Quando priuilegium concessum est personæ, tunc non teneri eo vii ad præceptum seruandum teneri autem uti, quando concessum est communione: quia tunc non est in potestate personæ priuatæ eo non uti, sed totius communiantis, cui priuatæ personæ tenentur se conformare; maximè ad seruandum præceptum diuinum de communione.

106.  
Rsp. 2. Obiectio 2. Nunquam Ecclesia censetur prohibere sacramenta in casu necessitatis, ut constat de Confessione, Baptismo, Confirmatione, Viatico tempore interdicti: ergo etiam ubi non est permitta communio sub verâque specie, poterit infirmus articulo mortis, communicare sub specie vini, si non possit vel habere vel sumere speciem panis.

107.  
Rsp. Negando, non posse Ecclesiam prohibere, etiam in casu necessitatis propriæ immutabilem obseruantiam legis & reuerentiam sacramentis debitam, ea sacramenta, quæ non sunt simpliciter necessaria: constans. n. & perpetua obseruantia legis de debitâ sacramenti administratione præstat vi- nus, vel alterius personæ deuotioni: præsertim cum facile possit ex uno casu ad alios extendi huiusmodi legis interpretatio. Nec est eadem ratio de Confessione, quod est sacramentum necessitatis, sicut & baptismus. Quid autem Ecclesia tempore interdicti non prohibeat alia etiam sacramenta ad salutem non necessaria, ut Confirmationem, Viaticum pro infirmis; & Matrimonium, id ideo est, quia hæc pendent à potestate Ecclesie, quæ potuit pro tali tempore hæc sacram. concedere, sicut in articulo mortis, concedere potuit communionem sub specie vini, in defectum alterius speciei: de facto autem id non concessisse, colligimus ex universalis prohibitione absque ullâ exceptione. Ceterum hō damnarem mortalis p. qui eo casu vtens benignâ legis interpretatione communicaret sub-specie vini. Nota in Conc. Confian. sess. 13. prohibitum esse sacerdotibus sub pœna excommunicationis, communicare populum sub verâque specie, vel quia sic faciendum populum exhortati fuerint: qui & ut hæretici habendi erunt, si per ecclesiasticas censuras & pœnas coerciti non resipuerint.

108.  
Ad fund. Hæreticorum.

110.  
Ad fund. Hæreticorum.

ostend. non maiorem gratiam conferri utrâque specie simul quam alterutra tantum. 2. neg. Minor. Nam est maiorem fructum percipient fideles ex veraque specie, quam ex una tantum: quia tamen maior hic fructus non est ad salutem necessarius, potuit Ecclesia illum post habere debitis reverentia & administrationi. huius sacram. Sicut eadem ob causam post habuit maiorem fructum, quem parvuli recuperent ex communione, reverentia & immunitati huius sacram. Nec est eadem ratio de Confirmatione, & Extremaunctione, in quibus cum nullum sit periculum irreuerentiae, quod præualetere posset fructui, quem hæc sacram. Sufficientibus conferunt, non posset eorum universalis prohibitiō esse licita. Dixa, universalis, nam particulariter potest interdum eorum usus interdicere in pœnam; sicut de facto interdicitur usus Extremæ unctionis tempore Interdicti.

Ad confitm. nego, tutius esse Laicos in verâque, quam in alterutra tantum specie communicare: cum de fide sit, alterutram tantum speciem ad salutem sufficere, ut supra ostensum est.

iii.

## DISPUTATIO XXX.

### De obligatione repellendi peccatores à communione.

**Q**UERITVR 1. An publici peccatores sint à communione repellendi? Affirmant 1. communiter Scholastici in 4. diff. 9. S. Thom. 3. p. qu. 20. ar. 6. Summis v. Euchar. & v. Communi: & haberetur can. Pro dilectione, de consecr. diff. 2. sumpto ex Cypria. lib. 1. Epist. 10. quæ incipit: Pro dilectione tua & verecundia mutua consulendum me existimasti, frater charissime, quid nichil videatur de bisfrons quodam, qui apud vos constitutus in eiusdem adhuc artis sua dedecore perseverat, & magister & doct̄or non erudiendorum, sed perdendorum puerorum, id quod male didicis, ceteris quoque infunnat, an talis debeat communicare nobisim. Quod puto ego: nec maiestati domini, nec euangelica disciplina congruere. Sunt autem publici peccatores, ex cap: Quasim, de cohab. Cleric. & mulie ut explicat S. Thom. loco cit. quorum crimen est notorium vel per iudicis sententiam, vel per propriam confessionem in publico iudicio factam, vel per evidentiam facti, quod nulla possit tergiversatione celari, vel per publicum officium aut artem, cuius exercitium sit peccatum mortale: nato per venialia, etiam publica non potest quis à communione repellere; quia hæc non impediunt dignam susceptionem sacram. Nec sola publica fama delicti est sufficiens ad negādam communionem, ut cap. Tua nos, de cohab. cleric. & mulie. nisi sit coniuncta cum evidentiâ facti, aut publicâ sententiâ iudicis, vel propriâ confessione delicti in publico iudicio facta. In dubio autem, ut recte Sotus in 4. diff. 12. qu. 1. art. 6. standum est pro communicante: qui quamdiu non probatur malus, præsumendus est bonus: nec est publico iure puniandus, qui non est criminis constitutus: unusquisque autem fidelis ratione characteris baptismalis habet ad commune beneficium communionis, qui absque iniustitiâ negari non potest. Fundatur autem hæc obligatio, quam sacerdos in quo fun. habet negandi communionem peccatori publico ac notorio, in eo, quid sacerdos est dispensator obligatio sacerdotis.

igne natura spes est, esse fidem in dispensando: non est fidelis, si illud sine delectu cuicunque accedenti ministraret. Vnde sicut peccaret, si illud infanibus aut perpetuā amentibus exhibeteret, ita & fortiori, si publicis peccatoribus: cùm maior irresponsa & peccatum sit, illud publicis peccatoribus ministrare, quādā infanibus, aut perpetuā amentibus: cùm illud iure divino, hoc capiūt ecclastico prohibitum sit. Aliam rationem assignat Durand. in 4. dist. 9. queſt. 5. quia nimis fidelis ministrans Eucharistiam publico peccatori, eo ipso sit particeps eius criminis, quod sic probat: quia dum iure negare potest iniuste petenti, (amissi p. peccator ratione publici criminis ius petendi hoc sacram.) si illud confert, sponte suā illud confert, vno ex iure, quod habet petens, proinde particeps sit ipsius criminis. Quaz ratio est bona sit, non est ramen propria, sed generalis de omnibus, qui tenentur akerius criminis non cooperari.

Deducitur 1. Si reus sit publica iudicio de criminis coniunctus, & hoc sacerdoti constet, etiam non constet aliis in eādem vrbe vel apido commorantibus, esse à communione repellendum, cùm facile possit talis delicti fama apud alios diuulgari. Eadem est ratio de alijs commorantibus in locis, ad quæ ob mutua commercia faciliter posset delicti fama pervenire. Difficultas est de iis locis, in quibus reus possidet bonam famam, nec facile posset ad ea delicti fama penetrare, an in iis repellendus sit à beneficio publicæ communionis. Affirmat Sotius sub dubio, quando sacerdoti constat, quod ille non sit emendatus: scilicet, si sacerdoti non constet, quod reus non sit emendatus: quia tunc presumere debet illius esse emendatum, & ad publicam communionem admittere, ubi eius delicti fama non est nota. Negant alij, etiam si sacerdoti constet, reus non esse emendatum: quod probabilius est: nam vbi reus suam famam possidet, sicut cum ipsa possidet ius ad commune beneficium communionis: prorsim si fama criminis, non videtur faciliè copernentur, ait, Sylvi. 3. p. loc. cit. citans Vitor. Et Nug. 2. Ut delictum sit notorium ex evidētia facti, non satis est, vt illud sit notum tantum sacerdoti, vel aliis, qui illud iuridicē testificari possent: nam, vt recte Richar. in 4. dist. 9. a. 3. q. 1. & Sotius cit. ex cap. Tua nos, de cobabitat. &c. tale delictum non tam est manifestum, quam manifestabile: Peccator autem nunquam est à publico beneficio communionis repellendus, donec manifeste constet de eius delicto. Debet igitur illud majori parti vicinix esse notum. 3. Non potest publicus peccator ad publicam communionem. admitti, etiam si sacerdoti constet de eius emendatione, nisi publica præcedat penitentia, post quam potest, & debet admitti, vt Concil. Cartag. III. & referunt can. Secundis, de consecr. dist. 2. Ratio: non evitatur scandalum populi, si publicus peccator ante publicam penitentiam ad publicam communionem admittatur. Debet igitur de penitentia publica constare, sicut publicè constituit de delicto. Vnde non est publicus hereticus, ad publicam communionem admittendus, nisi publica heres ab iuratione facta, nec publicus vulturius, vel publica meretrix, nisi publica data satisfactione & cautela de futura emendatione, quæ exigenda sunt etiam à moribundo. 4. Hæc non solū seruanda esse à proprio parocho, erga proprios parochianos, sed à quolibet sacerdote erga quoscunque Christianos: quia cuique sacerdoti incubit præceptum fideliter dispensandi dona Christi. 5. Non debet sacerdos, qui publici peccatoris confessionem audiret, illum ad

publicam communionem admittere: nec propter ea sigillum erit fractor sigilli sacram. quia non est necesse pro causa assignare crimen in confessione auditum, sed publicam delicti famam omnibus notam. Non est negetur. Non est negetur. Non est negetur.

Sed quid si sacerdoti tunc primum, per confessionem laicam. publicum peccatoris crimen introficeret? nam tunc non videretur proper publ. cam famam delicti, sed proper notitiam sacram. publicam communionem illi negare. Sed neque tunc deberet ad publicam communionem admittere: nec propter ea erit sacerdos fractor sigilli sacram. nam tunc frangitur sigillum, quando aliqua via sciri posset, quod confessarius id faciat ex notitia facram. In casu autem proposito non est huiusmodi periculum, cùm tale peccatum, ob quod negatur communio, sit omnibus notum. 6. Non licet iis, qui sunt de crimine suspecti Eucharistiam eo fine ministrare, ne metu sacrilegæ communionis, occultam veritatem manifestent: sicut iumento compelli solent ad occultam veritatem parafaciendam: nam licet hic modus de se illicitus non sit, quo usus est Gregorius VII. cum Henrico IV. ad probationem ipsius innocentie, nunc tamen obsecrantiam sacram. abrogatus est: ut quod in nostram utilitatem institutum est, fiat occasio ruinæ. Quare peccant viri, qui suas coniuges ad communicandum cogunt, ut hoc medio se purgent de adulterij suspicione.

Quæritur 2. An peccatori occulto neganda sit communionis Conveniunt Doctores, non esse negandam, quando illa publicè petit. Quid quando illam occultè petit? Sc. quando ab ipso tantum sacerdotie occulte sacrificante petit, vel coram aliis, qui petentis peccatum norunt? Negat Sotius in 4. dist. 12. qu. 1. art. 6. negandam esse communionem, etiam occultè petenti, praesertim si illam petat à proprio prelato tempore necessitatibus; secus si ab alieno sacerdote, etiam tempore præcepti, vel à proprio extra tempus necessitatibus. Quia unusquisque fidelis ratione baptismi habet ius petendi sacram. ergo iniuria illi sit. si absque manifesta causa communio negetur. Nec est sufficiens causa crimen-occultum: cùm nemo extra ordinem iudicium debeat suo iure spoliari. Dico, neganda est communionis peccatori occulto petenti: Durand. in 4. dist. 9. qu. 5. nn. 6. art. concordari omnes. Potest autem peccatum esse occultum, vel quia solus sacerdos illud nouit per confessionem sacram. aut per secretum naturale; vel quia præter ipsum pauci illud norunt. Conveniunt omnes, negandam esse communionem peccatori occulto occulta eam petenti, quando peccatum ipsius est à sacerdote extra confessionem cognitum, modò ex talis negatione nullum impendeat infamiz periculum peccatori petenti. Discrepant, an sit neganda, quando peccatum est notum per solam confessionem sacram. Affirmant. Durand. cit. Alen. 4. p. qu. 12. n. 2. art. 3 § 1. S. Thom. in 4. dist. 9. qu. 1. art. 5. qu. 1. Argent. art. 4. Vasquez disp. 21. 4. nn. 5. & 6. Belinar. Suarez. disp. 67. scit. 3. Fundam. hic nullum esset periculum reuelandi peccatum in confessione auditum. Et ex alia parte potest confessarius penitentem de peccatis confessione auditis blandè monere, & dirigere in bonum ipsius. Negant. Palud. in 4. dist. 9. qu. 4. conel. 3. Gabr. qu. 2. art. 3. dub. 1. Sotius cit. Sylvest. v. Enchar. 3. qu. 5. Navar. in sum. ca. 21. nn. 55. Henr. lib. 8. de Eucba. cap. 59. Valen. disp. 6. qu. 8. pu. 3. 5. Ego vero. Coninck 3. p. qu. 80. art. 9. Sa. v. Bucharistian. 26. Sylm. 3. p. qu. 89. art. 6.

Dico 1. Non est neganda communionis peccatori occulto publicè petenti. Fundam. præceptum de non munio per-

3.  
Aliaratio.  
Durande.

4.  
Coroll.  
quæque.

An publicus  
peccator ar-  
cendus sit à  
communione  
sibi vbi res-  
pet bonam  
famam.

5.  
Publicus  
peccator, si  
majori parti  
vicinus no-  
tm.

6.

7.  
Non frangit

Qu. 2.  
Sole conservat.

Qu. 2.  
Sole negat.

Affirmativa  
communio  
et.

14.

15.

16.

Non est ne-  
ganda com-  
munio per-

8.  
cautori as-  
cilio, publi-  
ca eato po-  
temta.

de non infamando proximo præualet præcepto de negandâ Euch. indigno. Confitem. nequit reus ob priuatum delictum publica poena puniri. At repulso à publica mensa Christi est publica poena, cùm sit publica priuatio iuris, quod cuiuslibet fidelis habet ratione Baptismi ad mentem Domini: igitur.

Obijcies 1. Mortale tollit ius ad mensam Domini: ergo nō debet ad illam peccator admitti. Resp. Tollere ius priuatum, non publicum, quo spoliandus non est, quandiu eius peccatum publicè non constat, vt patet exemplo Christi, qui Iudam à publica communione non exclusit.

Obijcies 2. Cöcurrentibus duobus præceptis, maius præualet debet: at maius præceptum est negandi communionem indigno quam proximum infamandi: nam illud est maius, quod est de nobiliori virtute; nobilior autem virtus est religio, qua immedietè versatur circa cultum diuinum, quam iustitia, qua versatur circa bona proximi.

Resp. neg. minor. Ad prob. dico, maiorem obligacionem præcepti non semper sumendam esse ex nobiliori virtute, vt constat de præcepto charitatis, qua est omnium maxima, qua tamen si concurrat cum præcepto misericordie de subueniendo proximo in bonis temporalibus, vel spiritualibus, cessat eius obligatio: ex Marsh. 9. & 12. Misericordiam, vel, & non sacrificium. Ratio: cùm hoc præceptum sit affirmatiuum: præceptum verò de non infamando proximo sit negatiuum, præualet hoc illi, esto sit de ignobiliori virtute.

Obijcies 3. Lictum est, prodere occultum peccatum proximi, ne scipsum, vel alium interficiat: ergo licitum erit, prodere occultum peccatum proximi, ne scipsum spiritualiter interficiat per sacrilegam communionem, aut sacramento iniuriam irroget. Resp. neg. conseq. nam maius est præceptum tuendi vitam proximi, quam ipsius famam: igitur tenetur seruare maius præceptum dispendio minoris quando utramque seruari non potest. Præceptum verò de non interficiendo scipsum spiritualiter per sacrilegam communionem, licet sit maius respectu communicaturi, qui potius deberet eligere famam amittere, quam sacrilegium committere; non est tamen maius respectu ministerantis sacram. nam hic iure Diuino tenetur potius proximum non infamare, quam seruare præceptum negandi communionem digno.

Obijcies 4. Neganda est communio peccatori occulto, illam occulè petenti, quando eius peccatum notum est sacerdoti extra confessionem. Fundam. catenus non erat neganda publicè petenti, quatenus ipsius famae detrahebatur; at casu propenso nihil de ipsius famâ detrahitur: ergo neganda est illi communio: quia ubi non obligat præceptum de famâ proximi conseruanda, vim habet præceptum de neganda communione indigno. At occurrat solum: non solum danda est communio peccatori occulto publicè petenti, ne infametur, sed ne priuetur iure, quod ratione baptismi ad communionem habet: quod ius peccator non amittit, nisi per publicum iudicium. Sed contrà: reuera peccator per occultum crimen amittit priuatum ius ad communionem: quia cùm sit hoc sacram. viuorum, non debetur nisi iustis. Vnde solum peccator occultus habet ius publicum, ne infameatur. Neque baptismus sine gratia dat proximum ius ad Euchar. sed tantum remotum. Intellige quando ita occulè petit, vt nullus sit, qui ex tali repulsa possit ipsius peccatum coniçere, huc quia omnes, qui adsunt, sios peccatum norunt; alioqui si vnu vel alter ignoraret, non esset neganda communio;

sive quia, præter sacerdotem, nullus aliis adest.

Quid si tantum ipius peccatum ignorat sacerdos minister? Respondeat Henr. cit. adhuc eo casu negandam esse communionem, quia minister non censetur alias à sacrificante. Sed oppositum verius & probabilius est: quia sigillum naturale, sub quo suppono sacerdotem nouisse peccatum communicatur, præualet præcepto de negandâ communione indigno. Nec ab infamia excusat, quod unus tantum eius peccatum cognoscet, quia facile potest ipsius notitia ad alios peruenire.

Dico 3. Non est neganda communio peccatori occulto, quando eius peccatum est notum sacerdoti tantum in confessione: nec sub est alia causa illam negandi, nisi propter peccatum in confessione cognitum. Fund. vt seq. to. non licet absque expressâ intentione penitentis, de ipsius peccatis in confessione auditis extra confessionem illum monere, dirigere, aut corripere, vel signo aliquo ostendere, quo indicetur illius peccatum fuisse in confessione auditum. Qui autem negare communionem penitentis, propter peccatum in confessione tantum cognitum, nec vlla alia subesse causa, aut prætextus illam negandi, contra penitentis voluntatem, de peccato in confessione auditio, illum extra confessionem moneret, corripere, externeque signo manifestè ostenderet, se illius peccatum in confessione cognovisse: quod nimis graue & odiosum reddit præceptum confessionis.

Dixi in confessionem: quia si illud aliunde notatur, debe et illi communionem negare: cùm notitia in confessione habita, non debeat prædicare notitiae aliunde comparata. Dixi, nec sibi alia causa: quia si potest aliam causam pretendere, potest. Se sèpè debet communionem negare; vt vel quia est ad alia occupatus, vel quia non est sibi commodum. Quo sit, vt hanc causam nequeat pretendere Patrus tempore præcepti, quia ille tenetur suis subditis ministrare sacramenta; nec quius sacerdos, duar actu expositus ad ministrandam Eucharistiam. Ceterum nunquam licet ad cùrendum sacrilegium, pro hostiâ consecrata communicaturo porrigerre non consecratam, ne de ipsius quidem communicaturi consensu, vt omnes contra Altissimam monent: eo quod nunquam licitum est, in sacramentis fictione sti, cùm maius peccatum sit hoc, quam sacrilegium, vt Inven. III. definit cap. de homine, de celebr. miss. Vnde male sacerdos Colodien sis, vt refert Argen. ad tertendum uscarium, loco sacramenti porrexit illi cum hostia non consecrata nummum; quo putaret propter sua peccata sacramentum conuersum fuisse in nummum, vt fieri tenuit testis.

Non est ne-  
ganda. si  
peccatum  
est notum  
tanti m la  
confessione.

46.

Nunquam  
licet pro ho-  
stiâ com-  
muni-  
carea,  
non con-  
secratus.

27.

## DISPVTATIO XXXI.

De ministro dispensante Euchar.

### SECTIO PRIMA.

*An ad solos sacerdotes spectet dispensatio  
huius sacramenti?*

DUX VITPLEX est huius sacram. minister: Alter conficiens, cuius potestas versatur in materia consecranda: Alter tantum dispensans, qui solum distribuit materiam preconsecratam. Primum supponimus solum sacerdos,

Minister &  
ficiens Sacri-  
dos solus.

dorem, nec posse alium, quam sacerdotem, confidere hoc sacram. contra Luther. qui apud Bellarm. lib. 4. de Euchar. cap. 16. docet, quemlibet Christianum potestare confidiendi hos sacram. habere ex baptismo, licet non quius ad illud conficiendum accederet debeat, nisi in casu necessitatis: sed qui legitime vocatur, ne ordo Ecclesiastici regimini turbetur. Fund. Lutheri 1. quod sacramenta non operantur, nisi excitando fidem: 2. per ordinem ministeriorum nullum impi imitatorum, aut novum tradidi potestatem, sed usum tantum & officium legitimam ministrandi. Ex quibus sequitur, quocunque verba sacram. preferantur, etiam a diabolo, ut impio facetus, confici verum sacram. Ut mirum sit sacramentarius hae duo principia cum Luther admittere, & negare hoc sacram. confici posse a non sacerdotibus.

8.  
Definitio  
qua nov.  
Conc. gen.  
ratum.

Hoc igitur 1. de fide posito, tam ex perpetua Ecclesiastica traditione: cum ex definitione Conciliorum Genes. Nicen. 1. can. 18. vel 14. aliâ versione, Lateran. sub Innocen. III. cap. 1. de fide Cathol. Florent. sub Eugenio IV. in decreto de unio. Trident. sess. 22. cap. 1. & sess. 23. cap. 1. & 4. cum ex illis Luca 22. Hoc facite in meam commemorationem: quæ dicta fuerunt a Christo solis Apostolis, eorumque in sacerdotio successoribus, ut ipsi tantum, hoc sacramentum conficerent in ipsius passionis memoria. Unde sola est controvicia de secundo ministro, quoad dispensationem huius sacramenti.

9.  
Ex officio  
spectat ad  
sacerdotem  
hoc sacram.  
populo dis-  
pensare.

Negantur dixi in titulo sect. ad sacerdotes: nam non est dubium, quin ad eos hoc ministerium ex officio spectet; pauca sicut ad eos ex officio spectat, Christi corpus & sanguinem propriâ potestate a Christo acceptâ confidere: ita ad eosdem spectat, illa populo dispensare. Nam cui conuenit actus principalis, conuenit & accessoriis cum principalis conexus. Atqui sacerdoti per se & ex officio conuenit confessio Eucharistie, qui est principalis actus: ergo eidem per se etiam conuenit eius dispensatio. Confit. cui Deus dat potestatem efficiendi rem, eidem facultatem concedit de eadem re disponendi; cum potestas ipsa efficiendi constituerit rem sub dominio efficientis, nam quidam causam, dat effectum inclusum in causa. Sed Deus dat sacerdoti potestatem efficiendi Euchar. ergo eidem etiam potestatem concedit de eadem disponendi.

5.  
Duplex sen-  
sus conseru.  
us.

Sola igitur consecratio est, An ad inferiores sacerdotes ministros hoc manus dispensandi Euchar. spectet; sc. an ad Diaconum: 1. an ex proprio munere illi competat dispensatio huius sacram. 2. an saltem ex commissione sacerdotis.

6.  
7.  
8.

PRIMA sent. affirmat Diacono ex officio conuenire dispensationem sanguinis, non corporis Domini, nisi ex commissione sacerdotis: S. Theod. 3. p. qu. 82. art. 3. ad l. Palud. in 4. disp. 13. qu. 1. art. 4. Sess. qu. 1. art. 3. Sylvestr. v. Diaconu qu. 2. Vals. 3. disp. 6. qu. 10. punct. 1. Prob. pars 1. antiquitus, quando vigebat communio sub utraque specie, dispensatio sanguinis pertinebat ad Diaconum, ad quem tamen non retinebat dispensatio corporis, ut constat ex verbis S. Laurentii ad Sextum: Experire utrum idaneum ministrum elegitis, cui commissari Domini sanguinis dispensationem: ex Cypriano serm. de Lepis, Ambrol. lib. 2. off. cap. 41. &c. Ratio S. Theod. Diaconus ut est ordine proximus sacerdoti, ita est illi quoque in officio propinquus. Prob. pars 2. nunquam legitur Diaconus corpus dispensasse, nisi inde Episcopo, vel presbytero; ita Concil. Carthag. IV. can. 38. item Diaconus dispensans sanguinem non debet illum tangere in se, ut debet tangere corpus: quia sanguinem ministeriat in cal-

ce, corpus in se. Non licet autem nisi in necessitate, & ex commissione sacerdotis, Diaconus immideate tangere corpus Domini; cum non habeat manus consecratas, nullumque rem non consecratam detectat Christi corpus tangere.

SECUNDA negat, Diacono nullius Eucharistie partis dispensationem ex officio conuenire, sed ex sola Episcopi, vel presbyteri commissione: Palat. in 4. disp. 13. disp. 1. 6. Sunt qui putent, Henrig. lib. 8. de Euchar. c. 54. Suar. disp. 72. sect. 1. Vasqu. disp. 219. cap. 1. Cominck 3. p. qu. 82. art. 3. &c. Quæ probabilior: nec obscurè Trident. sess. 13. ca. 8. ubi nullâ distinctione facta ioter dispensationem corporis & sanguinis Domini, ait; In sacramentali sumptuione semper in Ecclesia Dei morem fuisse, ut laici a sacerdotibus communionem acciperent, sacerdotes autem celebrantes seipso communicarent, qui mos, inquit, tanquam ex traditione Apostolorum descendens iure ac merito retineretur. Fundam. illud ex proprio officio conuenit ministro, quod cum ipsa potestate ordinis ei traditur. Sed Diacono cum potestate Diaconatus non traditur Christi sanguinis dispensatio: potestas enim Diaconatus, est sola potestas legendi Evangelia in Ecclesia: nam hæc tantum exprimitur in forma, & traditur per materia libri Euang. nullâ mentione factâ de Christi sanguinis dispensatione: nulla autem in ordinis collatione traditur potestas, quæ non exprimitur in formâ, aut saltem conexione habeat cum potestate, quæ per formam exprimitur: nec potestas legendi Evangelia ullam connexionem habet cum dispensatione sanguinis. Maior prob. omnis actio, quæ alicui ex proprio officio competit, supponit in eo legitimam potestatem illam exercendi independenter ab alterius commissione. Ergo si Diaconus ex proprio officio, independenter à commissione sacerdotis, habebit eiusdem actionis legitimam potestatem independenter à commissione sacerdotis: hanc autem habere non potest, nisi ex ipsa ordinis susceptione: aliâ absolute non habet.

Ad primum præz., concedo, antiquitus Diaconos habuisse officium dispensandi sanguinem Christi, non ex proprio munere, sed ex commissione Episcopi, vel presbyteri, ut verba S. Laurentii ostendunt: Cui commissari Domini sanguinis dispensationem: si autem ex commissione, ut notat T. commissari: ergo non ex proprio officio. Ceterum citat Patres solum docent, fusse antiquum hunc usum. An ille ex officio, vel ex commissione sacerdotis, Diaconi exercuerint, non explicant.

Ad 1. Resp. Diaconum esse proximum sacerdoti in assistendo illi in altari, non in sanguinis Christi dispensatione: hoc enim ex officio spectat ad eum, qui illo proprio potestate cōficit. Quod nonquam legantur Diaconi dispensasse corpus Christi, nisi iussi ab Episcopo, vel presbytero, falsum est: nam apud Iustin. in Apolo. 2. pro Christianis, fine, indiscriminatim dicuntur Diaconi ministrasse populo Eucharistiam: Preses vero, postquam gratiarum actionem perfecit, & populus universus ad prece ratione laetare eam comprobavit, qui apud nos vocantur Diaconi atque ministri, distribuunt unicuique presentium, ut participet eum, in quo gracie acte sunt, panem, vitrum, & aquam, & ad absentes perforunt. Però alimentum hoc apud nos appellatur Eucharistia, quod nulli alij participare licet, quia veram esse doctrinam nostram credent, & laetare propter remissionem peccatorum, & regenerationem abutere.

2. Potiorem rationem committendi Diaconis dispensationem sanguinis, quam corporis Domini, ob

9.  
Communi-  
sent. Recens.

10.  
Ratio fundi-

11.  
ad 1. prima  
sent.

Vrba Impre-  
ni.

ni, ob penuriam sacerdotum suisse; quia cum sat quis daretur populo post sumptionem corporis, congruentius erat, ut prius populus e manibus sacerdotis acciperet corpus, deinde e manibus diaconi sanguinem; quam contra, prius e manibus diaconi corpus, deinde e manibus sacerdotis, sanguinem. Secundum verò discrimen non probat actionem dispensandi sanguinem ex proprio officio competere Diacono, ex eo quod in eius dispensatione non tangatur sanguis in se, sicut in dispensatione corporis tangitur corpus. Nam potissima ratio, cur ex officio non competit, nisi soli sacerdoti tam corporis, quam sanguinis dispensatio, est, quia ad eum tantum ex officio spectat supernaturalia dona populo dispensare, qui super illa à Deo potestatem accepit. Atqui solus sacerdos potestatem accepit supra corpus & sanguinem Domini, cum solus ipse potestatem habeat illa conficiendi: igitur ad illum solum spectabit ex officio ea populo dispensare; Diacono verò solum ex commissione sacerdotis; idque ex iure diuino non praceptiuo, sed permisso.

Quoniam verò duas rationes in eis. Cartargi. assignantur, ut licet id possit Diaconus, scilicet present presbytero Eucharistiam corporis Christi populo, si necessitas cogas, iussus eroges: Difficultas emergit, an vtraque causa, & que necessitas, requiratur, ut licet valeat Diaconus ministrare hoc sacram. Contentanter docent, sufficiet necessitatē absque sacerdotis iussu, ut si nullus adsit sacerdos, & infirmus sit in articulo, vel periculo mortis: quod colligitor ex Niceno I. can. cit. in quo absente sacerdote, conceditur Diacono potestas, ut ipse ē ciborio proferat sacram. & sumat: quod si non fuerit in presenti, vel Episcopus, vel presbyter, tunc ipsi Diaconi preferant & edant venerabilem sacram. Igitur à fortiori poterit idem Diaconus tempore necessitatis. Quia cum iure diuino sit permisso, ut ex commissione sacerdotis possit ministrare hoc sacram. sequitur, ut urgente necessitate, si nullus adsit sacerdos, eodem iure permittente id possit. Nam tunc idem ius Diuinum, quod hanc potestatem per sacerdotem concedit Diacono, eandem urgente necessitate concedit in absentia sacerdotis: cum in utroque casu militet idem finis, proprie quem hanc potestatem ius diuinum concedat Diacono, ne tempore proximi necessitatis.

Malor difficultas est, An nulla urgente necessitate, possit Diaconus iussus à sacerdote ministrare hoc sacram. Resp. 1. Accedente iussu sacerdotis, non requiri extremam, sed sufficiere moralem dumtaxat necessitatem, seu utilitatem: 2. licet posse talia casu Diaconos ministrare Euchar. Si eis evidenter non constet de nullitate cause: 3. si illis evidenter constat nullitas cause, non posse licet ministrare sacram. cum hoc sit proprium sacerdotis: nisi forte, si illud non ministraret, incurreret offensam Episcopi, vel presbyteri pricipientis. Nam tunc puto licet posse, ad evitandam huiusmodi offendit, modo hoc non fiat in irreuerentiam sacram. nam illa est aliqua necessitas, si non communicantis, saltem communionem ministrantis. Contraria verò in casu necessitatis posset, adhuc prohibente sacerdote, vel Episcopo, Diaconus viaticum ministrare in infirmitate: quia tunc censeretur Diaconus potestatem habere, à Papâ, vel à Christo.

Objec. 1. Non est licitum Diacono absenie, vel deficiente sacerdote in die Parasceues in altari hostiæ consecratam consumere, & reliquas cœrmonias peragere: etgo neque Eucharistiam populo ministrare. Resp. neg. conseq. nam prior actio

est propria sacerdotis: quia licet per illam non consecret, per eam tamen celebra; ut in fabricis eiusdem diei Parasceues dicitur. Ita nec possit Diaconus perficere Missam, deficiente sacerdote, etiam post consecrationem: nam tota illa actio est propria sacerdotis: possit tamen hostiam consecratam ex altari deferre ad sepulchrum in die Parasceues, sicut potest idem ex uno altari ad aliud transferre.

Objec. 2. Non potest Diaconus, neque ex commissione sacerdotis, extrema in vaccinatione ministrare; ergo neque Eucharistiam. Resp. neg. conseq. nam prior actio est propria sacerdotis, neque unquam legitur communicata fuisse Diacono: quod fundatum habet in Iacobi Epist. cap. vii. vbi agens de hoc sacramento; ait, inducendo & effe presbyteros Ecclesie, huc est sacerdotes, qui oleo sancto infirmum ungant. Posterior non est ita propria sacerdotis, ut salutem ex commissione ipsius communicari non possit Diacono, ut de facto sed per communicata est.

## S E C T I O II.

An hoc officium communicari possit subdiacono, vel laicis in casu necessitatis?

PRIMA sent. affirmat, quam docet Glossa in cap. Peruenit. de consecr. diff. 2. Explicans n. verbâ Concilij Rhemen. ex quo desumptum est illud cap. presbyter per semiperfum infirmum communices, subdit: vel per Diaconum, si neceſſe est, vel per laicum Catholicum: quia etiam citat Glossam in cap. Capit. 24. qu. 1. vbi atque loquitur, & potius oppositum afferere videtur. Eandem sent. docent Suay, disp. 72. sect. 1. & 3. fine, Valent. disp. 6. qu. 10. ps. 1. sed v. Euchar. n. 26. inclinat Cominck. 3. p. qu. 82. art. 3. eam tamen afferere non audet propter autoritatem docentium oppositum. Citatur pro eâ Caiet. in 26: cap. Matth. Sed ibi solum docet posse sacerdotem tempore pestis hoc sacram. porrigitur pectus, ut illud suis manibus sumant & communicent.

Prob. 1. ex facto Christi, qui saltem sanguinem suum ex calice bibendum tradidit discipulis, ut ipsi illum inter se dividerent, Luc. 22. Ac. ipite & dividite inter vos. Poterit quando Apostoli communicarunt, nondum erant à Christo sacerdotes ordinati: quippe qui, ex Triden. sess. 22. cap. 1. & can. 2. constituti sunt sacerdotes illis verbis Luce 22. Hoc facite in meam commemorationem: quae à Christo dicta sunt, postquam Apostoli communicarunt. Sicut igitur unus Apostolus adhuc laicus hoc sacram. ministravit alteri; i. a potius laicus hoc idem tempore necessitatis ministrare alteri. 2. Antiquus mos fuit in Ecclesiâ, cuius meminit Baron. an. Chri. 57. n. 42. ut fideles Eucharistiam à sacerdote acceptam proprijs manibus sumerent, viri nudis manibus, fœmine nitido linceolo obvolutis. Idem confirmat alias mos, deferebti Euchar. ad proprias domos, ut eam opportuno tempore sumerent; ex Baron. ibid. nn. 43. & apud Eusebi. lib. 6. biff. Eccles. cap. penal. Seraphion senex Alex. infirmatus misit puerum ad presbyterum pro Eucharistiâ, qui dum & ipse presbyter infirmus venire non posset, misit particulam consecratam per puerum, è cuius manibus Seraphion iuxta presbyteri mandatum illam sumpsit: & Regina Scotia, præterito seculo martyris genus subitora, Eucharistiam proprijs manibus sumpsit. 3. in periculo irreuerentiz, quam hoc sacram. pati posset, laicus potest illud proprijs manibus contrahere, sumere, & si neceſſe fuerit, etiam alteri

24.

15.

*An in necessitate, absente presbitero, Diaconus iussus ab eo, possit dispensare hoc sacram.*

16.

*An nulla urgente necessitate, possit Diaconus iussus.*

*Chr. non possit Diaconus ex remanente universitate omnium ministerio.*

25.

19.

20.

Prob. bas sent. 2.

21.

Second.

22.

Exempla.

23.

Terme.

alteri tribuere, ut si eo tempore esset aliquis infirmus viatica egens, cui per sacerdotem vel Diaconum ministrari non posset. Ergo hoc ipsum facere poterit in casu necessitatis, si deficit legitimus minister. Confir. iura concedunt, si forte participia consecrata ceciderit intra pectus, & ubera foeminae, ut ipsa possit proprijs manibus illam sumere. Cur illam in casu necessitatis sumere non possit ex paxide, ut proprijs consular salutem? 4. Nullum est ius, quod hoc positivè prohibeat. Non ius naturale, quasi dicter, hoc esse per se malum: nam in eo pontifex dispensare non posset: nec nulla in tali actu appetat disformitas: nam supponimus ex parte sumentis esse omnia requisita; ut dignè & reverenter sumat hoc sacram. Non ius diutinum positivum prohibent; nam factum Christi, & antiqua Ecclesiæ praxis licita non fuisse, cum non habeat Ecclesia auctoritatem contra hunc diutinum: Non ius Ecclesiasticum lege latum; quia nullum hoc expressè prohibet in casu necessitatis; nec cap. Prenenit, de consecr. dist. 2. ubi prohibetur, ne laici hoc sacram. infirmis ministrantur; qui est casus necessitatis, seu infirmitatis, in qua est periculum mortis: hoc, inquam, non probat: quia ex cap. solùm prohibentur casus ordinarij, non extrema necessitatis, qualis est articulus, vel periculum mortis: ut constat, quia in eo prohibetur, ne sacerdos per alios, quam per se ipsum infirmos communicet, cum tamen casu necessitatis possit per Diaconum: ergo quæ ratione in eo non prohibetur in casu necessitatis communio per Diaconum; ita neque communio per laicum. Nec dici potest, hoc præceptum esse consuetudine inductum: nam talis consuetudo non est positiva, sed tantum negativa, quæ non habet vim obligandi. Cum n. talis casus sit rarissimus, nec moraliter accidere soleat, non potest de eo præsumi consuetudo positiva, quæ introducitur per sequentatos actus, sed tantum negativa, quia casu non accidente, nunquam talis consuetudo exercita est.

**SECUNDA** negat, illo casu licitum esse subdiacono, vel laico ministrare hoc sacram. Est communius: quam docent Aten. 4. p. qu. 11. m. 2. art. 3. §. 2. S. Tho. in 4. dist. 13. qu. 1. art. 3. Sylvi, 3. p. qu. 82. art. 3. & reliqui ead. dist. Catech. v. Euchar. & v. communioni, Henr. lib. 8. de Euchar. cap. 54. quæ sent. vii communior, ita probabilior, cum & illi, qui contrarium docent, non audeant sine formidine illam afferere. Fundam. ex 6. Pernenit. de consecr. dist. 2. ubi sub grauissima poena, aliquid horribile & omnium Religiosorum iudicio detestabile, Rhemensis Conc. vnde hoc cap. sumptum est, prohibet, ne laici hoc sacram. ministrantur infirmis, sub poena periculi deiectionis à gradu sacerdotali, qui hoc fecerit: confirmat Trident. sess. 13. cap. 8. In sacramenti autem sumptione semper in Ecclesia Dei mos fuit, ut laici à sacerdotibus communionem acciperent, sacerdotes autem celebrantes seipso communicarent, qui mos tanquam ex traditione Apostolica descendens, iure ac merito retineridetur.

Accedit perpetua Ecclesiæ consuetudo, in qua nunquam hoc officium ministrandi Euchar. commissum est laicis. Illa enim cætēmonia, quæ antiquis seruabatur, ut communicantur acceptam Eucharistiam è manibus sacerdotis ipsi sibi ori applicarent, non erat propriæ Eucharistie administratio, sed applicatio potius ad os ipsius communicaturi: sicut quando communicans lingua vel digito applicat sumptum sacram. gutturi, ut illud commodè deglutiat. Ministrare enim propriæ, est ipsum sacram. tribuere, ac donare, quod so-

lum exercebat sacerdos, tribuendo Euchar. com-  
municaturo, ut ipse sibi ad proprium os illam ap-  
plicaret. Maior difficultas est de aliâ cætēmonia,  
defendendi Euchar. domum. Sed neque illa erat  
propria administratio sacram. sed potius conser-  
vatio sacram. ad certum tempus. Vtique autem  
consuetudo nunc sublata est: nec licitum amplius  
est, nisi ob periculum irruerentia, à laicis hoc sa-  
cram. tangi. contradicente iam contrario vnu per  
tot annorum spatia, cum communi Doctorum con-  
fessu in Ecclesia firmato. Fundatur hæc consue-  
tudo tum in reuerentia sacram. decet enim ob di-  
ginitatem tanti sacram. & rei contentæ maiestatem,

Fund. con-  
suetudina.

ut non nisi à sacerdote, & in solo casu necessitatis tantum à Diacono ministretur: quia hoc sacram. cum non sit ad salutem necessarium, sed tantum utile, non obligat, nisi cum debitis circumstantijs, ad ipsius debitam reuerentiam, quæ priuatæ per-  
sonæ utilitati prævalere debet, requisitus. Confir.  
proper eandem causam, nunquam licet, sacerdo-  
tem præsum celebrare ad subueniendum proximi  
utilitati de communicando in articulo mortis: ergo  
neque licebit, ad subueniendum eiusdem utilitati,  
ut laicus hoc sacram. illi ministreret; cum hoc non  
minus contra factamenta reuerentiam videatur.

Vnum excepio casum; si moribundus conscientius  
mortalis, non habens copiam confessarij, habebet  
copiam Euchar. licet posset tunc illam per manus  
laici sumere. Quia cum hoc sacram. faciat de attri-  
to contritum, conferendo primam gratiam, pos-  
set tunc moribundus cum sola contritione tantum  
putatæ hoc sacram. sumens iustificari, sine quo de-  
cederet ex hac vita cum peccato æternum dam-  
nandus. In hoc igitur casu omnino censeo locum  
habere præsum, quæ ex Arift. 5. Eth. 10. est corre-  
ctio lige emendatio legis, iuxta legislatoris men-  
tem, qui si talem casum præuidisset, illum in sua  
lege non comprehendisset. Tamdiu enim seruanda  
est lex, quæmodio seruari potest absque iniustitia:  
ubi non potest, mens legislatoris ipsa est, ut corri-  
gatur. At iniquum foret, tali casu legem seruare,  
non communicando per manus laici infirmum in  
tali periculo constitutum, cum esset, illum proba-  
bili periculo æternæ mortis exponere. Confir. co-  
cuento respectu talis infirmi Eucharistia non esset  
tantum medium utile, sed probabiliter necessarium  
ad salutem: & nulla lex humana potest hominem in  
extremo vitæ privare medio ad salutem necessario.

Nec refert 1. quod non sit certum, tali casu Eu-  
charistiam collaturam primam gratiam: nam suffi-  
cit, ut sit tantum probabile, cum in extremo vitæ  
licitum sit & interdum teneatur adhibere media  
etiam probabiliter ad salutem necessaria. Nec refert  
2. quod talis infirmus possit conari ad contritionem  
eliciendam: quia cum hæc difficile eliciatur, poterit  
ad maiorem salutis securitatem, ut medio facilitiori  
ac tauriori. DICES: etiam alijs casibus rationabiliter  
velle posset infirmus, ob maiorem suæ salutis securi-  
tatem, communionem accipere de manibus laici,  
quando illam accipere non posset de manibus sacer-  
dotis, vel Diaconi. vnde facile aperiretur porta vio-  
lationi huius præcepti Eccles. Resp. nego, posse hoc  
ad alios casus rationabiliter extendi; nam in alijs  
casibus infirmus supponitur habere copiam con-  
fessarij, per cuius absolutionem supplere posset de-  
ficitum contritionis.

Ad 1. primæ, ductum ex facto Christi, 1. nego  
illam calicis divisionem factam manibus Aposto-  
lorum, fuisse propriæ administrationem sacram.  
solùm fuit ipsius ad bibendum applicatio. 2. Esto  
illa fuerit dispensatio sacram. quæ unus alteri cali-  
cem por-

23.  
Quid id.

24.

25.

26.  
Probabilis  
arguit.

27.  
Fund. gra-  
viss.

28.  
Perpetua.  
Ecclesiæ con-  
suetudo.

go.  
Casus uti-  
ca.

31.

32.

33.

cem porrigebat, hæc saltænebat ex commissione Christi, non minus quam actio, quæ Diaconus accipiens de manibus sacerdotis Eucharistiam populo dispensat; potuit autem Christus id facere, quia nec modò, nisi præcepto Eccles. prohibetur.

<sup>34.</sup> Ad 2. constat ex dictis: nam nec illa ceremonia erat propriè dispensatio Euchar. nec valet argumentari ex illo tempore ad istud: quia tunc nulla de tali communionis vnu extabat prohibitio uti exstat nunc. Parim modo excusatur presbyter ille, qui Eucharistiam ad infirmum misit per puerum: nam nondum fortalsè per contrarium viuimus, vel legem abrogata erat illa consuetudo communicandi per manus laici. Ad exemplum Reginæ Scorzæ, Resp. cum illâ dispensatum fuisse à pontifice. Ad 3. neg. paritas. Quia minor irreuerentia sacramenti est, ut manibus laici contrectetur, quam ut aliquam iniuriam patiatur: permittitur illa ad euitandam maiorem. Ceterum per accidens esset, quod eo casu dum laicus ad euitandam irreuerentiam sacram. manibus teneret Euchar. occurseret moribundus, qui cùm egeret, nec posset per sacerdotem, vel per Diaconum illam accipere. Nam in tali casu, facta potestate laico, contrectandi hoc sacram. ad euitandum periculum irreuerentiae, ius diuinum obligaret tribuere illam moribundo; qui eo casu iure diuino obligatur accipere hoc sacram. à quounque licet posset. Hæc autem potestas, quia in ceteris casibus non conceditur laico, tdeò in ceteris casibus non potest Eucharistiam ministrare moribundo. Ad confir. illud peculiari lege cautum est ad euitandam indecentiam tangendi peccatus & vbera mulieris. Ad 4. communio per laicum facta nec est per se mala, nec iure diuino vetita, sed tantum Ecclesiastico, accidente consuetudine, & communii Doctorum consensu illam approbante. Quod autem dicitur cit. cap. Feruentis, non prohiberi casu necessitatis, falsum est: quia, ut dictum est, quamdiu lex sine iniustitia seruari potest, est seruanda: Sed in quolibet casu necessitatis, præter unum à nobis assignatum, potest hæc lex absque iniustitia seruari, cùm non sit sacramentum necessitatis, sed utilitatis: ergo seruanda est. Quod autem ex cap. non comprehendatur communio facta per Diaconum, Virgente necessitate, comprehendatur autem communio per laicum, etiam Virgente necessitate, manente constat ex alijs iuribus, quæ in casu necessitatis concedunt hanc potestatem Diacono, nusquam laico.

<sup>35.</sup>  
Solvit al-  
gatorum du-  
biorum I.

<sup>36.</sup>  
De Sacre-  
doce non es-  
sacram. &  
dicens se-  
lum dubium

PRIMUM dubium: An licet possit idem se ipsum communicare, sc. sacerdos extra Missam, vel Diaconus, aliquique inferiores: qui docent, posse laicos tempore necessitatis alios communicare, à fortiori docent, posse etiam scipios, cùm magis virgeat præceptum charitatis erga se ipsum. In nostra sent. si nequeunt laici, nec ministri Diaconi, inferiores, alios communicare, nisi casu assignato, nec poterunt scipios, nisi eo solo casu necessitatis. In articulo autem vel periculo mortis, communior sent. est, licet posse sacerdotem & Diaconum scipios communicare: Caiet. v. Communio, Suarez. disp. 72. sect. 3. fine, Vasquez disp. 2. 9. cap. 1. Sæ v. Euchar. n. 32. &c. & à fortiori lequitur ex dicendis.

Extra articulum mortis, vel ad præceptum Eccles. implendum, vel solâ devotionis causa, probabilior opinio fert, posse sacerdotem & Diaconum absente sacerdote, si nullum sit scandalum, scipios communicare: Suarez, Vasquez cit. sancte Conc. Nicenum I. can. 14. concedit Diacono, absente presbytero, facultatem scipiosum communicandi ex præconsecratis, nullæ mentione facta de

P. Amici Tom. VII.

mortis articulo, vel periculo. Idem à fortiori licet sacerdoti, si vel celebrare non possit, vel non habeat omnia ad telebrandum requisita, nullusque alias sacerdos adsit.

2. Dubium: An præsente diacono, debet sacerdos portare Eucharistiam sumere ex manibus diaconi, quam ex propriis vnu docet, quod deferente diacono Eucharistiam sacerdoti infirmo, etiam si sacerdos possit propriis manibus, debet tamen potius ex manibus Diaconi communicare.

Oppositum colligitur ex Durando in 4. dist. 13. qu. 4. n. 7. & Suar. disp. 72. sect. 3. affirmantibus, <sup>47.</sup> <sup>ad. Dub. 2.</sup> <sup>Materi re-  
verentia  
bus sac.  
fundendum.</sup> <sup>7.</sup> <sup>casu</sup> debere sacerdotem infirmum propriis manibus, si posset, Eucharistiam sumere. Quod omni probabilest; quia decentius est, ut sacerdos propriis manibus consecratis Christi corpus sumat, quam permittat illud sibi ministrari manibus Diaconi non consecratis; & nulla sit indecentia scipiosum communicare: nam licet in reliquis sacram. requiratur distinctio personarum, ministrantis & suscipientis, in hoc tamen nulla per se requiritur, & maxima reverentia huic debita sit.

Tertium: An possit fidelis in casu necessitatis accipere Euchar. ab excommunicato; degradato, schismatiko, heretiko? Dubium non est de excommunicato ab Ecclesia tolerato, à quo etiam extra casu necessitatis, Eucharistiam accipere potest, qui comodè alium habere nequit: nam caritas obligat, ad evitandum periculum peccati in ministero; sed dubium tantum est de nominatim excommunicato, & notorio clerici percussore, cum quibus tantum iuxta decre. Conc. Constat. prohibetur in sacris communicare. Negant S. Thom. 3. p. qu. 82. art. 9. Bonau. in 4. dist. 13. art. 1. qu. 4. Durand. qu. 4. n. 8. Paduq. 1. art. 4. concil. 3. Palasi disp. 1. & reliqui ferè eadem dist. Fundam. Ecclesia vetat, nos cum huiusmodi hominibus in sacris communicare, nec nisi baptismum & pœnit. quæ sunt ad salutem necessaria, in articulo mortis, suscipere. De baptismo habetur 24. qu. 1. can. Si quem, qui defunctus est ex August. lib. 1. de bap. con. Donat. cap. 2. De pœnitentia cap. Quod in te, de pœnit. & remiss. & Trident. fff. 14. cap. 7. definit, in articulo mortis quoque sacerdotes absoluere posse quoque pœnitentes à quibusunque peccatis. De communione, reliquisque sacram. ouia si exceptio. Confitatur exemplo Erminigildi filij Leuigildi Regis Wiligoth. qui potius elegit, à parente occidi, quam ab Episcopo Ariano accipere Euchar. die Paschalis. Propter quod mirificè illam laudat B. Gregor. 3. lib. Dialog. cap. 31. & refertur 24. q. 1. can. Capit. Affirmant vero Sotus in 4. dist. 13. q. 1. art. 9. Suarez. disp. 72. sect. ult. fine, Vasquez probabilitas. 3. p. comment. art. 9. qu. 82. Quæ sent. probabilius, Fundam. eadem iura, quæ in articulo mortis concedunt pœnitentiam ad omnibus sacerdotibus suscipiendam, concedunt etiam viaticum, ut constat ex cap. Quod in te, de pœnit. ubi declarat Pontifex; In illo verbo, per quod pœnitentiam mortentibus non negamus, viaticum etiam, quod vere pœnitentibus exhibetur, intelligi volumus, ut nec ipsum decedentibus debeat. Nec refert, quod ibi loquatur de ijs, qui moriuntur in loco interdicto. Nam ratio, quam assignat, est vniuersalis, quæ cùm sit in favorem fideliū, censetur militare in omnibus alijs iuribus, quæ in eodem articulo mortis, sacramentum pœnit. concedunt, licet ea non exprimat. Ratio: hoc factam, iure diuino obligat in articulo mortis: sed Ecclesia non potest prohibere, ne hoc ius in eo articulo serueratur, nisi solùm in casu irreuerentiae: Ecclesia quiam non habet directam potestatem in

<sup>42.</sup>  
<sup>3. Dub. Ed-  
charistiam  
accipi ri-  
de ab excommu-  
nicato non  
tolerato i-</sup>

<sup>43.</sup>  
Negant:

Affirmant:  
44.  
Ratio:  
45.  
int. dñe.

In illo verbo, per quod pœnitentiam mortentibus non negamus, viaticum etiam, quod vere pœnitentibus exhibetur, intelligi volumus, ut nec ipsum decedentibus debeat. Nec refert, quod ibi loquatur de ijs, qui moriuntur in loco interdicto. Nam ratio, quam assignat, est vniuersalis, quæ cùm sit in favorem fideliū, censetur militare in omnibus alijs iuribus, quæ in eodem articulo mortis, sacramentum pœnit. concedunt, licet ea non exprimat. Ratio: hoc factam, iure diuino obligat in articulo mortis: sed Ecclesia non potest prohibere, ne hoc ius in eo articulo serueratur, nisi solùm in casu irreuerentiae: Ecclesia quiam non habet directam potestatem in

Nulla sit iniuria Euch.

46.  
Dices:  
Resp.

47.  
Ratio.

48.  
Quid con-  
ficiat?

49.  
Ad funda-  
menta.

ius diuinum, nec nullus inferior in ius superioris; sed tantum indirectam, quatenus concurrente iure diuino fortiori, incompensibili cum alio minus forte, prohibet minus forte, ut obseruari possit fortius. Ita prohibet, ne ius diuinum communicandi in articulo mortis seruetur cum violatione debite reuerentiae, quæ decet, hoc sacram. confici à sacerdote ieiuno, cum vestibus sacris &c. Nam licet hæc præcepta sint humana, fundantur tamen in diuino iure debite tractandi hoc sacram. quibus humanis præceptis positis, cessat ius diuinum obligare. Subsumo; nulla fit iniuria aut irreuerentia Eucharistie, ex eo quod in articulo mortis administratur ab excommunicato, degradato, schismatico, heretico: suppono enim quod omnes isti sint hoc sacram. administraturi cum debitibus circumstantijs, cum quibus exigit administrati. Alioqui, non liceret tunc ab huic modi sacerdotibus illud petere.

DICES: magna irreuerentia est, quod hoc sacram. ministretur à publicis peccatoribus, & ministris ab Ecclesiâ præcisis. Sed contrâ: alioqui illud non liceret in articulo mortis accipere à sacerdote publico concubinario, usurario, vel excommunicato, nondum nominatum declarato; cum tamen possumus per decretum Conc. Constan. Præterea sequeretur, neque nos posse in articulo mortis sacramentum potuisse ab hereticis sacerdotibus, & nominatim excommunicatis petere: cum eodem modo sit contra reverentiam sacramenti. Ratio: hoc ipso, quod Ecclesia tali casu facultatem concedit moribundis, ab his ministris sacramenta petendi, concedit illis in favorem fidelium potestatem, ea ipsa licet ministrandi. Sunt enim hæc mutuo correlativa, petere & accipere: vnde non potest eo causuliam reddere petitionem, quia simul licitam reddat administrationem. Quod sit, vt si hoc modo rogati ministrarent sacram. non peccent, præcisè ministrando: quamvis peccare possint, non ministrando illa cum debitâ dispositione, ad dignam administrationem sacram. requisita, quamvis vellent, possint habere, saltem per actum contritionis.

Ceterum, quia vix in præzi fieri potest, vt ab his ministris hoc sacram. ministretur sine scandalo aliorum, aut periculo salutis ipsius suscipientis, ne in eorum errores, & heresies, quas plerumque solent hereticis & schismatici in administratione sacram. admiscere, consentiat, consultius erit, eo articulo à communione abstinere, quam ab his ministris illam accipere, præteritum cum hoc sacramentum non sit ad salutem necessarium.

Ad fundam, oppositæ, Resp. Ecclesiæ prohibitionem non se extendere ad fiducies in articulo mortis constitutos: in quo sicut licitum est ab his ministris accipere sacram. poenit. ita & communionis. Ad exemplum Erminigildi Rsp. optimè & laudabiliter illum communionem ab heretico oblatam renuisse, tum ne videretur cum illo in heresim consentire: tum propter periculum, ne ab eo in errorem induceretur: nam eo fine fuerat à parente ad eum missus, vt illum in suum errorem traheret, ex citato loco Gregorij.

### SECTO III.

An, ut quam iurisdictionem requirat hoc sacramentum in ministro?

50.  
Potes-  
tum op-  
eris regi-  
stristur.

D VPLICE ad legitimam sui administratio- nem requirit potestatem, ordinis, & iurisdictionis. Hactenus de potestate ordinis, quæ per se

tantum residet in sacerdote, ex commissione vero & delegatione in solo diacono. Qui, si publicè hoc faciat, administraret, absque commissione sacerdotis, contraheret irregularitatem, quæ incurrit ab eo, qui solempter actum ordinis nondum suscepiti exercet; cap. 1. & 2. de clero non ordinato ministrante: Quia cum hic actus sit proprius ordinis sacerdotalis, & non nisi in calu necessitatis committit possit diacono, si illum diaconus absque commissione sacerdotis solempter exerceat, incidet in irregularitatem impositam ijs, qui actum ordinis nondum suscepiti exercent.

Quod autem huius sacram. administratio requiriat etiam potestatem iurisdictionis, est communis sent. 1. ex Conc. Milensis. II. cap. 18. ubi prohibetur, ne in alijs prouincijs & Ecclesijs fideles communicent: 2. ex privilegijs, quæ summi Pontifices religiosis concesserunt, vt possint etiam sibi non subditis ministrare Euchar. alioqui frustra esset hoc privilegium, 3. ex obligatione, quæ fideles tenentur semel in anno, in die Paschalis in propriâ parochiâ communicate, vt nimirum hoc saltem tempore per hunc administrationis actum, agnoscant suos parochos ut superiores. Ratio: et si administratio Euchar. non sit actus judicialis, sicut est pœnitentia administratio, est tamen proprius pastoris actus, & quidem magis, quam actus publicè docendi populum, cum sit actus pascendi gregem Christi spirituali pabulo carnis Domini. Administratio autem huius sacram. cum non sit actus judicialis, non necessariò requirit antecedentem iurisdictionem, ex qua procedat, sed sufficit tantum futuræ, rationabilis spes probabilis, in cuius presumptione tunderetur.

Ceterum et si hoc sacram. ministrare absque iurisdictionis potestate, ex naturâ sua sit mortale (quod varijs modis excusari potest) nullam tamen habet annexam censuram, pœnam, irregularitem: quia hæc non incurrit, nisi exercendo actum ordinis nondum suscepiti. Solis Religiosis, clericos, aut laicos, communicare prælumentibus, est statuta excommunicatione, ipso facto incurrenda, soli sed Apostolicæ referuata, in Clement. Religiosi de Præ- vides 159: wileg. & excessibus Privileg. ad quam non incurrendam sufficit quacunque ignorantia, vel causa probabili, ex verbo, presumptio, quod expressam scientiam latè excom. requirit; nec nullam habet rationabilem causam excusationis. Præterea notanda est limitatio ad clericos, & laicos: Non enim hæc excommunicatione contrahitur, si vel Religiosi alijs Religiosis, etiam sine licentia suorum prælatorum, vel clerici sacerulares alijs clericis, laicis, aut Religiosi administrarent hoc sacram. nec valet argumentum à simili in pœnalis, quia hæc non contrahuntur nisi sine lege expressa.

Porrò iurisdicçio ordinaria, residet in superioribus, quorum officio annexa est, vt in summo Pontifice pro vniuersâ Ecclesiâ, in episcopo pro sua diocesi, in parocho pro sua parochia, in Generali religionis pro totâ suâ religione, in Provinciali pro suâ prouinciâ, in Rectore pro suo collegio; & potest residere etiam in non sacerdote, qui saltem per alium potest illam exercere. Delegata est, quæ communicatur à superiori, vel ad tempus huic, vel illi personæ, vel stabiliter per privilegia toti Religiosi, aut communitatî, vt illam per bullas Pontificias habent Religiosi mendicantes, vt possint Christi fidelibus quouis anni tempore, suorum parochorum licentia minime requisita, ministrare Euchar. præter quam in Paschate, & in articulo mortis, nisi vrgeret necessitas, ex bullâ Pauli III. quæ incipit

37. **incipit Paulus Episcopus**, in quâ hanc facultatem concedit Societati N. Nec solum possunt nostri in suis Ecclesiis ministrare Euchar. sed etiam aliis Sacerdotibus in nostris templis celebrantibus eandem facultatem communicare, ut concessit *In iusti IJ.* Minimis, in supplemento *Minimorum*, quod priuilegium per communicationem participat Societas N. Haud tamen nostri possunt hoc sacram. administrare in aliis templis, nisi cum licentia saltem interpretatiâ eorum, ad quos spectat administratio Euchar. in iis, ut in *compen. nostr. priuileg. v. Euchar. §. 2.* Nota, per diem Resurrectionis Domini, non recte intelligi solum diem Paschæ, à compilatorib: nostrorum priuileg. cit. loco, sed totum tempus, quo currit præceptum Eccles. annuz communionis, ut nostra *Constitut.* exponunt p. 7. cap. 4. in explic. lxx. D. modò enim una die intra tempus Paschale quis in sua parochiâ præceptum annuz communionis impleuerit, poterit reliquis, etiam ipso Paschæ die in nostris templis communicate, parochi licentiâ minimè requiri: alioqui sequetur, quod alia die, quâ Paschæ fideles præceptu annuz communionis in suis parochiis non implerent. Nam idcꝫ haec dies excipitur, ut in ea suis in parochiis præceptum impluant: ergo si sola dies Paschæ excipitur, quâ nostris in templis communicare non possint, solâ ea die poterunt in propriis parochiis præceptum implere, cum nequeant illud adimplere in nostris templis, absque patrochi licentiâ.

59. **Infertur 1.** excommunicationem latam in *Clemen. contra Religiosos, clericis aut laicis ministrare præsumentes, per subsequentia Pontificum priuilegia limitata esse ad solum tempus annuz communionis, extra quod Religiosi non prohibentur.* 2. **Eam excommunicationem incurri ab iis Religiosis**, qui in alienis Ecclesiis etiam extra tempus Paschale hoc sacram. ministrare præsūperint clericis, aut laicis, non Religiosis, absque præsumpta & interpretatiâ talrem licentiâ eorum superiorum, ad quos huius sacram. administratio in talibus Ecclesiis spectat. **Ratio:** cum priuilegia ministrandi Euchar. clericis aut laicis, non sint concessa Religiosis, nisi in propriis Ecclesiis, in alienis manet antiqua prohibicio cum impositâ pena excommunicationis. Pari modo si Religiosus nullâ veritate necessitate, absque patrochi licentiâ, prælumeret in mortis articulo iisdem Vaticum ministrare. Quamquam per priuilegium à *Paulo III.* concessum, Societas N. potest omnia sacram. iis, qui in nostris obsequiis morantur, ministrare; & habetur in *compen. nostror. priuill. v. Familiares.*

60. **3.** Posse Religiosos in domo segori celebrantes, illum communicare, non ei Vaticum ministrare, nisi de licentiâ patrochi, vel virgente necessitate: multoque minus ei posse Extremam. Vnde conferre, cum hoc non sit sub præcepto, unde si parochus esset præsens, & non posset celebrare, deberet vel ipse ex præconsecrâ particulâ Religiosi celebrantis, infirmum per modum Vatici communicare, vel hanc facultatem concedere Religioso celebranti. 4. Posse hanc facultatem ministrandi Euchar. à Prælatis concedi, vel directe, illum communicando ministris; vel indirecte, illam concedendo communicaritis, ut ipsi sibi huius sacram. ministerium eligant. Quo etiam dupli modo concedi solet à Pontificibus potestas ministrandi sacramentum Pœnitentie, ut patet per priuilegia concessa Religiosis, & per iubilæa, in quibus potestas eligendi sibi ministros, directe communicatur pœnitentibus.

61. **Duo super sunt dubia: 1. An quando concedi-**

62. **tur potestas ministrandi hoc sacram. intelligitur concedi solum Sacerdotibus ab ordinatio approbatis; sicut auxta Trident. scilicet. 23. cap. 15. de reform.** intelligitur concedi potestas ministrandi sacram. **Pœnit.** Resp. negatiæ: quia praxis est in oppositum, ut constat de nouis presbyteris, qui nondum ad confessiones ab Episcopo approbati statim solent in suis primitiis hoc sacram: populo administrare: nec valet argum. à paritate Pœnitentie ad Euchar. 1. quia cum haec sit quedam iurisdictionis restrictio respectu Sacerdotis, non obligat, nisi lege expresa. 2. Maiorem requirit scientiam administratio Pœnit. in quâ Sacerdos est iudex simul & medicus Spiritualis animatum, quâm administratio Euchar. quæ nullum exercet auctoritatem iudiciale, sed illum supponit exercitum in foro personit. Oppositum huius praxis in Hispaniâ seruari docti *Vasquez* disp. 219. cap. vlt. fine, ubi Sacerdotes, antequam primam Missam celebrent, approbantur ab ordinario: at nobiscum sentit, hanc approbationem non esse necessariam.

63. **2. Dubium: An hoc ipso, quod conceditur potestas ministrandi sacram. Pœnit.** intelligatur etiam concedi potestas ministrandi Euchat. Pro affirmante est, cap. *Quod in re. Pœnit.* vbi Pontifex declarat id. Quo argum. preced. sett. vñ sumus ad probandum, in articulo mortis cum potestate petendi sacram. Pœnit. à quois Sacerdote, etiam ab Ecclesiâ præciso, concedi etiam potestatem ab eodem petendi Euchar. 2. In potestate maiori includitur minor, licet non contraria: maior autem potestas est ministrandi pœnit. quâm Euchar. Sed oppositum est verius. Ratio: cum haec sint distinctæ potestates, quantum una concedi potest sine alterâ, non eo ipso, quod conceditur una, intelligitur concessa & altera, cum una non includatur in alia: Ita *Suzrez. Vasquez* cit. & recent. Ad 1. oppositæ, Resp. Pontificem non declarasse uniuersaliter, quod quoniam concessa conceditur administratio Pœnit. cum ipsa intelligitur etiam concessa facultas ministrandi Euchar. sed solum id declarasse ex particulari concessione sacram Pœnit. in articulo mortis. in quo tristissimum sacram. est apprimè necessarium, & obligat ex præcepto divino. Ad 2. cito, potestas ministrandi Euchar. sit minor respectu potestatis ministrandi Pœnit. nego tamen, illam includi in hac: non enim omnis potestas minor includitur in maiori, ut per se patet; sed tantum ea, quæ per se connectitur cum maiori. Ita potestas ministrandi Euchar. posset committi Diacono, non potestas ministrandi Pœnitentiam.

## DISPUTATIO XXXII.

Quid sit sacrificium in communione?

**H**oc habet præcipuum Eucharistia, quod non solum instituta sit in utilitatem nostrorum animarum, ut cetera sacram. sed etiam in peculiarem cultum Dei, quo modo habet rationem sacrificij, quo supremum ipsius dominium, & potestatem, quam habet in utilitate & mortem omnium, protestamus. Ut autem propria ratio sacrificij in hoc sacram. dignoscatur, inuestiganda est prius ratio & natura sacrificij in communione, quâ stabilità ea facilius in Eucharistia cognoscatur.

**Prima sententia affirmat, sacrificium esse quodlibet opus**

Fund. unice.

bet opus id Dei honorem exhibitum: *Gabriel lett. 85. in can. Missa lir. D. Alphon. à Castro lib. 10. aduers. var. v. Missa, ber. 2. f.* Primo ergo: In quā conueniunt hæretici nostri temporis. Fundam. ex *August. lib. 10. de ciuit. Dei cap. 6.* vbi definit: *Sacrificium est omne opus, quod agitur, ut sancta Societas hæc amus Deo, relatum scilicet ad illum finem boni, quo veraciter beati esse possumus.* Quam definitio nem cap. 4. & 5. probauerat ex *Psalm. 50.* *Sacrificium Deo spiritus contribularus:* *Hebr. 13. beneficentie, & communionis nolite oblinisci, talibus enim hostiis promeretur huc placatur Deus:* Tum ratione: si opus externum dicitur sacrificium, quia interioris sacrificij est signum, quantum magis opus internum, & quodlibet aliud, quod in arca nostri cordis igne charitatis Deo sacrificamus? Confirm. *Sacrificium est actus Religionis: sed hic magis penderet ex motu interno, quam ex opere externo.*

**SECUNDA** communis Cathol. docet, sacrificium propriè dictum in nullo actu, purè interno taluari posse; ut constat ex sensu omnium, qui propriè per sacrificium intelligunt notam sensibilem, quā supremum dominium Dei super vitam & mortem omnium protestantur: Nec in quolibet opere externo; quia sacrificium est peculiaris actus Religionis, quo Deum vitæ & mortis authorem protestamus: At non omne opus externum aptum est huiusmodi dominium protestari. Confirmat, *Bellar. larm. lib. 1. de Missa cap. 2.* Sæpe Scriptura opponit opera multarum virtutum ipsi sacrificio: *Osea 6. Misericordiam volo non sacrificium:* 1. Reg. 25. *Melior est obedientia, quam victimæ.* At quod modo misericordia & obedientia dici possit melior, quam sacrificium, si veraque est sacrificium? Quare ad *August. dico, eo loco non definire sacrificium propriè dictum, sed quocunque opus in beatum finem relatum: patet, quia inter sacrificia numerat laudem, quam Deo damus: at certum est, sacrificium non consistere in verbis, sed in rebus: laus autem solis verbis persoluitur.* Ideo in *Scrip.* non dicitur sacrificium simpliciter, sed sacrificium laudis. Cum *August.* dicit, actus internos esse verius sacrificium, quam externos, intelligendus est quod ad rationem virtutis: nam actus interni sunt formaliter virtuosi, externi non nisi denominatiū ab internis: ita explica *Scrip.* Ad confir. dist. maior: non enim quincunque actus Religionis est sacrificium, sed quo ut peculiari nota protestationis recognoscimus Deum vitæ & mortis authorem: hic autem non solum penderet ex motu interno, sed ex notâ externâ.

Ut veram sacrificij definitionem inuestigem, suppono, sacrificium esse in genere signi, ut *August.* expressit *lib. 10. de Ciuit. cap. 5.* *Sacrificium visibile, invisibilis sacrificij signum est:* Et *S. Tho. 2. 2. qn. 85. art. 1.* & cum eo omnes recen. Ratio: sacrificium est nota protestativa increati dominij, quod Deus habet in vitam & mortem omnium: hæc autem est signum: non naturale, saltem completere significatum, cùm nulla res sensibilis sit naturale signum protestatum diuini cultûs, quamvis una sit aprior alia ad talium cultum exprimendum, sed compleretur per extrinsecam impositionem: ita occidio viruli aptior est ad significandum dominium, quod Deus habet in vitam & mortem omnium, quam pura oblatio eiusdem, vel alterius rei: tamen illa ex se non completere significat huiusmodi dominium Dei, nisi accedat humana, vel diuina institutio, quā ea inchoata significatio compleretur, & determinatur ad hoc potius significandum, quam aliud, cùm potuerit ad aliud significandum impos-

ni. Potrē signum ad placitum, vnum consistit in rebus, alterum in verbis: *Sacrificium nō in verbis, sed in rebus consistit.* At cùm omne signum ad placitum duplex, cùm instituentis pendeat voluntate, hinc quæstio.

An ad sacrificij sufficiat priuata authoritas? Qu. 1.

**B**Ellar. cit. Suarez disp. 73. scil. 4. Comnick 3. p. 7. *Ad institu. signum fac. sacrificij publicam au. horitatem requiriunt.* *Oppositum probabilitum.* **B**ell. qn. 83. art. 1. dub. 1. aiunt, necessariam esse publicam authoritatem: 1. quia sicut instituere voces ad has, vel illas res significandas, non est priuata personæ, sed communis: ita instituere res ad hæc, vel illa mysteria exprimenda, non est priuati hominis, sed totius Reip. 2. nequit sacrificium à quacunque personâ, sed à designata dumtaxat offerri, à qua & potest institui: sc. sacrificia haec tenus instituta, sive sacra, sive profana, omnia per designatam personam oblata sunt. Oppositum docet *Vasq. disp. 220. cap. 3.* Quod probabilius est: ex *S. Thom. 2. 2. qn. 85. art. 1.* vbi docet, naturale esse homini suos conceptus per externa signa Deo manifestare. Igitur potest priuatus homo per externum sacrificium internum suum affectum Deo manifestare. 2. singamus, vnum tantum esse hominem in mundo, qui per externum sacrificium Deum colat, cumque profiteatur suæ vitæ, & mortis auctorem; in tali opere saluaretur essentialis ratio sacrificij; sc. externa nota sensibilis, & significatio supremi dominij in vitam & mortem hominis, cum interiori submissione offerentis: ergo in eo esse adæquata ratio sacrificij: ergo non requiritur publica institutio. Respondent, deesse publicam institutionem. Sed contrà: hæc est extrinseca, & omnino extra naturam sacrificij, quæ solum per intrinseca definienda est. Institutio enim pertinet ad causam efficientem, quæ semper est extrinseca rei. Vnde Suarez finescit. delabitur in hanc sententiam, solumque putat, publicam authoritatem requiri ad sacrificia, prout de facto sunt, non prout esse potuerunt. Sed contrà: quod ita de facto instituta sunt, non pertinet ad essentiam sacrificij. sed solum ad extrinsecam causam, quâ variata, non variatur intrinseca natura sacrificij, quæ in sola notâ sensibili, protestatiua increati dominij in vitam & mortem omnium adæquate salvatur.

**Obiectio.** Si ad sacrificium sufficeret solum priuata personæ authoritas, martyrium esset verum sacrificium, cùm nihil illi de naturâ veri sacrificij debet: est n. oblatio, quâ martyr se ipsum immolat Deo in protestationem dominij, quod Deus in suam ipsius vitam & mortem habet: victimæ est proprium ipsius corpus: immolatio victimæ est mors in protestationem diuini cultus tolerata.

**Respondens.** martyrium non esse proprium sacrificium: quia non est actus Religionis diuini cultûs protestatiuus, sed fortitudinis & charitatis, protestatiuus fidei, pro cuius defensione martyre eligit mortem: nec est ad placandum Deum pro peccatis populi, sed solum ad testimonium præbendum veritati. Sed contrà 1. posset martyr se ipsum offerre Deo in protestationem dominij, quod in ipsius vitam & mortem habet; ita ut martyrium procedat ex vero actu interiori Religionis, quo martyr se ipsum offerat Deo in protestationem ipsius supremi dominij: esto hunc actum alij etiam actus virtutem comitentur: cùm non repugnet, vnum idemque opus exterrum ex pluribus actibus internis proficiat. 2. Non est necesse, ut omne sacrificium sit ad placandum Deum, cùm possit offerri, ad ipsum dumtaxat increatum dominium protestandum. nam hic folius finis, etiam non di-

3.  
Ad in-  
terni impro-  
priò sacrifici-  
eis.

4.  
Sacrif. non  
potest salua-  
ri in quoli-  
bet actu ex-  
terno.

5.  
Ad definiti-  
Augst.

6.  
Hac certa-  
miser Ca-  
stob.

Sacrificium  
non esse se-  
gnum nazu-  
rale &c.

Ad institu-  
tionem fa-  
cilitij pu-  
blicam au-  
horitatem re-  
quirunt.

Ratio.  
Oppositum  
probabilitum.

Resp.  
adversarij.  
potest esse, non  
naturâ veri  
sacrificij, quæ  
ad orationem  
pertinet que  
non erant.

6.  
Martyrium  
an verum  
sacrificij.

7.  
Respondens  
aliquis.

12.  
Contra 2.

23.

non dirigatur ad ulteriorem, est per se honestus, intrinsecus. & proprius virtutis religionis, cum sit ex intrinseco & immediato obiecto ipsius: & posset martyr hunc etiam finem intendere, offerendo se ipsum hostiam Deo pro peccatis iniustè occidentium, sicut legimus fecisse B. Stephan. Ad 7.

14.  
Cur Martyr.  
rium non  
sit sacri-  
ficium.

Resp. igitur, idè martyrum non esse propriè sacrificium, quia martyr, ne indirectè quidem actione concurreat ad immolationem sui corporis, sed mere passiù, & necessariò sustinendo tantù passiones & morte à tytanno illatā. Ad propriū autem sacrificium requiritur, ut sacrificans a diuī, saltē indirectè concurrat ad immolationem victimæ. Nam essentia sacrificij formaliter consistit in actione immolatione victimæ in diuini cultus protestationem factā. Maior prob. martyr non habet suū vitæ dominium: vnde non potest illam actionē destruere, sed tantum illius destructionem pati: & in actu, quo immolatur Deo, vt victimā à tytanno, mere passiù se habet, nec indirectè quidem potest actione ad suam morte cooperari, nec illam eo tempore vitare, vt saltē sic actionē indirecte ad illam concurreret: sed mere necessariò illam patitur.

Ratio po-  
tū.

15.  
Mors Chri-  
sti verum  
sacrificium.

Hinc evidens infertur discrimen inter martyrum, & Christi mortem, quæ fuit propriissimum sacrificium: quia Christus actione saltē indirecte operatus est suæ humanitatis immolationem, non modò antecedenter, cum sponte seipsum obtulit ad mortem. Isaïas 53. Oblatus est, quia ipse voluit & Ioan. 10. Ego pono animam meam, nemo tollit eam a me, sed ego pono eam; cùm n. potuerit tunc saltē temporis mortem vitare, non vitando, sed potius sponte se ad illam offerendo actione saltē indirecte illam operatus est; verum etiam actum mortis, & destructionis suę humanitatis operatus est actione indirecte: nam dum actu pariebatur, poterat non pati, & impedire omnes passiones, & mortem à Iudeis illatam, non modò subtrahendo se à manibus Iudeorum, sed etiam non permittendo, vt humanitas tormenta sentiret per dotem impossibilitatis, quam communicare saltē ad tempus poterat corpori. Vnde non solum Christus habuit libertatem antecedenter vitandi passiones & mortem, sed comittanter in actu patienti & moriendo, quam potestatem non habent martyres, qui illatos à tytanno cruciatus & mortem impedire non possunt. Quam libertatem in exercitio mortis significauit Christus, Ioau. 10. Et pro eis ego me ipsum sanctifico: hoc est, vt Chrysost. hom. 81. in Ioan. & Cyriillus lib. 11. in Joau. cap. 25. interpretantur: Me ipsum offero tibi hostiam.

16.  
Non mors  
martyrum.

Dices 1. Saltē antecedenter, quando martyres possunt fugere, & non fugiunt tyranni persecutionem, actione indirecte concurrunt ad immolationem sui corporis: ergo saltē ex hoc cap. proprium offerunt sui corporis sacrificium. Resp. neg. conseq. nam ad propriū sacrificium requiritur, vt non tantum remorē & antecedenter, sed proximè & formaliter sacrificans aliquo modo actione concurrat ad immolationem victimæ. Cùm n. sacrificium formaliter consistat in actione immolatione victimæ, illa debet proximè & formaliter actione procedere à sacrificante, vt sit sacrificium.

17.

Dices 1. Saltē qui martyrem occidit, offert verū sacrificium, actione n. concurrat ad occisionem martyris. Resp. neg. antec. quia non occidit illum in protestatione diuini cultūs, sed in odium Christi: nec est actus Religionis, sed impietatis.

18.

At si tyrannus martyrem occidat in cultum sui falsi Dei? aio, eo cunctu martyris necem respectu tyranni fore sacrificium putatum; vt reliqua

Gentilium, ex Augst. 10. de Ciuit. cap. 4. Quis sacrificandum censuit, nisi ei, quem Deum aut sciuit aut putauit, aut fixi? At 1. argu. oppositæ, neganda paritas: nam voces sunt signa, quibus homines sele mutuò alloquuntur: nec potest unus homo per signa à se tantum instituta alloqui alios, nisi ad ea instituenda conueniant omnes. At sacrificium est signum, quo creatura loquitur Deo, qui vt nos intelligat, non requirit, vt in eodem signo instituendo nobiscum conueniat. Secundum solum probat de facto: vi nec desunt, qui doceant, multa fuisse sacrificia à priuatâ personâ oblata, vt Abelis, Caini, &c.

19.  
Ad primū  
argm.

Qualis debeat esse actio, qua ad sacrificium requiritur? Qua. 2.

V Ignerius de inst. cap. 5. §. 5. ver. 13. putat soficere quamcunque actionem, qua res sacrificanda Deo offeratur, eiusque cultui mancipetur. Reliqui Theologi, cum quibus sentio, affirmant, requiri actionem transmutatiuam rei sacrificandæ: S. Tho. 2. 2. qu. 86. art. 1. &c. Fundam. nequit sacrificium distingui à simplici oblatione, nisi per actionem transmutatiuam victimæ, vt est occisio aut combustio; nam etiā oblatio, constat ex actione consecratio rei diuino cultui vt erat oblatio primitiarum, &c. quæ sine viliâ sui mutatione diuino cultui mancipabantur. 2. si actio sacrificativa non esset immutatiua victimæ, quæcumque res assumi posset ad protestandum dominium Dei in victimam & mortem omnium per modum sacrificii: falso autem hoc est, nemo o. appellaret sacrificium, vel tabellam, in quâ tantum esset depicta victimā oblata Deo, vel quacunque aliam rem simpliciter oblata Deo in recognitionem talis dominii. 3. Per sacrificium etiam actu & exercitè protestamur, propriè increatum dominium Deum esse dignum in cuius cultum & honorem res, quam illi in signum talis dominii offerimus, destruatur: hoc antem fieri non potest, nisi à parte rei res oblatā immutetur. Quāvis igitur possit dominium Dei in vitam & mortem omnium per quamcunque rem speculatiuè significari, haud tamen actu & practicè potest, vt requirit natura sacrificii, quæ est nota interioris affectus, quem sacrificans habet pratico signo protestandi id dominium; nec potest alio modo exprimere, quam per tealem & exercitam destructionem rei, quam in id offert Deo. Ita Augst. Epist. 49. qu. 3. ad Deo grati. in quā sacrificia dixit esse, quarundam rerum similitudines, quibus admoneri nos oporteat ad ea ipsa, quarum similitudines sunt, sine scrupula, sine noscenda, sine recolenda. Porro similitudo in re supponitur ante institutionem. Hinc infertur: sacramentum quidem ex natura sua non requirit determinatam actionem; (Baptismus. n. qui de facto institutus est per corporis ablutionem, ad significandam interiorem animi emaculationem, institui potuisse per corporis maculationem, per quam eodem modo foret practicum signum interioris emundationis, sicut nunc est per corporis ablutionem) non esset autem sacrificium, si per aliam actionem, quam immutatiua rei significandas, offerretur. Quia sacramentum est practicum signum causatiuum gratiarum, ad quam causandam quævis actio assumpta esset vere & propriè sacramentum. Sacrificium vero est nota interioris affectus quo protestamur, Deum propriè supremam dominium in vitam & mortem nostram dignum esse, in cuius cultum res, quæ illi offertur, destruatur.

20.  
Actio ad sa-  
crificium  
requirita  
transmuta-  
tina rei sa-  
crificanda.

21.  
Prob. 2.  
à post.

22.  
Discusses  
sacramentū  
& sacrificij

Ratio

Obijec-

24.

*Obiectio 1.* Multa fuerunt sacrificia, tum in lege naturae, tum in lege scripta, quæ non consistebant in actione immutativa, sed in sola oblatione rei sacrificata, ut fuit sacrificium Caini Genes. 4. qui solum obtulit de fructibus terra munera Domino: sacrificium Melchisedech Genes. 14. qui obtulit panem & vinum, nulla mentione facta de actione immutativa panis & vini: sacrificium panis proportionis Exodi 25. potest super mensam panes proportionis in conspectu meo semper. Resp. vel hæc non fuisse propriæ sacrificia, sed simplices oblationes, quibus offerentes agnoscebant eum, ut primum principium, & finem omnium rerum: vel si fuerunt sacrificia, aliqua mutatio in reipsa oblata facta fuerit oportet, nec fuit necessarium, ut Scriptura mutationis meminerit.

26.

*Obiectio 2.* Sacrificium est signum ad placitum, ex libera voluntate institutoris impostum ad significandum increatum id dominium: ergo institui potest in quavis re, & actione, etiam rei non immutativa. Resp. neg. conseq. nam esto sacrificium in suâ completâ & proximâ significacione pendeat à liberâ voluntate institutoris; quia nisi accedat extrinseca institutio, nulla actio sensibilis est completum signum increati illius dominij: nihilominus tamen in incompleta & aptitudinali significacione, quæ ad actionem sacrificiuam praerequitur, sacrificium non pendet à liberâ voluntate institutoris, sed supponidebet ut materia proximè assumptibilis.

27.

*Obiectio 3.* Actione immutativa victimæ, quæ de facto assumpta est ad significandum id dominium, quod Deus ratione omnipotentia habet, assumi potuisset ad significandum dominium, quod idem ratione primi principij & ultimi finis habet in res omnes. Igitur actio puræ oblativa, assumpta ad significandum dominium primi principij & ultimi finis in res omnes, assumi potuisset ad significandum dominium omnipotentia in vitam & mortem omnium. Resp. neg. conseq. quia potest eadem actione idonea, assumi ad plura significanda: non potest autem actione inepta, ad significandum assumi: igitur actione immutativa rei, apta ad significandum dominium omnipotentia, primi principij & ultimi finis, poterit ad verumque significandum assumi: actione non immutativa rei, ut potest inidonea, ad exprimendum dominium omnipotentia, assumi non potest ad hoc exprimendum.

28.

*Obiectio 4.* non minus dominium Dei in vitam & mortem omnium apta est exprimere destruktiva, quam produtiva rei: ergo natura sacrificij non solum saluari potest in actione destruktiva, sed etiam in actione produktiva rei. Vnde posset sacrificium institui in actione produktiva ignis, vel generativa prolixi protestationem dominij, quod Deus habet in vitam nostram.

Argum. à censorario.

29.

Resp. neg. antec. nam destrutio rei est apta significare dominium, quod Deus habet in mortem & vitam; productio rei solum est apta significare dominium, quod Deus habet in vitam tantum: at sacrificium est nota protestativa dominij increati in vitam & mortem nostram, ideo potius in destruactione, quam in productione rei consistit: sc. in destruactione rei denotatur dominium in mortem, & vitam, dum victima à vita transit in mortem: cum tamen dici non possit, quæ producitur, & morte transire in vitam, sed solum non vitæ in vitam: quia mors non dicit puram negationem, sed priuationem vitæ, cuius est corruptio: quæ vitæ priuatione ante rei productionem supponinequit, ut per se patet.

An ad essentiam sacrificij requiratur interior actus religionis? Qu. 3:

**R**atio negandi: sacrificia gentilium sunt vera sacrificia, & non imperantur ab actu religiosis, cùm offerentes non moueantur ex vero cultu Dei. Confirm. si quis obligatur ad sacrificium offerendum, satisfaceret præcepto, si tantum extrinsecum opus sacrificij exerceret absque intrinseco actu religionis. Ratio affirmandi: sacrificium est actus religionis: ergo debet à virtute religionis imperari. Sicut exterior elemosyna non est actus misericordie, nisi imperetur à virtute misericordie: ita nec exterrnum opus sacrificij erit sacrificium, nisi à virtute religionis imperetur: omnis quippe actus humanus exterior requirit interiorum, cum quo componit unum in genere moris. Vnde August. lib. 10. de Ciuit. c. 5. Sacrificium definit, Signum visibile inuisibilis sacrificij, hoc est interioris actus religionis, à quo exterrnum opus procedit.

Distinguendus duplex Religionis actus: unus implicitus; explicitus alter: & uterque esse potest verus, & putatus. Ad sacrificium, necessarius saltus est implicitus & putatus; ut ratio 2. probat: non est necessarius verus & explicitus: ut probat prior ratio. Confirm. Sacrificium est actio instituta ad exhibendum cultum Deo: ergo saltus implicitus debet hic cultus à sacrificante intendi: hæc n. actio debet humano modo fieri; nec esset sacrificium, si fieret ab amente: ut autem humano modo fiat, requirit internum actum voluntatis, quo saltus implicitus & confusè offeratur Deo, in cuius cultum instituta est. Alioqui si alij, quam Deo offeratur, non erit sacrificium; quod essentialiter est signum protestativum diuini cultus: vnde verissime est. August. Quis sacrificandum censuit, nisi ei, quem Deum aut scinit, aut putauit, aut finxit? Hinc interfertur, non fuisse sacrificia, quæ gentiles adulatoris causâ offerebant hominibus, nisi illos putassent deos. Quod implicita voluntas sufficiat, constat à paritate sacramentorum, quæ ut validè fiant, sufficit si tantum implicitus & confusè eorum significatio intendatur. Ex his patet ad rationes propterque parte: Et potest sacrificij definitio formari: Sacrificium est oblatio rei sensibilis, per aliquam mutationem suis, protestativa supremi dominij, quod Deus habet in vitam & mortem. Ponitur oblatio loco generis: cùm omne sacrificium sit oblatio, non contraria. Per aliquam mutationem suis, ut per differentiam, quam ex parte materiæ contrahitur ad actionem sacrificij propriam. Reliqua spectant ad significatum formale sacrificij, quod est supremum dominium Dei in vitam & mortem. Per hoc enim formaliter distinguitur à simplici oblatione, quæ est formaliter protestativa primi principij, & ultimi finis; ab adoratione, quæ est nota recognitionis diuinæ excellentiæ & sanctitatis; à voto, quod est promissio rei in futurum offerendæ, & esse potest de solo actu interno, ut & adoratio.

Ex his constat, à ratione sacrificij excludi dedications templorum, erectionem altarium, consecrationem vasorum, & vestium in diuinum cultum. Nullum enim ex his per se & immediatè institutum est in signum protestativum omnipotentia Dei in vitam & mortem. Nam tempora instituantur, ut aptus locus ad exhibendum cultum Deo: altare, ut medium idoneum & immediatus locus, in quo sacrificandum sit Deo: vasa & vestes, ut proportionata media ad sacrificium rite solemniterque celebrandum.

Porrò

36. Dedicatio  
nes templa-  
rum &c. ex-  
cluduntur.

<sup>37.</sup> *Multiplicitas  
verbi legi  
sacrificia.*

Postea multa fuerunt in veteri lege sacrificia, quæ distinguebantur materia, offerendi formâ, & fine. Ratione materiæ triplex distinguebatur sacrificiū: Victima seu hostia, quæ semper erat ex re viua: Immolatio, quæ erat ex re inanimi solidâ, ut ex pane, thure, similiā: quamquam immolatio apud Ecclesiasticos & profanos Scriptores sumitur pro oblatione cuiuscunque sacrificij: Libamen, quod erat ex re liquidâ, quæ in recognitionem diuini cultus effundebatur, ut effusione denotaretur dominium Dei in vitam & mortem. Distinguebatur offerendi formâ in holocaustum, quod totum in protestationem increati dominij cremabatur: In hostiam, cuius una pars cremabatur, altera à Sacerdotibus comedebatur; & Victimam pacificam, cuius una pars cremabatur; altera cedebat in vnum Sacerdotum; tertia eorum, qui victimam dedissent. Ex fine dividiebatur in Sacrificium propitiatorium, seu hostiam, quæ pro peccatis, pœnitique prateritis offerrebat: Eucharisticum seu holocaustum, quod & honorarium, seu gratiarum actionis dicebatur, offerrebatque pro acceptis beneficijs in communi; pro beneficiis verò in particulari, erat hostia Pacifica, ut fuit Agnus Paschalis in memoriam specialis beneficij Egyptiacæ liberationis: Imperatorium, quod erat futuris donis impetrandis, pœnitique praecaudendis.

<sup>38.</sup> *Vniuersalitas  
nostræ sacrifi-  
ciorum.*

His omnibus unicum successit in lege Euang. sacrificium cruentum crucis eminenter continens hæc omnia, cum infinito excessu valoris. Quod sacrificium oblatum fuit à Christo Patri, acto Tri-nitatis, atque ad eum sibi ipsi subsistenti in humanitate, quæ fuit victimæ in arâ crucis, per violentam mortem, liberam tamen & spontanæam à Christo. perfec-tè Domino suæ vite, in protestationem supremi dominii Dei in vitam & mortem omnium; pro satisfactione cunctarum culparum, atque pœnatarum; pro omnibus beneficiis, in communi & particulari, tuum sibi, tum reliquis hominibus collatis; ac pro impetrandis nobis ingentibus donis, tam presentis, quam futurae vite oblata. Cuius viua ac talis representatione est sacrificium ineruentum altaris, quod successit sacrificio crucis, quoad rem ipsam oblatam, quæ est Christus, licet non quoad modum, & ritum sacrificandi.

at Christus semper vivit Sacerdos in æternam. <sup>3.</sup> *Sacrificium Missæ evertit sacrificium crucis:* hoc enim cum fuerit infiniti valoris, de se sufficientissimum fuit ad placandum Deum, ei satisfaciendum pro omnibus peccatis, & pœnis, ad ita petranda nobis omnia bona: ergo iniuriam facit sacrificio crucis, qui aliud introducit; nam hoc ipso putat illud non fuisse sufficiens. *Conferm. 1.* Paulus ad Hebr. 9. & 10. comparans sacrificium crucis cum veteribus sacrificijs, doceat illa debuisse sibi offerri, eo quod non poterant à peccatis emundare, cultoresque suos perfectè sanctificare: Contrà verò sacrificium crucis non debuit nisi semel offerri, quia de se potens fuit ad exhaustienda peccata multorum, & confirmandos in perpetuum sanctificatos. *Conferm. 2.* Christus Ioan. 19. per illam vocem Consummatum est, satis expressit, uno sacrificio crucis se compleuisse omnia, quæ ad nostram salutem necessaria erant. Nemo, ad Hebr. 5. usurpare sibi debet honorum Sacerdotis, nisi à Deo vocatus: nemo autem præter Christum, vocatus est Sacerdos. *Conferm. 3.* nullibi in Scripturâ habetur, quod Christus instituerit Eucharistiam in sacrificium; nec in ultimâ cœnâ: tunc enim legitur tantum communicasse suos discipulos. His argum. demonstrare se putant contra veritatem ab Apostolis ad hæc tempora consensu omnium firmatum, aded ut non vereantur Calvini & Lutheri fateri, se contra autoritatem omnium reluctari: sed quam ipsi fidem afferunt, ut contra omnium sensum illis credamus? Verbum, inquit, Christi, quo solo iudicanda est Ecclesia: scilicet melius ipsi ouper exorti, quam Apostoli, qui Christi doctrinam ex ipsis ore hauserunt, verbum Christi nobis interpretari possunt.

<sup>4.</sup> *Prebant.*

Est igitur hæc veritas expressa in Canonib. Apost. 3. & 9. quibus expressa mentio fit sacrificii Missæ: in 1. Consil. Nicano, cap. 14. 2. editi. sub Sylvestro Papia: in Tolet. 1. cano. 5. an. 400. in Antifod. cap. 8. an. 590. sub Gregorio I. in Lateran. sub Innoce. III. cap. 1. in Florent. in decre. Eugenij: in Trident. sess. 22. à Clemenc. I. lib. 6. Constitu. cap. 23 & lib. 8. c. vlt. Alexan. I. qui sedet an. 121. Epist. 1. & refertur, de consecrat. diff. 2. can. In Sacram. & ferò per omnes canonones prime, & 2. diff. Hanc veritatem docuerunt unaniimi consensu PP. videatur Bellar. lib. 1. de Missa, cap. 15. Scholastici omnes cum Magist. in 4. diff. 12. Colligitur ex antiquis ritu altaris ad offerendam Euchar. cuius expressa mentio fit 7. & 9. Can. Apost. quod altare non consuevit erigi, nisi ad verum sacrificium offerendum, hæreticis ipsis fatentibus: deducitur ex gradu Sacerdotali, qui per se ordinatur ad sacrificia offerenda: Ex antiquis Liturgiis, in quibus, nulla tam frequens mentio, quam de oblatione & sacrificio: nec de proprio, nisi maximè improprietate, explicant hæretici: cum doctrinales propositiones, quas sibi de hæc re Concilia & PP. tradunt, non admittant sensum improprium: & hoc modo reliqua etiam sacramenta essent sacrificia, cum tamen solam Eucharistiam esse sacrificium doceant PP. & Concilia.

<sup>5.</sup> *Antiquis  
ritus altaris  
Ex Liturgiis.*

Ex Scriptura, loca duo tantum afferant, quibus vtitur Trident. sess. 22. cap. 1. Primus est, Malach. 1. Scriptura, Ab ortu Solis usque ad occasum magnum est nomen meum in Gentibus, & in omni loco sacrificatur & offeratur nominis meo oblatio mundus: qui locus non nisi de sacrificio altaris intelligi potest, quod & propter sanctitatem victimæ, mundum appellatur: & propernientia salutatem offerentium, in omni loco, ab ortu ad occasum offerri dicitur; nullum enim sacrificium in Dei honorem institutum fuit ad eum vniuersale. Nec intelligi potest de sacrificio proprio:

id enim ut Bellarm. cap. 10. non solet appellari sacrificium absolute, sed cum addito, sacrificium laudis, sacrificium iustitiae, vociferationis, labiorum &c. id est semper Patres hunc locum intellexerunt de sacrificio Missæ. Secundus sumitur ex 1. Corinb. 10. vbi docet Apostolus; non posse eos, qui participes esse volunt mensæ demoniorum, participes hereticæ mensæ Domini: per mensam, altare utroque intelligens, ut constat ex verbis ipsius; Nonne, inquit, qui edunt hostias, participes sunt alterius? & in fine concludit, Non potest calicem Domini bibere, & calicem demoniorum: non potest mensa Domini participes esse, & mensa demoniorum. Vbi quod supra vocauerat altare, hic vocat calicem & mensam. Est autem altare signum veri & proprij sacrificij.

Ex his confacio dilemma: Aut tota Ecclesia per tota secula erravit, quæ fatentibus Lutheru & Calvino saltem per 1000. annos à tempore Gregorij I. semper hoc constantiter docuit, & per totum orbem iussit seruari: aut certe ambo decepti sunt. Credibile autem non est, totam Ecclesiam in re ad Christianam Religionem maximè spectante per tota secula errasse, solis Lutheru & Calvino nuper exortis hanc veritatem illuxisse: Christum permisisse totam Ecclesiam, pro qua preciosam animam dedit, per tota secula in re ad salutem necessariâ errasse, tamque posthabuisse ipsis Lutheru & Calvinu. Confirm. antequam ipsos nemo fuit, qui hoc expressè docuerit, & tamen omnes ante ipsos procurero habuerunt, in Missâ verum offerri sacrificium: igitur nulla fuit ante ipsos vera Ecclesia, nulla vera fides; interrupitum fuit Christi regnum, qui in nobis non regnat, nisi per fidem. Vbi ergo promissiones Christi; Et porta inferi non præualebunt aduersus eam? Matth. 16. Ecclesia est columna & firmamentum veritatis, 1. ad Timoth. 3. vbi angelica prædictio de continuitate, & nunquam Christi regni intermissione, Luc. 1. Et regni eius non erit finis? Præualebitur testimonium unius, vel alterius hominis auctoritati totius Ecclesiæ, quæ per tota secula hanc veritatem & docuit & seruavit, & in tot Concilijs generalibus præuiâ consultatione totius ferè orbis Doctorum sanxit? Ultimò: nullum foret sacrificium, si tolleretur sacrificium Missæ in lege Euang. at absurdum est, in Ecclesia Christi nullum esse sacrificium; quia nulla haec tenus tam barbara natio fuit, quæ extenso aliquo sacrificio suos deos non coleret: cum hoc sit de iure naturæ, vt S. Tho. 2. 2. qu. 85. art. 1. quod autem est de iure naturæ, non tollitur, sed confirmatur per legem gratie.

Ad 1. argu. neg. maior, nulla quippe est repugnativa, ut eadem res sit sacramentum, quæ significat animæ sanctitatem; testamentum, quæ nobis promittitur hereditas æternæ gloriae; sacrificium, quæ eadem offertur, & consumitur in Dei cultum. Nec etiam repugnat, ut quod nos Deo offerimus, ab ipso prius accepimus, cum nihil possimus Deo dare, quod ab ipso prius non accepimus. iuxta illud Paralip. 1. cap. 29. Tuasunt omnia, & quæ de manu tua acceperimus, deditis tibi. Ad 2. dist. conseq. nullus illi in Sacerdotio succedit, ut principali Sacerdos, concedo: ut minister, nego; hoc enim non repugnat ueritati Sacerdotij Christi, plures habere in eis ministrorum, qui vice ipsius visible offrant sacrificium: 2. Corinb. 5. Pro Christo, inquit, legatione fugimus, tanquam Dei exercitante per nos. Ita Christus est Doctor & Magister: cum tamen per ipsos non obster, quin plures habeant in eis ministrorum, qui vice ipsius doceant, & gregem passant verbo doctrinæ. Ad confir. resp. ex ea ratione, legi, in lege Euang. non posse multiplicari

Sacerdotes eiusdem authoritatis de potentatis cum Christo; possunt inferiores qui sunt ipsius ministri. Ad 3. neg. antec. Ad prob. dico, sacrificium crucis fuisse sufficientissimum ad sanctificandum nos ad 3. per modum causæ meritioris universalis, non autem per modum causæ applicantis particularis; ad hoc enim necessaria est libera cooperatio nostra, quæ sit medio sacrificio altaris liberè nobis applicato: nam sicut propriâ operatione peccamus, ita libera cooperatione nostrâ iustificamur: unde tantum abest, ut sacrificium crucis per sacrificium altaris euertatur, ut illud per hoc maximè extollatur: 1. quia per hoc illius memoria altius conservatur in membris fidelium: 2. illius fructus in nobis efficacius applicatur. Neque ideo altaris sacrificium repetimus, quia existemus, sacrificium crucis in suo genere non fuisse sufficientis, sed ut per hoc & Deum debito cultu veneremur, & nobis cruenti sacrificij fructus applicemus. At respondent, applicari nobis sacrificium crucis per prædicationem verbi, & ministerium cœnæ. Sed contraria: eodem modo cœna ipsa, & Baptismus nobis applicari potuisset per prædicationem verbi: 2. per sacrificium altaris efficacius crucis fructus nobis applicatur, cum sit medium ad colendum Deum apius ac sublimius; nam in eo offerimus Deo rem omnium gratissimam. Ad 1. confir. dico, Paulum aperte loqui de cruentâ oblatione, quæ non debuit esse nisi una, quippe quæ fuit infiniti valoris & pretij, atque ideo sufficientissima: & in hac comparat sacrificium crucis cum veteribus sacrificijs. Ad 2. verba illa dicta esse à Christo, tum ob summationem Scripturæ quæ omnes in Christi morte fuerunt verificate: tum proprie singularem paterni præcepti de morte subeundâ obedientiam. Ad 4. neg. minor, fuerunt enim Apostoli vocati, & constituti Sacerdotes à Christo, reliqui verò ab Apostolis, cuiusque successoribus continua successione, ut testatur Clemens Rom. lib. 8. confit. cap. vlt. & colligitur ex illis: Hoc facite in meam commemorationem. Ex quibus verbis colligit Trident. sess. 22. cano. 2. Christum Apostolos Sacerdotes instituisse: est enim uultatum in Scripturâ verbum, Facere pro sacrificare, Luc. 2. vi facerent secundum consuetudinem legis, hoc est, ut sacrificarent. Ad confir. neg. antec. nam ex illis: Hoc facite in meam commemorationem, satis colligitur Christum in ultimâ cœnâ instituisse Eucharist. non solum in eibum animarum, sed etiam in sacrificium per manus Apost. eorumque successorum offerendum; adiunctâ Ecclesiæ traditione, ac PP. Conciliorumque explicatione. Neque fuit necesse, Christum explicite usum fuisse verbo sacrificio, quo nec usus est in sacrificio cruento crucis, sed sat fuit, exercitè fecisse, quæ ad essentiam sacrificij concurrunt.

## SECTO II.

*Quæ sit res oblata in hoc sacrificio?*

IN omni Sacrificio est res, quæ offertur, quæ materia, indifferenter se habens ad sacrificium, vel ad oblationem, quæ est species distincta à sacrificio: & est oblatio ipsa quasi forma, quæ rem adaptat & determinat ad sacrificium potius, quam ad oblationem: cum enim sacrificium consistat in re, & una res sit aptior aliâ ad exprimendum formale significatum sacrificij, res, quæ de se erat indifferens, per actionem sit aptior, ut per formam ad significandum potius terminum sacrificij, quam oblationis,

8. Secundus.

9. Dilemma palmar.

10. Absurdum ex contra-  
ria opin.

11. Ad 1. argu.  
baratica.

12. Ad 2.

13. Ad confir.

15. Respondent  
baratica.

16. Ad Conf. 1.

17. 22.

18. 19.

20.

oblationis. Quoniam verò res offerenda supponitur ad oblationem, prius de re disponendum.

Omnis Catholicus conveniat, rem, quæ in hoc sacrificio principaliter offertur, esse corpus & sanguinem Christi, ut constat tum ex verbis consecrationis; tum quia hæc sunt ap̄issima & excellētissima materia sacrificij, ut pater de cruento sacrificio crucis, in quo eadem materia fuit oblata. Ceterum controverſa sunt.

<sup>22.</sup>  
An totus Christus sit res oblata?   
Cristus fū  
resoblata.  
Ratio dub.

1. An totus Christus sit res oblata? Ratio dub. id offertur in sacrificium, quod in altari ponitur vi verborum: ponitur autem vi verborum solum corpus & sanguis; igitur solum corpus & sanguis offertur in sacrificium. Maior prob. illud potest tantum Sacerdos in sacrificium offerre, quod vi Sacerdotalis characteris potest facere suum; sacrificium enim esse debet de sc̄s: sed vi Sacerdotalis characteris non potest nisi corpus & sanguinem facere suum, quia id potest tantum facere suum, quod liberò actu consecrationis potest vi verborum ponere super altare. Confir. si aliquis Apostolorum sacrificium obtulisset in triduo, solum corpus & sanguinem obtulisset: ergo etiam post triduum, post quod Sacerdotalis potest non crevit: & Trid. lff. 22. c. 1. & can. 2. docet, Christum in ultima cena sub speciebus panis & vini obtulisse. Patri corpus & sanguinem subit, idque Apostolis eorumque successoribus faciendum præcepisse.

<sup>23.</sup>  
Confim.  
  
<sup>24.</sup>  
Sensio  
nē  
Carbolica  
affirm.

Sententia Catholic. est, totum Christum offerri in hoc sacrificio: ex Trident. loc. cit. cap. 2. vbi docet, Christum in hoc sacrificio incruentè immolati, qui in ara crucis seleni seipsum cruentè obtulit, Sola offerendi ratione diversa: At totus Christus in ara crucis cruentè oblatus est; non tantum Corpus & sanguis, sed tota humanitas, atque adeò anima etiam oblata fuit. Nam licet terminus oblationis fuerit dissolutio humanitatis: res tamen oblata fuit tota humanitas, quia res oblata est illa, quae procedit oblatione.

2. Licet ex vi verborum per se & formaliter sub speciebus non constituantur, nisi corpus & sanguis, ex naturali tamen concomitantia totus Christus constituitur: atque adeò licet character Sacerdotalis per se & formaliter non sequendat, nisi ad corpus & sanguinem, concomitantia tamen se extendit ad totum Christum: quia concomitantia non est merè per accidens & propter intentionem, sed ex secundariā saltem intentione ipsitaentis, quod sic explicatur. Nam primaria intentione Christi fuit, ut sacrificium Eucharistiz esset perfectum memoriale sacrificij crucis, quod quia fuit consummatum per occisionem victimæ & separationem sanguinis à corpore, ut id perfectius representaretur per hoc sacrificium, instituit ut illud sub diversis speciebus separatis, perque diuersas formas verborum significantes corpus separatum à sanguine perageretur. Quoniam verò Christus hoc sacrificium non instituit offerendum in triduo, in quo ob cruentum sacrificium crucis, cessare debebat incruentum altaris, cum hoc non sit nisi ad illud representandum institutum, atque adeò illo præcente, non debebat hoc offerri, quod Ecclesia Apostolicā traditione edocet, quotannis seruat in Paraseue; offerendum instituit, dum ipse viveret & regnaret; atque adeò, dum propter naturalem connexionem corpus & sanguis essent realiter unīta cum anima; id est secundaria intentione Christi fuit, ut totus fieret præsens in altari, & consequenter totus Christus in sacrificium offerretur: quia id totum in sacrificium offeratur, quod præsens sit in altari sive per se, sive concomitantia. Quares, An simili cum humanis

Concomit-  
tia anima  
ex f. sc̄da.  
via intentio-  
ne insinua-  
tur.

tate in hoc sacrificio offeratur etiam suppositum diuinum. Resp. eo modo, quo fuit oblatum in cruce offerti & hic, nempe per solam communicationem idiomatum, non per formalem actionis sacrificiū subiectiōne. Ratio: id tantum est subiectum capax huius actionis, quod potest esse subiectum mutationis & significationis cultus diuinū: at implicat suppositum diuinum esse subiectum mutationis & significationis cultus diuinū, nam hæc supponit inferioritatem ad Deum, & pertinacitatem inf. <sup>Suppositum  
diuinum  
offerti.</sup>

Ad rationem dub. dicit. maior. Id offertur in sacrificium, quod in altari ponitur ex vi verborum tantum, nego: quod etiam ponitur per naturalem concomitantiam, concedo; nam hoc ordinatum est in sacrificium ex secundariā intentione Christi. Ad prob. esto Sacerdos directe & ex vi verborum non possit nisi corpus & sanguinem facere suum; indirecte tamen & per concomitantiam facit suum totum Christum. Ad confit. nego conseq. nam licet non cœterit potestas Sacerdotalis post triduum, nec mutatum fuerit obiectum formale verborum: tamen mutatum fuisset obiectum identicum ob naturalem unitatem ipsius obiecti formalis cum identico; atque adhuc licet non formaliter, & ex vi verborum, tamen realiter & per concomitantiam mutata etiam fuisse praesentia Christi sub speciebus. Ad Concil. dicit. illud ab hoc sacrificio non exclusisse animam, cum expresse dixerit eundem Christum immolari huc, qui immolatus est in cruce, sed tantum declarasse, id quod ad mysticè representandam passionem Christi, implicitè offertur sub specie panis, & sub specie vini.

2. An Christus sit res oblata ut existens sub propriâ specie? ratio dubijs: Christus ut materia sacrificij debet præcedere actionem sacrificandi: actio enim sacrificativa versari debet circa materiam sacrificandam ut circa subiectum; quod præcedit actionem, quæ circa ipsum versatur: at actione non præcedit Christus nisi ut existens propriâ specie: nam actio sacrificativa principaliter consistit in actione, quæ Christus fit præsens speciebus, nec supponit Christum exstantem, nisi in propriâ specie, cum sit terminus talis actionis, qui non supponitur, sed consequitur actionem quæ fit: ergo ut existens in propriâ specie est materia huius sacrificij.

Communis tamen opinio id negat: quia nulla actio, quæ hoc sacrificium peragitur, versatur circa Christum, ut in propriâ specie existentem: nequit autem res esse materia sacrificij, circa quam nulla actio sacrificij versatur. Dices: circa Christum versatur actio, quæ ipsis privatim propriâ extensione locali. Sed contra: hæc versatur circa Christum, ut existentem sub speciebus, sub quibus succedit sine propriâ extensione locali, ut terminus actionis sacrificiæ, non ut materia; quia non supponitur ut subiectum talis actionis, sed consequitur tantum ad illam, ut terminus. Ad rationem in oppositum, vniuers. maior. quia non repugnat esse actio. nem̄, quæ producat victimam, & simul illam offerat in sacrificium: at tunc materia non præcederet actionem sacrificandi, sed potius sequeretur; quia materia est res produc̄ta, actio sacrificativa est rei productio; atque adeò materia non præcederet, sed sequeretur actionem sacrificiavm. Major constat: etiam actio immutativa rei de non esse ad esse est apta nota sacrificij, cum sit apta ad significandum supremum dominum, quod Deus habet saltem in vitam omnium: igitur non impicit dari actionem, quæ videlicet producat, & simul offerat in sacrificium: at talis de facto est actio sacrificia.

<sup>27.</sup>  
dicitur  
offerit.

<sup>27.</sup>  
dicitur dubi-

<sup>28.</sup>  
ad confit.

<sup>29.</sup>  
ad Christus  
fit materialis  
in propria  
specie exis-  
tentis?

<sup>30.</sup>  
Opinio re-  
muniatur.

<sup>31.</sup>  
Materia non  
necessaria  
præcedit  
actionem.

sacrificatiua in hoc sacrificio incruento, quæ Christum immutat de non esse sacramentali ad esse sacram, ergo in hoc sacrificio res oblata non præcedit, sed subsequitur actionem sacrificatiuam: unde si Christus non præexistenteret, sed simpliciter fieret sub speciebus per actionem consecratiuam, talis actio foret apta ad sacrificeationem. Ad prob. nego, actionem sacrificatiuam debere necessario versari circa rem oblatam, ut circa subiectum, sed sicut esse, si versetur circa illam, ut terminum offerendum.

33. Dubium.

Ratio Scotti.

34. Panem &amp; vini substantia sit aliquo modo materia huius sacrificij? Sc̄. in 4. dist. 13. q̄. 2. s. Ad quest. Gabriel q̄. 1. art. 3. dub. 2. Casal. lib. 1. de Sacrif. c. 20. opinantur, panem &amp; vinum esse materialiam distincti sacrificij ab ipso sacrificio corporis &amp; sanguinis Christi.

Ratio.

36. Ad Scott.

37. 4. Dubium. Negare. resp. 1.

38. Affirmare.

diss. 2. Vbi dicitur, Hoc sacrificium hostias confitit, visibili elementorum specie, & immobili Domini nostri Iesu Christi carne & sanguine. Porro tamen confitit, integratim sonat. Ratio: ad essentiam rei oblata spectat sensibilitas: at res oblata in hoc sacrificio, sc. Christus non est sensibilis, nisi per species: igitur species spectante ad essentiam rei oblate in hoc sacrificio. Maibz prob. ex dictis. sacrificij ab August. 10. de Ciuit. cap. 5. immobilitate sacrificij visibile signum: ex Trident. sess. 22. cap. 1. Vnde dicta respondit sue Ecclesie visibile, scilicet hominum natura exegit, relata quatenus sacrificium: tuum ratio: quia per opitum sacrificij ciuitatis, quale est hoc, consistit in nota sensibili praetexta diviniti cultus: nec sufficit, ut sit sensibile per ordinem tantum ad species: tunc quia ordinatio ad species non est sensibilis, nisi includat formaliter species, & sic non per ordinem ad species, sed per species ipsas erit sensibile: tunc quia ea ratione includit species, quia includit sensibilitatem: at hanc includit intrinsecè & formaliter, quia includit essentialiter; essentialiter enim predicitur de sacrificio: ergo & species. Quia quod includit terminus naturalis & extrinsecè, non potest intrinsecè & formaliter predicari: don enim dicitur, potentia est obiectum, quod tantum extrinsecè & formaliter includit: at sensibilitas formaliter & intrinsecè predicitur de sacrificio: est enim sensibile signum. Confitit in sacrificio cruento crucis accidentia sensibilita humana sunt spectant ad essentiam rei oblate: ergo & in hoc sacrificio incruento altaris accidentia sensibilia panis & vini spectant ad essentiam rei oblate.

Ad 1. argu. nego sequel. quia ut optimè Suarez, vt sic idem hic, qui oblates fuit in cruce, sufficit, vt sit idem substantiale individuum, esto sic distinctum accidentaliter: nam etiam per ipsos in cruce Christus fuit oblates cum presentia divisibili, & accidentibus naturæ mortaliis: hic contraria cum presentia indivisibili, & accidentibus naturæ immortaliis & gloriois. Ratio: individuatio non defumatur ab accidentibus, sed à substantia: ergo variatio accidentibus, modò non varietur substantia, semper manet idem individuum. Vnde idem effet individuum, quod uno tempore esset album, alio vero nigrum. Iuxta hæc explica Concilium. Ad 2. nego sequel. hostia enim propriè stat pro substantia rei oblate, non pro accidentibus, quæ solùm requiriuntur ad reddendam hostiam sensibilem, & tantum offruntur ut quid minus principale & secundarium intentum; proinde non possunt dici propriè pars hostiæ, quia hoc sonat substantiale quid, sicut sonat hostia ipsa. Nec est eadem ratio de sacra. quia hoc primariò consistit in significacione, quæ æquè accidentibus, ac substantiæ conuenire potest: sacrificium verò in hostiâ sacrificanda, quæ principaliter & primariò conuenit substantiæ.

Tertium solùm probat, species non esse dignæ, vt in hoc sacrificio offerantur, ut pars æquè principalis: non autem ut minus principialis, & quæ extrafœcum indumentum videtur.

Opposita sent. probabilior est, quæ docet Suar. cit. & colligitur ex Cano. Hoc est &c. de consecrat.

Non posse  
de dicere.  
cium sensi-  
bile proprie-  
tatem est.  
nam ad spe-  
cies sensibi-  
les.

Ad prima  
argu.

Apriori:

Ad 2.

41.

42.

### SECTO III.

#### In qua actione Eucharisticum sacrificium essentialiter constitut?

Cum sacrificium ex parte signi formaliter compleatur actione immutatiuæ victimæ, quæ veluti forma res offrenda completur, ut potius sit materia sacrificij, quam alterius oblationis, superest disput.

*Actio 6.* est disputandum, in quā actione potissimum consūstat essentia sacrificij Euchar. plures autem sunt actiones, quibus perficitur: 1. oblatio panis & vini. 2. Actio conuersiua panis in corpus, & vini in sanguinem Domini. 3. Est elevatio sacramenti. 4. Est oblatio corporis & sanguinis, quæ expressis verbis. fit post consecrationem. 5. Est fratio hostiæ, ciuitate eum sanguine mixtio. 6. Est consumptio sacramenti, quæ à sacerdote fit: nam quæ fit à populo, non spectat ad integratatem sacrificij, cùm possit esse integrum sacrificium sine illa.

*An in actione oblati uarij.*  
Affirm.

44.

*Contra hos omnes effici- cax-ratio.*

46.

*Ad fund. oppos.*

*Sens.*

*Prob. I.*

*Confirm.*

*Prob. 2.*

absque nouâ consecratione: quia in rubricis illis Missæ appellatur sacrificium: 2. si in eum diem incident festum Annunciationis, satis sit præcepto audiendi Missam: non possemus nisi illud esset verum sacrificium, quia præceptum non obligat, nisi ut vero sacrificio intendersimus.

*Secunda docet*, in solâ consecratione saluari essentiam huius sacrificij: *Alani lib. 2. de sacrif. cap. 2. Sent. 15. & 17. Suarez disput. 75. sent. 5 Vasquez disput. 221. cap. 5. Coninc. qu. 83. art. 1. dub. 5. Prob. 1.* de fide est, Christum in ultimâ cœnâ verum obtulisse sacrificium: non est de fide, sacrificium consummatum: non igitur potest sacrificium Missæ essentialiter consistere in consumptione: quia nō potest res certa fundari in principio dñbho. 2. PP hoc sacrificium explicat per solam consecrationem, nullâ mentione factâ consumptionis, cuius tamen mentionem facere debuissent, si putassent ad essentiam sacrificij spectare. 3. In illâ actione constituenda est essentia huius sacrificij, quam sacerdos exercet in personâ Christi, qui est principalis offerens, in quantum proximus minister operatur in personâ ipsius: at solam consecrationem sacerdos exercet in personâ Christi: igitur, 4. In eâ actione constituenda est essentia sacrificij, quâ Christi corpus in cruentem immolatur: solâ autem consecratio Christi corpus ponitur separatâ à sanguine; atque adeò mysticè occisum, & consequenter immolatum. Confirm. sacrificium in cruentum essentialiter est commemorativum sacrificij cruenti: ergo in eâ actione debet essentialiter consistere, quâ sit representatio mortis Christi: at solâ consecratione sit representatio mortis Christi; quâ ponitur corpus separatuum à sanguine; consumptio verò solûm sit representatio sepultura Christi, quæ ad sacrificium cruentum essentialiter non pertinuit. 5. Si consumptio pertineret essentialiter ad hoc sacrificium, hostiæ, quæ vel nunquam consumuntur, vel non ab ipso consecrante, non essent perfectè sacrificatae, aut certè non ab ipso sacerdote, sed à populo communiceante sacrificarentur. 6. Si contingat, corpus Christi in altari apparere sub specie carnis, aut sanguinis, communiter docent Theologii cum S. Thom. qu. 82. ar. 4. ad 3. non esse sumendum, neque tenetur ad aliam hostiam, aut vinum consecrandum: at si consumptio esset de essentiâ sacrificij teneretur sacerdos aliam hostiam, aut vinum consecrare, ne imperfictum remaneret sacrificium, cuius perfectio est de iure divino.

Nota discrimen, quo hanc sentent. explicat Vasquez: reliqui ideo docent, in solâ consecratione consistere totam essentiam sacrificij Euchar. quia per eam fit aliqua realis mutatio in re ipsa, quæ in hoc sacrificio offertur; nam hæc necessaria est ad essentiam sacrificij, licet discrepent, qualis, & quo modo fit hæc mutatione: Vasquez cœset, nullam esse necessariam realem mutationem in re, quæ in hoc sacrificio offertur; Quia hoc sacrificium est essentialiter commemorativum sacrificij crucis: in sacrificio autem commemoratio non est necessaria realis mutatione rei, quæ in eo offertur, licet ea sit necessaria in sacrificio absoluto, & non commemorativo. Maior confirm. cap. 7. autoritate PP. Miutor prob. cap. 8. Immutatione rei oblatæ catenus est necessaria in sacrificio, quatenus per eam significatur Deus ut Author mortis & vitæ: ergo si sit aliqua oblatio, per quam absque immutatione rei oblatæ Deus author vitæ & mortis denotari possit, ut consecratio corporis & sanguinis, erit verum sacrificium: Nam ratio sacrificij in eâ significatione formaliter consistit: immutatione autem non est ratio

P. Amici Tomus VII,

Aa

formalis

formalis sacrificij, sed aliquid ex parte signi requisitum, ut possit esse aptum ad significandum terminum formalem sacrificij: sc. per consecrationem representatur mors Christi hoc ipso, quod ex vi talis actionis corpus sit separatum à sanguine, ac proinde ut sic denotat illum Authorem vitæ & mortis, absque alia reali immutacione de novo factâ in re oblata. Notat, ad vetum sacrificium commemorationum non sufficere, ut sit signum tantum rei, cuius mortem representat, sed requiritur etiam, ut res, cuius mors representatur, sit signum mortis sui ipsius: cum igitur Christus ipse à sacerdote consecratus, representet cruentam mortem sui ipsius, & ea representatione denotet Deum Authorem vitæ & mortis, licet non verè, sed tantum in figurâ dicatur mori, verè tamen & re dicitur immolari, & in sacrificium offerri: quia verè & à parte rei circa ipsum versatur actio sacerdotis ipsum in sacrificium offerentis.

**TERTIA** affirmit, utramque actionem, consecrationem, & consumptionem esse de essentiâ sacrificij Eucha. Bellarm. lib. I. de Missâ cap. vlt. Henriquez lib. 9. de sacrificio Missâ cap. 9. Alphonse à Castro, v. Missâ, ber. 2 g. prater istam, nisi quod hi duo ve- lint etiam oblationem, quæ expressis verbis fit post consecrationem, pertinere ad essentiam sacrificij: Valen. disp. 6. q. 11. pñ. 1. qui putat ad eam etiam spe- ciale fractionem: indicat Alber. in 4 dist. 13. art. 24.

**Dico 1.** Sola sacramenti consumptio non est integra essentia sacrificii Eucharist. 1. quia Patres, dum hoc sacrificium explicant, nunquam consecrationem excludunt, quod signum est rationis essentialis: 2. Non potest actio excludi ab essentiâ sacrificij, propter quam principaliter confertur potestas sacrificandi: nam hæc est propter sacrificium: At potestas sacrificandi principaliter confertur propter consecrationem; vt colligitur ex formâ sacerdotis à Floren. traditâ: *Accipe potestatem offerendi sacrificium in Ecclesiâ pro viuis & defunctis: quæ potestas principaliter cadit supra corporis & sanguinis Domini consecrationem; propter quam illa principaliter confertur, ex Trident. sess. 24. Con. 1. vbi vt primâ ac principalem actiounem presbiteratus assignat actionem consecrandi.* Confirm. per hanc principaliter sacerdos accipit potestatem parandi victimam: sed victimâ paratur consecratione.

3. In consecratione sunt omnia requisita ad actionem sacrificandi: consecratio n. est actio maximè sacra; & per eam non solum immutatur realiter panis & vinum, quæ sunt materia remota, sed etiam corpus & sanguis Christi, quæ sunt materia proxima huius sacrificij, amittunt presentiam naturalem, & acquirunt sacramentalem in ordine ad species: ergo de se est apta significare Deum, ut Authorem vitæ & mortis:

**Dico 2.** Utique actio, consecratio, & sumptio integrant essentialiter sacrificium Euchar. Ratio: utique est idonea ad denotandum supremum dominium Dei in vitam & mortem: illa, per realē desitionem panis & vini, & productionem corporis & sanguinis Christi in esse sacramentali; hæc per desitionem corporis & sanguinis in esse sacramentali. Vnde expressius consecratio, quam consumptio denotat potentiam Dei in vitam & mortem: quia in consecratione corruptitur una substantia, per quam denotatur dominium mortis, & producitur alia sub novo modo sacram, quæ exprimitur dominium vitæ. Confir. 1. sacrificium debet esse de propriis, Heb. 8. Omnis Pontifex ad offendum munera & hostias constituitur: unde necessario, iugavit, & hunc habere aliquid quod offerat ac sacer-

dos per liberum actum consecrationis, facit ubi sua victimam; per consumptionē vero illam sacramentaliter mactat: ergo utraque actio ad complendū sacrificium essentialiter concurrit. 2. Per consecrationē principalis victimâ, quæ in hoc sacrificio est corpus & sanguinis Christi, producitur tantum: actio autem tantum productua non est apta representare dominium in mortem; sicut actio destructiva: ergo ad utrumque dominium perfectè representandum à principali victimâ, praeter consecrationem, necessaria est etiam consumptio. Hanc sent. indicat S. Thom. 2. 2. q. 85. artic. 3. ad 3. & dacet Concil. Tolent. XII. cap. 5. ut refertur Can. Relatum, de consecrat. dist. 2. Vbi, Quare, inquit, erit illud sacrificium, eni nec ipse sacrificans parsiceps esse cognoscitur? Confirm. ea tantum actio censenda est essentialis huic sacrificio, quæ omessa necessariò est repetenda: atqui tantum consecratio, & consumptio omissa, necessariò est repetenda: ex Tolet. 7. cap. 2. & refertur cap. Nibil 7. qu. 1. & praxi Ecclesiaz. Maior prob. nequit huius necessitatis alia assignari causa, nisi quia utraque est de essentia sacrificij: Nec assignari potest voluntas Christi; nam cur hæc non assignatur in reliquis actionibus elevandi, offerendi, frangendi, cum etiam istæ communiter censeantur esse de Iure divino? nisi quia illas & non has ordinavit ad essentiam sacrificij; eo quod illæ & non hæc idoneæ sint denotare dominium vitæ & mortis.

Deducitur contra Vasquez, non posse essentiam sacrificij Euchar. completere saluari in sola representatione sacrificij cruenti, absq; reali mutatione in sacrificij, cruenti: quia licet incruentum sit essentialiter re. completere representationum cruenti, si tamen in seipso nullam subiectam realem mutationem, non poterit ipsum dici verum sacrificium, sed representationum dumtaxat sacrificij veri sacrificij. Nec sufficit, quod ipse Christus per orationem, seipsum representet mortem suam, ut verè dicatur in preciis, cruentè sacrificari: nam sicut sacrificium incruentum distinguitur à cruento: ita distincta debet actione transmutatione perfici. Nec refert, quod sacrificium principaliter consistat in significatione omnipotentiae Dei in vitam & mortem: quia hæc ipsa significatio fundari debet in aliquâ reali mutatione rei, quæ sacrificatur. Confir. non dicitur sacerdos verè & propriè sacrificare, nisi veram & propriam actionem sacrificium exercet in rem sacrificandam: hæc est, quæ realiter immutat rem sacrificandam, at per Vasquez nullam actionem exercet sacerdos realiter immutatiuum rei, quæ in hoc sacrificio offeratur. Nec discursus Vasquez aliud probat, quam quod Christus in hoc sacram. existens representet seipsum cruentè in cruce oblatum, quod non sufficit, ut ipse in hoc sacramento incruentè dicatur sacrificari, quia deest illi propria nota significativa dominij, quæ est actio realiter immutativa victimæ.

**Obijctes 1.** Res principaliter oblata in hoc sacrificio non est modus sacramentalis, sed substantia corporis & sanguinis Christi, ut stet sub modo sacram. sicut res oblata in cruce non fuit modus presentia naturalis, sed substantia humanitatis, ut stebat sub modo naturali: at in substantia corporis & sanguinis Christi nulla fit realis mutatio: ergo.

**Resp. dist. minor.** nulla fit realis mutatio in corpore & sanguine Christi in seipso naturaliter existente, concedo: nulla in sacramentaliter existente, nego. Nam Christus per consumptionem specierum non solum definit secundum illum modum, sed etiam secundum substantiam; non quidem prout in seipso naturaliter existit, sed prout existit in hoc sacram. quia prout existit in hoc sacram, non solum definit

1. Sens.

56.  
Sola sacramenta consumptio, non est integra essentia sacrificij.

57.

58.  
Et consecratio, & sumptio integrans essentialiter hoc sacrificium.

59.

60.  
Sub indicat S. Thom.

desinit secundum modum, cessando à sustentatione accidentium, sed etiam secundum substantiam de-  
finendo esse hic secundum propriam substantiam. Quia posset cessare à sustentatione accidentium, &  
ad huc manere secundum substantiam,

*Obiectus 2.* Per sumptionem sacram. non statim desinit corpus & sanguis Christi secundum esse sacramentale, quia non desinit sacramentaliter Christus nisi desinentibus speciebus, quem non statim co-  
mest desinunt, nisi alterentur in stomacho: ergo potius digestio, quam sumptio spectat ad essentiam huius sacrificii, quia per digestionem, non per sumptionem Christus amittit esse sacramentale. *Resp.* quamvis per sumptionem Christus non statim desi-  
nat sacramentaliter, sit tamen in via desionis; & hoc sufficit, ut illa actione tanquam magis sensibili, & certa dicatur immolari.

*Obiectus 3.* Si sacrificium Missæ essentialiter completeretur per consumptionem, posset à laico perfici: quia cum ad essentiam sacrificij non requiratur determinata persona, posset à sacerdote inchoatum, à laico perfici. *Resp.* nego sequel. ad prob. nego, ex diuinâ institutione respectum ad personâ non esse essentialiem sacrificio Missæ. Nam licet ex naturâ suâ hoc non postulet sacrificium ut sic: postulat tamen sacrificium tale. Vnde non quis consumptio; sed à sacerdote facta, ut Christi ministro, nempe cum ordine ad consecrationem formaliter, completeretur sacrificium: quare facta à sacerdote scilicet cōmunicât in easu necessitatis, non est cōplementum sacrificij, quia non fit cum ordine ad consecrationem formaliter, atque adeò ut à Christi ministro.

*Obiectus 4.* suprà docui, ad sacrificium nouæ le-  
gis non solum requiri res, sed etiam verba, quæ ip-  
hus essentiam exprimant: qua de causa ibid., dixi,  
verba calicis, *Qui pro vobis effundetur*, essentialiter  
requiri ad consecrationem sanguinis, quia explicant  
essentiam sacrificij, quam Christus necessario con-  
noxuit cum natura huius sacram. Igitur falsum est,  
ad sacrificium Missæ non requiri verba exprimen-  
tia oblationem victimæ, cum oblatio sit essentialis  
sacrificio. *Resp.* Requiri verba ad exprimendam  
rationem genericam sacrificij, nego; ad exprimendam  
rationem specificam, concedo. Ceterum obla-  
tio est ratio genericæ in sacrificio, cum hæc in om-  
ni sacrificio reperiatur, proinde non fuit opus, etiam  
illam proprijs verbis exprimi, quia intelligebatur  
expressa in ratione specificâ, quæ in hoc sacrificio  
est immolata victimæ pro nobis mystica sanguinis  
effusio: nam hæc determinat sacrificium ad certam  
speciem, includitque rationem genericam sacri-  
ficii, quæ est oblatio victimæ in cultum diuinitutum ex-  
hibita. Quia igitur, ut ibi, debuit hoc Mysterium;  
quod de le indifferens erat ut esset solum sacram.  
per modum spiritualis cibi & porti, determinari ut  
esset etiam sacrificium: determinatum autem est  
potius per verba sanguinis pro nobis: effusionem,  
quam oblationem exprimentia: quia in hæc non  
fuisset expressa illa: Contra verò in illa fuit expre-  
sa hæc: cum in ratione specificâ exprimatur gene-  
rica, non contraria.

Deducitur 1. non compleri essentialiter hoc sacri-  
ficium, nisi per sumptionem, atque adeò tunc, &  
non antea participati fructum ipsius: quia non datur  
fructus ex opere operato, nisi completo sacrificio.  
Vnde si quis moreretur ante sumptionem, non par-  
ticiparet effectum sacrificij: cuius fructus tunc par-  
ticiparetur, quando ab alio sacerdote completeretur,  
qui simul cum præcedente facit unum. Fructus ta-  
men illius probabiliter obveniatur esset præcedenti,  
cuius fuit victimæ, & vice eius sequens consumme-

re; vnde illi, non nisi competenter stipendum pro  
Missâ acceptum. Secus esset de eo, qui alteri succe-  
deret in consecratione sanguinis post consecratio-  
nem corporis: quia hic & consecraret & consum-  
meret. Consumptio in Paralœve, quia non habet ra-  
tionem perfecti sacrificij, non consert effectum ex  
opere operato, nisi per modum sacram. vnde nec  
per illud posset sacerdos satisfacere ei, à quo stirp-  
edium pro Missâ accepit; quia ubi non est sacrifici-  
um, sacrificij fructus non est, pro quo stipendum  
datur. 2. Sacrificium hoc essentialiter constat con-  
secratione & cōsumptione virtusque speciei. Quia  
est essentialiter representativum sacrificij crucis;  
sc. per mysticam separationem sanguinis à  
corpo, quod in hoc sacrificio fit per consecratio-  
nem virtusque speciei: & est perfectum holocau-  
stum, quod debet totum absumi per consumptio-  
nem virtusque speciei.

*Dic̄ es:* posset representari Christi mors per cō-  
seccrationem, & consumptionem viuis, tantum spe-  
ciei: quia consumptio representat destructionem  
unionis inter animâ & corpus Christi. *Resp.* Esto,  
ita representari posset Christi mors non tamen  
posset ea, quam de facto in cruce subiit; nempe per  
per sanguinis à corpore separationem. Nota cor-  
pus & sanguinem Christi sub speciebus panis &  
vini, non in facto esse, sed in fieri dici sacrificium  
formaliter: quia sacrificium non in ré, sed in actio-  
ne formaliter consistit: hinc est, cur corpus & san-  
guis Christi in custodiâ seruata, non dicantur sacri-  
ficium; sed sacramentum: quia hoc ex rebus, sa-  
crificium ex actionibus constat.

3. Hoc sacrificium in re oblatâ, & in actione offe-  
readi sc. per mysticâ immolationem, est idem spe-  
cie cum sacrificio eoenæ: diversum tamen specie,  
non in re oblatâ, sed in actione offerendi eum sa-  
crificio crucis. Primum constat: nam discernen-  
quodcumque assignetur, est tantum accidentes:  
quod actio illa fuerit infiniti valoris, nempe à Chri-  
sto; hæc finiti, nempe à puro homine, solum variat  
sacrificium magis & minus intra eandem speciem,  
sicut quantitas finita & infinita. Secundum colligi-  
tur ex Trident. sess. c. 22. cap. 2. affirmante, eandem  
esse hostiam, quæ in cruce fuit oblatâ, & nunc sa-  
cerdotum ministerio offertur; sola offerendi ratio-  
ne diversa: actio. n. quâ Christus fuit in cruce obla-  
tus, essentialiter differt ab actione, quâ offertur in  
sacram. siquidem illa fuit realis destructione unionis  
fuerit animam & corpus; hæc: unionis inter corpus  
& accidentia Euchar. illa fuit destructione etiam na-  
turalis, hæc tantum sacramentalis: ut sacrificium ex  
parte rei significatis, ex actione immolationâ maxi-  
mè constat: igitur si hæc diversa specie est in sacri-  
ficio crucis, & altaris, sacrificia quoque ipsa diuer-  
sa erunt specie in actione sacrificatiâ, quamvis ea-  
dem in re oblatâ, & in termino ultimo significato,  
qui est Deus ut author vite & mortis.

Ad 1. argu. primæ, resp. essentiam sacrificij non  
solum posse consistere in actione, quæ victimam  
mutat per destructionem, sed etiam, quæ victimam  
mutat per productionem: nam prior est sufficiens  
nota dominij in vitam & mortem; posterior saltem  
in vitam: proinde in eâ salte partialiter saluari po-  
test natura sacrificij: quamvis in actione produci-  
tuâ corporis & sanguinis Christi saluetur nota vir-  
tusque dominij, & mortis per destructionem sub-  
stantiarum panis & vini; & vita per productionem cor-  
poris & sanguinis Christi. Ad confirm. neg. antec.  
nam cum victimâ principaliter producitur ad pro-  
testandum supremum dominium Dei, non est tan-  
tum preparatio sacrificij, sed ipsum sacrificium  
quia

Sacrificium  
hoc essentialiter  
constat  
consecratio-

sumptione

Corpus &  
sanguis  
Christi  
in fieri dici po-  
sib; sacri-  
ficium forma-  
liter.

Discrimen  
inter hoc  
sacrificium  
& crucis.

75.

Ad argu.  
prima.

Ad confir.

quia talis actio de se apta est, ut secundense institutione Dei, fiat formaliter sacrificium. Quod autem Christus sub sacram. constituantur principaliter ad denotandum supremum dominium Dei, constat ex illis: *Hoc facite in meam commemorationem.* Nec est eadem ratio de incarnatione, quæ non fuit finaliter terminata ad humanitatem, ut esset victima; sed propter gloriam ipsius, ut unita Verbo esset naturalis filius Dei. *Henr. lib. 9. de sacram. cap. 9.* concedit incarnationem pertinuisse ad sacrificium cruentum, ut rem oblatam. Ad 2. nego, in die Parasceues celebrari verum sacrificium, ita communiter: vocatur autem sacrificium, quia saltem est incompletum sacrificium.

Dices: Sacrificium compleetur mortatione victimæ; ergo est completum sacrificium. Resp. nego, quodvis sacrificium compleri in mortatione victimæ: cum igitur hoc sacrificium sit perfectissimum complectens in se uno, quidquid perfectionis repetiri posset in singulis, non solum habet perfectionem holocausti, per consumptionem, sed etiam reliquorum sacrificiorum, per corruptionem unius & productionem alterius. Et præterea quod est propriu huius sacrificij, ut sit commemoratum cruenti sacrificij crucis, quod perfectè exprimi nequit, nisi in consecratione vtriusque speciei. Ad 2. prob. neg. minor. nam *Vasq.* putat, eo die nullum verum celebrari sacrificium, & tamen censeret, si in illum incidat festum, teneri fideles interesse, adeoque satisfacere præcepta audiendi Missam: sicut tenerentur interesse ei sacro, in quo Parochus defectu hostiæ, non consecrat nouam hostiam, sed præconsecratam eleuaret, offerret, frangeret & consumeret.

Ad 1. argu, 2. concessâ maiori, dico: quamuis non sit de fide, Christum sacramentaliter seipsum consumpsisse, est tamen constans opinio Scholast. quam docuit. *Hieron. Epist. ad Hedibiam quest. 2. & refut. can. Nec Moyses, de consecrat. dist. 2. & Chrysost. Homil. 84. in Matth. ex illis Luc. 22. Non bibam a modo de generatione vitis, donec regnum Dei veniat, quæ ex communi sent. PP. non possunt nisi de calice consecrato in telligi: atque hæc certudo satis est, ut in eâ fundari dicamus, consumptionem factam. spectare ad essentiam huius sacrificij: unde quantum certitudinem habet opinio, quod Christus seipsum sacramentaliter consumpsit, tantum habet nostra sent. quod consumptio spectet ad essentiam sacrificij. Ad 2. dico, ita PP. hoc sacrificium per consecrationem exponere, ut consumptio non excludant. Quod sapientius illius, quam huius mentionem faciat, est, quia actio illa est admirabilior, & principalior. Ad 3. neg. minor. nam ut dici possit actio fieri in persona Christi, sufficit, si fiat Christo ordinante & iubente, etiam si non fiat ipso actu actionem exerceat: sicut dicuntur officiales regij operari in persona Regis, qui operantur ordinantes & iubente Rege. Ad 4. neg. minor. nam immolatio propriè importat destructionem victimæ; Christus non destruitur sacramentaliter per consecrationem, sed per consumptionem. Et licet Christus sufficienter representet mortem suam, per solam consecrationem vtriusque speciei, hoc tamen non sufficit ad sacrificium incruentum, quod debet peculiar actione transmutatiu distinctori peragi. Ad confirm concedo, sacrificium incruentum essentia litter esse representatiuum cruenti, & propter eam requirere consecrationem vtriusque speciei: nego tamen, esse tandem representatiuum illius, sed etiam oblatum sui; atque adeò dico, præter consecrationem requirere etiam consumptionem, quæ non est sola sepulturæ representatione, sed*

etiam mortis expressio, nam sicut in morte dissoluta fuit unio animæ cum corpore: ita in consumptione dissoluitur unio Christi cum accidentibus; unde sicut per illam manifestata est humanitas naturaliter, ita per hanc corpus & sanguis Christi sacramentaliter. Ad 5. conced. sequel. neque n. est absurdum, particulæ illas non perfecte sacrificari, donec consumantur, non à populo, cui sacrificandi potestas collata non est, sed à Sacerdote: sicut non est absurdum, quod deficiente Sacerdote, hostia ab ipso consecrata non perfectè sacrificetur, donec consumatur ab alio. Ad 6. Eo casu censetur Author ipse sacrificij Deus per miraculum dispensare, ob peculiares fines, quos per tale miraculum intendit, ut ibidem indicat *S. Thomas.*

## SECTIO IV.

### Qui sunt offerentes in sacrificio Missæ.

**D**elicibus offerentium generibus est difficultas; Dubia ista.  
1. de Sacerdotibus excommunicatis, hæreticis, degradatis, An possint hoc sacrificium offerre;  
2. De Christo, an actu una cum Sacerdote hoc sacrificium offerat; 3. de Ecclesia, quo modo hoc sacrificium Missæ offerat.

Quoad primum; Magister in 4. dist. 13. *Gratia.* can. Quod quidam 1. quis. *Scimus* ead. dist. 13. quest. 2. Negare. 5. Ad quidam. *Gabriel* qu. 2. art. 3. dub. 2. negant, hos Sacerdotes hoc sacrificium offerre posse. Qui tamen disperimouentur fundamento: *Magister & Gratia.* quia isti amittunt potestatem Christi corpus consecrandi, cum ex Pribus nulla sine extra Ecclesiam vera sacram. *Scimus & Gabriel:* quia ad sacrificium necessaria est vocalis oblatio facta in persona Ecclesie. Probant, non dicit Sacerdos: *Tibi offero:* sed *Tibi offerimus.* Sed qui sunt ab Ecclesia præcisi, non possunt offerre in persona Ecclesie: igitur non possunt sacrificare, quomodo possint consecrare quoniam ad consecrationem non est necessaria oblatione.

Reliqui affirmant, non modo excommunicatos, hæreticos, & degradatos posse consecrare, sed verum etiam Missæ sacrificium offerre. Primum est definitum à Tridem. *eff. 23. cap. & can. 4. contra Luther.* & *Calvin,* assertores, Sacerdotes semel recte ordinatos, iterum laicos effici posse. *Ratio ibid. character.* à quo tantum validè pender consecratio, est indelebilis. Secundum prob. ad naturam sacrificij non est necessaria vocalis oblatio: & esto sit necessaria, eam non offerit Sacerdos in persona Ecclesie, sed Christi: quia quæ sunt essentialia sacrificio, non pendent à potestate Ecclesie, sed Christi, qui nunquam per suspensionem Ecclesie auferit à Sacerdotibus potestatem sacrificandi. Confirm. non minus debuit esse hoc mysterium firmum & infallibile in ratione sacrificij, quam in ratione sacram. cum non minus illud ad diuinum cultum, quam hoc ad nostram utilitatem dirigatur: ergo sicut per nullam suspensionem humanam impeditur in ratione sacram. ita nec in ratione sacrificij. Ceterum cum *Extra Ecclesiam nulla sacramenta.* Patres dicunt, extra Ecclesiam vera sacram. non reperiuntur, explicandi sunt, vel fructuosæ, vel quia plerumque non peraguntur cum omnibus essentialiter requisitis.

Maior difficultas est, an huiusmodi Sacerdotes Ratio dub. verum offerant sacrificium, si expressam voluntatem habeant non sacrificandi, sed tantum consecrandi. *Ratio dub. consecratio, & sacrificatio sunt actiones formaliter diversæ:* quarum una ordinatur, ad corp.

ad corpus & sanguinem Christi per modum signi significantis animas; Altera per modum signi potestatiū Diuini cultus: igitur poterit Sacerdos unam intendere, & aliam expresse nolle: & consequenter tunc consecrabit, & non sacrificabit, cùm ad sacrificandum necessaria sit implicita saltem voluntas profitendi diuinum cultum. Dicendum, adhuc in eo casu Sacerdotem sacrificaturum. Ratio: ipsa voluntas consecrandi & consumendi, est simul implicita voluntas sacrificandi: vnde implicat aliquem habere voluntatem consecrandi & consumendi, & non sacrificandi: et si habere possit voluntatem consecrandi, & non consumendi: in quo euentu consecrabit, & non perfectè sacrificabit; nam ad perfectum sacrificium requiritur etiam consumptio.

Ad rationem dub. esto actiones iste sint diuersæ formaliter, una tamen essentialiter includitur in aliâ ex Christi institutione: *Hoc facite in meam commemorationem*: sc. ex Paulo 1. Corinθ. ii. quotiescumq; hoc sacram. conficeris, in mei memoriam facieris. Vnde in confectione sacramenti includitur protestantia diuini cultûs.

Quoad secundum; affirmant Bellar. li. 2. de Missa cap. 4. Suarez disp. 77. sett. i. Contra. qu. 83. art. 1. dub. 6. nam hoc modo melius saluatur, quo pacto Christus ex Trident. sess. 22. cap. 2. sit principalis offerens, istud hoc sacrificio. cùm in hac sent. non tantum remota & habitu, sed proximè & actu concentrat cum Sacerdote ad actionem sacrificandi. Confir. hoc modo Christus perfectius exercet munus summi & æterni Sacerdotis. 2. Melius saluatur anthoritas Patrum assentientium, Christum in hoc sacrificio non solum esse id, quod offerunt, sed eum, qui offerit. Hoc magis conducit ad dignitatem & valetorem huius sacrificij: quia magis hoc modo equipatur sacrificio crucis, & coenæ, non tantum in re oblatæ, sed etiam in actione offerendi. 4. Potest Christus nunc actu cum Sacerdote offerre: ergo aequaliter offerit: quia non est, cur Sacerdos dignissimus perpetuo vacet à munere offerendi, cùm illud & pro dignitate sua, & ad maiorem Dei gloriam exercere possit: hoc spectat ad excellentiam huius sacrificii, cùm oblationis dignitas ex offerentis personæ dignitate maxime pensem: hoc postulat dignitas rei oblatæ, quæ sicut ex se infinita est, ita infinitam postulat offerentem, ex cuius actione nunquam posuit hoc sacrificium inquinari. Negant Gabriel let. 26. in Can. Missæ litt. A. Corduba lib. I. qu. 3. opin. 2. Henr. lib. 9. de vero Missa sacr. cap. 19. nu. 4. & 6. V'asquez disp. 225. cap. 3. & colligitur ex Scote quolib. 20. 5. Hic primit. Quasent. probabilior Prob. 2. vt Christus & iuxta Conciliū, sit principalis offerens in hoc sacrificio, sufficit, vt Sacerdos offerat in persona ipsius per virtutem ab ipso acceptam. Sicut verè dicitur agere, qui per alium, vt per suum substitutum, & per virtutem illi communicatam, agit: ita verè Christus sacrificare dicitur, qui per Sacerdotes, vt per suos substitutos, & per virtutem illis communicatam, sacrificat. Quem modum indicat Concil. dicens, Christum esse nunc offerentem, Sacerdotum ministerio: & docet S. Tho. 3. p. qu. 82. art. 1. & alib. Nec refert, quod sacerdos hanc virtutem sacrificandi accipiat etiam à Deo, Deus tamen non dicatur principalis offerens in hoc sacrificio: quia cùm sacrificare sit inferioris respectu superioris, non potest competere Deo, qui superiorum non agnoscit. Per hunc etiam modum saluatur, quo pacto actione sacrificandi, etiamsi procedat à malo ministro, non inquietur, sed semper effectum consequatur ex opere operato: sc. quia non accipit suam honestatem, saltem completam, vt procedit à ministro,

sed vt est à Christo assumpta, mediante ministro, vt instrumento, iuxta disp. 4. sett. vlt.

Corfum. si aliquis Apostolus in triduo consecrasset, talis sacrificii principalis offerens fuisset idem Christus, non ratione actualis oblationis, ad quam in triduo tunc Christi anima à corpore separata non concurredisset, cùm hoc sic minus totius Compositi: ergo ratione institutionis & virtutis communicatæ tacerdoti, vt vicario & ministro Christi 2. Si Christus simul cùm sacerdote actu sacrificaret, causa principalis; hoc sacrificium non solum prout fuit à Christo in ultimâ cœnâ, & in Cruce oblatum, sed etiam prout nunc offeritur à Sacerdote, esset infiniti valoris: sc. si Christus aequaliter sacrificaret cum sacerdote, actio sacrificatæ tacerdotis esset etiam cum actione Christi, quæ est infiniti meriti; cùm actio instrumenta ead. sit cum actione principalis. Conseq. est falsum: quia sacrificiū prout nunc offeritur est limitati valoris; & formaliter consistit in actione sacrificandi: quæ si est infiniti meriti, sacrificium esset infiniti valoris. Confir. Si Christus actu semper offerret simul cum sacerdote hoc sacrificium hoc semper & pro qualunque re oblatum consequeretur suum effectum, quia non posset filius pro infinitâ suâ reverentia à Patre non exaudiri; cùm sit in statu impetrandi, licet non in statu merendi.

Ad 1. oppositæ, patet ex dictis. Ad 2. resp. reg. & à Patribus Christum dici non solum esse id, quod in hoc sacrificio offeratur, sed etiam qui offerit: quia iuxta Trident. Christus ministerio sacerdotum offerit. Ad 3. esto hoc magis conduceret ad dignitatem sacrificij, afferendum tamen non est, proper rationes assignatas. Nego etiam, hoc sacrificium equipari debere sacrificio ultime cœnæ quoad valoris dignitatem, licet equiparetur quoad rationem specificam, vt supra, & cruento crucis in actio, ne offerentis: quin potius iuxta Trident. sess. 22. cap. 2. in eâ debet differre, Vna enim, inquit, eademque est hostia sola offerendi ratione diuersa. Ad 4. neg. cons. ad 1. prob. resp. ad munus æterni ac summi sacerdotis sat esse, vt continuo offerat per suos ministros: sicut ad munus sacerdotis Principis sufficit, vt gubernet per suos ministros. Ad reliquas prob. sat est, vt hoc sacrificium offeratur à ministro in persona Christi, quo modo actionis personalis iniqui ministri nunquam poterit hanc hostiam inquinare.

Quoad tertium, dicitur sacerdos hoc sacrificium nomine totius Ecclesiæ offerre, sed diuerso modo, Dubium 3. quo illud offerre dicitur in persona Christi: nam in persona Christi sacerdos offerit, vt inferior nomine & iusu superioris: nomine Ecclesiæ, vt superior pro inferiore. Est n. Ecclesia, prout à sacerdotibus condiscinguitur, populus fidelis, qui hoc sacrificiū offerit per sacerdotem, vt per superiorē & summa aduocatum apud Deum. Concurrit autem ad hoc sacrificium offerendum Ecclesia, vel habitualiter & interpretatiū quo modo omnes fideles, etiam absentes concurrunt, vel actualiter & expressè, vt presentes, qui simul cum sacerdote illud actu offerunt, vel causaliter, vt qui illud precibus, aut elemosynâ procurarunt. Vnde unusquisque eo magis de illius fructu participat, quod expressius, pluribus que sicut ad illud concurrit.

## S E C T I O V.

*Pro quibus possit hoc sacrificium licite & validè offerri?*

Hoc sacrificium institutum est ad præstandum Eukum Deo, propter quod Latreutivm, & Ad tria in Bucharis fitum.

Eucharisticum, siue laudis dicitur, quæ sit in gratia sum & actionem de summo beneficio accepto Passus Christi: ad obtinendam remissionem culpas & pœnæ, quo modo Propitiatorium nuncupatur, & Imperitorium, quæ valet ad omnia bona tam animi, quam corporis imperanda.

Certum 1. illud offerri posse pro fidelibus viuis, & defunctis existentibus in purgatorio, ex Trident. sciss. 12. cap. 2. & Cano. 3. hi. n. omnes sunt capaces effectus huius sacrificii; etiam infantes baptizati sunt capaces beneficij, saltem temporalis, & extrinsecæ protectionis diuinæ. 2. offerri posse pro beatis, non ad impetrandam illis gratiam, vel alicuius pœna remissionem, cum nihil horum indigeant, sed, ex Trident. cap. 3. ut ipsi pro nobis apud Deum intercedat: nec enim ipsis, sed Deo qui ipsis coronauit, sacrificium offeritur. 3. Offerri non posse pro parvulis defunctis absque baptismō: nam hi nullius sacrificii effectus sunt capaces, neq; mitigationis aliquius pœna sensus, quam ex 3. 10. non patiuntur; nec remissionis peccati orig. aut pœnae dāni, quam patiuntur, cum nos sint capaces. ut potè in termino constituti extra statum viae. 4. Offerri non posse pro damnatis, ut ab inferno liberentur: cum de fide sit, contra Orige. lib. Periarch. damnatos aeternam pœnam fore cruciandos, ex illo Matth. 25. *Descedite a me maledicti in ignem eternum.*

Controversia est; an saltem hoc sacrificium proficit illis ad aliquam pœna mitigationem seu remissionem. *Prepositius, Porrectani, Altisidio.* teste S. T. bo. in 4. dist. 45. qu. 2. art. 2. ad 1. qu. affirmabant, suffragia prodesse damnatis: *Prepositius, eod vsque suffragia pro illis multiplicari posse, ut tota tandem pœna tollatur vsque ad diem iudicii post quem reassumptis corporibus, cessantibusque suffragiis, cruciandi sunt aeternum: Porrectani, minui pœnam damnatorū per partes proportionales, non æquales; quo pacto nunquam posset tota finiri: Altisidi per suffragia non minui pœnas damnatorum, sed eos tantum corroborati, ut pœnas minus sentiant.* Eand. opin. secutus est August. de Ancona, ut refert Suppl. in 4. dist. 45. qu. 2. art. 2. Alij putabant, minui pœnas damnatorum indirecè, quatenus illi videntes alios pro se orare, aliquem percipiunt consolationem, quod ipsorum memoria vigeat apud viuos. *Maior* in 4. dist. 45. qu. 1. 9. Secundo argum. censet, per suffragia minui pœnam debitam peccatis venialibus: ex doctrina Scoti in 4. dist. 15. qu. 1. § de quarto, sequitur, minui etiam pœnam debitam peccatis mortalibus remissis, & non ad plenum in hac vitâ, quoad pœnam condonatis. Fund. virtus que: pro huiusmodis peccatis damnati ad tempus torquentur: igitur poterit eorum pœna, cum sit temporalis, per suffragia minui. Cōmuni tamen sent. in 4. dist. 45. affirmat, nullo modo suffragia prodesse damnatis, adeoque non posse hoc sacrificium pro ipsis offerri: quam sent. *Sotus cit. dist. qu. 2. art. 2.* appellat vel Catholicam, vel Catholicæ proximam. Ante *Sotum* verò nullus Schol. ausus est oppositam sent. damnare, sed solùm ut fallam, improbabilem, & minùs turam refutauit. Ego illam hæreticam dicere non audeo, cum non sit contra expressam aliquam regulam fidei: certoneam tamen, vel saltem errori proximam appellare non dubitatum, cum non obscurè ex diuinis oculis deducatur pœnas, quas damnati luunt, aeternas esse, non modò quoad durationem, verum etiam quoad intensiōnem, adiuncta Patrum explicatione, & communis Ecclesiæ sensu, quæ canit, in inferno nulla est redempcio: Nulla, omnem excludit: veritatem confirmat damnatorum status, qui in testimo existentes, hab-

lens sunt remissionis capaces: ut & contrario; quia beati sunt in termino beatitudinis, nullius sunt diminutionis gloriæ capaces: vt nec illi remissionis culpas, ita nec pœnas, quæ culpam proportionaliter comitatur. Quare grauiter peccaret, qui prodanatis oraret, ut recte Mayron. in 4. dist. 21. qu. 5. art. 3. *Sotus cit. & prohibetur cap. Pro abeuntibus 13. qu. 2.*

Ceterum exempla, quæ affectri solent de anima Traiani precibus S. Gregorii ab inferis liberata, deque aliis Gentilibus in vitam reuocatis, ac tandem saluatis, ut apocrypha reicit Albertus in 4. dist. 20. art. 18. & Baro. an Christi 119. vel certè, cum sint contra communem legem à Deo statutam, non sunt in exemplum adducenda. Ceterum ceteræ opiniones priores in maiori versatur errore, quæam posteriorēs. Ad fundam *Motoris & Scotti*, nego; vilam pœnam damnatorum esse suuendam: & esto illa esset suuenda, nego eam minui posse per suffragia viuorum, quorum ipsis ratione status & legis à Deo latè capaces non sunt, ut recte cit. *Suppl. Neg*o etiam, damnatos loge ordinariâ, quidquid sit de extraordinariâ, cognoscere ea, quæ apud nos geruntur, ut saltem cognoscendo eos, qui pro ipsis orant, aliquid capiant solatium; ex August. lib. de cura promortuus cap. 13. qui id expresse testatur.

Certum 5. hoc sacrificium licet offerri non posse pro excommunicatis ut cap. A nobis, de sent. ex communicationis, & cap. Sacris, eod. titulo: à fortiori neque pro hæreticis, & schismaticis. Nec solù prohibemur publica suffragia offerre pro nominatim ratum excommunicatis, publicisque clerici persecutoribus, quos tantum post Conc. Constan. tenemur vivere, sed pro quo quis excommunicato, ut recte Suarez de Censuris disp. 9. sciss. 3. alioqui in iis fructu stretur finis intinsecus censuræ, qui est, eos priuare publicis Ecclesiæ suffragiis: quidquid in oppositione dicant Henr. lib. 9. de vero Missæ sacr. cap. 15. & Azor. lib. 10. cap. 22. qu. 3. Dixi publica suffragia: nam priuata pro iis offerre, non est prohibitum. An autem pro iis sacrificium oblatum valeat ad fructum, si præter censuram, nullum aliud impedimentum habeant, si nimis eos peccati pœnituerit, & in gratia sit: affirmat Suarez cit. dist. sciss. 4. de fructu tantum, qui consequitur essentiam sacrificii: quia hic à solo Christo pender, & ab Ecclesiâ impediti non potest, si sit, quamvis prohiberi possit, no licet sit: negat autem de fructu, qui consequitur publicas orationes & ceremonias ab Ecclesiâ huic sacrificio adiunctas; quia hic pendet ab Ecclesiâ, ab eaque impediti potest, ne participetur etiam à publico ministro offeratur.

Hinc soluitur dubium, quo pacto N. Societas legge decrevit, ut omnes sacerdotes singulis mensibus sacrificium offerant pro hæreticorum conuersione, cum Ecclesia id prohibeat: nimis non decrevit, ut directe & primariò sacrificium offeratur pro hæreticis, sed pro dilatatione & propagatione fidei Catholicæ, quæ quia, haberi non potest, nisi per hæreticorum conuersiōnē, indirecte & consequenter valet etiam pro ipsorum conuersione. Addit Bellar. lib. 2. de Missæ cap. 6. non esse prohibitum, etiam directe pro corum conuersione hoc sacrificium offerre, modò nihil addatur in Missa, sed per solam intentionem illis sacrificium applicetur.

Controversum, an licet & validè hoc sacrificium offerri posset pro reliquis viuentibus non baptizatis. Negant *Sotus* in 4. dist. 11. qu. 2. art. 7. *Vasquez* disp. 226. cap. 3. Primo, quia ex Conc. Brachar. I. cap. 23. prohibetur hoc sacrificium offerri pro Catechumenis defunctis. 2. ex August. lib. 1. de anima cap. 9. *Quis offerde corpus Christi, nisi pro eis, qui sunt membrorum Christi?*

*Ad fund. Scotti & Majoris.*

*Non potest etiam hoc sacrificium offerri pro excommunicatis.*

*Indirecte & secundario potest.*

*Potestque non baptizatis, si licet ne.*

104.  
Quæcerta.

105.  
106.

107.

108.  
Nonnulla  
controv.

Fund. Ma-  
ior. vs. Scotti.

109.  
Nulla suffragia pro-  
desse dam-  
natu.

110.  
Oppofita  
ſententia er-  
reri proxim-  
imo.

dicere non audeo, cum non sit contra expressam aliquam regulam fidei: certoneam tamen, vel saltem errori proximam appellare non dubitatum, cum non obscurè ex diuinis oculis deducatur pœnas, quas damnati luunt, aeternas esse, non modò quoad durationem, verum etiam quoad intensiōnem, adiuncta Patrum explicatione, & communis Ecclesiæ sensu, quæ canit, in inferno nulla est redempcio: Nulla, omnem excludit: veritatem confirmat damnatorum status, qui in testimo existentes, hab-

<sup>117.</sup> *Affirmant vero Bellarm. lib. 2. de Missa cap. 6. Henrig. lib. 9. de sacrificio Missæ cap. 15. Suarez disp. 78. sect. 2. Paul. Layman tract. 5. de sacrificio Missæ cap. 2. Que sent. probabilior: colligitur ex 1. ad Timoth. 2. Obsecro primum omnium fieri obsecrations, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominib[us], pro Regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt. &c. subditur: Hoc enim bonum est, & acceptum coram salvatore nostro Deo, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Quem locum Chrysost. hom. 6. explicat de Regibus Gentilibus: de iisdem August. epist. 59. ad Paulin. med. & de orationibus & postulationibus, quæ in Missa fiunt: Non quisquam existimaret, non esse ista facienda pro his, à quibus persecutionem patiebatur Ecclesia, & membra Christi ex omni effient hominum genere colligenda. Concordat Prosper lib. 1. de vocatione gen. cap. 12. Supplicat ubiq[ue] Ecclesia Deo, non solum pro Sanctis, & in Christo iam regeneratis, sed etiam pro omnibus infidelibus, & inimicis crucis Christi, pro idolorum cultoribus pro Fidei &c. Paulò antea: Quam legem supplicationis ita omnium Sacerdotum, & omnium fidelium deuotio tenet. Idem multò antea docuerat Clemens Rom. lib. 8. Constat. cap. 12. ubi in Missâ orare præcipit pro Rege, & omnibus qui in sublimitate sunt, pro quoque iis, qui foris sunt & errant, ut eos Deus conuertat. Unde addit Bellarm. cit. licetum esse sacerdotibus, qui apud infideles degunt, expressè pro Rege infideli, modo excommunicatus non sit, ut heretici, Missam offerre: Nam hec est traditio Apostolica, inquit, & nulla extat expressa Ecclesia prohibitus. Quia hoc sacrificium est applicatio cruentij sacrificij crucis: sed illud oblatum sicut pro omnibus: ergo & hoc offerri potest pro omnibus, ubi expressa prohibitio non sit. Haec ipsa ratio est.*

<sup>118.</sup> *Ad 1. opposit sent. Resp. cum Henrig. cit. Concilium tantum loqui de Catechumenis, qui fuerunt in culpa, ne baptismum susciperent, qui dicuntur incompetentes, alioquin Nanar. de indulgen. not. 31. n. 47. docet, illis applicari posse indulgentias; ergo multò magis sacrificium Missæ.*

<sup>119.</sup> *Ad 2. respondeo, Augustinum tantum loqui de parvulis, qui moriantur absque baptismo, quibus, ut supra probatum est, nullo modo prodelle potest sacrificium, cùm nec sint, nec esse possint membra Christi.*

<sup>120.</sup> *Ad 3. concedo, Ecclesiam totum Canonem Missæ primariò dirigere ad fideles: nego tamen hinc colligi, licet ac validè offerti non posse etiam pro infidelibus, cùm nullibi hæc expressa prohibitio habeatur, nisi tantum pro excommunicatis.*

<sup>121.</sup> *Ad 4. concedo, non baptizatos incapaces esse fructus huius sacrificij ex opere operato certà lege consequibilis: nego tamen eos incapaces esse fructus per modum liberalis impenetrationis; nam sicut illi incapaces non sunt fructus impenetrabilis per orationem, ita neque erunt incapaces fructus impenetrabilis per hoc sacrificium.*

## SECTIO V.

*Quos effectus hoc sacrificium causet ex opere operato?*

**E**T si primariò sacrificium ad colendum Deum institutum sit, secundariò tamen ordinatur ad remittenda peccata, & impetranda bona iis, pro quibus offertur: eo quippe placatus Deus, criminis & peccata etiam ingentia dimittit, teste Trident. sess. 22. cap. 2. Ceterum non disputo h[ic] de effectibus, quos hoc sacrificium causat ex opere operantis, quæ est opus offerten[s]is, sed de effectibus, quos causat ex opere operato; quæ est opus Christi, nullo habito respectu ad dispositionem ministri offerten[s]is: quo pacto dixi cit. sess. 22. cap. 1. Trident. Nulla indignitate aut malitia offerentium hanc oblationem inquinari posse: quia non operatur ut actio personalis ministri, sed ut actio instrumentalis Christi, ab ipso assumpta huiusmodi effectus in nobis causados, in virtute sue passionis, ut causa principalis, iuxta disp. 4. sect. vii:

Dupliciter autem dicitur hoc sacrificium effectus. <sup>122.</sup> causare ex opere operato; vno modo directe & immediate; ita causat remissionem penas ex peccatis condonatis relictæ: alio modo indirecte & mediata, ita causat remissionem culpa, tam mortalis, quam venialis, ut infra. Prior, ad distinctionem posterioris dici solet ex opere operato simpliciter; Posterior impenetratorius, eo quod datur ad instar orationis impenetrantis. Qui adhuc dupliciter esto potest; vno modo ex certa lege & infallibilitate; alio modo non ex certa lege, & fallibiliter. Ut ergo tamen immediatè fundatur in meritis Christi, non in sanctitate ministri offerten[s]is, nam, ut recte Vasquez disp. 229. n. 15. Non est contra naturam effectus ex opere operato, quod non semper, & ex certa lege & infallibilitate fiat. Difficultas est, quos effectus in particulari sacrificij Euchar. causet ex opere operato, siue immediatè, siue mediata, siue infallibiliter & ex certa lege & promissione, siue non infallibiliter, & ex certa lege;

*An hoc sacrificium ex opere operato, & infallibiliter conferat primam gratiam, & remissionem peccatorum attritus?*

**P**RIMA sent. affirmat. Pro qua citantur Cathar. ri. in 10. cap. ad Hebre. ubi tamen hoc non assertur. & in op. sc. de sacrificio Missæ; Gabriel lect. 85. in Can. Missæ; Turria. lib. 1. in Canones Apost. cap. 24. at nullus, quem ego legerim, hanc sent. expressè docet. sed solum affirmant, per hoc sacrificium deleri non solum penas, sed etiam culpas: modù quod id fiat, non explicit. Solus Gueliel. Alan. videretur hanc sent. indicare lib. 2. de Euchar. cap. 33. planum quoque est (quod obseruari in primis volo.) hoc sacrificio primam gratiam tribui, aut procurari, sine quæ huiusmodi peccatorum non sit unquam condonatio: hæc ipse. at paulò superius explicavit, quomodo hoc sacrificium primam gratiam conferat, nempe mediata, non immediata. Prob. 1. Hoc sacrificium est propitiatorium, ut constat ex formâ calicis, & definit. Trident. Prob. 1. sess. 22. Can. 3. Natura autem sacrificij propitiatorium est, peccata remittere: ergo. Nec dici potest propitiatorium, quatenus remittit penas; nam hoc modo potius dicitur satisfactorium, ut recte Alan. cit.

**2. Colligitur ex verbis, quibus perficitur. Qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum: quæ non capitum de sacrificio cragno crucis, sed priu[m] de mystico altaris intelligunt Patres: ut idem sit, ac quæ pro vobis**

227.  
Tertio.428.  
Quarto.129.  
Quinto.130.  
Negant ve-  
rū.

Aniqui.

Rapto.

131.  
Colligimus  
ex Trident.

132.

133.  
Ratio.134.  
Dies.

230.

*pro vobis immolatur: & legunt offunditur de præsenti, ex liturgiis Iacobi & Marci, ut disp. de formâ Euch. 3. dederetur ex Trident. cit. sess. cap. 2. Huius oblatione placatus Dominus, crimina & peccata etiam ingentia dimittit: quæ non nisi impropriè de pœnis dumtaxat peccatorum explicitantur: & ipsum tacitè hâc explic. refutat Can. 3. dum distinctè dixit, hoc sacrificium offerri pro peccatis, & pœnis, ac satisfactionsibus. 4. Ex Trident. cap. 1. per hoc sacrificium applicatur nobis virtus sacrificij cruenti crucis in remissionem eorum; que à nobis quotidie committuntur, peccatorum. Sed sacrificium crucis valuit ad remissionem peccatorum, saltem quoad sufficientiam, pro omnibus: ergo & hoc valebit quoad efficaciam pro aliquibus. 5. ex s. Thom. 3. p. qu. 22. art. 2. cuiuslibet sacrificio tribuitur adeptio gloriæ, & remissio peccatorum, sine quâ gloriam adipisci non possumus: ergo maximè huic sacrificio, quod est omniū perfectissimum.*

*SACVnda communis negat, hoc sacrificium immediate nobis peccata remittere, atque adeò priuam gratiam conferre attritis, sed tanquam mediatis, impetrando auxilium ad actum pœnitentiaz, quo peccata immediate remittantur: ita s. Tho. in 4. dist. 12. q. 2. art. 2. ad 4. 2. qu. vbi docet, effectum huius sacrificii iij esse delere peccata, non ut cautam proximam, sed in quantum gratiam conciliationis impletat. Durand. qu. 4. Palud. qu. 1. art. 3. Sorsu in 4. dist. 12. qu. 2. art. 5. §. Hic discrimen, Canus lib. 12. de locis Theot. cap. 13. in argum. 9. Ioseph Anglos de valore Missæ diffic. 4. Suarez. disp. 79. art. 3. Henrig. lib. 9. de sacrificio Missæ. cap. 13. & 14. Vasquez disp. 228. cap. 2. Coninck 3. p. qu. 8. 3. art. 1. dub. 8. Nuguez ibid. dub. 6. Syntaxis 3. p. qu. 8. 3. art. 1. qu. 14. & c. 1.*

*Ex Trident. cit. sess. 22. cap. 2. vbi explicans modum, quo hoc sacrificium [n]obis peccata dimittat: Huius, inquit, oblatione placatus Dominus gratiam & donum pœnitentia concedens, crimina & peccata etiam ingentia dimittit; ergo non immediate, sed mediante dono pœnitentiaz, quod sacrificium impetrat: nec per t[er]tia gratiam intelligit iustificantem, quæ pœnitentiam consequitur, sed præuenientem, quæ pœnitentiam antecedit, ad eamq[ue] disponit & excitat: Et sess. 14. cap. 4. docet, attritionem sine sacram. pœnit. peccatorē ad iustificationem perducere non posse: ex oppositâ autem attrito cū solâ oblatione sacrificij peccatorem iustificaret: non in voto sacram. pœnit. nec enim Concilium excludit ab attritione votū sacram. pœnit. Sed attritioni vim iustificandi nō tribuit nisi ut actu coniunctæ cū sacram. pœnit. vel alio. 2. Hic modus iustificandi neque est cōsentaneus diuinæ prouidentiæ, quæ quoad fieri potest, s[ecundu]m in iustificatione peccatoris exigit liberâ co-operatione ipsius; nechominū saluti, ad quā liberè debent cooperari. Si autē hoc sacrificiū infallibiliter primam gratiam impetraret attritis, posset vnu sacrificium iustificare multos peccatores, non solū ignorantes, sed etiam dormientes, si nimis illi attriti essent, & pro eis etiam ignorantibus & dormientibus sacrificium offerretur. Dices: Sufficit si peccator ad suam iustificationem cooperetur tantum remorè, ut patet tum de eo, qui anteā cū attritione confessus, & postea in phrenesim lapsus absolvitur: tum de eo, qui habens mortale oblitum, & cum solâ attritione in phrenesim incidens, iustificaretur per sacram. Euchar. vel extrema Vnctionis. Ergo par modo poterit peccator habens solam attritionem iustificari per sacrificium Missæ. Resp. Negó semper sufficere co-operationem remotâ peccatoris ad ipsius iustificationem, nisi vbi est aliquod fundamen- tum id afferendi, ut est in casibus enumeratis quia:*

*omnia sacra sunt per se præiuncta instituta ad gratiam habitualem immediatè conferendam, obicem non ponenti, ad quam non est institutum sacrificium.*

*Omitto absurdâ, quæ contra oppositam afferuntur. 1. Quid posset sacerdos cum conscientia mortalis ad hoc sacrificium cum solâ attritione accedere: quia cdm illud per se sit ad hunc effectum institutum, nulla ei fieret iniuria. Diceret aduersi, necessarium esse gratiam in consecrante propriæ sacrificium perficiendum, quia illud prius debet perfici, quā applicari: vnde licet applicarū vim haberet iustificandi attritum, quia ramen non licet illud in peccato perficere, non posset sacerdos ad illud cum peccato accedere. 2. Hinc sequeretur, sacramentum pœnit. non esse ad salutem necessarium contra Trident. sess. 14. can. 6. eo quod posset quis iustificari, ac salutem consequi per sacrificium, sine Pœnit. Nam similiter Responderet, hoc sacrificium subordinari sacramento pœnit. ut etiam si quis iustificeretur per sacrificium, adhuc teneatur sua peccata confiteri. Nec essent superflua duo media ad salutem instituta: sicut non sunt superflua duo baptisimata fluminis, & sanguinis; contritio, & sacramentum Pœnit. ad salutem consequendam.*

*Argumenta oppositorum optimè explicari possunt per remissionem peccatorū solū mediatā, iuxta Trident. cū per solam mediatam verē & propriè hoc sacrificium dici possit Propitiatoriū; ut etiam sacrificium cruentum crucis: non n. immediate causabat remissionem peccatorum, sed mediante dono Pœnit. quod peccatorib[us] impetrabat, ut bono latroni, Petro Christum neganti & aliis.*

*Controversum est, An hoc auxilium ad pœnitendum, sacrificium Euchar. impetraret semper, infallibiliter, & ex certa lege, an aliquando tantum, & ad solum beneplacitum Dei, a iustar orationis.*

*Durand. Canis, Suarez, Vasquez, Nuguez, Gre. negant, hoc auxilium ad pœnitendum infallibiliter sacrificio Missæ impetrati. Prob. 1. Si ex certa lege illud daretur, semper ad oblationem huius sacrificij daretur, ut fundatum in promissione Dei, quæ frustrari non potest. At non s[ecundu]m ad oblationē huius sacrificij tale auxilium datur; alioqui oblatum pro omnibus peccatoribus, omnes peccatores defacto ad Deum conuerteret contra experientiam; sa. pe. n. oblatum pro uno peccatore, nec eum conuerterit.*

*Nec dici potest, hoc auxilium ad pœnitendum, quod sacrificium Missæ infallibiliter impetrat, esse interdum tantum sufficiens: tum quia Trident. sess. 22. cap. 2. de hoc auxilio loquitur, ut de efficaci: Gratiam & donum Pœnitentie concedentes, crimina & peccata etiam ingentia dimittit: non dimittit per auxilium dumtaxat sufficiens, sicut nec creaturam pœnitentem tum quia auxilium sufficiens Deus cōcedit omnibus viatoribus ante vlliū sacrificij oblationem, ut possint suam salutem operari: Eucharistia vero oblatum pro peccatore aliquod minus auxilium impetrat; consequenter efficax.*

*2 Bona temporalia, ut corporis salus, terræ fructus, æclite tempories, Reip[ublicae] pax, pro quibus solet hoc sacrificium ab Ecclesiâ offerri, non impetratur infallibiliter, semper, & ex certa lege, sed aliquando, & ad liberum placitum Dei: ergo nec auxilium ad pœnitendum. 3. Etiam si hoc sacrificium per modum impetratio[n]is causet auxilium ad pœnitendum ad solum beneplacitum Dei, adhuc dicetur caufare illud ex opere operato: ergo ita est dicendum: hoc n. modo melius saluat[ur] causalitas per modum impetratio[n]is, quæ plerumque nō est infallibilis, ut constat de oratione, quæ nō semper infallibiliter obtinet quod petit. Antec. patet: quia modus cansandi ex opere*

*Absurda  
duo mil pre-  
bant.*

*137.*

*ad argum.*

*Sarrepu[m]  
impetrare  
infalibiliter  
anxiæ  
dum.*

*139.  
Negant.  
Prob. 1.*

*ad passa-  
dum.*

*140.*

*Prob. 2.*

*141.*

*Prob. 3.*

*142.*

*Prob. 4.*

*143.*

*Prob. 5.*

*144.*

<sup>143.</sup> ex opere operato dicitur in solis meritis Christi operari, intuitu quorum datur effectus, sine infallibili-  
ter & semper, sive aliquando & ad liberum placitum  
Dei, ut constat tum de salute corporis, quam ex ope-  
re operato Extrema-Vnctio; tum de perseverentiâ,  
quam ex opere operato causat sacram. Euchat, cum  
tamen neutrū effectū hæc sacramenta causent in-  
fallibiliter & semper, sed ad liberum Dei placitum.

Affirmant Henrīq. li. 9. de sacrificio Missæ. Con-  
minck cit. Laymon de sacrifi. Missæ c. i. n. 7. sacri-  
ficiū Euchar. infallibiliter & certa lege, semper im-  
petrare auxilium ad pœnitendū, non semper tamen  
illud esse efficax, sed tantum sufficiens ex defectu pec-  
catoris cooperantis. Hæc sent. probabilior. Fudam.  
Non mindūs hoc sacrificiū est propitiatoriū, quām  
satisfactoriū: sed vt satisfactoriū infallibiliter &  
certa lege causat remissionem pœnæ temporalis illi,  
pro quo offertur: ergo etiam vt Propitiatoriū in-  
fallibiliter, & certa lege impetrat auxiliū ad remis-  
sionem culpæ illi, pro quo offertur. Maior est Tride-  
ton. sess. 22. cap. 2. & can. 3. & prob. non minūs hoc  
sacrificiū institutum est ad remittenda peccata,  
quām ad pœnas condonandas, vt constat tum ex  
Triden. tum ex verbis quibus hoc sacrificiū perficitur.  
Qui pro vobis effundetur in remissionem pecca-  
torum. Quæ verba de mysticâ & incurrētâ effusione  
intelligunt Alexan. 1. Epist. 1. decre. cap. 4. reddit  
causam, cur addita sint formæ calicis: Crimina enim  
& peccata, oblati bis Domino sacrificiū, delentur:  
Ambros. l. 4. de sacram. o. 6. explicans verba calicis:  
Si quis esque effunditur sanguis Christi in remissio-  
ne peccatorum, sumitur, debet illum semper accipere,  
vt semper mibi peccata dimittantur. Idem constat ex  
liturgiis Iacobi, & Marci, & Patrum. Et sancte viri  
esse, quod remissio pœnarū quæ in formâ sacri-  
ficii non exprimitur, infallibiliter datur: auxilium  
vero ad remissionem peccatoris, quæ in formâ sa-  
cramenti exprelse ponitur infallibiliter nō conser-  
vatur: cùm semper id, quod exprimitur, sit magis ab  
instituente intentū. Confir. Non minūs hoc sacri-  
ficiū per se institutum est ad impetranda auxilia  
ad pœnitendū, quām sacramenta ad peculiares suos  
fines facile cōsequendos: at sacramenta infallibili-  
ter, & ex certa lege impetrant opportuno tempore  
suscipientibus auxilia ad peculiares suos fines facile  
consequendos: ergo & hoc sacrificiū auxilium ad  
pœnitendū. Quid non semper hoc auxilium, quod  
Missæ sacrificiū infallibiliter impetrat, sit efficax,  
sed tantum sufficiens subinde, defectu cooperationis  
peccatoris, experientia constat; quia auxilium hoc  
in ordine ad ultimum effectum, propter quem datur,  
datur cum dependētia à libertate cooperatione pecca-  
toris, vt pro sua libertate enī illo possit cooperari,  
vel non cooperari. Dixi, in ordine ad ultimum effec-  
tum, qui est actus contritionis: non in ordine ad  
primum effectum formalem, quem scipio in pecca-  
tore causat, excitando & alliciendo illum ad pœni-  
tentiam datur absque dependentia à liberâ coopera-  
tione peccatoris: causat enim Deus huiusmodi au-  
xilia in nobis sine nobis liberè cooperatibus, quam-  
uis non sine nobis physicè coagentibus, cùm con-  
sistant in actibus vitalibus, qui necessariò præ-  
quirunt actuum concursum vita.

Ad 1. oppositæ, neg, minor, eiusque prob. quis  
non semper hoc auxiliū, quod sacrificiū Euchar-  
ad pœnitendum impetrat, est efficax, sed interdum  
effectu frustratur, defectu liberæ cooperationis pec-  
catoris. Ad 1. instan. ex Tride. deducta, est eo loco  
Conciliū loquatur de auxilio ad pœnitendū efficaci,  
nego tamē. hoc solum à Concilio constitui effe-  
ctum huius sacrificij. Ex eo, n. quid mentionem; fa-

ciat auxiliū efficacis, nō sequitur, quid hoc tantum  
sepiat esse effectum huius sacrificij. Maluit autem  
mentionem facere auxiliū efficacis, cū quia, qui con-  
cedit auxiliū efficax, multò magis paratus est cōce-  
dere sufficiens: tū ad magis animandos peccatores;  
devotionemque fidelium excitandam erga hoc sa-  
crificium. Ad 2. instantiam Resp. 1. neg. conseq.  
nam esto hoc sacrificium maius auxilium ad pœni-  
tendū impetrat peccatori, quām sit illud, quod idem  
peccator independenter ab hoc sacrificio prepara-  
tum habet: adhuc tamen nego, illud esse efficax, sed  
illustrius & vberius intra idē genus sufficiētis auxili-  
i. 2. nego omnes peccatores habere auxilium suf-  
ficiens ad pœnitendū independenter ab hoc sacri-  
ficio: nam s̄pē Deus idē auxilium sufficiens pre-  
parat dependenter ab hoc sacrificio: vt interdum  
præparet alicui gratiā dependenter ab oratione al-  
terius: quam si alterius oratio non præcessisset, aliā  
viā illi præparasset. Ad 2. neg. conseq. quia bona  
temporalia non semper conducunt ad salutē æternam,  
in ordine ad quam omnia bona nobis Deus  
per Christum concedit: at verō auxilium ad pœ-  
nitendum semper conductus ad salutem æternam.  
Ad 3. neg. conseq. non, n. idē affirmo, hoc sa-  
cificium certa lege & promissione nobis auxi-  
lium ad pœnitendum impetrare, quia alioquin non  
conferret illud ex opere operato; nam hoc vt pro-  
bat argum. saluaretur, etiam illud non conferret  
certa lege & promissione, sed solum ad beneplaci-  
tum Dei: nam hoc ipsum fundaretur in solis meritis  
Christi, quæ licet non semper & infallibiliter, ali-  
quando tamen iuxta beneplacitum Dei diuinā vo-  
luntatem moterent ad tale auxilium cōferendum:  
sed quia, cū sit per se ex primario suo fine institu-  
tum ad remissionem peccatorum, magis quam  
ad remissionem pœnarum, debet saltem auxiliū  
ad huiusmodi peccatorum remissionem conse-  
quendam infallibiliter, & certa lege impetrare. Cæ-  
terū falsum est auxiliū ad perseverandum, quod  
Eucharistia vt sacram. causat, non semper infallibi-  
liter dari dignè illā suscipienti, sed nō semper illud  
esse efficax, defectu subiecti cooperantis. Quare li-  
cit efficax auxilium ad perseverandum sit effectus  
sacram. Euch. adhuc tamen auxiliū sufficiens, quod  
fidi datur, vt possit, si velit, perseverare, est effe-  
ctus eiusd. Euch. quia intuitu illius à Deo donatur.

An hoc sacrificium Tim habeat augendi gra-  
tiam ex opere operato?

Affirmat Palat. in 4. disp. 8. disp. 1. fine, Tolosa  
in lib. 2. c. 7. Idem sequitur ex Valen. 3. p. 151.  
disp. 6. q. 11. pu. 4. §. 22. vbi docet, hoc sacri-  
ficiū interdum ex atrito facere contritum illum,  
pro quo offertur, non mindū quam s̄pē ex atrito  
facit contritum idem, vt sacram. est: Hoc. n. aperte  
supponit, sacrificium hoc conferte augmentū gra-  
tia, quæ interdum reddit peccatorem de atrito con-  
tritum, cū non nisi per gratiam habitualem de sa-  
cram. mortale remittatur. Idem docet Sotus in 4. diff.  
13. qu. 2. art. 1. §. Offerentes, de ijs tantum, qui il-  
lud offerunt, etiam remotè, vt sunt omnes, qui ad  
sacrificium quācunque ratione concurrunt, non de  
ijs, pro quibus offertur. Id ipsum sequitur ex do-  
ctrinā Ioan. Medina codice de orat. q. 19. §. Sitamen,  
& Narar. de orat. c. 20. n. 47. docent enim Deum  
propter orationem alterius liberaliter augere gra-  
tiam ultra meritum recipientis. Prob. 1. Hoe sacri-  
ficiū habet virtutem impetrandi certa & infalli-  
biliter auxilium ad iustificationem peccatori: ergo  
multo magis augmentum gratiae iusto: cū maius  
fi

<sup>143.</sup>  
Affirmant  
verius;

et pari;

<sup>144.</sup>  
Confr.

<sup>145.</sup>  
Auxilium  
ad pœnitendū  
per sa-  
cramentum  
collatum,  
non est sem-  
per efficax.

<sup>146.</sup>  
Ad prim.

Ad secund.

<sup>147.</sup>  
Ad secund.

<sup>148.</sup>

<sup>149.</sup>  
Ad secund.

<sup>150.</sup>

<sup>151.</sup>  
Affirmant.

<sup>152.</sup>  
Prob. 1.

sit auxiliū iustificationis impetrare peccatori. quād augumētum gratiē iusto; cūm hic sit magis dispositus ratione interioris iustitiae ad augmentū gratiæ, quād ille ad auxilium iustificationis. 2. Martirium confert gratiā, quæ reducitur ad sacram. Baptismi: ergo sacrificium Missæ confert gratiā, quæ reducitur ad sacram, Euchar. 3. Non videtur credibile, quod hoc sacrificium nullam contulerit gratiam Apostolis in ultimā cænā, quando fuit à Christo institutum, & pro ipsis oblatum, ut constat ex illis. *Qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum.*

153.  
Negant vo-  
rūs cœtri.

Negant probabilitas reliquias Fundam. quia hoc est proprium sacramentorum, per que, ut Trid. sess. 7. in procēm. omnis vera iustitia vel incipit, vel excep: a angelis, vel amissa reparatur. Ratio, hæc tātū sunt per se à Christo instituta ad nostram sanctificationem. Confir. ut recte Corduba apud Vasq. disp. 228. n. 19. si hoc sacrificium naturā suā conferret gratiam 2. s̄a p̄e conferret primam, sc. quando offerretur pro attrito putante se inuincibilitate contritū, ut sacramenta viuorum s̄a p̄e conferunt primam, accedenti cum attritione probabilitate putarā contritions. 2. hinc sequitur, posse hoc sacrificium offerri pro infanticibus, ut in gratiā continuo crescant.

154.  
Ad primū.

Ad 1. oppositæ, neg. conseq. Ad prob. quidquid sit de maiore dispositione recipientis, certè infallibilis impenitentia auxiliū ad penitendum includitur in natura sacrificij Propitiatorij, nō autē infallibilis impenitentia augmenti gratiæ. Ad 2. neg. conseq. id n. conuenit martyrio ex privilegio, illic concessio ex eo, quod sit perfecta imitatio passionis Christi, ut S. Thom. 3. p. qu. 66. art. 12. quod non conuenit sacrificio. Ad 3. sufficit, ut Eucharistia gratiam Apostolis contulerit, ut sacramentum, & cetera bona illis impenitauerit, ut sacrificium.

*An hoc sacrificium habeat vim delendi ve-  
nialia ex opere operato directe  
et immediatè?*

155.  
V Enialia aliis modis, quād per infusionē gratiæ habitualis, deleti possunt, nempe extrinsecā condonatione Dei, infusione auxiliū supernat. vel actus aliquo modo repugnantis cum peccato.

156.  
Affirmat.

PRIMA sent. affirmat, hoc sacrificium immediatè, & directe ex opere operato delete venialia: Canis lib. 12. de locis Theol. cap. 13. §. Errant: qui addit, hoc certum esse testimonio Theolog. Patrum, Ecclesiæ; Valem. 3. p. disp. 6. q. 11. pu. 1. in 4. quer. §. 2. 2. fin., Nugner. 3. quer. 83. art. 1. dub. 6. concl. 6. Palačij in 4. dist. 8. disp. 1. Alani cit. qui etiā remissionem mortalium doceat mediata tantum, non immediatè impenitentia ab hoc sacrificio, tamen remissionem venialium ibid. ait impenitentia immediatè: Paluda. in 4. dist. 12. qu. 1. art. 3. concl. 1. Henrig. lib. 9. de Missæ sacrificij. cap. 13. num. 2. cui fauere videunt S. Thom. 3. p. qu. 79. art. 7. in argu. 2. una cum sol. eiusd. Fundam. sumitur ex naturā huius sacrificij, quod ex primario suo fine institutum est in remissionem peccatorum; ut constat ex formā calicis, in cuius consecratione hoc sacrificium complectur: ergo directe, & per se institutum est ad remittenda peccata, saltem venialia. Nam ad primariū effigatum ordinatur directe & per se, cūm hic sit per se & primariū ab institutore intentus. Sicut quia penitentia primaria ordinatur ad remissionem peccatorum, directe & per se illam causat: ergo similiter cum sacrificium Euchar. primario ordinetur ad remissionem venialium, directe & per se illam causat, & nō tantum indirecta & mediata, quatenus impenitentia au-

157.  
Peritissimum  
fundam.

xilium ad actum, quo illa immediatè remittantur: cūm hoc modo remittat etiam mortalia, ad quora remissionem non tam directam & immediatam habet efficaciam, quād habet ad remissionem venialium. Confir. 1. hoc sacrificium est amicorum, quod tam in offerente, quād in eo, pro quo offertur, supponit amicitiam erga Deum: ergo per se & directe debet veniales culpas, quæ sunt leues defectus inter amicos, remittere. 2. Sacramentalia, ut aqua benedicta, tensio pectoris &c. habent vim remittendi directe venialia: ergo multò magis hoc sacrificium.

SECUNDA negat, hoc sacrificium habere virtutē remittendi directe & immediatè venialia, sed tantum indirecta & mediata, impenitendo auxiliū ad actum, quo formaliter illa remittantur: Vasq. disp. 228. c. 3. Suarez disp. 79. sect. 5. Coninck 3. p. q. 83. o. 1. dub. 8. concl. 2. Sylius, ibid. q. 14. quam etiam indicant Durand. in 4. dist. x. 3. q. 4. n. 5. & Sotus dist. 11. qn. 1. art. 5. dum docent, hoc sacrificium remittere penas peccatorum, tam mortalium, quād venialium, nullā mentione facta de remissione peccatorū. Hæc sent. probabilitas. Fundam. hoc sacrificium nō remitteret venialia absque ullā formā, per solam extrinsecam condonationem; quia, ex 3. to. implicat natione extrinsecā animi maculā, ut veniale, deleti absq; formā tristitia, intrinsecā oppositā ipsi maculā: & esto, hoc sit possibile, non est tamen congruum naturis rerum, iuxta quas Deus semper, quoad fieri potest, operatur, ut constat de remissione mortalium, quæ non nisi per formam extrinsecam suā naturā illis oppositam deflet: nec remitteret per formam productā in eo, cui vel formā venialia remittit, absque ullo actu & dispositione intrinsecā absuicti, quia hic non est ordinatus modus remittendi culpas propriā actione contractas, nec extrinsecā, nec in sacram. quidquid sit, an sit possibilis, de quo 10. 3. certè hoc modo possit hoc sacrificium offerri pro dormiente, vel mente capto, in quibus absque ullo actu ipso statim sortiretur effectum: quod tamen videtur inconveniens. Nec videtur explicable, quid sit ista forma, quæ absque propriā subiecti dispositione veniale delectat. Nam si hoc haberet ex propria natura, sequeretur, talē formam expelliā à veniali, quando iterum illud ab eodem subiecto committeretur: si ab extrinsecā voluntate Dei, peccatum non remitteretur per extrinsecam formam suā naturā expulsiam peccati, sed per extrinsecū dūtaxat fauorē Dei, quod non parū fauet hereticis. Si dicatur requiri preius actus seu dispositio subiecti; vel esset actus suā naturā oppositus veniali; & tunc non per sacrificium, sed per actum illud immediatè remitteretur: vel fieret illi oppositus per formam à sacrificio productam; sicut attritio de se non opponitur mortali; opponitur per gratiā iustificantem à sacram. Poenit. productam. Et contra: nullum habemus fundamētum asserendi, sacrificiū Missæ ad instar sacramenti causare remissionē peccatorum, per formam à se productam, præsertim *ut sacra;* cūm omnia, quæ de hoc sacrificio à Patribus, & Conciliis traduntur, optimè saluari possint per remissionem mediata, quatenus hoc sacrificiū impenitentia auxiliū ad actum, quo tam mortales, quād veniales culpæ delectantur: ita Trident. sess. 22. cap. 2. Huius quippe oblatione placatus Dominus, gratiam & donum penitentie concedens, criminis & peccata etiam ingensē dimittit; supponens, quod etiā venialia hoc sacrificio placatus Deus, mediante dono penitentie dimittat: quod expressè cap. 1. docebat, hoc sacrificium valere in remissionem eorum peccatorum, quæ à nobis quotidie committuntur: quæ procul dubio sunt venialia, quæ quotidiana dicuntur propter facilitatem illa committendi.

Ad fun-

*Ad fundam. oppositæ, neg. conseq. Ad prob. dico, ad naturam sacrificij Propitiatorij necesse nō esse, ut peccata directe, & immediate dimittat, ut constat ex sacrificiis antiquæ legis, quæ erant veræ Propitiatoria, & tamen nullum illorum directe & immediate peccata dimittebat, cum nullum eorum gratiam conferret ex opere operato: sed sufficeret, si tantum indirecte & mediæ peccata dimittat, impenetrando infallibiliter opportuno tempore auxiliū ad pœnitentiam, quæ formaliter & immediate peccata dimittantur. Concedo igitur hoc sacrificium esse institutum ad remittendā peccata solū indirecte & immediate ad pœnas ex peccatis condonatis relatas, ut mox. Nec est eadem ratio de sacram. Pœnit. quia de hoc & sufficiens fundam. ut dicam per eā immediate & directe nobis peccata dimittit; quod fundam. non habemus de hoc sacrificio. Quod attinet ad S. Tho. explicandus est de remissione venialium mediata, ut supræ. Ad confit. Resp. lat. esse, ut huiusmodi defectus hoc sacrificium tollat impetratiū, modo declarato: nam hic modus conformior est modo agendi amicorum, ut ipsi leues offensas contra amicum commissas voluntariè detestentur & retrahent, cum hic modus sit gravior amico offensio. Ad 2. neg. antec. de quo so. seq.*

*An hoc sacrificium ex opere operato immediate remittat pœnas ex condonatis peccatis relatas?*

*C*atholici continent, hoc sacrificium ex opere operato infallibiliter, & ex certâ lege remittere pœnas temporales, ex peccatis condonatis tam mortalibus, quam venientibus relatas: ex Triden. sess. 22. c. 2. & can. 3. in quibus definit, hoc sacrificium non solum prodesse lumenti, sed etiam iis, pro quibus offertur, tam viuis, quam defunctis, pro peccatis, pœnis & satisfactionibus.

Nec dici potest, per hoc sacrificium remitti pœnas, mediæ & indirecte, quomodo per illud remittuntur peccata: Tum quia eodem modo Concilium definit, hoc sacrificium prodesse viuis, ac defunctis: sed defunctis nō nisi immediate prodesse potest, remittendo illis pœnas ex condonatis peccatis, nondum ad plenum in hac vita per pœnitentiam expiatas, relatas: nam defuncti non sunt capaces actiæ satisfactionis, alioqui possent seipsoſ & purgatorio liberare: ut nec capaces meriti, sed tantuſ taliſpationis, vel satisfactionis ab aliis applicatae. Tū quia lögè dispar est ratio de remissione culpe, & pœnæ: cum culpa nō remittatur absque proprio actu peccatoris; pœna remissio cum consistat in purâ sublatione malis pœnalis, colli potest absq; vlo actu eius, cui remittitur, per solam virtualem voluntate, quā vnuſquisque supponit habere, ut omne malum quâcumque viâ & modo à se tollatur, & actu ipius remittentis, ut constat, quando vnuſ suam satisfactionem applicat alteri; nam ad illius fructum participandum non requiritur, nisi solus actu applicantis, & virtualis voluntas eius, cui applicatur.

Probabilius dici posset, hanc pœnæ remissionem tam viuis, quam defunctis sacrificium Missæ non causare infallibiliter, & ex certâ lege, sed solum per modum beneplaciti & liberalis impetrationis. Verum gratis & absque fundamento hic modus causandi remissionem in pœnæ temporalis limitatur ad modum liberalis dumtaxat impetrationis: & à fortiori refutatus manet ex dictis de modo, quo idem sacrificium infallibiliter & ex certâ lege impetrat auxilium ad pœnitendum:

Fund. sumitur ex voluntate & institutione Christi, nobis explicitâ communis consensu Ecclesiæ, & Doctorum: quam apprimè confirmat virtus indulgentiarum. Nam si Pontifex fructum indulgentiarum applicaret alicui personæ, nullâ ex parte illius requisita dispositione, nisi tanidum statu gratia, talis persona infallibiliter consequeretur fructu indulgentiarum, etiâ illi inscio applicaretur. Ergo pari modo, si Sacerdos offerat sacrificium pro aliquo, infallibiliter ille consequeretur fructum huius sacrificij, etiam si inscio illi offeratur, cum nō minoris efficacia sit sacrificium Missæ, quam virtus indulgentiarum, cum verumque fundetur in meritis Christi operatis: nisi quod ut sacrificium Missæ suum effectum conferat, non necessario requirit in subiecto statum gratia, ut num. 240. ostendam: eo quod hoc sacrificium suum effectum cōfert per modum liberalis donationis immediatè à Christo per suum ministerium factæ: Indulgentia vero ut suum effectum conferat, gratia statum in subiecto, cui applicatur, requirit: quia illum non cōfert per modum liberalis donationis, sed dispensationis à Vicario Christi impensa, quæ semper iustum & rationabilem causâ in dispensante requirit, ut seq. Tom. disp. de Indulg.

Etenim cum sacrificium Missæ sit applicatio sacrificij crucis, ut Triden. sess. 22. cap. 1. & 2. ex illis: Hoc facite in meam commemorationem: additâ explic. 1. ad Corint. 11. Quotiescumque manducabitis panem hunc, & calicem biberis, mortem Domini annunciatibis: de Eucharistia, ut sacrificium est, in quo mors & passio Christi magis exprimitur: Christus per sacrificium crucis non solum meruit nobis remissionem peccatorum, gratiam iustificantem, ceteraque dona superna, sed etiam remissionem pœnarum, dignè pro illis per suos dolores & cruciatuſ æterni Patri satisfaciendo. Ergo v. reliquit nobis sua merita per sacram. infallibiliter applicanda, ita & suas satisfactiones per hoc sacrificium altaris infallibiliter etiam applicandas. Alioqui frustra tot tantisque cruciatuſ passus fuissent, si noluissent illos ad nostras pœnas remittendas applicare, cum omnia, quæ Christus in vitâ & morte gessit, in preciuſ perfectæ nostræ Redēptionis direxerit. Vnde ad hanc etiam pœnarum remissionem se extendunt verba illa calicis: Qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum: nō etiam pœna dici possum aliquo modo peccata, quatenus sunt reliquæ & effectus peccatorum, iuxta illud Machab. 2. cap. 12. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis, hoc est à pœnis, solvantur.

*Quibus personis hanc pœnarum remissionem sacrificium Eucharisticum conferat?*

*G*enus personarum, vnum, pro quibus offertur Galterum est offerentium: & hoc, vnum immediate offerentium, ut sunt soli Sacerdotes sacrificantes (omisito Christum, qui, ut supræ, non est offerens nisi mediatus & remotus, quatenus dedit virtutem Sacerdotibus, illud in personâ ipsius offerendi; alterū mediæ offerentium, ut sunt reliqui, qui vel sacrificio iuresunt, & vna cū Sacerdote moraliter offerunt, iuxta illud canonis. Et omnium circumstantium pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc sacrificium: Vel qui stipendio, elemosyna, consilio, precibus, moraliter concurrunt ad sacrificium Missæ peragendum. Ii vero, pro quibus offerunt, aut sunt viuentes, aut defuncti: & utrique aut baptizati, aut non baptizati. De singulis videndum.

168.  
Explicitus  
amplius hac  
volumina  
Christi,

170.  
Personarum  
genus multo  
plex.

An, 2º quo pacto hunc effectum ex opere operato conferat Sacerdotibus offerentibus?

**C**erta sent. est, Sacerdotes offerentes participare hunc sacrificij fructum non solum quatenus hoc sacrificium pro se offerre possunt, sed etiam quatenus offerentes sunt formaliter. Fundam. ipsa actio offerendi de se dignissima est, ut ad illam, etiam quæ oblatio est præcisè, hic effectus consequatur, cum illa fiat in persona Christi, fundata in meritis ipsius. Igitur si hic effectus est proprius huius sacrificij, maximè ratione huius oblationis, quæ suum valorem immediate accipit à te oblata, quæ est corpus & sanguis Christi. Dices: Hæc oblatio non differt, ut est Sacerdotis offerentis, & quæ ei applicatur: nam eadem actio suā naturā cedit in bonum ipsius offerentis. Vnde non est duplex fructus, alter respondens Sacerdoti ut offerenti, alter ut ei, pro quo offertur. Resp. non differte realiter, sed formaliter. Eadem quippe oblatio, ut est à Sacerdote Christi personam representante, directa ad immediatum suum obiectum, quod est corpus & sanguis Christi, ut materia offerenda, & ad intrinsecum finem eius, qui est Deus, in cuius cultum exhibetur, etiam si pro nullo, neque pro Sacerdote applicetur, causat in offerente hunc effectum. Eadem ut applicata vel ipsi Sacerdoti, vel aliis, habet rationem obiecti: sic enim immediatum obiectum alterius actionis, quæ Sacerdotes illam sibi, vel alteri applicant: sub quæ ratione eadem actio sacrificaria continet distinctum effectum ab eo, quem continet ut actio est offerentis formaliter.

**P**rob. ut actio quatenus est offerentis formaliter, causet hunc effectum iuofferente, non pendet à voluntate offerentis illam sibi applicantis, sed ex natura & honestate actionis, quæ hoc ipso, quod ritè sit, cedit in bonum offerentis: Ut hunc tund. effectum causet, vel in seipso, vel in aliis, pendet ab applicatione ipsius offerentis. Igitur effectus, qui hoc sacrificiū causat, ut est Sacerdotis oblatio, distinctus est ab illo, quem causat, ut applicata sibi, vel alteri. quia effectum, quem sacrificium causat, ut oblatio offerentis est non potest Sacerdos alteri applicare: cùm ille sit inseparabiliter connexus cum actione sacrificiū, ut exercitā in Christi personā, & in ipsius meritis fundatā. Vnde sicut ex suppositione, quod illam exercet, non potest illam non habere, ita nec potest non participare omnes effectus, quos ex Christi meritis secum annexos habet. Effectum verò, quem eadē oblatio habet, quatenus est obiectum applicabile aliis, potest Sacerdos applicare sibi, vel alteri. 2. ut infra, reliqui offerentes cum Sacerdote participant hunc effectum ex opere operato, præter illum quem participare possunt, quatenus pro iis peculiariter hoc sacrificium à Sacerdote applicari potest. Ergo & ipse Sacerdos hunc effectū participat, quæ immediatus offerens, & quæ potest esse finis, cui hoc sacrificiū applicatur: proinde duplex illi fructus ex opere operato responderet; & alius ex opere operantis, fundatus in personali sanctitate ipsius, qui è ceteris paribus est maior, quod maior est ipsius sanctitas.

**I**n stabis: non ideo primū effectum fundatum in actione sacrificiū Sacerdotis, non posse alteri applicari, quia fundatur in actione ministri, ut publica persona est, sed quia fundatur in actione ipsius, ut privata persona est. Sed contra: hæc actio, ut à publico ministro in persona Christi exercita, habet

hunc effectum ex opere operato in ipso offerente: nec fructum ex opere operato respondentem actioni ministri, ut publicus offerens est, potest alteri communicare, ut infra; potest communicare fructum ex opere operantis, fundatum in propriâ sanctitate & meritis. Vrges: si oblatio ut à Sacerdote in persona Christi exercita huc effectū ex opere operato in offerente causat, semper illū causabit, etiam si offerens actionem hanc in peccato exerceat: quia actio in persona Christi exercita non inficitur privatâ malitiâ offerentis, cùm illa suam honestatem sumat ex Christi meritis. Resp. 1. neg. sequel. nam licet oblatio à tali facta, ex se sit causativa huius effectus, quia tamen subiectum, cui hic effectus additus est, non est capax, illum non causat. Sicut licet attrito elicita à peccatore de se sit causativa gratiae, quia tamen subiectum, cui talis gratia addita est, non est capax, illum non causat. 2. Conced. sequel. quoad remissionem poenæ temporalis exprimito peccato condonato relata, non quoad remissionem ne mediata quidem venialium: eo quod prioris fructus est capax peccator, non posterioris; ut infra. Ceterum esto hæc actio tali casu frustretur fructu addicto proprio subiecto, haud tamen fructu aliis applicabili.

Quod verum erit puto, quod sacrificium offeratur ab excommunicato, degradato, schismatico, heretico: scilicet habere suum effectum ex opere operato oblatum etiam à degradato heretico habens suum effectum pro art. 3. dub. 2. qnorum ille putat, hereticum & schismaticum nec posse consecrare, defectu intentionis, quam habere non potest de hoc articulo: hi verò, et si putent, illos verum confidere sacramentum, si habeant intentionem faciendi, quod fecit Christus, negant tamen verum sacrificium offerre, eo quod non possint offerre nomine Ecclesie, à quæ sunt precib; nec minister offerat nomine suo, quasi dicat, Tibi offero, sed Tibi offerimus. Sed contra: 1. explicata oblatio verbis expressa non est de essentiâ huius sacrificij, ut seq. 3. sed sufficit tantum implicita, essentialiter inclusa in consecratione & assumptione victimæ: 2. esto, illa foret necessaria, adhuc tamen ab heretico, vel schismatico in persona propriâ ut ministri Christi facta sufficeret: hæc oblatio verbis expressa est addita huic sacrificio ab Ecclesiâ; quæ non habet autoritatem mutandi essentialiter, quæ suar à Christo instituta, sed tantum accidentaliter. Cùm igitur hunc effectum habeat hoc sacrificium; ut est à Christo institutum, non ut ab Ecclesia accidentaliter auctum (est n. effectus ex opere operato, qui à solo Christo p̄det) non poterit illud impediri per omissionem verbalis oblationis nomine Ecclesiæ factæ, modò non omitatur essentialis à Christo instituta.

Infero discriben inter Sacerdotem ab Ecclesiâ institutum, ut sacrificij ministrum, & ut publicum oratorem apud Deum: utrumque n. officiū accipit vi sui ordinis & potestatis ab Ecclesiâ, & sacrificandi, quod exercet, Missam celebrando; & orandi Deum pro necessitatibus Ecclesiæ, quod præstat deuotè diuinum officium recitando. Ceterum etsi utrumque munus Sacerdos exerceat, ut publicus minister ab Ecclesia institutus, ex solo tamen primo illi respondet fructus ex opere operato, non ex secundo. Ratio: primum munus sacrificandi, substantialiter est à Christo, in eiusque meritis immediatè fundatum; vnde Ecclesia solum constituit ministrum, non dat valorem sacrificio, quem tantum habet à Christi meritis: secundum est ab Ecclesiâ, quæ potestatē non habet communicandi valorem ex opere operato,

177. Sacramentum  
oblatum etiam à degradato heretico habens suum effectum pro art. 3. dub. 2. qnorum ille putat, hereticum & schismaticum nec posse consecrare, defectu intentionis, quam habere non potest de hoc articulo: hi verò, et si putent, illos verum confidere sacramentum, si habeant intentionem faciendi, quod fecit Christus, negant tamen verum sacrificium offerre, eo quod non possint offerre nomine Ecclesie, à quæ sunt precib; nec minister offerat nomine suo, quasi dicat, Tibi offero, sed Tibi offerimus. Sed contra: 1. explicata oblatio verbis expressa non est de essentiâ huius sacrificij, ut seq. 3. sed sufficit tantum implicita, essentialiter inclusa in consecratione & assumptione victimæ: 2. esto, illa foret necessaria, adhuc tamen ab heretico, vel schismatico in persona propriâ ut ministri Christi facta sufficeret: hæc oblatio verbis expressa est addita huic sacrificio ab Ecclesiâ; quæ non habet autoritatem mutandi essentialiter, quæ suar à Christo instituta, sed tantum accidentaliter. Cùm igitur hunc effectum habeat hoc sacrificium; ut est à Christo institutum, non ut ab Ecclesia accidentaliter auctum (est n. effectus ex opere operato, qui à solo Christo p̄det) non poterit illud impediri per omissionem verbalis oblationis nomine Ecclesiæ factæ, modò non omitatur essentialis à Christo instituta.

178. Quilibet  
Sacerdos  
sufficiat  
ut sacrificij  
ministrum, &  
scilicet ut  
publicus  
ministro  
potest  
presente  
pudet.

operato, quod ipsa instituit, cum hoc sit proprium Christi, sed tantum ex opere operantis. Quatenus publico muneri recitandi diuinū officium annexit preces, & merita totius Ecclesiæ, ut Deus non solum propter sanctitatem ministri oratis, sed etiam propter sanctitatem Ecclesiæ, preces, quas Sacerdos nomine totius Ecclesiæ fundit, exaudire dignetur.

Hinc sequitur, preces ab Ecclesiæ Missæ sacrificio additas, esse imperatorias, & satisfactorias ex operato: quia illæ in sacrificio fusæ faciunt unum cum sacrificio, proinde Deus eadem infallibili lege eas acceptat, ac sacrificium ipsum. 2. etiam si Sacerdos Breuiarium recitet in peccato, eius oratio, ut est à publico ministro, adiunctas habens Ecclesiæ preces & merita, est imperatoria apud Deum: quia ut sic nimirum meritis & sanctitate Ecclesiæ, ad quam Deus respicit, cum per illam gratiam concedit. Secus esset de laico, qui illud recitaret ex voto, vel ex privatâ devotione in peccato: licet enim votum adimpleret, eius tamen oratio non esset pro alijs imperatoria, eo quod non haberet adiuncta publica Ecclesiæ merita, quæ tantum ex institutione Ecclesiæ adiunguntur precibus publici ministri.

DIC. Hinc sequitur, talem orationem esse imperatoriam ex opere operato, cum non sit imperatoria ex meritis & sanctitate personæ orantis, sed Ecclesiæ sua merita interponentis. R. resp. neg. sequel. nam imperare ex opere operato, prout à Thelbgis hic loquendi modus usurpat, est imperare ex solis meritis Christi: oratio autem Sacerdotis ut publici ministri, et si in peccato facta non sit imperatoria ex meritis & sanctitate propriæ ministri, est scilicet imperatoria ex meritis & sanctitate Ecclesiæ, quæ proprie nō dicuntur ex operato, sed operantis; quia valore & virtutē non habet immediate ex meritis Christi, quæ sola à nullius alterius meritis valore sumunt, cum in ratione meridi sint causa vniuersalis prima, non minus quam Deus in ratione agredi est causa vniuersalis prima, quia à nulla alia pedit, & omnes ab ipsa. Est & aliud discrimen inter Sacerdotem ut publicum oratorem ab Ecclesia constitutum, & cundem ut sacrificij ministrum. Nam et si oratio ipsius propter Ecclesiæ sanctitatem plerūq; acceptetur à Deo, nō tamē semper, infallibiliter, & ex certa lege, ut oratio Sacerdotis sacrificati, quæ fundatur in increata sanctitate Christi, eiusq; infinitis meritis, quæ ex certa promissione Deus remunerat, quotiescumque sibi, pro re aeternâ salutem conduceat, offeruntur, per sacramenta, aut per sacrificium à Christo institutum: sc. etiam preces Ecclesiæ offeruntur Deo propter merita Christi, quia tamen non offeruntur per opus à Christo immediate institutum, non infallibiliter & certa lege effectum consequuntur, sed ad liberum beneplacitum Dei.

### An dī quo pacto hunc effectum participant reliqui offerentes?

**C**ommunis sent. Caiet. 10. 2. opus. tra. 3. q. 2. §. Vnum, Sylvestr. v. Missæ 1. q. 9. med. Sos. in 4. dist. 13. q. 2. a. 1. §. Offerentes; Smar. disp. 79. seq. 8. Vasq. disp. 226. c. 2. Henrig. l. 9. de sacrifici. c. 20. & alibi, Consuec. 3. p. qu. 83. a. 1. dub. 9. Tolet. l. 2. ca. 7. quam indicat S. Tho. 3. p. q. 79. a. 5. affirmat, omnes, qui proprio actu ad hoc sacrificium concurrunt, fieri participes huius effectus, magis aut minus iuxta modum, quo ad illud concurrunt, iuxtaque mensurā propria dispositionis. Magis autem ad illud concurrunt, qui immediatis Sacerdoti ministrant, quam qui tantum mediate, & hi magis, quam qui solum intersunt; & qui in Missa comunicant, quam qui tātum illā audiunt; & magis

qui eleemosyna & stipendio, quam qui tantum consilio, aut precibus Missam procurant. Fundam. sacrificium in hoc à sacram. discriminatur, quod sacrificium in susceptione consistit, vnde non prodest nisi soli suscipienti sacrificiū verò in oblatione, ad quam multi moraliter concurrere possunt, & ipsius fructū participare; sc. qui cōsentit, mandat, adiuuat, consilium dat, est moralis causa homicidij: ergo qui Sacerdoti immolanti ministrat, ei sacrificanti presens cōsentit, illū pecuniā, consilio, precibus ad celebrandum adiuuat, erit moralis causa sacrificij: vnde omnes isti in can. vocantur offerentes; pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis.

186. Non omnes offerentes cum Sacerdote aquiliter fructū huīus sacrificij pārticipant.

Quod autem non omnes æqualiter fructum huius sacrificij participent, constat; nam quod quis magis influit in opus, magis participat de ipsius virtute, cum omnis effectus debeatur causæ; ergo plus influenti magis debetur: Quod unusquisq; iuxta modum, quoad id concurrit, & mensuram propriæ devotionis, docet Sot. in 4. dist. 13. q. 2. a. 1. §. Ex his, Pet. cipans. Soto seq. 7. De Euchar. &c. & constat à paritate sacram. quæ suos effectus ex operato causant secundum propriam cuiusque dispositionem, ex Triden. fff. 6. ca. 7. ergo etiam hoc sacrificium: præsertim cum hic modus magis conducat ad venerationem huius sacrificij: hoc enim modo fideles deuotiū ac seruentiū ad illud ministrandum, audiendum, & procurandum se disponent, scientes, quod quod magis accedunt dispositi, è maiorem fructum ex opere operato participabunt.

Obiectus 1. Non potest esse causa sacrificij, qui nullum ius habet in victimam, quæ immolatur: solus autem Sacerdos habet ius in victimam; potestate Ordinis illam producens & faciens suam: ergo solus Sacerdos est causa huius sacrificij, proinde solus ipse participabit fructum illius. Maior constat; quia sacrificium debet esse de proprijs; nam per sacrificium aliquid donamus Deo: nec in veterile age omnes dicebantur sacrificium offerre, sed præter Sacerdotem, qui immolabat, solum illi, qui victimam dabant. R. resp. negando minor, nam ex Christi institutione omnes fideles habent ius in hanc victimam, quæ in hoc sacrificio immolatur in remissionem peccatorum, & paenarum omnium fideliū. Reliquit enim illā ut hostiam propitiatoriam omnibus fidelibus; & sicut in arâ crucis tradidit se ipsum oblationem pro omnibus: ita in altari offerscitur mediante Sacerdoti hostiam propitiatoriam pro fidelibus omnibus. Licet igitur solus Sacerdos potestatem habeat producendi hanc victimam, quia solus convertere potest panem & vinum in corpus & sanguinem Christi, omnipotenter fideles per Sacerdotem, ut per Christi ministrum habent ius & dominium in hanc victimam à Christo Ecclesiæ concessum.

187.

Obiectus 2. Si offerentes dicuntur omnes, qui proprio actu ad sacrificium concurrunt, erunt etiam offerentes illorum defunctorum animæ, qui vel eleemosyna, vel precibus, vel consilio, vel aliqua alia via in hac vita procurarunt, ut post eorum mortem pro ijs sacrificia offerrentur. R. resp. neg. sequel. nam omnis actus 2. supponit primum: cum sit exercitū primi; at animæ defunctorum carent actu primo offerendi hoc sacrificium: ergo non possunt denominari actu offerentes. Minor prob. sicut hoc sacrificium est à Christo institutum, ut offeratur tantum ab Ecclesiæ militante: ita quicunque sunt extra illā, ut sint animæ purgantes, non habent proximum principium offerendi. Confirm. in quibus non potest esse actus primarius, sc. sacrificiū seu immediatum offerendi, scilicet animæ Sacerdotum defunctorum.

188.

190. Our animæ purgantes non possint dicti hoc sacrificium offerre.

non sint ad sacrificandum capaces; neque in eis erit secundarius & accessorius mediate offerendi. Hoc quoad formalem denominationem offerentis: An verò quoad rem huiusmodi animæ propter eleemosynam, quam in vitâ pro Missâ reliquerunt, participent earum fructum, non modò quâ pro illis offeruntur, de quo non est controversia, sed etiam quâ fuerunt moralis causa carum, esto propter impotentiam non possint denominari formaliter offerentes? Affirmatiuam partem censeo probabiliorem; ita (*Caiet. cit. prob. 1.*) non debent huiusmodi animæ esse deterioris conditionis, quam sint viuentes. 2. alioqui ceteris paribus eundem fructum Missæ participaret anima, quæ pro Missâ nullam reliquit pecuniam, ac anima, quæ pro Missâ pecuniam reliquit, si pro utrâque animâ Missa offeratur. 3. licet exuta corpore non sit potens moraliter concurrere cum Sacerdote ad sacrificium, in quo statu nequit denominari formaliter offerens, defectu principij proximi, quod est totum compositum ex animâ & corpore, quia tamen reliquit pecuniam, quæ per modum instrumenti loco ipsius moraliter sacrificium operatur, non debet priuari fructu, qui respondet ijs, qui sunt moralis causa sacrificij. Et forte hoc voluit *Sotus citat.* cum dixit, huiusmodi animas non propriæ, sed largè dici offerentes, non quoad participationem fructus huius sacrificij sed quoad formalem denominationem offerentis.

<sup>191.</sup>  
*An aliquis possit dici offerens sine ullo suo actu.*

<sup>192.</sup>  
*Affirmans.*

*Ex verbâ Canonis.*

<sup>194.</sup>  
*¶ pari.*

<sup>195.</sup>  
*Negant probabilitatem.*

*Ratio.*

licitur modo: sed qui nullo actu proprio sacrificio cooperatur, nullo modo elicit oblationem Missæ; quia elicere est ab intrinseco principio actu producere: ergo nullo modo ut oblatio ei proderit ex opere operato. Major prob. oblatio ut oblatio est fructuosa offerenti per modum actionis liberæ ac vitalis: quæ actio sicut addictrit soli principio à quo elicitur; ita suum fructum nō conficit, nisi soli principio, à quo producitur. Confir. 1. qui proprio actu sacrificio cooperatur, non ei proderit per modum oblationis, ipsa oblatio Sacerdotis, sed oblatio cuiusque propria, quâ est causa moralis oblationis Sacerdotis. Igitur qui nullo actu proprio cooperatur sacrificio, nullo modo ei poterit proderre oblatio, ut oblatio: non propria, cum nullam ipse eliciat, non Sacerdotis, quia illa ut oblatio formaliter, non proderit, nisi Sacerdoti offerenti. 2. Vel oblatio proderit illis ut applicata à Sacerdote nomine Ecclesiæ: & sic non proderit illis per modum oblationis formaliter, sed per modum obiecti applicabilis: vel non ut applicata à Sacerdote, sicut proderit ipsi Sacerdoti offerenti: & hoc modo non solùm proderet ijs, qui nullo actu, sed etiam ijs, qui actu proprio sacrificio cooperantur. Vnde duplē fructum ex opere operato consequentur, qui proprio actu sacrificio cooperantur, vnum ex oblatione propriâ, alterum ex oblatione Sacerdotis.

Ad fundam. oppositæ, nego Ecclesiæ hoc facere potuisse, eo quod non fuit illi talis potestas à Christo communicata, ut actio, quæ naturaliter est fructuosa tantum elicienti, fiat ex institutione, & voluntate Ecclesiæ per modum actionis fructuosa etiam non eliciente, quidquid sit, an hæc potestas Ecclesiæ communicari potuerit: nam sufficit, ut ei sit communicata potestas, eandem oblationem Sacerdotis fructuosè applicâdi alijs etiam ad eum non cooperantibus, de qua infra hoc enim sat erat, ut posset huius sacrificij fructus dispensare omnibus fidelibus tam viuis, quam defunctis.

Nec est par ratio de potestate dispensandi & annullandi vota: nam hæc non est alia, quam potestas eximendi votentem ab obligatione voti, ex rationabili causa, quod moraliter censetur prævalere votum, magisq; Deo placere, quam ipsius nuncupati voti executio: idque ex potestate quâ Vicarius Christi in terris habet supra voluntatis omnium fidelium ad eas melius pleniusque dirigendas ad æternâ salutem. Quam potestatem habet etiam parens in suis filiis, & que ad certam etatem. At verò facere, ut a. & c. quæ naturaliter est tantum fructuosa eliciente, fiat etiam fructuosa non eliciente, est major quædam potestas, quæ supponit perfectius atque intimum dominium in voluntates hominum, ut nimis quæ est voluntas propria vii, fiat moralis voluntas omnium, quæque tantum naturaliter est operativa sibi, fiat etiam operativa alijs. Ratione cuius dominij potuit Deus coniungere voluntates posteriorum cum voluntate Adæ, quo peccante peccaremus omnes, & quo promerente promereretur omnes.

Loca autem ex *Canonice adducta* aliud non probat, quam Sacerdotem nomine Ecclesiæ hoc sacrificium offerre pro omnibus fidelibus, omnesque fidèles hæc oblatione Sacerdotis, ut publici Ecclesiæ ministri, extrinsecè denominari offerentes, non secus ac actio vii membra tribui solet alteri, propter physicam, vel moralem connexionem cum illo; non autem quod ei suum fructum ex opere operato communicet, ut actio est formaliter. Concedo igitur, aliquo modo dici posse omnes fideles offerentes extrinsecè denominatione ab oblatione Sacerdotis; nego tamen, quod hæc tantum contendô, ex huiusmodi

<sup>196.</sup>  
*Confirm. ti.*

<sup>197.</sup>  
*Confirm. ss.*

<sup>198.</sup>  
*Ad fund. oppos. jene.*

<sup>199.</sup>  
*Disparatio.*

<sup>200.</sup>  
*Ad for. Canonis.*

relicuit Ecclesiæ perfectum dominii supra voluntates omnium fidelium, ut eos ad æternam salutem melius dirigere posset, ut constat de dominio, quod Ecclesia accepit, commutahidi, dispensandi, & annullandi fideleum vota facta Deb: ergo ratione talis dominij potuit Ecclesia includere voluntates omnium fidelium in voluntate Sacerdotis, cum quo offerente simul omnes coofferent: Sicut Deus ratione dominij, quod habet in voluntates hominum, includere potuit voluntates omnium posterorum in voluntate Adæ, cum quo peccante, peccarent, & cù quo promerente promereretur omnes.

Negant *Henriquez lib. 9. de sacrifi. Missæ cap. 20.* *Suar. cit. Coninck 3. p. q. 83. art. 1. dub. 9. &c.* Quæ sent. longè probabilior est. Fundam. quidquid sit an hoc sacrificium prospicit omnibus fidelibus, quâ nomine Ecclesiæ à Sacerdote applicatur pro omnibus Ecclesiæ membris, de quo infra: tamen sub ratione oblationis formaliter non proderit, nisi tantum ijs, qui proprio actu illi cooperantur. Ratio: oblatio ut oblatio ei tantum proderit ex operato, à quo aliquo e-

huiusmodi denominatione illis resultare fructum aliquem ex opere operato. Vnde non omnis offens huius sacrificij fructum participat, sed solum qui proprio actu ad illud concurrit.

*Quinam bunc effectum per modum applicationis participare possint.*

201.

De Vo sunt genera personarum, pro quibus hoc sacrificium quoad pœnarum remissionem applicari possit, viuentium, & defundaturum: utræque aut sunt baptizatæ aut non baptizatæ. Quoad personas non baptizatas viuentes, communis sententia est, quidquid in contrarium sentiat *Nugnez* 3. part. *quæst. 83. articul. 1. diffic. 5.* cas non esse capaces huius effectus certâ lege consequibilis, etiam si sint in gratia. *Prob. 1. ex continuâ praxi & vsu Ecclesiæ, quæ nunquam consuevit Missam pro Catechumenis offerre, aut de ijs peculiare in collectam instaurare, præter quam die Parasceues, quâ ad ostendendum vniuersale illud humanæ redemptionis sacrificiū, quod fuit eo die in arâ crucis à Christo oblatum, orat pro omnibus etiam hereticis, schismatis, Iudeis, paganis: extra quod tempus non nisi pro baptizatis, qui solum nōminc fidelium intelliguntur in Missâ orare consuevit.* Quod etiam confirmat antiqua consuetudo expellendi ab Ecclesia Catechumenos cum primùm inciperet Missæ oblatio, quia nimis illi capaces non sunt huius sacrificij fructus: alioqui nulla fuisset ratio, cur permitti non fuissent cum reliquis baptizatis fructum huius sacrificij per realem præsentiam participare.

Personas nō baptizatas viuentes non esse capaces huius effectus certâ lege consequibiliæ.

202.  
*Prob. 2.*

203.

204.

205.

*Cui Chri-  
stus sua do-  
cet*

206.

Difficultas est de defunctis gratiâ absque ba-

*Tomus VII. De Sacramentis.*

ptismo decedentibus, an ijs proficit hoc sacrificium quoad pœnarum remissionem. Affirmat *Henrig. lib. 9. de sacrifi. cap. 16. n. 5.* eo quod tales animæ extra viam politæ nihil habent minus, quam animæ baptizatorum, præter characterem.

Probabilior sententia reliquorum est, nihil ijs ex opere operato hoc sacrificium proficere, cum sit eadem ratio de defunctis, ac de viuentibus; nam tam defuncti, quam viuentes non baptizatarent characterem, per quem efficiuntur capaces effectus huius sacrificij, certâ lege applicabilis: colligitur ex verbis *Can. Memento etiam Domini ne famularum famularumq; tuarum, qui nos præcesserunt cum signo fidei & dormiunt in somno pacis.* Nam quid aliud significat signum fidei, quam baptismum? Ergo pro ijs tantum defunctis orat Ecclesia.

*An defun-  
cti, in gra-  
tia abque  
baptismot*

Cæterum etiæ quoad effectus certâ lege conferendos hoc sacrificium non prospicit nisi baptizatis, quoad effectus tamen per modum liberalis imprestationis, proficere potest etiam non baptizatis; ut supra, quoad remissionem pœnae; scilicet immediate, ut Deus iuxta liberum suum beneplacitum illis relaxet aliquam partem pœnae ex condonatis peccatis relictæ, quo pacto proficere etiam animabus purgantibus sine Baptismo; mediatè verò seu impetrando auxilium ad actum satisfactorium, quo immediate remittatur pœna, licet hoc sacrificium proficere possit iustis non baptizatis viuentibus, non tamen defunctis, cum illi non sint amplius capaces actus satisfactorij proprii.

207.

Quoad reliquos fidèles baptizatos tam viuos, quam defunctos, certum fidei dogma est à *Tridentino* *sess. 22. Canon. 3. definitum*, hoc sacrificium eis proficere pro peccatis, pœnis, & satisfactionibus alijsque necessitatibus. Quæ etiam censetur Apostolica traditio, *Concilio teste ca. 2. & communis consensu Patrum, apud Bellar. lib. 2. de Missâ ca. 7.* Proficit autem defunctis hoc sacrificium quoad pœnas ex condonatis peccatis relatas, non quoad remissionem mortalium, quæ necessariò supponuntur illis condonata, antequam ex hac vitâ migrassent. Pro remissione veniam, cum quibus sepe hinc discedunt, proficere hoc sacrificium, impetrando illis instanti mortis, quo hæc peccata delentur, uberioris auxilium ad actum feruentioris contritionis, & charitatis, quo illa remittantur. Quoad remissionem pœnarum proficere toto tempore, quo animæ in purgatorio detinentur.

208.

*Fidelibus  
baptizatis  
viuis & de-  
functis cor-  
tum est pro-  
fesse.*

An remissionem pœnæ animabus purgantibus hoc sacrificium confert infallibiliter & ex certâ lege? tantum per modum liberalis imprestationis, conferrere putant *Sotus in 4. dist. n. 13. quæst. 2. articul. 1. §. Secundum, Canis libr. 12. de ratiis imperlocis Theolog. cap. 13. ad 9. fine, &c.* Fundamentum: animæ purgantes sunt extra potestatem & dominium Ecclesiæ militantis: ergo non possunt infallibiliter participare ipsius bona; scilicet nisi iuridice illis ab Ecclesia applicentur: & hæc potestatem non habet applicandi bona Christi ijs, qui sunt extra ipsius iurisdictionem, cum ipsa non sit absoluta domina, sed tantum dispensatrix eorum, solum pro ijs, in quos dominium habet. Antecedens prob. animæ purgantes non spectant ad Ecclesiam visibilem: ergo nullam in eas habet iurisdictionem. *Confir. 1. non habet Ecclesia potestatem applicandi animabus purgantibus fructu sacram.* ergo nec sacrificij: cum non maiorē potestatem habeat in hoc, quam in illo. 2. Ideo Ecclesia non habet potestatem infallibiliter; sed solum

209.

*Controver-  
sia super est  
an per mo-  
dum libe-  
ratim*

Fundam.

210.

*Confirm.*

per modum liberalis impetrationis fructum huius sacrificij non baptizatis applicandi, quia illi non spectant ad ipsius dominium: sed neque animæ purgantes spectant ad ipsius dominium. 3. Indulgentiæ non conceduntur animabus purgantibus per modum absolutæ sententiæ, certâ & infallibili lege applicandæ, sed solum per modum suffragij, ut nimurum dignetur Deus eas pro ijs acceptare: ergo neque fructus huius sacrificij. 4. Animæ purgantes non sunt in statu merendi: ergo neque in statu satisfaciendi. 5. hinc sequeretur, multas animas statim à purgatorio liberari, si pro eis multa offerantur sacrificia. Vnde non seruaretur cum eis diuina iustitia, quæ exigit pœnam proportionatam culpæ.

Reliqui Scholastici, & quidem probabilius, affirmant, hunc effectum remissionis pœnarum ab animabus purgantibus infallibiliter & certâ lege participari: *Albertus* in 4. dist. 45. articul. 2. *S. Thomas* quest. 2. art. 1. ad 1. quest. & art. 3. ad quest. 2. *Durand.* quest. 1. num. 6. *Suarez* disput. 79. sect. 10. *Henriquez* lib. 9. de sacrifici. cap. 16. *Vasquez* disput. 228. c. 4. *Nugnez* 3. part. quest. 83. art. 2. diffic. 4. ad 2. *Coninck* ibidem dub. 9. conclus. 4. &c. Fundament. animæ purgantes adhuc sunt sub potestate & dominio Ecclesiæ militantis; nam licet sint in termino merendi, non tamen in termino, sed adhuc in viâ solvendi debita, quæ ex peccatis in hâc vitâ commissis, & non ad plenum expiatis, contraxerunt: idèò poterunt militantis Ecclesiæ sacrificijs & satisfaciionibus infallibili lege iuvari: cùm non minùs dominium habeat Ecclesia in eas, quam in viuentes. Quod etiam confirmat potestas, quæ Sacerdoti traditur in collatione ordinis, non magis determinata ad viuos, quam ad defunctos: *Accipe potestatē offerendi sacrificiū in Ecclesia pro viuis & defunctis.*

Ad fundamentum oppositæ negandum antecedens. Ad probationem, negatur consequentia: nam esto animæ purgantes non pertincent ad Ecclesiam vt membra visibilia, pertinent tamen ad illam vt membra inuisibilia, nondum in termino constituta, sed adhuc cum ipsâ militantia, & à Domino peregrinantia.

Ad primam confirmationem negatur consequentia: quia proprium sacramenti est, vel conferre primam gratiam simpliciter, vel primam augere: animæ purgantes primam gratiam habent, ipsius augmentum recipere non possunt (cùm non sint in statu amplius crescendi in præmio essentiali, quod respondet cuilibet incremento gratiæ) sunt capaces remissionis pœnarum, quas nondum soluerunt. 2. subiectum sacramenti non est anima, sed compositum ex animâ & corpore. Vnde suos effectus non operatur in animâ, nisi applicata corpori mediante mutatione sensibili: ergo perse non sunt instituta nisi præuentibus: at sacrificium potest suum effectum immediatè conferre animæ, solâ voluntate offerentis, ordinantis in bonum alterius.

Ad secundam neg. minor; habet enim Ecclesia dominium & potestatem in fideles defunctos, quam non habet in non baptizatos.

Ad tertiam, plerique ex cit. authoribus nostris sentent. negant antec. nam etiam indulgentiæ applicantur defunctis certâ & infallibili lege. Nec refert, quod illæ pro defunctis dicantur applicari per modum suffragij; nā hic modus loquendi nō tollit, quin infallibiliter applicentur, vt seq. tom. Aliqui vero negant consequentia: eo quod maiorem efficaciam habeat sacrificium, in quo realiter & immediate offeratur Christus, quam indulgentiæ, per quas solum re-presentatiæ & per modum obiecti Ecclesia offert Christi merita.

Ad quartam, dist. conseq. non sunt animæ purgantes in statu actiue satisfaciendi per se ipsas, concedo; per alios, nego: nā quâ ratione sunt in statu soluendi pœnas, cùdem ratione iuuari possunt satisfaciotionibus aliorum, cùm non solum debitum ex iustitiâ solui possit solutione propriâ, sed etiam aliorum.

Ad quintam, Resp. 1. neg. sequel. & ex sent. quam vt probabilem refert *Rubio* in 4. dist. 45. q. 3. art. 3. ad 5.

dico, fructum sacrificij applicari animabus purgantibus solum quoad remissionem intensiuam pœnarum, non quoad abbreviationem; seu quoad pœnâ sensus, non quoad pœnam damni, quæ consistit in certâ duratione temporis. 2. probabilius cū *Richer.* in 4. dist. 45. q. 2. q. 1. ad 4. nullū esse absurdum, multas animas virtute huius sacrificij statim è purgatorio in cœlum euolare, nullâ, aut exigua in eoc pœnâ solutâ; & licet non seruetur iustitia cū reo, simpliciter tamen seruatur proportio pœnæ ad culpâ quâ applicatur illi satisfactio Christi, quæ ratione personæ satisfaciens excedit quamcumque pœnam debitam cuicunque peccato. ita licet Deus non seruet æqualitatem satisfactionis ad offendam cū peccatore, cui offendam condonat; seruat tamen æqualitatē simpliciter, dum illi offendam remittit propter satisfactionem Christi, quæ in infinitum excedit quamcumque offendam. Hæc quoad defunctos fideles, quoad viuentes certa sent. est, eos infallibili lege hunc fructum remissionis pœnarum consequi, si illis hoc sacrificium applicetur; cùm ad huc fructum consequendum non requiratur, nisi sola intentio offerentis, & ad summum iuxta probabilem sent. status gratiæ ex parte recipientis.

Controversia: An per generalem intentionem, quam iuxta Ecclesiæ præscriptum quilibet Sacerdos tenetur hoc sacrificium pro omnibus tam viuis, quam defunctis offerre, pars aliqua remissionis pœnarum certâ lege illis obueniat. Negat *Suarez* disput. 79. sect. 9. *Coninck* cit. conclus. 12. probat 1. de hoc non extat præceptum diuinum quod colligi possit ex naturâ sacrificij, aut positiuâ voluntate Christi; idq; si esset, posset Ecclesia hoc fructu priuare aliquos, vti de facto priuat excommunicatos: Nec extat Ecclesiasticum; cùm canone ad sumnum colligatur obligatio offerendi hoc sacrificium pro omnibus Ecclesiæ membris quoad impetrationem, non quoad solutionem alicuius partis remissionis pœnarum. Confir. ex *Concilio II. Cabilon.* & habetur de conséc. dist. 1. cap. *Visum:* vbi solum decernit, vt in Missa Dominus pro viuis & defunctis deprecentur, non vt pro ijs remissio pœnarum applicetur: quod idem est, ac pro illis hoc sacrificium offerri per modum liberalis impetrationis, non infallibilis solutionis. Probat 2. Si ex quois sacrificio aliqua pars remissionis pœnæ infallibili lege obueniret viuis ac defunctis, facili negotio omnes è purgatorio liberaretur: neque nullus ferè esset iustus in hâc vitâ, præsertim qui diu in iustitiâ vixisset, qui aliquem pœnæ reatum haberet, ac proinde quin statim post mortem, nullâ in purgatorio solutâ pœna, in cœlum euolaret. 3. si Ecclesia hoc præcepisset, debuisse simul declarare, quota pars remissionis pœnarum præviuersa Ecclesia applicanda esset: quod dum non fecit, signum est, nullum de hac re præceptum edidisse. Ex alia verò parte omnia, quæ in *Can. Missæ* præscripta sunt, intelligi commodè possunt quoad applicationem per modum liberalis impetrationis.

Affirmant reliqui Scholastici, *Scotus* quodlib. 20. art. 1. *Gabriel* lect. 26. in *Can. Missæ*, *Caiet.* to. 2. opus. *Contraria* tract. 3. q. 2. præcipue ad argu. *Sotus* in 4. dist. 13. quest. 2. *narrat.* art. 1. §. *Igitur ad quest. Henrig. lib. 9. de sacrifici. cap.*

17. num. 3. & ca. 18. num. 3. *Vasquez disput. 231. cap. 6. &*  
*multi apud Suarez. Quæ sententia vti communior*  
*ita probabilior. Fundam. de facto quiuis Sacerdos*  
*ex Ecclesiæ præscripto Missam offert pro omnibus*  
*fidelibus: nulla autem est ratio, eosdem excluden-*  
*di à participatione huius effectus per modum in-*  
*fallibilis solutionis: ergo. Maior constat ex canone*  
*ab Ecclesia instituto, cui celebrans se conformare*  
*tenetur; in quō saxe Sacerdos intentionem sacrifi-*  
*candi dirigit ad omnes Christi fideles tam viuos,*  
*quam defunctos. Primi, in ipso offertorio; Susci-*  
*pe &c. sed & pro omnibus fidelibus Christianis viuiss*  
*atque defunctis, ut mihi & illis proficiat ad salutem in*  
*vitam eternam. Secundi, initio Canonis: Imprimis*  
*qua tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta Catholica.*  
*Terti, statim post memento viuorum, pro omnibus*  
*circumstantibus. Quarti, post communicantes of-*  
*ferunt oblationem vt totius Ecclesiæ: hanc igitur ob-*  
*lationem seruitur nostra, sed & cuncta familia tua,*  
*quas sumus Domine, ut placarus accipias. Quinti, post*  
*consecrationem: Vnde memores Domine nos serui-*  
*eni, sed & plebs tua sancta. Sexti, post specialem me-*  
*moriam factam de certis determinatisque personis,*  
*Sacerdos vniuersaliter orat pro defunctis: Ipsiis Do-*  
*mine, & omnibus in Christo quiescentibus locum refri-*  
*gery, lucis & pacis, ut indulgeas, deprecamur. Nec re-*  
*fert, quod his verbis tantum videatur Sacerdos*  
*pro defunctis orare, non offerre: nam, ut supræ, et-*  
*iam orationes in sacrificio fusæ habent vim con-*  
*fusa habent*  
*vim confe-*  
*rendi suos*  
*effectus in-*  
*fallibiliter.*

227. Quod autem nulla sit ratio excludendi fideles à participatione huius effectus, prob. 1. cum nobis cōstet de voluntate Ecclesiæ, per Canon. expressâ, quod debeat hoc sacrificium offerri pro omnibus Christi fidelibus, & non constet de voluntate eiusdem, quod velit eosdem fideles ab fructu excludere, nulla erit ratio afferendi, eos de facto ab hoc sacrificij fructu esse exclusos. 2. æquè hoc sacrificium offertur pro viuis, ac pro defunctis, vt ex Canon. constat: sed non potest hoc sacrificij prodesse defunctis, nisi quoad pœnarum remissionem, & non tantum per modum liberalis impetrationis; (quia defuncti non sunt alterius effectus huius sacrificij capaces; cum nec habeant peccata mortalia, nec venialia, quorum mediatam remissionem hoc sacrificium illis impetrare possit, per auxilium ad actum pœnitentia, quo illa immediate remittantur) sed etiam per modum infallibilis solutionis; quia non est in potestate Sacerdotis, vel Ecclesiæ, posito, quod hoc sacrificium applicet omnibus fidelibus, non applicare illud secundum omnes effectus, quos extensiuè ex operato includit, cum in hoc sacrificium non pendeat ex voluntate offerentis, sed Christi instituentis (sicut non est in voluntate Ecclesiæ, vel ministri applicare sacramentum quoad vnum effectum, & non quoad alios, quos ex Christi institutione includit) inter alios autem est remissio pœnæ temporalis per modum certæ solutionis applicanda. Dixi extensuè; nam an possit Sacerdos non applicare totam remissionem pœnæ, quam aptum est hoc sacrificium in unoquoque causare, constabit. Confir. in toto Canonе nullū est verbum, quo videatur Ecclesia ab hoc effectu excludere Christi fideles, pro quibus hoc sacrificium per Sacerdotes offert. Nec aliter illud offert pro determinatis personis, quam pro omnibus in cōmuni, nisi quod pro illis offert per intentionem specialem; pro his verò per intentionem generalem. Quæ dif-

ferentia etsi facere possit ad maiorem, vel minorē huius sacrificij fructum applicādum, cūm séper efficacior sit ad fructum huius sacrificij applicandū intētio specialis, quam generalis, vt dicitur in Conc. Constanti. 8. contra errorem VVicleff. XIX. Speciales orationes applicatae uni persona per Pralatos aut Religiosos, non plus profundi eide, quam generales, careris paribus nihil tamen facit ad vnum effectum præ alio applicandum, sed omnes æquè applicat extensiuè per vtramque intentionem. Hinc intelligitur cōmunis illa ac recepta partitio fructus huius sacrificij, fundata in hâc doctrinâ, cuius primus author cēsetur Scotus cit. quodl. in specialissimum, qui respondet Sacerdoti offenti; specialē, qui respondet ei, pro quo Sacerdos speciali intentione sacrificium applicat; Generalē, qui vniuersis fidelibus, pro quibus nomine Ecclesiæ generali intentione sacrificium offert.

229. Ad 1. oppositæ, Resp. nullā esse obligationem diuinam, hoc sacrificij applicādi pro omnibus Christi fidelibus, sed Ecclesiæ dumtaxat ordinationē in Canonem expressam, cui Sacerdos tenetur se conformare, & hoc ipso, quod contrariam voluntatē non habet, quā sine mortali habere nō posset, teste Henr. l. 9. de sacrific. c. 21. n. 3. sc illi cōformat: esse autem institutionē Christi, vt posito quod hoc sacrificium pro aliquo offeratur, non possit ad vnu tantum effectum limitari, constat tum à paritate sacram. tu quia illud in causando non pendet à voluntate offerentis, sed à Christi institutione, vti & sacramenta, solum autem ab offerente pendet in applicacione, quā positā sacrificij per modum cause naturalis suos effectus causæ in subiecto capaci. Ad confir. cōstat cū etiam preces in sacrificio fusæ habeant candem efficaciam infallibiliter impetrandi ea, quæ ad æternam salutē conducunt, quā integrant vnum opus cum sacrificio. Ad 2. neg. sequela: quia, non tantum fructum causat hoc sacrificij applicatum omnibus voluntate generali, quam oblatum pro singulari voluntate speciali: & si vera est opinio, quam Rubio cit. refert, hoc sacrificium non remittere pœnam animabus purgantibus quoad extensionem durationis, sed solum quoad intensiōem doloris, argumentum pro defunctis nullam habet vim. Nam etiam remittatur tota pœna sensus, semper integranter pœna damni usque ad prædefinitum tempus. Ad 3. nego, fuisse necessarium, vt Ecclesia in particulari designaret determinatam partem remissionis pœnæ pro fidelibus applicandam: quia cūm hoc sacrificium suos effectus causet iuxta dispositionem subiecti, cui applicatur, vt seq. scit. sat fuit, in cōmuni designare, vt illud pro omnibus fidelibus offeratur; nam hoc ipso suos effectus in illis causabit iuxta vniuersiusque dispositionem.

230. *Quas conditiones hoc sacrificium requirat,*  
*vt suos effectus infallibiliter conferat?*

231. 232. 233. 234. *E*x parte offerentis immediati necessarius est character Sacerdotalis existens in homine viatore, nec non implicita saltem intentio sacrificandi. Ex parte offerentis mediati requiritur character baptismalis, sine quo nullus actus hominis, quantumvis iusti & sancti, est eleuabilis ad integrandū vnum sacrificium cum sacrificio Sacerdotis, cuiusque virtutem ex opere operato participandam, nec nō implicita salte & virtualis intentio cooperandi sacrificio; & vt sit homo viator: defectu huius conditionis nec animæ separata, nec Angeli, etiamsi assitant Sacerdoti celebranti, dicuntur offerentes.

235. *Ex parte eorum, pro quibus sacrificium offertur,*  
*requiritur. 1. vt pro ijs generali saltem voluntate &*  
*offerintur.*

Sacerdote applicetur. 2. vt is, cui sacrificium applicatur, habeat baptismalem characterem ad illius effectum consequendum per modum infallibilis solutionis. 3. vt indigeat aliquo effectu huius sacrificij: non enim est necesse, vt subiectum egeat, vel sit capax omnium effectuum, quod hoc sacrificium aperit, ex operato conferre, sed satis est, si aliquo egeat, eiusque sit capax, vt saltem illum recipere possit: ita, vt Baptismus & Poenitentia cum fructu possint subiecto applicari, sufficit, vt subiectum sit alicuius effectus illorum capax; unde fit, vt possit hoc sacrificium offerri etiam pro gentilibus, Saracenis, parvulis, amentibus; nam omnes hi sunt alicuius effectus capaces, saltem extrinsecæ protectionis, & alicuius boni temporalis, cuius etiam hoc sacrificium est imperatiuum. 4. requiritur status gratiæ, non quidem ad omnes huius sacrificij effectus participandos, alioqui nunquam posset cum fructu applicari peccatoribus, sed saltem ad remissionem etiam mediata venialium: cum haec non remittantur, nisi per restitutionem familiaritatis cum Deo, quæ restitutio supponit amicitiam cum Deo, quæ cum mortali pugnat.

<sup>236.</sup> Controuerchia est de remissione penæ temporalis ex præterito peccato condonato relictæ, an huius capax sit peccator. Negant communiter eo quod haec dona non concedantur, nisi solis amicis. Quæ sententia probabilis est, & iuxta eam dicendum etiamsi requiratur status gratiæ in subiecto, qui eiusmodi effectum participare debet, haud tamen requiri ex parte offerentis, quia actio offerentis tota fundatur in meritis Christi: at verò ad participandum effectum meritorum Christi requiritur dispositio ex parte subiecti, quæ per peccatum mortale impeditur.

<sup>237.</sup> *Sacrificium conferens fructum offerenti modo absoluat in gratia.* Infertur 1. Sacerdotem inchoantem sacrificium in peccato, modò illud absoluat in gratiâ, participare hunc effectum sacrificij. Quin fieri posset, vt priori instanti naturæ actio sacrificativa incipiat in peccato, & in posteriori naturæ subiectum constituatur in gratiâ, & tunc sacrificium in posteriori naturæ hunc effectum causabit in Sacerdote sacrificante. Ratio: actio sacrificativa non amittit suum fructum propter peccatum sacrificantis, cum illum participet ex meritis Christi: ergo etiam in peccato inchoata conferre potest suum effectum, modò subiectum, cui illum conferre debet, sit in gratia, quando adhuc ipsa persecuerat. Quo fit, vt si subiectum in posteriori naturæ, vel antequam sacrificium essentialiter absoluatur, fiat gratum, causabit in eo effectum,

<sup>238.</sup> *Infertur 2.* quem ex meritis Christi continet. 2. vt mediatus offerens consequatur hunc fructum sacrificij, sufficit, vt reperiatur in gratiâ, quando Sacerdos actu celebrat, etiamsi non fuerit in gratiâ, quando peculiari actu cooperabatur sacrificio, illud eleemosynâ, vel precibus procurando. Ratio: mediatus offerens non consequitur hunc sacrificij fructum, quando proprio actu cooperatur, sed quando Sacerdos actu celebrat: alias verò vt talis cooperatio ex opere operato hunc effectum conferat cooperanti, non est necesse, vt procedat à subiecto grato: nam eodem proportionali modo theologandum est de actione mediati, ac immediati offerentis: utraque enim immediatè nititur meritis Christi, licet una immediatius aliâ: nam actio Sacerdotis immediatè, actio verò aliorum cooperantium mediante actione Sacerdotis. Sicut igitur actio immediatè offerentis, vt suum effectum ex operato conferat sacrificanti, non requirit, vt subiectum sit gratum, quando ipsa incipit, sed sufficit, vt sit gratum, quando absolvitur: eodem modo vt actio mediati offeren-

tis suum effectum ex operato conferat cooperanti, non requirit ut subiectum sit gratum, quando ipsa exercetur, sed quando exercetur actio immediati offerentis, à qua ad hunc effectum participandum illa eleuatur. Quod sic prob. ab actione immediati offerentis, vt à formâ, eleuatur actio mediata offerentis; ergo nisi illa existat, non poterit haec ad huiusmodi effectum eleuari. sicut quia dispositio poenitentis eleuatur ad effectum ex operato causandum à iuridica absolutione Sacerdotis, quādiu ista non impenditur, nunquam illa eleuatur ad <sup>239.</sup> *infertur 3.* effectum sacram, causandum. 3. qui in peccato existens Eleemosynam reliquit, vt post ipsius mortem sacrificium offerretur, si posteà in gratia decepit, non modò consecuturum hunc fructum sacrificij, qui ex operato respondet illi, pro quo offertur, sed etiam qui respondet mediata offerenti. Contrà verò, etiamsi fuerit in gratiâ quando eleemosynam pro sacrificio dedit, si tamen non sit in gratia, quādo sacrificium offertur, non consecuturum hunc fructum sacrificij: quia cum cooperatio mediata offerentis non conferat effectum ex operato, quando exercetur ab cooperante, sed quando offertur sacrificium, si tunc cooperans non est in gratiâ, non consequetur fructum sacrificij.

<sup>240.</sup> *Probabilior sent.* Hæc iuxta probabilem sententiam, at opposita probabilior est, & magis pia, quæ docet, ad huiusmodi effectum participandum non requiri in subiecto statum gratiæ, qui nec requiritur ut satisfactio sacram. conferat poenitenti remissionem penæ temporalis relictæ ex peccatis in sacram. Poenitentia remissis, vt seq. 40. Vnde illa etiam in statu peccati impleta confert poenitenti hunc effectum ex opere operato meritorum Christi. Hæc enim sententia magis commendat liberalitatem Deierga peccatores, & efficaciam meritorum Christi: neque illa est repugnantia ex parte subiecti: nam si Deus propter merita Christi confert peccatori auxilia gratiæ; multò magis propter merita eiusdem eidem confert remissionem penæ temporalis ex præteritis peccatis condonatis relictæ, vt effectum huius sacrificij. Vnde iuxta quamcunque sent.

<sup>241.</sup> *Infero 5.* Infero 4. peccatum Sacerdotis non impedit, quin cooperatio mediata offerentis suum effectum ex operato sortiatur; quia illum non sortitur ex oblatione Sacerdotis, vt fundata in meritis proprijs, sed Christi, quæ per peccatum Sacerdotis non impediuntur, quin suum effectum communicent cuicunque oblationi, quæ aliquo modo integrat vnum opus cum sacrificio. 5. si Sacerdos non celebret, quantumcunque alij cooperati fuerint ad sacrificium procurandum, nullum ex illis consecutum effectum ex operato. Ratio: omnis actus mediata offerentis, quoad effectum ex operato essentialiter pendet ab ipsa oblatione Sacerdotis, à quâ omnes reliquorum oblationes ad hunc effectum participandum eleuantur. Sicut, non positâ iuridicâ absolutione ministri, nunquam attritio poenitentis causabit effectum sacram, quem causat positâ iuridicâ absolutione ministri. 6. vt hoc sacrificium proficit alij ab offerentibus, necessarium est, vt Sacerdos, qui est immediatus offerens, proprijs sacrificium offerat; nec sufficere, vt illud proprijs offerant, quia tantum sunt mediati offerentes, vt illis proficit ex opere operato. Ratio: sicut à solo immediato offerente pendet actio essentialiter sacrificativa, ita ab ipso etiam solo pendet applicatio fructus huius sacrificij. 7. vt actio oblativa huius sacrificij proficit sive Sacerdoti immediatè offerenti, sive <sup>242.</sup> *Infero 6.* operato, nō reliquis eidem sacrificio cooperantibus, non requiri, vt Sacerdos talem oblationem pro se, vel pro aliis

Vasquez.

alijs applicet; sed hoc ipso, quòd illa exercetur, vel ab immediate offerente, vel ab alijs cooperantibus, absque aliâ applicatione suum effectum ex opere operato communicat offerentibus. Est contra Vasquez disp. 231. ca. 4. docentem, necessariam esse applicationem factam à Sacerdote, tam pro se, quam pro alijs offerentibus. Fundamentum eius est; quia ut sacrificium propositum formaliter ut sacrificium, debet prodesse ut oblatum. Sed contrà, sufficit, ut propositum sacrificium, si propositum ut oblatum exercitè: offerunt autem exercitè, hoc ipso, quòd vel Sacerdos immediate offerens sacrificat, vel alij immediate offerentes sacrificio cooperantur.

## SECTIO VII.

*An hoc sacrificium habeat valorem infinitum?*

245:

C Ontrouersia non est de infinitate valoris remota, quam certum est, esse infinitam ratione rei contentæ, quæ est Christus, eiusque merita infinitæ dignitatis ac valoris in hoc sacrificio contenta, ratione quorum hoc sacrificium dignum est quoçunque præmio possibili, etiam infinito, si dabile esset, ut constat ex preced. tom. dispt. 6. sent. 6. sed de infinitate valoris proxima, quæ pendet ex ipsa institutione Christi. Cùm enim merita Christi eatenus per hoc sacrificium operentur, quatenus ex voluntate Christi sunt applicata ad operandum; proxima eorum virtus ad operandum desumenda erit ex institutione Christi. Si enim illa, ut applicata per hoc sacrificium, instituta sunt pro quoçunque effectu possibili, sacrificium hoc erit infiniti valoris proximi: Si verò ex cùdem Christi institutione sint limitata ad determinatum effectum, ultra quem non sunt amplius causatiua; sacrificium hoc erit finiti valoris proximi, esto sint infiniti remotè.

246.

Prætercà hic valor non sumitur per ordinem ad effectum infinitū actu causandum. Nā si quis esset, esset remissio pœnæ æternæ, quæ est infinita quoad durationem: de hâc autem non disputo, tum quia supponimus, iuxta communem sent. hoc sacrificium non esse institutum ad remittendam pœnam æternam, sed temporalem reliquit ex peccatis iam condonatis. nec posset remittere pœnam æternam, nisi simul remitteret immediate culpam lethalem, cum quâ est annexa pœna æterna; illius quippe est, æternam pœnam remittere, cuius est lethalem culpam delere; cùm repugnet de facto, remitti culpam lethalem, manente pœna æternâ; vel contrà, remitti pœnam æternam, manente culpâ lethali. Ergo solum hæc valoris infinitas sumi potest per ordinem ad effectum maiorem & maiorem, siue intensiue in eodem subiecto, siue extensiue in pluribus causandum. Rectè enim infinitate syncategorematica effectus colligitur infinitas categorematica virtutis, cùm non possit virtus finita, tota simul actu existens, esse infinita syncateg. sed vel necessarij erit finita, & sic non poterit se extenderet ad effectus infinitos syncateg. vel infinita categorematicè. Rursus difficultas non est de effectu ab hoc sacrificio causabili, per modum imperationis; nam siue hic detur liberaliter, siue ex certâ lege, non videtur limitatus, vel ad certam quantitatem effectus, vel ad determinatum numerum beneficiorum, & subiectorum, quæ, & quibus per sacrificium Euchar. impetrari possunt, sed variantur vel iuxta liberum Dei beneplacitum, vel personarum, tempora-

rum, & locorum, reliquarumque circumstantiarum diuersitatem. Ergo præsens concertatio tantum restringitur ad peculiarem effectum remissionis pœnæ temporalis: An hoc sacrificium sit ita limitatum ad certum gradum pœnæ temporalis remittendum; ut pro quacunque, vel quotunque personis illud offeratur; non maiorem, vel minorem pœnam remittat, sed semper eundem gradum remissionis pœnæ conferat, aut vni tantum, si pro uno tantum offeratur, aut diuisum in pluribus, si pro pluribus applicetur. An contrà, nullam habeat limitationem, nec intensiua in ordine ad idem subiectum, in quo semper hic effectus crescere potest magis & magis iuxta ipsius subiecti dispositionem; neque extensiua in ordine ad plures & plures personas, quibus multiplicatis non minuatur in singulis pœnæ remissio, sed eadem causetur in singulis, ac si pro singulis tantum esset sacrificium oblatum. Vnde pendet practicæ quest. decisio, An licet Sacerdoti pro vnâ Missâ plura adæquata stipendia à pluribus accipere. Nam iuxta 1. sent. non licebit, eo quòd is, qui pro Missâ iustum stipendiū donat, eâ intentione donat, ut totus fructus remissionis pœnæ sibi applicetur; nec eundem fructum remissionis pœnæ, Missâ sacrificium causet in singulis, applicatum pluribus, quem caufaret in uno, illi soli applicatum. Iuxta 2. sent. licebit, cùm per applicationem ad plures, non minuatur fructus Missâ ad singulos.

PRIMA sententia affirmat, virtutem huius sacrificij quoad hunc effectum esse infinitam, tam intensiue, quam extensiue: *Caiet. 3. part. quest. 79. a. 5. & 2. tom. opusc. tract. 3. quest. 2. Sylvest. verbis Missa 1. qu. 9. Sot. in 4. dist. 13. qu. 2. art. 1. Canisib. 12. de locis theolog. cap. 13. ad 10. argu. Vasquez dispt. 230. ca. 3. & 231. cap. 3. pro quâ citat etiam Cordubam, quem videre non libuit, *Nugnez* 3. p. q. 83. a. 1. dub. 7. & 8. Fund. effectus huius sacrificij èd est maior ex opere operato in singulis, pro quibus offertur, quòd maior deuotio offerentis, & eius, vel eorum, pro quo, vel pro quibus offertur; ergo est infinitus, nam si esset finitus, non posset crescere, crescente deuotione offerentis, vel cius pro quo offertur. Ideò enim sacramenta dicuntur habere vim proximam causandi infinitam, quia semper eorum effectus crescit, crescente dispositione subiecti; causa enim, quæ ad causandum non est limitata, sed semper potest perfectiore iuxta meliorem subiecti dispositionem effectum causare, est infinita; quia licet quiuis effectus, quem causat, sit finitus, virtus tamen ipsa ad perfectiore effectum causandum necessarij est infinita. Confirm. 1. ex opposita sent. sequeretur, minorum fructum ex hoc sacrificio promanatum ad singulos, si pauciores, quam si plures fuerint eidem sacrificio præsentes: nam idem fructus diuisus in plures, minor fit in singulis. Hoc autem nemô non iudicat absurdum, cùm potius ex multitudine assistentium & audientium augeatur deuotio singulorum, fiatque sacrificium solemnius ac celebrius. 2. Oblatio Sacerdotis est infiniti valoris, vel quia ad eam immediate concurrit Christus ut principalis offerens, vel quia fit in persona Christi, proinde participat dignitatem personæ Christi; Igitur hoc sacrificium habet infinitam virtutem proxime causatiuam, virtus enim & valor sacrificij maximè pensatur ex virtute & valore oblationis, in qua sacrificium essentialiter consistit. 3. Hoc sacrificium est idem quoad victimam, quæ in eo immolatur, cum sacrificio crucis, & ultimæ cœnæ: sed ille fuit infinitæ virtutis & valoris: ergo & hoc. 4. Candide Mediocriter, ab consecra. dist. 5. dicitur Quartus.*

248.  
Et momen-  
tum cele-  
bre.249.  
1. Sententia.  
affir.250.  
Potissimum  
Fundam.251.  
Confirm. 1.  
ab absurdo.252.  
Confirm. 2.253.  
Tertio.254.  
Quartus.

vna Missa oblata pro cunctis animabus purgatorij non minus valere, quam si pro vna quaque offerretur: *Dum igitur pro cunctis animabus psalmus, vel Missa dicitur, nihil minus, quam si pro uno quolibet ipsorum diceretur, accipitur.*

**255.** Negant. **256.** Vnicum fundam. **257.** Sacrificium offerentium est infinita virtus. **258.** Dices. **259.** Respectu eo- rum, pro

**255.** SECUNDA negat, virtutem huius sacrificij esse infinitam, sed finitam, & limitatam ad certum effectum, tam intensiuem, quam extensiuem: *Scoti quodlib. 20. cit. Bonavent. in 4. dist. q. 5. art. 2. q. 3. ad ult. Richard. art. 2. q. 3. Durand. q. 3. fine, Palud. q. 2. art. 1. conclus. 2. Maior q. 2. Suppl. q. 2. art. 3. dub. 3. propos. 5. & dubit. 4. disto 6. Naruar. in summ. cap. 25. n. 92. Suarez disp. 79. sent. 11. & 12. Henrig. lib. 9. de sacrificio cap. 19. an. 4. Valent. disp. 6. q. 11. punct. 1. fine, Toleti in summ. lib. 2. cap. 8. Corinck 3. p. q. 83. art. 1. dub. 10. concl. 4. & 5. Sylva ibid. art. 1. q. 15. Fundam. est absurdum in 1. confirm. pro 1. sentent. adductum; sequi, posse Sacerdotem vna Missâ satisfacere omnibus, tam viuis, quam defunctis. Vnde tolleretur utilis ac laudabilis mos plures Missas procurandi. Prætereà posset Sacerdos pro uno sacro plura adæquata stipendia accipere. Confirm. si vnum sacrum habet infinitam virtutem proximam, poscent uno sacro omnes animæ è purgatorio liberari, cum tota pœna illarum sit finita.*

Distinguendi sunt offerentes ab ijs, pro quibus hoc sacrificium offertur: quoad offerentes tam immediatos, quam mediatos, communis sentent. est, hoc sacrificium non habere virtutem limitatam ad certum effectum causandum, sed cò maiorem intensiuem causare in singulis offerentibus, quò melior fuerit offerentis deuotio; eoque etiam maiorem extensiue multis conferre, quò plures fuerint offerentes: multiplicatis quippe offerentibus, multiplicantur oblationes, ac proinde fructus, qui oblationibus ex operato respondent. Sacrificium enim formaliter consistit in oblatione: cā igitur multiplicata, multiplicatur fructus sacrificij. Sicut, quia sacramentum formaliter consistit in susceptione, cā multiplicata, multiplicatur effectus sacramenti, vna enim aspersione ac prolatione formæ multi possunt Baptismum suscipere, quorum singuli integrum fructum Baptismi consequentur; ita ad eandem hostiam consecrandam simul concurrere possunt multi Sacerdotes, vt quando cum Episcopo ordinante omnes noui Sacerdotes cum eo simul concelebrant: tunc enim vniusquisque ex suâ oblatione tantum fructum reportat, quantum reportaret, si solus seorsim consecrasset. Nam licet eo casu passiuia consecratio sit vna, quia vna est victima consecrata, non solum quoad substantiam, sed etiam quoad externa accidentia, quæ sacrificium integrant; actiua tamen consecrationes essent plures, quia hæ multiplicantur ad multiplicationem offerrentium.

DICES. Ergo eo casu pluræ essent sacrificia: nam sacrificium formaliter consistit in oblatione, seu consecratione actiua, quæ eo casu multiplicaretur: vt plures forent Baptismi, si vna aspersione multi abluerentur, quia Baptismus formaliter consistit in aspersione passiuâ. Resp. necq. conseq. nam licet oblationes seu consecrationes actiua forent multæ, quia tamen victima, penes quam specificatur sacrificium, esset vna; non solum quoad substantiam, sed etiam quoad extrinseca accidentia, non multiplex, sed vnum foret sacrificium. Contrà verò, distincti forent Baptismi, quia Baptismus principaliter constituitur per passiuam ablutionem, quæ eo casu multiplicaretur.

Quoad eos, pro quibus sacrificium offertur, di-

tam ad certum effectum, intensiuem nullam habere quibuscum offerentur limitationem, sed cò maiorem, vel minorē in uno-tur, est vir quoque effectum causare, quò perfectiorem, aut tutis extenminus perfectam inueniet ad hoc sacrificium dispositio infinita. Explico. Si sacrificium hoc consideretur per ordinem ad eos, pro quibus offertur, nullâ habitâ ratione dispositionis ipsorum, certum habet effectum, quem in illis causat; & pluribus applicatus, minor obueniet singulis. Si verò consideretur cum habitudine ad dispositionem, quam singuli habent ad sacrificium, non habet hoc limitationem ad determinatum effectum, quo perfectiorem causa non poterit, sed cò maiorem in unoquoque ex opere operato causabit, quo meliorem inueniet in subiecto, cui applicatur dispositionem. Dispositio negativa, consistit in solâ remotione impedimenti, ut quâ quis existens in gratia, nullum habuit actum personalem erga hoc sacrificium: positiva, præter statum gratia superaddit actum positivum, quo is, cui sacrificium applicatur, aliquo modo sacrificio cooperatus est, illud petendo, desiderando, procurando, ei ministrando, vel intercessendo: nam idem actus potest esse & mediata oblatio sacrificij, & simul dispositio ad illius fructum participandum. Sicut eadem attritio in pœnitente simul est partiale sacramentum ex operato gratiam conferens, & dispositio ad gratiam sacramentalem ab integro sacramento Pœnitentiaz recipiendam.

Applicatum igitur hoc sacrificium pro pluribus nullain habentibus positivam dispositionem, ed minorē confert singulis fructum, quò pluribus fuerit applicatum: Applicatum pro pluribus positivam habentibus ad illud dispositionem, minorē quidem conferet singulis fructum, quam conferret, si seorsim pro singulis applicaretur, maiorem tamen, quam conferret, si nullam in eis inueniret dispositionem; nam præter illum gradum remissionis pœnz, quem ex se confert, etiamsi nullam in subiecto inueniat dispositionem, confert alium maiorem, vel minorē, iuxta subiecti dispositionem.

Hanc sentent. colligo ex S. Thom. qui in 4. dist. 45. q. 2. art. 4. ad quæst. 3. ad 2. docet, quò quamvis Prob. 1.

hoc sacrificium infinitam contineat virtutem, illam tamen limitari ad determinatum effectum, ad quem ordinatur: idem 3. p. q. 79. art. 5. affirmat, effectum huius sacrificij commensurari tam deuotioni offerentis, quam eius, pro quo offertur: indicans hanc duplē virtutem, quam sacrificio tribui, vnam secundum se, nullâ habitâ ratione dispositionis subiecti, quam extensiuam; alteram respectiue ad dispositionem subiecti, quam intensiuam libuit appellare. 2. hæc sent. optimè saluat omnia, quæ de hoc sacrificio communiter docent: 1. principa-

lem controu. quò non licet Sacerdoti pro vna Missâ plura adæquata stipendia accipere (in quâ asser. conueniunt, etiam qui putant, hoc sacrificium habere infinitum valorem; sed an consequenter, ipsi viderint) quia quando plures sunt, pro quibus sacrificium offertur, minor fructus extensiuus cedit singulis, esto non minor cedat fructus intensius proueniens ex dispositione subiecti; nam ille dividitur in singulis, pro quibus offertur, qui tamen integer cessisset vni, si pro uno tantum fuisset sacrificium oblatum. 2. quo modo hoc sacrificium hunc effectum ex operato causet ad instar sacram. vt ed Salu-

maiorem conferat, quò maior fuerit subiecti dispositio: quia vt modus hic causandi facit ad maiorem sacram. venerationem; ita tribui debemus huic sacrificio, ad maiorem fidelium erga hoc sacrificium deuotionem: quam cum Christus poscat, sicutum est, ad hanc magis excitandam, eo modo hoc sacri-

265.  
Ad fund.  
prima.

sacrificium instituisse. Fundam. sentent. 1. solum probat de effectu intensiuo, qui solum crescit iuxta subiecti dispositionem, non de extensiuo, qui limitatus est, eoque minor causatur in singulis, quo pro pluribus sacrificium offertur.

266.  
Ad confir.  
2.

Ad 1. confirm. procedit ex fructu respondentे offerentibus, qui neque intensiuē in singulis, neque extensiue minuitur in pluribus ex multiplicatione offerentium.

267.  
Ad 2.

Ad 2. neg. anteced. ad 1. prob. nego, ut supra. Christum immediate concurrere ad hoc sacrificium, sed tantum mediate, quā potestatem dedit Sacerdotibus, ut vice ipsius hoc sacrificium offerret. Ad 2. concedo, Sacerdotem hoc sacrificium offerre in persona Christi; nego tamen inde sequi, oblationem ipsius esse infiniti valoris: nam ut in ratione oblationis esset infiniti valoris, deberet dei- ficiari à persona Christi; seu immediate procedere ab ipsa. Cūm igitur non procedat immediate à persona Christi, non poterit habere eam dignitatem, quam habebat oblatio Christi. Solū autem dicitur oblatio Sacerdotis infinita, ratione rei oblatæ, quia offert Christum, eiusque merita, quæ tamen ex ipsius voluntate limitantur ad effectum extensiuum finitum.

268.  
Ad 3.  
confirm.

Ad 3. concedo, hoc sacrificium esse idem, & eiusdem valoris cum sacrificio crucis, & ultimæ cœnæ quoad rem oblatam; nego quoad oblationem; quæ est actio Sacerdotis, finiti valoris; in sacrificio crucis, & ultimæ cœnæ, fuit actio Christi, infiniti valoris, intrinsecè significata à persona Verbi.

269.  
Ad 4.

Ad 4. à multis citat. locus explicatur de im- petratione, non de effectu infallibili legcapplicando. licet enim animæ purgantes non sint capaces remis- sionis pœnæ per modum impenetrationis mediatæ, cum non sint capaces actus satisfactorij, quo me- diante ipse satisfacerent pro suis pœnis; sunt tamen capaces remissionis pœnæ immediatæ, quia Deus in- tuitu sacrificij immediate illis pœnas condonat. Facilius verò explicatur de fructu intensiuo huius sa- crificij, qui respondet propriæ deuotioni eius, pro quo offertur: quamuis enim animæ purgantes non consequantur maiorem fructum intensiuum, propter actus, quos erga sacrificium eliciunt in purga- torio; consequuntur tamen maiorem fructum, propter actus, quos erga hoc sacrificium exercue- runt in hac vita.

270.  
Ad fund.  
Secunda.

Ad fundam. 2. sent. neg. sequela: nullus enim effectus huius sacrificij est infinitus actu, neipse quidem intensiuus, qui solum crescit iuxta incre- mentum dispositionis eius, cui applicatur: quæ dis- positio quia semper finita est, semper ad finitum ef- fectum determinat infinitam virtutem intensiuam huius sacrificij; nec sequitur, vno sacrificio fore li- berandas omnes è purgatorio animas. Solū igitur dicitur hoc sacrificium quoad hunc effectum intensiuum, infinitum, quatenus ex se non est deter- minatum ad certum gradum, ultra quem iuxta subiecti dispositionem maiorem conferre non possit, vt est determinatum ad effectum extensi- um.

271.  
Coroll.

Infero 1. ex applicatione vnius Missæ ad plures, non minui fructum intensiuum in singulis; quia hic datur iuxta mensuram dispositionis subiecti, cui li- cet maior collatus fuisset, si pro eo tantum sacrificium oblatum fuisset; hictamen maior fructus non auxisset fructum collatum iuxta mensuram deu- tionis subiecti: quia hic non crescit ex maiori fru- ctu extensiuo, sed ex maiori dumtaxat deuotione subiecti, siue fructus extensiūs, qui subiecto con- fertur, sit maior, siue minor. 2. Non esse necessa-

rium, ut hæc dispositio, iuxta cuius mensuram sacrificium Eucharisticum suum effectum ex ope- rato subiecto confert, sit circa idem sacrificium, sufficit si sit quod pro ipso offertur: sed sat esse, ut sit erga sacri- ficium Eucharisticum in communi. Quia cūm talis fructus detur intuitu deuotionis erga hoc sacri- ficium, eadem erit moraliter deuotio erga vnum, ac aliud. 3. Non esse necessarium, ut hæc dispositio

physicè sit in subiecto, quando pro eo sacrificium offertur; quia neque ad recipiendum fructum sacra- ment. physica coniunctio dispositionis cum subie- cto est necessaria; sed sat esse, si fuerit anteā, in eo- que moraliter perseveret; non tamen sufficere, ut sit futura: sicut dispositio futura subiecti non est suffi- ciens ad præsentem effectum sacram. non sufficit futurus dolor, ut sacram. Pœnit. suum effectum de præsenti causet. Ratio: Deus non punit de præsenti peccata futura, ita neque de præsenti iuxta legem ordinariam præmit futura merita. 4. Ut dispositio sit sufficiens ad recipiendum fructum intensi- um huius sacrificij, elici debet iuxta 1. sentent. præ- ced. selt. à subiecto grato; non tamen est necesse, ut semper perseveret in subiecto grato, modò subie- cto reperiatur gratum, quando illi fructus sacrificij applicatur. Primum prob. hæc dispositio non est

Hac disposi-  
tio debet  
elici à sub-  
iecto grato

imperatoria huius effectus apud Deum in media- tè ex meritis & sanctitate Christi, sed subiecti: erga si subiectum non est gratum, quando ab eo hæc dispositio elicetur, non poterit esse imperatoria huius effectus: Hinc eadem operatio, ut est dispositio ad consequendum fructum sacrificij, non est accepta Deo, nisi ex meritis & sanctitate subiecti; quia verò eadem, ut mediata oblatio sacrificij, est accepta Deo ex meritis & sanctitate Christi, etiam in peccato cli- cita consequetur effectum ex operato, si subiectum reperiatur in gratiâ, quando pro eo sacrificium of- fertur. Secundū ostend. ut dispositio in gratia elicita Et suffici- disponat subiectum ad fructum sacrificij conse- existenti in quendam, necesse non est, ut subiectum perseueret gratia in gratia toto tempore, quo illam elicuit usque ad tempore quo offertur,

tempus, quo sacrificij fructum est percepturum: sed sufficit, si illam in gratia elicuerit, & postea peccato interruptam iterum per pœnitentiam recuperet: Nam per pœnitentiam rouriunt omnia merita in gratiâ elicita, in ordine ad omne præmium; & cum illis hæc dispositio in ordine ad hunc effectum sacrificij, in ordine ad quem ante peccatum fuerat à Deo acceptata. Iuxta sent. probabiliorem ac magis piam, dico, ut hoc sacrificium suum fructum in- tensiuum in subiecto causet necesse non esse, ut sub- ieclum sit in gratiâ, eo quod ex opere operato me- ritorum Christi ad instar causæ naturalis causat hunc effectum in omni subiecto capaci: At subie- cto in peccato existens est capax remissiōis pœ- næ, ex peccato condonato relīctæ; nam est capax au- xilij supernat. quod est maius donum. 5. Quando idem sacrificium inchoatum ab uno Sacerdote Corolla perficitur ab alio, fructus sacrificij respondet in- choanti, modò consecratio sub utrâque specie ab inchoante facta sit; qui enim utramque consecra- uit, præstít, quod in hoc sacrificio est potissimum, & multorum opinione solum essentialis: & qui in sacrificio alteri succedit, succedit illi, ut quid accessoriū: ergo fructus sacrificij debetur præcedenti, ut principali offarenti. Quid, si primus non con- sefrauit, nisi solam speciem panis; At etiam tunc sa- crificij fructus debeatur inchoanti, an potius persi- ciente? Suarez disp. 79. selt. 12. §. Sed tunc, existimat, rem esse dubiam; debere tamen succedentem suam intentionem conformare cum intentione præce- dentis.

273:

276:

Maior diffe-  
rentia.

## SECTIO VIII.

Quodnam sit iustum stipendium pro Missa dicenda?

**T**ametsi multi doceant, fructum huius sacrificij non minui in singulis, oblatum pro pluribus: nemo tamen audet concedere, licitum esse Sacerdoti, pro vna Missâ plura iusta stipendia accipere: siue quia in Missâ non solum applicatur fructus sacrificij, sed etiam precum, qui quia finitus est, vegetantur.

**N**emo ammetur concedere, ut pro vna Missâ plura stipendia accipiantur.

**S**uppono ex communis sententia omnes Sacerdotes tam pauperes, quam diuites, qui suas Missas obligatas non habent, stipendium aliquod pro Missâ dicendâ accipere posse: dignum quippe est, ut qui altari seruit, de altari vivat: *I. ad Corinth. 9. Luce 10.* Dignus est operarius mercede suâ: Et qui in bonum aliorum occupatur, spiritualia ministrando, mutuò ab illis sustentetur. Ex quo colligit *S. Thom. 2.2. q. 87. art. 1.* quod dare decimas ministris Dei ipsorum vita sustentationem, sit de iure naturæ, quamvis determinatio ad certainam taxam sit de iure positivo. Quod etiam diuites possint pro Missâ stipendium accipere, prob. hoc non datur Sacerdoti titulo paupertatis, sed mysterij, quod exercet; nec in pretium, sed quia hoc ipso quod illud exercet in bonum alterius, sit dignus aliquo stipendio, quo sustentetur. Hoc igitur certo, inquitimus, quodnam sit iustum stipendium pro Missâ? Alij putant, esse sobriam sustentationem pro victu illius dici: Alij sustentationem, non suæ tantum personæ, sed reliquarum etiam quæ in eius famulatu occupantur; Alij, etiam cognitorum: Alij quod sufficere possit etiam ad vestitum, & reliqua vita humanæ necessaria, usque ad ipsa Sacerdotis debita soluenda.

**N**ota, iustum stipendium pro Missâ assignari, vel publicâ lege superioris, sic pertinet ad Pontificem, aut Episcopum id definire: vel priuatâ estimatione fidelium, non secus ac rerum pretia definiri solent, aut publicâ lege & arbitrio principis, aut priuatâ conuentione personarum, quæ in huiusmodi rebus sunt peritæ: Vbi taxatum est à superiore, non licet Sacerdoti, aut plura, aut maius pro Missâ petere. Vbi est taxatum priuatâ dumtaxat estimatione & vnu fidelium, sicut in reliquis pretijs rerum datur summum, infimum, & mediocre, eo quod aliqui summo, aliqui insimo, mediocri alijs pretio eandem rem vendunt; ita in Missâ distingui poterit stipendium supremum, infimum, & mediocre; licetumque erit Sacerdoti usque ad supremum pro Missâ, etiam ex pacto petere; non tamen ut pretium, sed ut honestam suæ personæ sustentationem. Addit *Henrig.*

**Diversa opiniones circa præf. sent. quæst.**

**Bifurciam iustum stipendium posse assignari.**

**Triplex pre-**

**lub. 9. de sacrificio cap. 22. num. 2.** posse Sacerdotem in iudicio compellere, ut ex iustitia consuetum stipendum pro celebratâ Missâ sibi soluatur: ex pacto enim mutua conuentio oritur obligatio iustitiae ex utrâque parte.

**I**nfero 1. contra aliquos non posse Sacerdotem, qui dimidium stipendium accepit ab uno pro Missâ, aliud dimidium accipere ab alio, & utrique vñatantum Missâ satisfacere: quia cessit iuri suo, quando à primo dimidium accepit: ergo non potest illum fraudare, partem tantum Missæ offerendo; ut prohibuit Tridentini Congregatio anno 1626. 21. *In-nij. in Bullario Urbani VIII. Deinde pro pluribus Missæ Verba pro-fissis, etiam eiusdem qualitatis celebrâdis, plura stipenda, hibitionis;* quantumcumque incongrua & exigua, sine ab una, sine a pluribus personis collata fuerunt, aut conferentur in futurum Sacerdotibus Sacra Congregatio sub obtestatione Divini iudicij mandat ac precipit, ut absolute tot Missæ celebrentur, quot ad rationem attributa eleemosyna prescripta fuerint: alioqui graniter peccant, & ad restitutionem tenentur. 2. Etsi non possit Sacerdos ultra iustum stipendium pro Missâ petere, posse tamen minus accipere, si velit, contra nonnullos putantes, quando stipendium est certâ lege taxatum, non posse Sacerdotem minus accipere. Ratio: potest Sacerdos cedens iuri suo, minori stipendio esse contentus, sicut potest nullum accipere stipendium. Neque enim lex ita fideles obligat ad datum iustum stipendium pro Missâ, ut non possint, consentiente Sacerdote, minus dare. 3. contra Sot-

**rum in 4. distinct. 13. quest. 2. art. 2.** Posse interdum *Infero 2.*

Parochum pro Missis, quas coram Parochianis celebrare tenetur, stipendium accipere. Ratio: non tenetur omnes Missas, quas celebrat, pro suis offerre: ad alias teneri aperte colligitur ex Trident. sess. 23. cap. 1. de reform. *Cum præcepto Divino mandatum sit omnibus, quibus animalium cura commissa est, omnes suas agnoscere, pro his sacrificium offerre &c.* Vnde sufficit, ut in festis solemnioribus, & Dominicis diebus, aut semel in hebdomadâ pro illis celebret. Sacerdos obligatus ad Missas pro capellaniâ, tenetur omnes applicare pro fundatore capellaniæ, vñatantum liberâ sibi retentâ in hebdomadâ; & quas in infirmitate omisit, per alios supplere, nisi infirmitas non fuerit diuturna, & alioqui sanus semper fuerit diligens. Ratio est, voluntas Fundatoris, nisi aliter sit expressa, rationabiliter intelligenda. 4. Posse Sacerdotem, qui pingua stipendia pro Missis accepit, procurare per iusta stipendia minora per alios Missas offerri, retinendo sibi, quod supra iusta stipendia superest. Secus est, si huiusmodi stipendia accepit pro Missis dicendis etiam ab alijs Sacerdotibus: quia tunc mens contribuentis est, ut non tantum huiusmodi stipendia dentur Sacerdoti, sed etiam alijs. Vnde iniuste tunc alios priuaret pingui stipendio à contribuente assignato. Atque hæc spectato iure naturali permisso. Cæterum eadem *S. Sacra Congregatio, Omne dampabile lucrum ab Ecclesia regere.* monere volens, prohibet Sacerdoti, qui Missam suscepit celebrandam cum certa eleemosyna, ne eandem Missam alteri, parte eiusdem eleemosyna sibi retentâ, celebrandam committat.

An possit Sacerdos accipere stipendium pro Missâ, quam iam celebrait, cuius tamen applicationem sibi in futurum reseruavit. Affirmant aliqui recent. *apud Vasquez disþ. cit. cap. 3.* ut hæc piâ opin. subueniant paupertati quorundam Sacerdotum, qui dum assiguated stipendia non habent, quando Missas celebrant, earum applicationem sibi in futurum reseruant, accepturi stipendia ab alijs, qui in futurum ab se Missas petierint: nam in potestate

Sacer-

<sup>288.</sup> *do & quo modo possit Sacerdos ac- pendere pro Missa, quā iam celebrauit, cu- sione applica- resurauit.* Sacerdotis videtur esse, sacrificij fructum suspendere. Alij cum *Vasquez* negant. Distinguendum: aut Sacerdos suspendit de præsenti effectum sacrificij, ut illum possit de futuro, cui voluerit applicare: & hoc licitum non est, cùm in potestate ipsius non sit, sacrificij fructum suspendere: sicut neque effectum sacramenti. Alio modo potest Sacerdos de præsenti applicare effectum sacrificij illi, qui de fassu applica. Et ab ipso sacrificium petiturus est: quomodo visionem sibi detur licitum; quia vt possit sacrificium cum fru- in suorum eti alicui applicari, non requiritur, vt ab ipso, cui applicatur, sit anteā petitum, sed sufficit, si pro tunc, quando sacrificium applicatur, sit ille, cui applicatur, sacrificij effectus capax: nec requiritur, vt ille, cui sacrificium applicatur, à Sacerdote cognoscatur, alioqui non possemus cum fructu applicare sa- crificium pro animabus, quas non nouimus: sed suf- ficit, vt cognoscatur à Deo, ad cuius scientiam se remittit Sacerdos, dum sacrificium offert pro eo, qui petiturus est, à quo potest & stipendium acci- pere.

Verū, quia multa sunt, quæ hanc sent. in praxi periculosam reddunt: sèpè, enim quando sacrificium de præsenti pro petituro applicatur, petiturus non est sacrificij fructus capax, vel quia non est dispositus, vel quia non indiget: & saltem priuatur eo fructu, quem perciperet, si cum sacerdote ad sa- crificium cooperaretur: nequit autem petiturus cum Sacerdote de præsenti operante, cooperari, vt per se patet. Meritò illa ex mandato *Clementis VIII. à Congregat. Cardinal. Concil. Tridentini interprete ann. 1605.* examinari cœpta, ac tempore *Pauli V.* absoluta, missa fuit ad Nuntium Apost. in Hispaniam, vbi hac consuetudo vigebat, vt in omnibus illius regni prouincijs, tanquam pluribus nominibus periculoſa, fideliū scandalis & offenditibus obnoxia, aqueā veritate Ecclesie more nimis abhorrens prohiberetur. Quæ prohibitio extat inter responsa Con- gregationis.

## SECTIO IX.

### Quando teneatur Sacerdos celebrare?

<sup>287.</sup> *Aliquando ubilari re- End.* **D**RIMA sent. negat, Sacerdotem, quantum est ex vi manneris Sacerdotialis, aliquando ad celebran- dum teneri, sed posse per totam vitam à celebratio- ne cessare, modò ad implendum præceptum Ecclesiasticum, more laicorum communicet in Paschate. *Aleij. 4.p. q. 11. m. 12. art. 4. §. 1. Bonam. in 4. dist. 11.p. 2. art. 2. q. 1. Palaris. dist. 13. dist. 2. Casel. in 3.p. q. 82. art. 10.* qui tamen comment. in impressione Rom. ex- punctus est iussu *Pij V. Prob. 2.* nullum existat præ- ceptum, aut naturale per se connexum cum munere Sacerdi, aut diuinum, aut Eccles. quod nullibz latum est: alias potest Sacerdos ob suam indignitatem, & maiestatem tanti sacrificij, velle perpetuo abstine- ge à celebrando, semper tamē paratus, vel vbi né- cessitas proximi, vel superioris præceptum accesserit, celebrare. Quis enim tamē damnaret mortalitatem? De præcepto naturali, & diuino constat: alioqui non posset Ecclesia in perpetuum priuare aliquos celebratiōne Missæ, per censuram & irregularitatem. *2. Non minùs Sacerdos vi manneris Sacerdotialis accipit potestatem audiendi confessiones fideliū, quam celebrandi: sed potest absq[ue] peccato, velle totā vitā abstinere ab audiendis confessionē excepto casu necessitatis: ergo etiā à celebrationē Missæ. 3. Potest diaconus ex affectu humilitatis, & reverentie erga tantū sacrificium, post susceptum*

diaconatum, nolle suscipere presbyteratum: ergo poterit Sacerdos ex eodem affectu nunquam cele- brare: vt refert *S. Thom. in 4. infra citat. de quodam Parte antiquo. 4. Potestas celebrandi est quoddam priuilegium, quod fit ordinato: nemo autem tene- tur vti priuilegio sibi concessio.* <sup>291. Quarid.</sup>

**S**ECVND A affirmat, Sacerdotem, etiam simpli- <sup>292.</sup> cem, vi solius munieris Sacerd. & potestatis in colla- <sup>Probabilitas affirmanter.</sup> tione ordinis acceptæ, sub mortali teneri aliquoties saltem in anno celebrare. Est communis *reliq. S. Thom. 3.p. q. 82. art. 10.* vbi oppositam sent. appellat irrationalabilem, & in 4. dist. 13. quest. 1. art. 2. ad 1. quest. *Richard. art. 2. q. 2. Durand. q. 2. num. 6. Paled. q. 2. art. 1. concl. 1. Sot. q. 11. art. 10. concl. 1. Sylvest. verbo Missa, 1. q. 7. post med. qui etiam citat Angel. Pet. Soto lect. 13. de Euch. fine, quamuis sub dubio relinquat, vtrum hoc sit mortale, quod tamen reliqui censem, cùm sit omissio de re graui: *Nasar. in summ. cap. 25. nam. 88. Henr. lib. 9. de sacrifici. cap. 23. num. 2. Vasquez disp. 232. cap. 1. Suarez. disput. 80. sect. 1. Nugnez 3.p. quest. 82. art. 10. difficult. 1. Coninck. quest. 83. art. 2. dub. 1. Quæ sentent. probabilius. Aliqui probant ex cap. Dolentes, de celebrat. Missar. vbi Innocentius III. referens negligentiam quorumdam Sacerdot. qui Missas vix quater in anno celebrabant, sub pœ- nā suspensionis, & in virtute obedientie præcipit, vt diuinum officium nocturnam pariter & diuinum stu- diosè celebrent pariter & deuotè. Sed contrà; hoc præceptum tulit Pontifex propter indeuotionem diuina peragendi, in quam tantū cadunt allata verba. Alij probant ex eo, quod *Tridentinum* sess. 23. cap. 14. de reformat. commendet Episcopis, vt curent, saltem diebus Dominicae & festis solemnibus, vt Sacerdotes celebrent. Sed contrà: inde nullum colligitur in Sacerdotibus præceptum, cùm sit simplex tantum commendatio Episcopis facta. Alij ex illo Pauli, horramur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis; & alio 1. Petri 4. *Vnusquisque*, sicut *Nec ex 2. accepit gratiam, in alterum illam administraret.* Ne *ad Cor. 6: 1.* igitur in vacuum potestatem Sacerdotalem accepit, tenetur aliquando illam in sui, & aliorum uilitatem exercere. Sed contrà: hæc loca autho- res contraria sententia explicant de consilio, non de præcepto, ex in *Hortamur: quod idem est*, ac suaderemus, seu monemus. Præterea aliud potest Sacerdos sibi compensare fructum, quem ex Missæ celebrationē caperet.**

**V**nicus locus ex *Tridentin. sess. 22. cap. 1. efficacitatem* probat: vbi loquens Concilium de modo, quo Christus hoc sacrificium instituit, simul etiam de- clarat obligationem, sub quā offerendum tradi- dit: *Corpus & sanguinem suum sub speciebus panis & vini Deo Patri oblatum at sub eaurundem rerum sym- bolis, & apostolis, quos tunc nosti testamenti Sacerdotes constituebat, ut sumerent, tradidit, & eisdem, eorumq[ue] in Sacerdotio successoribus, ut offerrent, præcepit per hec verba: Hoc facite in meam commemorationem.* Dum igitur affirmat, per verba, *Hoc facite in meam commemorationem*, Christum præcepisse Apostolis, eorumq[ue] in Sacerdotio successoribus, ut hoc sa- crificium offerrent, comprehendit sub hoc præcep- to omnes simplices Sacerdotes, cùm hi etiam in officio Sacerdotiali succedant Apostolis. Idem sub anathemate confirmat *can. 2. Si quis duxerit, illis ver- bis: hoc facite in meam commemorationem, Chris- tum non interficeret* & *Apostolos Sacerdotes, aut non ordi- nasse, ut ipsi alyq[ue] Sacerdotes offerrent corpus & san- guinem suum: Anathema sit.* Si dicas præceptum da- tum tantum Ecclesie, de procurandis idoneis mini- stris, qui possent iugiter hoc sacrificium offerre: co- tradicis verbis Concilij, quæ ad singulos Sacerdotes diri-

diriguntur; nec erat opus peculiari decreto Concilij ad præceptum, toti Ecclesiæ traditum, declarandum, cum per se evidenter sequatur ex institutione sacrificij: omnis enim communitas iure naturæ tenetur Deo sacrificia offerre. & idoneos ministros procurare. Ita Catechismus Rom. qui ex ordinatione Pontificis explicandi Concil. Eos enim, nempe Apostolos, quemadmodum à Sancta Synodo definitum est, tunc Sacerdotes instituit, præcepitq; ut ipsi, & qui eis in Sacerdotali munere successuri essent, corpus eius immolarent, & offerrent: ita Pius V. immediatus executor Tridentini, verba Concilij intellexit, dum oppositam sentent. Caiet, abradi iussit ex comment. S. Thom.

**Ex Pio V.** quod caput. 298. resp. 304.  
propositum. Si Pontifex hoc sensu verba Concilij intellexisset, debuisse etiam in alijs authoribus hanc opin. damnare: quod cum non fecit, signum est, illum alio intellexisse. Resp. neg. sequel. nam sat fuit Pontificiad suam mentem declarandam, ut ab uno authore ex ipsius scriptis abradendam iussicerit. Ita cum Concil. definiuit, in consecratione totam substantiam panis & vini conuerti in corpus & sanguinem Christi, non fuit opus nouo decreto damnare opinionem Durand. qui putabat, in consecratione manere materiam primam: sed hoc ipso, simul implicite virtualiter eam damnauit.

**299.** Obligatio quam Sacerdotes habent aliquoties in vita celebrandi, esse diuinam, fundatam in verbis Christi: *Hoc facite in meam commemorationem*: quæ dicta omnibus Apostolorum in Sacerdotio successoribus: ex S. Thom. Richard. c. 4. 300.

Inferitur 1. hanc obligationem, quam Sacerdos habet, aliquoties in vita celebrandi, esse diuinam, fundatam in verbis Christi; vnde necessaria fuit Concilij explicatio, ut tale præceptum obligaret. Miror Palatum, post Conc. oppositum mordicus docuisse.

301. Porplexior difficult. At quoties ad hoc præceptum adimplendum tenetur Sacerdos in vita celebrare? Omnes nostræ sentent. authores conueniunt, teneri aliquoties in anno, nec sufficere semel tantum. Quoties vero præcisè teneatur, etsi aliqui definire tentauerint, prudentis arbitrio relinquendum: non secus ac laica communio, si præcepto Ecclesiastico determinata non fuisset: quamuis ibi habeamus aliqua tempora determinata, ut sunt articulus, vel periculum mortis: quæ tamen non habemus in Missâ celebrandâ, per se loquendo ratione sacrificij, præcisis extrinsecis circumstantijs.

**302.** Ad argum. 2. Ad die. 307. si non desint apud Sæ verbo missanum. 23. qui putent, aliquo casu licitum esse, eo die celebrare; communis tamen sententia, nullo casu neque ad infirmum morti proximum communi- candum, licitum esse. Fund. Ecclesiæ perpetua consuetudo, quam Innocentius I. in Epist. ad Decent. Epist. Eugubin. tom. I. Concil. p. I. pag. 608. & refertur, can. Sabato, de confecr. diff. 3. declarat esse traditionem Ecclesiæ, quæ originem dicit ab Apostolis, qui ob memoriam passionis Domini prohibuerunt, eo die sacramenta celebrari. Quo fit, ut eo die propriè non sacrificetur, sed præcedentis diu taxat dici sacrificium consummetur ac perficiatur.

**303.** Ad 2. Infertur si in talem diem incidat festum Annun-

tiatione, fideles sub præcepto non teneri, huiusmodi ceremonia interesse, contra Vasquez. Ratio: vi præcepti Ecclesiæ fideles in die festo non tenentur interesse, nisi sacrificio missæ; at caeremonia sacrificium propriè

## SECTIO X.

An licitum fit singulis diebus celebrare?

**D**E tribus tantum diebus maioris hebdomadae controversia est; & quidem quoq; diem Louis Sanctiorem, vno excepto Marcello Francolino apud Vasquez diff. 232. c. 2. consentiunt omnes, licitum esse eo die, non tantum Ecclesiarum Præpositis, sed reliquis Sacerdoti. etiam publicè & in templo celebrare, modò hæ Missæ absoluantur ante Missam solèmnam, post quam Christi corpus in aliquo secreto loco reconditur. Requirit tamen Sotii in 4. diff. 13. q. 2. art. 2. ad id faciendum Prælati licentiam, quam tamen Vasquez non requirit. Fundam. hoc nullo iure prohibitum est. Nec sufficit contraria, si qua alicubi est, Ecclesiæ consuetudo: quia talis consuetudo non seruatur sub præcepto, sed sub consilio; non enim est necesse, vt omnis consuetudo obliget sub præcepto, sed quæ tantum acceptata est sub præcepto.

De die Parasceues, etsi non desint apud Sæ verbo missanum. 23. qui putent, aliquo casu licitum esse, eo die celebrare; communis tamen sententia, nullo casu neque ad infirmum morti proximum communi- candum, licitum esse. Fund. Ecclesiæ perpetua consuetudo, quam Innocentius I. in Epist. ad Decent. Epist. Eugubin. tom. I. Concil. p. I. pag. 608. & refertur, can. Sabato, de confecr. diff. 3. declarat esse traditionem Ecclesiæ, quæ originem dicit ab Apostolis, qui ob memoriam passionis Domini prohibuerunt, eo die sacramenta celebrari. Quo fit, ut eo die propriè non sacrificetur, sed præcedentis diu taxat dici sacrificium consummetur ac perficiatur.

Infertur si in talem diem incidat festum Annun-

propriè non est, cùm in eâ Christi corpus & sanguis non conficiatur, in quâ actione sacrificium Euchar. potissimum consistit.

**Difficilas:** An liceat eo die populo communicare? nullam inuenio Ecclesiaz prohibitionem: nam cùm Innocent.cit. docet, hâc die prohiberi, sacramenta celebrari, quo nixus *Francolinus* putat, eo die veritam esse laicam communionem, eam non intelligit pontifex, sed missarum sacrificia. Ideò standum censeo loci consuetudini; optandum tamen esset pro Ecclesiaz uniformitate, vt tali die vbi que laica communio populo prohiberetur; cùm hâc ipsa à communione cessatio magis conducat ad Christi passionem celebrandam.

Sola controuersia de die sabbati, an licitum sit, præter solemnem, priuatas etiam missas celebrare. Negat *Francol.* apud *Vasq.* cit. cui consentiunt *Vasq.* & *Henriq.* lib. 9. de sacrifi. cap. 24. n. 3. qui tamen vnum excipit casum, si opus sit ad communicandum infirmum morti propinquum. Fundam. eodem modo prohibitum erat antiquitus celebrare in die Parasceues, ac in sabbato sancto, vt cit. *Innocentij* I. Ex eo autem, quod dispensatum sit in missa solemini, quæ solita erat celebrari in nocte Resurrect. non est hoc ipso dispensatum in missis priuatis: nam si Ecclesia dispensare voluisse, instituisset pro ijs proprium introitum, sicut instituit pro missis priuatis, in vigilia Pentecostes, licet pro missâ solemini nullus sit, sed loco introitus deseruant prophetæ. Igitur quod ad missas priuatas manet antiqua prohibitio. Nec dici potest abrogata contraria consuetudine: nam ad abrogandum publicum ius tot annorum spatio firmatum, non sufficit contrarius usus priuatus paucorum, sed necessarius est publicus ac patens multorum, quem videns & tolerans superior, tacite censetur in lege dispensare. Affirmant *Sotus* in 4. dist.

310. *Die sancto  
sabbasi pri-  
uatas mis-  
sam cele-  
brare existi-  
mant non  
licere.*

311. 13. q. 2. art. 2. *Suarez* disp. 80. sect. 2. *Coninck* 3. p. qu. 83. art. 2. dub. 2. quibus allecticendum est. Fundam. hoc ipso quod dispensatum est in missâ solemini, in publico officio, & reliquis cæremoniis fieri solitis in nocte Resurr. dispensatu consequenter cœletur in missis priuatis, quæ ut accessorium sequuntur principale. Confir. sicut antiquitus in nocte Resurrect. post solemnem missam & officium, licitum erat cuilibet sacerdoti, priuatam missam dicere; ita tota ea solemnitate retractâ in diem sabbati, licebit die sabbati post missam & officium solemne, cuilibet sacerdoti priuatam missam celebrare. Ad fundam. oppositæ, constat antiquam prohibitionem quoad missas priuatas abrogatam esse, hoc ipso, quod abrogata fuit quoad missam solemnam, & cæteras publicas solemnitates, ut accessorium. Nec refert, quod nullus pro priuatis missis introitus assignetur; quia, cùm principalis finis Ecclesiaz fuerit de officio & missa solemini, non fuit solicita de instituendo peculiari introitus pro missis priuatis, èo quod estimare potuit fore, vt pauci essent eo die celebratur priuatas missas, propter publicum & solemne illius diei officium.

## SECTIO XI.

An liceat plures missas eodæ die celebrare?

314. Quando  
incepit  
tres missa  
in die Na-  
talis Domini.

**E**xcipimus diem natalis Domini, ex cap. *Consu-*  
*lustris*, de celebr. miss. vbi supponitur antiqua Ec-  
clesiaz consuetudo, celebrandi tres missas, à Telephoro pontif. annò 142. eo quod in sua *decret. tom. I.*  
*Natalis Domini*. Concil. p. 1. pag. 63. & refertur can. *Nocte sancta*, de con-  
suelebrari. *scr. dist. 1.* decernat, vt presbyteri eâ nocte missas ce-  
lebrent. Verum ibi mentionem non facit de triplici  
*Tomus VII. De Sacramentis.*

missa, vt aduerit *P. Suarez* disp. 80. sect. 3. sed solùm dispensare videtur in tempore, vt possint sacerdo-tes, ob memoriam Nativitatis Christi, de nocte mis-sas celebrare, cùm reliquis, inquit, anni temporibus mis-sarum celebrationes ante horam dies tertiam minime sint celebranda: quia & eadē hora Dominus crucifixus est, & super Apostolos Spiritus S. descendisse legitur. Quæ-  
stio est, an licitum sit alias plures missas cele-brare.

Constans omnium sententia est, aliquando id li-cere. Quam definiunt *Alexand. II. can.* Sufficit, de *consecr. dist. I.* & *Innocent. III. cap. Consulisti*, de cele-brat. miss. quorum ille permittit, posse sacerdotein duas missas dicere cādem die; vnam pro defunctis, alteram de tempore, si necesse, inquit, fuerit: hic verò concedit, posse plures missas ab eodem sacerdote ce-lebrari, si causa, inquit, necessitatibus suadeat: alias, vt ibid. subdit, sufficit sacerdos semel in die unam missam solūmodo celebrare. Ex quibus duo inferuntur cer-ta: primum, nullâ suadente necessitate, non nisi vnam cādem die missam licitum esse sacerdoti celebrare. Secundum, suadente necessitate, licitum esse plures celebrare.

Tota difficultas est, quæ, & quantâ debeat esse hâc necessitas: conueniunt omnes, quando idem sacerdos habet duas parochias in diuersis pagis, vel oppidis, & propter paupertatem non potest habe-re adiutorem, tunc vt satisfaciat suis parochianis, potest duas missas cādem die celebrare. Hoc *Sua-rez* disp. 80. sect. 3. non limitat ad dies festos, sed ad quoscumque dies feriales extendit, modò frequen-tia populi, qui missam audire cupit, sit moraliter tanta, vt pro eâ debeat secunda missa celebrari. Ra-tio: non solùm debet parochus prouidere suis pa-rochianis de missa die festo ad præceptum Eccles. implendum, sed etiam die feriali, ad deuotionem populi augendam ac promouendam. Addo, tali ca-su, præsertim si sit dies festus, etiam obligari paro-chum ad duas missas celebrandas, posito quod non possit aliunde illis de alio sacerdote prouidere; quia ex iustitia tenetur suis parochianis missam procu-rare.

Non est autem eadem obligatio erigendi pro die Parasceues duplex sepulchrum in vtrâque Ecclesiâ, *Anfis obli-gatio cri-  
gendo pro  
die Parasce-  
nes duplex  
sepulchrâ,* sed poterit tantum in principaliori. Ratio: cùm de-beat sacerdos die Parasceues particulam hostiæ, pre-cedenti die consecratæ, simul cum vino in calice po-sito sumere, non posset iterum non iejunus com-municare: nam, vt possit missam 2. celebrare, vel co-casu iterum communicare, supponi debet iejunus, ex cap. *Ex parte de celebrat. miss.* vbi Pontifex prohi-bet missam 2. sacerdoti, qui post primam accepit purificationem. Quod si forte parochus hanc diffi-cultatem non præuidens, in vtroque templo tumu-lum erexit: tunc vel in uno tantum sumat sacram. & cæremoniam absoluat, & in altero recondat sacram. decenti loco: vel certè in primo templo omittat cœ-remoniam sumendi particulam hostiæ consecratæ cum vino, vt citat. loco monet *Suarez*, cùm non censeatur essentialis. Hoc intelligitur, vbi seruatur Romana consuetudo de consumendâ hostiâ die Parasceues, quæ die Iouis exposita fuit in sepulchro.

Infero, licitum esse sacerdoti, missam 2. cele-brare, præsertim in die festo, si post primam su-peruenerit magna multitudo peregrinorum, qui missam eo die non audierunt. Nam quod censetur debitum respectu parochi ad satisfaciendum deuotioni & obligationi suorum parochianorum, cœ-sebitur saltē licitum cuilibet sacerdoti ad satis-faciendū obligationi & deuotioni populi. 2. licitum esse,

C C

esse, vbi est raritas sacerdotum, & magna frequentia populi, vt est in India, eodem die plures missas celebrare, quando sacerdos non potest vnâ satisfacere toti populo; qua de causa *Paulus III. bull. an. 1549.* quæ incipit, *Paulus Episc.* concessit vt possint presbyteri Societatis in locis infidelium bis de die missam celebrare: cùm ad scrupulos tollendos vbi, & quando non esset tanta necessitas; tum ad hoc tutius practicandum. 3. Licitum etiam esse sacerdoti ad communicandum infirmum morti propinquum, missam 2. celebrare. Ratio: maxima illa utilitas, quam percepturus est infirmus ex hoc sacram, in eo articulo mortis, præualere videtur huic legi de vnâ tantum in die Missâ celebrandâ, præsertim cùm Pontifices concedant, suadente necessitate, facultatem Missam 2. celebrandi; quis autem negauerit, hoc casu suadere necessitatem? 4. Vbi viget consuetudo, vt defunctus sine sacrificio non sepeliatur, posse sacerdotem post Missam 1. celebrare secundam pro defunctis: præsertim cùm hoc casu specia-liter ius permittat sacerdoti Missam 2. celebrare.

Verum sicut in hâc necessitate explicanda nimis scrupulosè procedunt aliqui Recent. cùm vix non nulli primum casum concedant de parocho pauperre habente duas parochias: ita è conuerso nimis laxè in huiusmodi casibus multiplicandis sunt aliqui Antiquiores: multos enim congerunt, qui aut vix sunt moraliter possibles, aut non videtur in ijs suadere necessitas, qualis est casus de celebrandâ Missâ pro nuptijs benedicendis: cùm hæ vel facile differri possint in sequentem diem, vel certè sine Missâ celebrari, nisi aliquod in populo scandalum cuitandum.

Cæterum refert *Baron. an. 816. n. 4.* multos sanctiss. viros sèpius de die celebrasse; solum ad diuinum auxilium implorandum: & *Leonem Papam.* vnâ die septies, vel nouies celebrasse. Verum hæ exempla, vt speciali Spiritus S. instinctu facta, admiranda potius, quam imitanda.

## SECTIO XII.

### Quo ritu celebrandum sit hoc sacrificium?

**M**ultiplex est ritus, quo ex præscripto Ecclesiæ celebrandum est hoc sacrificium, vt opportuno tempore, certo loco, determinatis vestibus & vasis, alijsque cæremonijs peragatur.

Quoad tempus, non idem semper fuit in omnibus Ecclesijs: nam, referente *Baronio anno 34. n. 17.* olim in Africâ, & Alexandrinâ, tempus celebrandi Missas, erat vespertinum, ex quo *Missæ vespertinae* dicebantur, de quibus mentio fit in *Conc. Agathensi.* & refertur *can. Conuenit, de consecrat. disp. 5.* eandem consuetudinem referunt *Cyprian. l. 1. Epist. 3. ad Cæcil.* post med. & *August. Epist. 118. ad Ianuar.* quam consuetudinem moderatum est *Concil. Carthag. III.* vt non nisi à iejunis tali tempore sacrificium celebraretur, exceptâ die cœnæ Domini, quâ ad eam re-presentandam, permittebantur cœnati sacrificare.

Tempore autem Telesphori Missæ celebrabantur post tertiam; eo quod, vt inquit Pontifex, ea horâ *Christus fuit crucifixus.* Nunc vniuersalis Ecclesiæ consuetudo obtinuit, vt non nisi ab aurora ad meridiem Missæ celebrarentur, vnâ exceptâ die Nativitatis Domini. Quæ consuetudo tot seculorum spatio firmata, & à totâ Ecclesiâ constanter seruata vt lex ab omnibus seruanda posita est inter *rubricas miss. Rom.* sub titulo, de horâ celebr. Missæ. Quod hæc consuetudo vim habeat legis obligantis sub mortali, colligitur 1. ex priuilegijs, quæ Pontifices concedunt Religio-

sis, vt possint ex rationabili causâ interdum hoc tempus anticipare, vel postponere: 2. ex *Trident. sess. 22. decret. de obseruandis in celebr. vbi, canceant,* inquit, ne sacerdotes alijs, quam debiti horis celebrent; scilicet quæ in rubricis missaliis Rom. exprimuntur, ab aurorâ ad meridiem: 3. ex pœnis, quibus transgresores puniri solent, quarum meminit *cit. loco Concil.* Addit *disp. 80. sect. 4. Suarez,* id etiam colligi ex motu proprio *Pij V.* quo omnes nocturnas Missas vetat, etiam Sabbato sancto; verum, teste *Vasquez.* *disp. 232. c. 3.* hoc motu Pius V. non prohibet missas nocturnas matutinas, sed tantum reuocat priuilegia celebrandi Missas post solis occasum in vigilijs Nativitatis & Resurrectionis. Vnde per hanc consuetudinem non solum reuocatum est antiquum ius celebrandi Missas post tertiam, sed etiam ipsa nocte Resurrectionis, quæ Missa nunc retracta est in diem sabbati. Ex his constat, quam improbalis sit *Nauarris* sententia, qui c. 25. n. 85. in *summ. docet*, licet posse absque vllâ facultate superioris, Missas celebrare post tertiam; quin in quadragesimâ post nonam, hoc est tres horas post meridiem: nam etsi hæc licebant antiquis, nunc tamen contraria consuetudine sunt abrogata, cui non licet contraire.

Ergo tota difficultas est de tempore matutino, quid intelligatur nomine *aurora*, quâ, & non ante, *Quid nunc potest Missa inchoari.* Aliqui explicant, per *auroram* vnam horam, alij per horam & dimidiam, alij per duas ante solis ortum. Quæ ultima explicatio probabilis est, quia cùm sit res moralis, non debet mathematicè definiri. Habéda præterea est ratio loci: nam in partibus Septentrion. vbi hyemales dies sunt breuissimi, licitum est, citius Missam inchoare; alioqui, nimis breue esset tempus, quod intercedit inter initium, quo inchoandæ, & finem, quo absoluendæ sunt Missæ. Sufficit etiam quæcumque rationabilis causa, *Quare* vt vel paulò ante auroram, vel paulò post meridiem *nabilitas can-* inchoari possit Missa: scilicet necessitas infirmi com-municandi morti proximi, iter, officium sollemnem, longa concio. Vnde non sine mysterio addit *Rubrica* tempus celebrandi esse ab aurorâ ad meridiem communiter. Cæterum minor causa requiritur ad sacrum inchoandum post meridiem, quam ante auroram, cùm maior indecentia sit, celebrare de nocte, quam aliquantò post meridiem. Ad *Rubricam* scrupulam, non est necesse Missam absoluere in puncto meridie; sed sufficit, si Missa in meridie inchoetur.

Cæterum ex consuetudine omnes Episcopi, dum iter agunt, priuilegium habent celebrandi, vel curandi sibi Missam celebrari vnâ horâ citius tempore consueto: ijdem etiam cum causâ dispensare possunt, vt vnâ horâ tardius post meridiem Missæ inchoentur. Idem priuilegium de vnâ hora citius ante auroram, & tardius post meridiem concessit *Gregorius XIII. Societi N. vt in compend. nostr. priuileg. v. Missæ §. 3.*

Difficultas de nocte Nativitatis Domini, an sit eâ dispensatum in omnibus tribus Missis, an tantum in prima. Negant communiter Doctores. Ratio, quia in solâ primâ Missâ ad *communicantes*, dicitur, *noctem sacratissimam celebrantes*; in reliquis vero *dicim* *sacratissimam.* *Suarez* vero, & *Vasquez* probabilius affirman, cùm nocte dispensatum esse etiam pro-reliquis duabus. Fundam. nulla est in iure prohibitio, & quod affertur pro contraria sententia explicari potest de Missis solemnibus. Confirmat. si quis vellet eâ nocte post matutinum vnam tantum Missam celebrare, non adstringeretur ad primam, sed posset secundam, vel tertiam celebrare. Est igitur priuilegium illius noctis, quæ ab Ecclesiâ habetur

320.  
Tertium.

321.  
Quartum.

322.

323.

Olim cele-brandi mis-sæ tempus erat vesper-tinum.

Nano ab aurora, ad meridiem.

Idq. vim habet præcepti sub mortalitâ.

327.

328.

329.

*Episcoporum* *priuilegiis.*

*Idem Socie-tatis.*

*Possintne in* *nocte Nativitatis Do-minii omnes* *tres Missæ*

*ante aurorâ* *haberi.*

tur tanquam dies; ut omnes tres Missæ de nocte possint celebrari.

## De loco celebrandi Missas.

331. **O**lim peculiari decreto *Sylvestri Papæ* cautum erat, ne Missæ celebrarentur, nisi in locis ab Episcopo consecratis: *Nullus presbyter, inquit Pontifex, de consecrat. dist. I. Missas celebrare presumat, nisi in sacris ab Episcopo locis, qui sui particeps de cetero vulnerit esse sacerdoti.* Postea verò dispensatum fuit, ut cum licetia Episcopi Missæ celebrari possent, ubi Episcopus ipse permisit, ut can. *Missar. de consecr. dist. I. Verum, ut Sotus in 4. dist. I. 3. q. 2. art. 3. §. Colligit,* hi canones nunc non seruantur eā necessitate, quā antiquitus: nam sufficit, si Ecclesia sit tantum benedicta, iūdō solā auctoritate Episcopi creata, & diuino cultui dicata; uti dicari solent priuata oratoria, ut in eā absque nouā licentiā Episcopi celebrari liceat. Quæ facultas designandi priuata oratoria, in quibus licetè possint Missæ celebrari, non est Episcopis à *Conc. Trid. sess. 22. in decret. de obseruandis in celebrat. Missæ*, limitata, sed solūm in eo limitata est potestas concedendi absque vllā necessitate Missas celebrare in priuatis domibus, ex verbis Cōcilij; neque patian-  
Provincial. Societas primologiū. tur priuatis in domibus, atque omnino extra Ecclesiam, & ad diuinum tantum cultum dedicata oratoria, ab eiusdem Ordinariis designanda & visitanda, sanctum hoc sa-  
cerficiū à secularibus, aut Regularibus quibuscumque peragi. Quod priuilegium concessum est N. Societati, ut possint Prouinciales per seipso in domibus, Collegijs, & alijs locis, ubi aliqui Societatis resident, huiusmodi Oratoria approbare, ut in ijs Missæ, alia-  
que diuina officia celebrari possint; ita *Greg. XIII. an. 1575. specialis bullā*, quę incipit, *Ad perpetuam rei mens.*

332. Quin etiam notant Doctores cum aliquā necessitate, absque Episcopi licentiā, quando ea commodè haberi non potest, licere extra locum diuino cultui dicatum, Missam celebrare, ut esset, ad dādam morti propinquum communionem, in propriâ ipsius domo, vel in campo sub tentorio, aut sub dio, ut exercitus die festo Missam audiat, aut quando Ecclesia nō capiat omnes. Ita *Sotus cit.* qui etiam putat, vix vñquam per celebrationem extra locum ad diuinum cultum deputatum peccari mortaliter, modò absit contem-  
Peccari pos- se mortali- tor. ptus. at id meritò non probatur à *Vasqu. disp. 233. c. 1. fine: co* quod iura non nisi in necessitate conce-  
dant Missarum celerationem extra loca Deo con-  
secrata, ut can. I. de consecr. dist. I. *Consecrationem Ec-  
clesiarum, & Missarum celebitates non alibi, quam in  
sacra Domino locis absque magnā necessitate nō de-  
bere, liquet omnibus.* Vbi nō debere præceptum impor-  
tat, quod cùm sit in materia grāui, obligat ad morta-  
le. Addit *S. Thom. 3. p. q. 83. art. 3. ad 2.* cum necessita-  
tenon solūm licitum esse Missam celebrare in locis non consecratis, sed etiam in locis violatis, non tam-  
men sine altari portatili consecrato, sine quo, præter summum Pontificem, nullus dispensare potest; ut *Sotus cit. §. Quinq;* & constat ex can. *Concedimus, de  
consecr. dist. I. vbi: in capellis*, inquit Concil. Tribur. cum tabula consecrata Missas interim celebrari permit-  
timus: & paulò pōst: in itinere vero positis, si Ecclesia defecerit, sub dio, seu in tentorijs, si tabula altaris conse-  
crata, ceteraque sacra ministeria ad id officium pertinen-  
tia ibi affuerint, Missarum solemnia celebrari concedi-  
mus, alter omnino interdicimus. Verum in his locis violatis celebrare maior requiritur necessitas.

334. Quibus modis Er-  
clesia viole-  
t. Ceterū violatur Ecclesia homicidio, sanguinis, & seminis humani effusione, excommunicati, aut infidelis sepulturā, si hæc publica & notoria sint, vt cum alijs Sot. in 4. dist. 13. q. 2. art. 3. §. Et est hic. Funt autem hæc publica vel ipsa euidentiā facti, vt cùm

nulla possunt tergiuersations celari, vel iuridicā confessione. Ratio: Ecclesia non iudicat de occultis. Violatur etiā Ecclesia combustionē, aut destructio-  
ne parietum. Addunt aliqui, quando consecratur ab Episcopo excommunicato: nam tunc manet saltem à sacris exercitijs suspensa, non minus quam ab actu Ordinis manet suspensus, qui ordinatus est excommunicatus. Oppositum probabilius docet Suarez disp. 81. sect. 4. §. 4. violatur.

335. Nota 1. ut homicidium Ecclesiam violet, debe-  
re ecclie voluntarium, & iniuriosum, & intra ipsam Quale ho-  
patratum, & consummatum. Hinc excluditur homi- micidium Ecclesiam casuale, inuoluntarium, supra Ecclesiaz te- violare ap-

petrum, vel circa ipsius parietes factum, aut morte non tum sit. secuta intra Ecclesiam, sed extra, etiam si in Ecclesiaz accepta sit causa mortis, licet ex alio capite tunc vio-  
letur Ecclesia per sanguinis effusionem, aut lethalis vulnus inflictionem. A fortiori non violatur Ec-  
clesia per homicidium factum extra Ecclesiam ab existente intra Ecclesiam: secus si fiat in Ecclesiaz ab existente extra Ecclesiam. Addit Suarez, nec viola-  
ri Ecclesiam per homicidium, cuius causa iniuriosa data est extra Ecclesiam, intra quā secuta est mors: quia tunc non potest dici homicidium, sed tantum mors secuta esse in Ecclesiaz: nam homicidium non dicit solam mortem occisi, sed inuoluit actionē oc-  
cidentis, quæ quamvis physicè perseveret in occiso, moraliter tamen censetur cessare, quando homicida cessat ab actione occidendi. Violatur etiam Ecclesia per mortem rei in Ecclesiaz à Iudice executioni da-  
ta: quia talis mors non solam est iniuriosa Ecclesiaz, sed etiam reo, qui ius habet in taliloco hō interfici.

336. Nota 2. effusio sanguinis debet esse voluntaria, ini-  
uriosa & notabilis. Vnde Ecclesiaz non violat, si casu, Quale ef-  
si naturaliter, si sanitatis ergo vena incidatur, si ad fune san-  
defensionem sui, si ioci causa, vel in paruā quantita-  
te sit. Non est autem necesse, ut sanguis ipse effundatur intra Ecclesiam, modò vulnus accipiatur intra Ecclesiam; nam etiam per vulnera violatur Ecclesia,

337. *cap. Proposuiti, de consecr. Eccl. Violatur etiā Eccle-  
sia per mortem sibi illatam, vel iniustam mēbri mu-  
tilationem, aut illicitā proprij sanguinis effusionem:* hæc enim omnia iniuriosa sunt Ecclesiaz. 3. effusio  
seminis debet esse culpabilis, & in aliquā sufficienti  
quantitate, ut notat vox effusio, & intra Ecclesiam fa-  
cta, siue pollutione, siue quācunque illicitā copulā.  
Difficultas est de licitā coniugali, an per eam viola-  
tur Ecclesia? Affirmant aliqui, eo quod iura absol-  
tē loquantur. Negant alij, & fortè probabilius, præ-  
sertim quando sit ad euitandum periculum inconti-  
nentia: Ratio, pœna sunt restringendæ: ergo cùm  
hæc sit pœna, co ipso quod non est in iure expressa,  
non comprehenditur sub communi prohibitione.

338. Ita olim cum *Sotus in 4. d. 13. q. 2. a. 3. §. ait 4. at re à suis fundementis diligenter examinata, omnino vide-  
tur dicendum, etiam per copulam coniugalem, ad-  
hibitam extra necessitatem, pollui Ecclesiam: vt fu-  
sæ tom. 9. de matr. disp. de debito coniugali.* 4. excom-  
municatus, cuius sepultura Ecclesiam violat, debet  
esse ex ijs, quos iuxta Conc. Constant. vitare tenemur,  
vt sunt nominatim excommunicati, ac publici & no-  
torij clerici percussores; reliqui habentur ut priuati excommunicati. 5. nomine pagani seu infidelis ve-  
niunt etiam infantes ante baptismum defuncti: quo-  
rum tamen sepultura tunc intelligitur Ecclesiaz vio-  
lare, quando ut separati à matre sepeliuntur, non  
quando cū matre fideli. 6. per hæc non solūm vio-  
latur Ecclesia consecrata, sed etiam benedicta; etiam Per hac &  
cæmeterium annexum & cōtiguum Ecclesiaz, quod  
violatur, violat Ecclesia; non contrà, cap. vn. de con-  
secr. Eccles. in 6. Vnde eodem modo reconciliandum

339. est cæ-  
mentum.

est cœmeteriaum atque Ecclesia. *Sylu. 3. p. qu. 83. art. 3.*

<sup>341.</sup> Notat *Sotus cit. ex Scoto & Palud.* nullam censuram aut irregularitatem contrahi ab eo, qui sciens & volens celebrat in Ecclesia violata: quam tamen contrahit, qui in Ecclesia à Iudice interdicta: nō tamen si celebret coram personis interdictis, in loco non interdicto, et si mortaliter peccet. Notat *Henriq. lib. 9. de sacrif. cap. 27. fine*, non violari oratoria & loca non consecrata, nec benedicta, sed tantum ab Episcopo, vel ab alio habente auctoritate ad diuinum cultum deputata: nam ubi nulla est cōsecreatio, aut benedictio, nulla poterit esse violatio. Contra multos docet *Sanchez lib. 9. disp. 15. n. 31.* non violari Ecclesiam per violationem sacrificiū: quia sacrificia est quasi camera, Ecclesia adhārens, ad vestitum sacram custodiam deputata; secus est de capellis, quæ ad idem munus cum Ecclesiā deputantur, efficiuntque vnum corpus cum illâ.

<sup>343.</sup> In Ecclesia igitur aliquo ex his modis violata, non licet per se celebrare, absque graui peccato, vel alia diuina officia in eâ exercere, vel defunctum sepelire, nisi vrgente necessitate, & cum licentia Episcopi; nam sicut Episcopus concedere potest, ut celebretur in loco communī & profano ita & in loco violato. quia can. *Missa. de consecr. dist. 1.* conceditur, ut Missa celebrari possit, ubi Episcopus permisit. Notat *Sotus*, ad hanc licentiam cōcedendam grauem requiri causam. Addit *Suarez*, tam grauem posse esse necessitatem, ut absque Episcopi licentia sacerdos licite celebrare possit in Ecclesijs violatis. Atque hoc modo excusat, qui in partibus Septentrion. celebrant in Ecclesijs, in quibus sepulti sunt hæretici: quia vel non possunt commodè alibi celebrare; vel Episcopi videntes & permittentes, tacitè censemur facultatē concedere. Sed quid faciet sacerdos, si Ecclesia violetur, dum in ea celebrat? communis sent. ex rubrica *tit. de defectib. in minist. ipso occurrit.* est, ut si violatio accidat post inchoatum can. prosequendum sit sacrificium; siantē, omittendum sacrificium. Incipit canon abillis: *T' e'gitur &c.*

<sup>344.</sup> Quid faciendum sacerdoti si Ecclesia violatur, dum in ea celebrat.

<sup>345.</sup> Petes, an quiuis sacerdos potestatem habeat Violatam Ecclesiam reconciliandi. Affirmat *Sylvest. v. consecr. q. 8. Armil. 2. & Henriq. cit. n. 6.* & colligitur ex c. si Ecclesia, de consecr. Eccles. & Glos. ibid. posito quod Ecclesia erat tantum benedicta: nam si erat consecrata, non potest à simplici sacerdote reconciliari, nisi ex commissione pontificis; sed debet vel à proprio Episcopo, vel ab alieno de licentia proprij: reconciliatur autem à simplici sacerdote, ut ibid. per aquam exorcizatam à sacerdote benedictam. Ceterum possunt superiores Societatis Iesu licite nostras Ecclesijs, cœmeteria, & oratoria quomodolibet polluta reconciliare, præsertim in locis remotis, ubi Episcopus per duas diætas seu per iter bidui, adiri nō potest, ut in compend. præsileg. v. Ecclesia, §. 2. Quin in partibus infidelium possunt superiores Societatis Ecclesijs, & alia pia loca erigere, nec non vestes sacerdotales, pallas, corporalia, calices, altaria, & cæmeteria benedicere, & profanata reconciliare, si Catholicus Episcopus ibi non adsit. Nonnulli putant, reconciliari Ecclesiam, hoc ipso, quod in eâ bona fide semel celebratur: quod falsum est, alioqui etiam reconciliaretur, quando in eâ de licentia Episcopi celebraretur.

<sup>346.</sup> Dubitatur, an liceat in mari vel in fluvio celebrare. Negant communiter ob periculum effusionis sanguinis. *Henriq. lib. 9. de sacrif. missæ cap. 27. n. 3. & Sæ v. missa n. 19.* putant licitum esse, ubi nullum timetur periculum: quod etiam alii affirmant apud *Laymon l. 5. traet. 5. c. 5. n. 6.* idque de facto in praxim deductum esse à Lusitanis in Indiam nauigantibus

testatur *Fagundez lib. 3. de 1. precepto Eccles. c. 10. n. 15.* quod ad instantiam Societatis N. concessum est à Clemente VIII. & Paulo V.

### De altari.

<sup>347.</sup> **A**ltare est locus, in quo immediate sacrificium offeratur: dictum ab arâ, & altè; quia reuerentia, significationis, & commoditatis causâ in alto semper loco erigitur. Debet esse lapideum; ex can. *Altaria, de consecr. dist. 1.* Altaria, si non fuerint lapidea, chrismatiunctione non consecrentur. Altaris consecratio de iure ordinario spectat ad solum Episcopum, ex can. *Nullus de consecr. dist. 1. Sylvest. v. Altare in iure ordinario spectat ad solum Episcopum.* Ex priuilegio committi potest simplici sacerdoti, ut commilit *Paulus III.* presbyteris Societatis Iesu, in locis infidelium, ubi Catholicus Episcopus non adest, ballâ editâ anno 1549. est autem altaris consecratio, ex *Sylvest. v. Benedictio 2. & alijs*, actus Ordinis Episcopalis, non iurisdictionis. Unde consecrari non posset ab Episcopo nondum consecrato habente tantum iurisdictionem, quamvis posset hanc potestatem communicare alteri Episcopo iam consecrato. Eadem ratio est de consecratione calicis, & vasorum, quæ debent chrismate vngi. Quæ doctrina vera est; an cohæreat cum aliâ doctrina, quam idem tradidit, Ecclesiam ab Episcopo excommunicato consecratam, non esse validè consecratam, ipse viderit: nam si est actus Ordinis, non potest ab excommunicatione impediri; sicut nec impediuntur Ordines ab Episcopo excommunicato collati.

<sup>348.</sup> Non est necesse, ut totum altare, in quo celebratur, sit lapideum, aut consecratum, sed sufficit, si sola pars, supra quam reponitur pes calicis cum patenâ, hostiam consecratam continente. Quæ pars dividitur Ara, seu Tabula, intra quam recondendæ sunt reliquiae Sanctorum cum nomine Episcopi consecrantis, & Sancti, cui altare dedicatur, cum anno & die consecrationis; qui ad maiorem solemnitatem debet esse, ut monet Pôfificale, dics Dominicus, vel alicuius Sancti festum. Locus autem, intra quem Sanctorum reliquiae reconduntur, dicitur Sepulchrum, quod obsignari debet paruo lapide rotundo, vel quadrato, qui sigillum dicitur.

Ceterum *Hugo & Astensis apud Sylvest. v. Altare 1. Sotus in 4. dist. 13. q. 2. art. 3. §. Sexto, Suarez disp. 81. sect. 5. Sæ v. Altare, Coninok 3. p. q. 83. art. 3. dub. 2. & alijs*

putant, Reliquias Sanctorum non spectare ad consecrationis essentiam. Probat cit. *Astensi.* in rubrica *Sanctorum antiqui Miss.* monetur, omittendam esse illam orationem ante introitum, *Oramus te Domine per meritum effigie illorum sanctorum, quorum Reliquie hic sunt, quan-* do nullæ fuerint in altari Reliquæ. Quæ sent. probabilis est: cuius tamen oppositam cit. loco docet *Sylvester*: quod probari potest ex cap. *Placuit, de consecr. dist. 1.* in quo iubentur Episcopi euertere altaria, quæ per agros & villas sine Martyrum Reliquijs extriuntur. Verum hic locus non vrget; quia ibi solùm precipiuntur euerti altaria propter superstitiones, quæ ibi committebantur, in exhibendo cultu aliquibus Martyribus sine certâ scientia illorum. Refert, ibid. *Sylvestre quaest. 4. ex Panorm.* quod Leo Papa deficientibus reliquijs posuerit partem corporalis, & Eucharistia in consecratione cuiusdam Ecclesiæ. Sed hæc sententia sicut de parte corporalis probabilis est, ita de parte Eucharistia est omnino absurdum.

<sup>350.</sup> Altare, vnum stabile, quod antequam cōsecretur, calce seu cæmēto aptatur stipiti, cui infigitur, ut cōstat ex pontificali Rom. alterum portatile seu viati-plex. cum

351.  
Diabiles.Ratio dis-  
criminis.

351. *rum quod ex Panorm. apud Sylvest. loco cit. qu. i. est pars lapis continens in se forainem cum consecratione & signo superposito, per quam consecrationem capit res sacras sigillo clausas: quod tantæ magnitudinis esse debet, ut capere valcat cum hostia pedem calicis, saltem maiori ex parte. Altare stabile est addictum stipiti, cui est affixum; à quo si amoueatui, amittit consecrationem, ex can. Si notum. de consecrat. dist. i. & ex cap. Quod in dubijs, de consecrat. Eccles. Vbi sub disiunctione dicitur: Altare, in quo tabula, cui consecrationis benedictio pontificalis ministerio adhibetur, si mora, vel enormiter fracta fuerit, debet non immergit consecrari. Quòd si tota mensa superior vna cum arâ consecratâ intra se clausa transferatur de uno loco in alium, non amittit consecrationem, ut Suarez. disp. 81. set. 5. §. 3. Quo fit, ut possit execrari altare, non execrata Ecclesia, si amoueat lapis à stipite, cui erat affixus: contrâ, execrari Ecclesia, non execrato altari, si parietes Ecclesiæ corrunt, intacto manente altari. Nunquam autem pollui potest Ecclesia, non polluto altari; nec pollui altare, non pollutâ Ecclesiâ, ut cum Panorm. Sylvest. v. Altare qu. ii. Ratio: consecratio Ecclesiæ est distincta à consecratione altaris, & consistit in consecratione parietum, quibus dirutis, manere potest consecratio altaris: & è contrâ, destructo altari, manere possunt illæsi Ecclesiæ parietes, ac proinde eorum consecratio: At pollutio concernit totam Ecclesiæ, quâ facit vnum corpus cum altaribus.*

352. *Altari portatili seu viatico vti possumus in omni loco decenti, etiam profano & communi, can. Concedimus, de consecrat. dist. i. Quapropter semper eius usus est priuilegiatus. Vnde eo vti possumus etiam in Ecclesiâ, quæ ob parietum collapsum, consecrationem amisit, non in Ecclesiâ pollutâ, vel interdictâ, nisi in priuilegio exprimatur. Primum prob. talis locus æquivalet communi & profano, cum non sit positivè pollutus, sed tantum negatiè non consecratus: At omnis locus negatiè non consecratus, modò indecens nō sit, aptus est ad usum altaris portatilis. Secundum coiunct: quia locus positivè pollutus non intelligitur sub nomine loci communis, unde nisi exprimatur in priuilegio, non possumus in virtute priuilegij altaris portatilis, in eo celebrare. Confirm. in priuilegio de usu altaris portatilis con-*

*Paulus III. cœlo Societati N. à Paulo III. exprimitur, ut eo vti possumus etiam in tempore & loco interdicto, licet non coram personis interdictis. Habent priuilegium vtendi altari portatili omnes Episcopi, dum iter agunt, cap. vlt. de priuilegiis in 6. ut in eo vel ipsi, vel alij corâ iplis celebrare possint. Nec non presbyteri Societatis IESV, qui vbique gentium, etiam in castris militum, modò loca tuta & honesta sint, & Generalis, aut Provincialis eo vti iudicauerint, vti possunt: concessit hoc Paulus 3. anno 1549. deinde per Trident. sublatum, peculiari bullâ an. 1579. I. die Octob. restituit Gregorius 13. Quem portatilis altaris usum saltem in necessitate possunt Episcopi intra suam diœcesim alijs concedere: neque enim illis sublata est hæc potestas à Trid. ut congregatio Card. 1586. declarauit; leg. Suarez. disp. 81. set. 3. Vñsqu. disp. 233. cap. i. Sà v. Episcopus n. 24. Porro amittit altare portatile consecrationem, si notabiliter frangatur; si omnia eius quatuor cornua, quæ christate vnguntur, comminuantur; si sigillum sepulchri, quo reliquæ clauduntur, amoueat, vel frangatur: ex can. Si motum, de consecr. i. dist. i. ex cap. Quod in dubijs, & cap. Ad hæc, de consecrat. Eccles. non amittit, si à ligno, intra quod includi solet, separetur, ut recte Sylvest. cit. q. 8. & 9. Ratio: huiusmodi altaria non consecrantur per affixionem ad lignum, intra quod in-*

354. *Quando altare por-  
satile con-  
secrationem  
amittat.*

*Tomus VII. De Sacramentis.*

cluduntur, sicut consecrantur altaria stabilia, sed per se; lignum autem solum apponi solet ad ornamentum, vel ad maiorem commoditatem.

Disputat ibid. q. 3. Sylvest. an licet celebrare in altari portatili ex duobus lapidibus insertis, duabus lignis inuicem colligatis ad instar libri, quod claudi & aperiri possit, ut in uno lapide hostia, in alio calix collocetur? Respondet negatiè: 1. quia in re graui est contra vniuersalem consuetudinem Ecclesiæ; 2. contra mysterium ipsum: nam altare significat Christum, in quo non est, nisi una persona, hic autem essent duo altaria; multiplicata ad multiplicationem lapidum consecratorum: 3. esset ac si in una Ecclesia consecraretur corpus, in aliâ sanguis. Verum dux poster. rationes non conuincunt; nam duo illi lapides uno ligno inuicem colligati essent per modum vnius altaris: vnde una tantum consecratione sacrarentur, unoque sepulchro ac sigillo obsignarentur. Ultimò q. 8. idem aduerit, non execrari altare, ex eo quod in illo celebrauerit hereticus, schismaticus, degradatus, excommunicatus. Ceterum, si altare consecratione amittat per notabilem

fracturam, ita ut nulla pars sit apta capere calicem & patenam simul, non est amplius capax nouæ consecrationis, cum non possit amplius habere usum alta- reddatur usus: secus si consecrationem amittat per amotionem sigilli à sepulchro, vel lapidis à ligno, intra quod vel in sepulchro altare stabile reconditut.

### De calice cum patena & reliquis.

C Alix cum patena debet esse ab Episcopo vel à simplici sacerdote habente priuilegium à Papa, consecratus. Cuius saltem cuppa (eademque ratio est de patena) debet esse ex aujo, vel argento, aut stanno; ex can. ut calix, de consecr. dist. i. ut calix Domini cum patena, si non ex auro, oropino ex argento Ex qualib fiat. Si quis autem tam pauper est, saltem vel stanneum materia de calicem habeat, De aere, aut orichalco, ligno, aut vitro, nō bras vel fiat calix. Pro stanno Asten. apud Sylvest. v. calix. q. i. possit esse calix. & Sà intelligi putant etiam plumbum. Hinc si quis legat Ecclesiæ calicem, intelligat argenteum: nam hæc est materia consueta & communis. Grauiter igitur peccat, qui calice, vel patenâ ex alia materia, quâ iure expressa vtitur.

Exscratur calix & patena per notabilem fracturam, quando nec ille sanguinem, nec ista cœseratam hostiam capere valet: per humani semenis & sanguinis sacrilegam effusionem, non per profanum usum: Nec per attritionem auri, quo deaurantur, quia manet reliqua materia consecrata. Difficultas; An re- An calix re- consecrari debant post inaurationem. Affirmant consecrari communiter: Negant Coninck q. 83. a. 3. dub. 2. Sà v. calix, in edit. Colon. an. 1599. in Antwerp. ann. 1622. id potius affirmare videtur dum ait, post deaurationem solete iterum consecrari. Prob. à paritate corporalis, quod lotum & iterum amydo dealbatum non egat nouâ consecratione, ut Sylvest. v. Corporalia, q. 3. sicut nec Ecclesia consecrationem amittit per dealbationem parietum. Ratio: quâd pars minor additur maiori trahitur ad conditionem maioris, ut pars vestis non benedicta assuta vesti benedictæ, non egat nouâ benedictione, quia trahitur ad conditionem partis maioris, iuxta illud: Non sacram accessione ad sacram efficitur sacram. Hæc sent. probabilior: Laymon, &c. apud ipsum lib. 5. tract. 5. ca. 6. n. 7. Prior tutor.

Cæterum docet Syl. v. calix, q. vlt. exscratur calicem si eius cuppa quocumque modo disiungatur à Cuppa dispede. Sed oppositum est communius quâd calix est tornatilis, cuius cuppa arte separabilis est à pede: se- pede. cus forte esset, si cuppa canon esset.

360.  
Vas, in quo  
Christi cor-  
pus.

Dubium est, An etiam consecrandum sit vas, in quo Christi corpus afferuatur. Negant aliqui apud Suarez, disp. 81, sect. 7, §. Tertio; Cominck, cit. dub. 3. Affirmant alij, probabilius: nam si debet consecrari patena, & benedici corporale, quia recipiunt corpus Christi, debet etiam consecrari, aut saltem benedici vas, quod intra se custodire debet idem corpus Christi. Vnde specialis benedictio de eo assignatur in pontificali. Posset tamen, qui oppositū faceret, sufficiēter excusari probabilitate alterius sét.

361.  
Requirun-  
tur  
Corporale.

Præter calicem & patenam, requiritur 1. corporale lineum, non sericum, vel aliquo colore tintatum, can. consulo, de consecrat. dist. 1. quod necessariò debet esse benedictum ab Episcopo, vel à regulari habente priuilegium, quale habent omnes superiores N. Societatis, ex compend. priu. v. Benedicere §. 2. Posset tamen esse auro, vel serico elaboratum in extremitatibus. 2. requiruntur subtus corporale ad minimum duæ pallæ lineæ, vel una duplicata: tāetsi decentius est, vt sint tres, vti mislalis rubrica præscribit: quarum saltem una debet totam superficiem altaris superficiem tegere. Hę pallæ non necessariò debent esse benedictæ: quin addunt Sylvester v. Benedictio q. 5. & Sà v. Missæ n. 7. in necessitate posse sacerdotem vti linteis protanis, eaque postea reddere domino ad pristinum vsum profanum applicanda. Quod fieri non potest, sisint benedictæ. 3.

362.  
Palla,

tegumentum, quo calix tegatur, etiam ex lino, saltem ex parte inferiori, quā calicē tegit, eodem modo benedictum, nisi forte hoc munus tegendi calicem præstet corporale, quod alicubi scrutatur, Soto teste in 4. dist. 13. q. 2. art. 5. fine. Et forte propter hoc non assignatur peculiaris benedictio huius tegumenti distincta à corporali in pontificali. 4. Purificatoriū, quo patena, calix, & digitæ, ac labia sacerdotis post sumptionem sanguinis abstergantur. Etsi huius nulla fiat mentio in pontificali; neque vila peculiaris assignetur benedictio, sicut neque in rubricâ missæ. 5. Crux, ex quācumque materiâ sit, siue picta, siue sculpta; nec debet necessariò esse benedicta, quamvis peculiaris illius benedictio assignetur in pontificali. 6. duæ, vel ad minimum una candela cœra accensa: cuius loco posset in necessitate sacerdos vti lucerna ex oleo. Candelas ex seu nullo pæto admittit Suarez. Verum urgente necessitate admitti possent: nam licet rubrica assignet lumina ria ex cera; non prohibet, quin urgente graui necessitate, vti possimus ex oleo, vel suo: Laymon & apud ipsum Azor. Huius cœrimonie necessitas ex eo maximè colligitur, quod cap. finali de celebrat. missæ grauiter punitus est sacerdos, qui sine lumine celebrauit. Vnde notat Alex. ab Alexandro lib. 4. gen. dier. cap. 17. apud nullam nationem licitum fuisse absque igne sacrificare. 7. Missale, sine quo non est licitum celebrare, etiamsi, ut rubrica de defecib. in min. sacerdos memoriter missam sciat. Nonnulli volunt, missale esse benedicendum ut Syl. v. Benedictio, q. 4. Sed cum nulla peculiaris benedictio in pontificali præscribatur, temere hoc requiritur. 8. minister: qui ex miss. rubricâ non potest esse foemina: hęc enim cap. Inhibendum, de cohabit. clericor. prohibetur, ne accedat ad altare, vel presbytero ministret, vel intra cancellos stet, vel sedeat: nisi forte, ut Suarez disp. 87. sect. 1. docet, remotè, & ex choro sacerdoti celebranti respondeat.

363.  
Tegumen-  
sum.

364.  
Purificato-  
riū.

365.  
Crux.

366.  
Candela:

367.  
Missale.

368.  
Minister  
qui feminæ  
non sit.

369.  
Quando  
lieget sine  
ministro ce-  
lebrare.

Dubium est, An in aliquo casu liceat absque ministro missam celebrare. Concedit Glossa in can. Hoc quoque, de consecrat. dist. 1. casu, quo sacerdos est solus inclusus in aliquo loco absque ministro. Sotus in 4. dist. 13. queſt. 2. art. ad 12. concedit etiam de Eremita Solitario, festis diebus, tantum soleim-

nioribus. Consentit Suarez, cit. disp. 87. sect. 1. fine: quamvis hoc non concedat ordinariè, sed casu extraordinario & fortuito. A fortiori id licitum erit, vt ipse, vel alius per modum viatici communicet. Quę sent. probabilis est: at casu, quo sacerdos non haberet nisi foemina, deberet potius celebrare solus, quāministrante foeminā, cùm hoc sit expressius in iure prohibitum: vt cit. auctores.

### De vestibus sacerdotalibus.

**A** Pud omnes nationes semper sacrosanctum fuit, vt non profana & communii in ueste, sed Mos. gen. in sacrâ, & diuino cultui dicatâ appareret sacerdos 370. 371. Deo sacrificatus, teste Cicer. lib. 2. de legib. Virgil. 12. Eneid. apud quos uestis quā sacerdos vtebatur, dicitur pura & candida, hoc est, vt Donatus interpretatur, albo colore, nec purpuræ variata picturis: quia color albus præcipue decorus Deo est, tam in case ris, tam maxime in textilis: ait Cicero. Quocirca Deus speciali præcepto mandauit Moysi Exodi 28. vt peculiarem veste faceret Aaroni sacerdot. in gloriam & decorem: Hec autem erant, inquit, uestimenta, qua facient: Rationale, superhumeral, Tunica, & Lineam strictam, Cidarim, & Balteum. Quę auro, purpura, varijsque gemmis inter se contextis, & celaturis ornabantur, vt eos spectabiliorum redderent populo sacerdotem in ipso actu sacrificandi. At quantò spectabilior cæteris sacerdotibus coram altari apparet debet sacerdos Euang. qui non bruta animalia, sed Christi corpus & sanguinem coram Christiano populo, reverentibus Angelis, pro expiatione peccatorum Trinitati in sacrificium offert? Merito igitur Ecclesia non sine speciali Spiritus S. afflatu peculiares uestes sacerdoti præscriptis, sine quibus non licet ad sacrificandum accedere: sacrarum uestium in sua 1. decret. meminit Anacletus Clementis successor, loquens de diaconis & presbyteris, qui diebus solemnioribus Episcopo assistebant, Sacris induit 372. 373. vestimentis. Quarum vsum decreuisse fertur Clemens ex præscripto & traditione B. Petri, vt colligitur ex ipsius Epist. 2. ad Iacob, fratrem Domini. De his uestibus hęc præcipit Stephanus pontifex in suā 1. decret. & refertur can. Vestimenta, de consecrat. dist. 1. Vestimenta Ecclesiastica, quibus Dominus ministratur, & sacrata debent esse & honesta: quibus alijs in uestibus non debent frui, quā in Ecclesiasticis & Deo dignis officijs: que nec ab alijs debent contingi, aut ferris nisi a saceratu hominibus. Sex autem sunt uestes, quibus induitur sacerdos celebratus, Amictus, seu Superhumeral, Alba, Stola seu orarium, Manipulus, Cingulum, Casula seu Planeta, quæ, vt refert Sotus in 4. dist. 13. q. 2. a. 4. in primitiâ Ecclesiâ erat tota à capite ad pedes usque conclusa. Primæ duæ sunt ex lino, vt Ecclesiæ consuetudo declaravit: Reliquæ possunt esse ex quācumque materiâ, etiam ex sacra profanâ ueste viri aut foeminae, ut Sylvest. v. Corporalia, q. 4. cont. Glossa in can. At nuptiarum, ubi negat ex ueste alicuius dominæ, vel alterius fieri posse casulam, vel aliquem Ecclesiæ ornatum. Nullum ex præcepto habent determinatum colorem: ex vnu ta- Cuius epo- men Ecclesiæ quinque assignantur colores, qui iuxta diuersitatem temporum & missarum variantur. Albus, Rubeus, Viridis, Violaceus, Niger, quos tan- tum directi, non præceptiæ præscribit rubrica. Non debent esse laceræ, aut enormiter immundæ; cum quibus celebrare ex Sylvest. v. missa 1. qu. 2. est mortale; cui consentit Sà v. missa 15. Omnes debent ab Episcopo benedici, etiam cingulum contra Scorum in 4. dist. 13. qu. 2. §. Restat ergo, & Richard. art. 3. quæst. 4. putantes, cingulum in aliquibus locis non benedici: cùm tamen de cingulo tradatur specialis bene-

An licet  
celebrare  
sine vesti-  
bus.

benedictio in pontificali. Vnde uti veste non benedicta, per se est mortale, nisi excusat ignorantia, vel grauis necessitas, in qua uti possimus cingulo non benedicto. Nunquam licet celebrare sine vllâ veste sacrâ: Licebit autem in graui necessitate sine aliquâ ex minoribus, ut sine stolâ, vel manipulo, aut cingulo, ut multi grânes antebores apud Suarez dispu-  
sat. 82. dist. 3. §. Secundâ, putant: ut cum vnâ dumtaxat mappâ, vel sine cruce: quod etiam cum A-  
zor. docet Laymann. Potest sacerdos loco manipuli ut stolâ: & contrâ, si manipulus pro stolâ sufficiat.

374.  
Dubium.

Hinc dubium, an possit simplex sacerdos sacra paramenta benedicere. Negant ferè omnes, ut constat ex privilegiis, quæ ad ea benedicenda concessa sunt à pontificib[us] superioribus Regularium, sienim qui quis sacerdos ea benedicere posset, fru-stra ad ea benedicenda requirerentur priuilegia.

375.  
Difficultas.

Difficultas est, an ea benedicere possint Abbates insulati. Negat Armilla v. Abbas num. 8. duin docet, ea non nisi ex priuilegio, vel tacito consensu pontificis benedicere posse. Affirmat Sà verbo Bene-  
dictio. Quæ sententia probabilior est: nam si pos-  
sunt conferre ordines minores, ut docet Sylv. v. Or-  
do 3. quest. 2. & colligitur ex Trident. dist. 23. cap. 10. de reformat. poterunt etiam ea sacra benedicere, quæ chrismatisunctionem non requirunt, quod etiam congregatio Trident. declarauit his: *Quocirca Abbas qui est benedictus, vel ex privilegio sedis Apostolica habet ut pontificalia exercere possit, ac si es- set benedictus, potest omnia sacra benedicere, illis exce-  
ptis, in quibus unctione requisitur.*

376.  
Quaestum.

Sed num saltem posset Episcopus hanc faculta-  
tem simplici sacerdoti delegare? Negant Sylvestr  
v. Episcopus, quest. 8. Armilla num. 11. & v. Abbas num. cit. & alij: eo quod hic sit actus ordinis Epi-  
scopalis, quem non potest Episcopus delegare, uti potest ea, quæ ad iurisdictionem pertinent: que-  
sent. probabilis est, non solum quoad ea, quæ sim-  
plici tantum egent benedictione, sed à fortiori et-  
iam, quæ chrismatisunctionem requirunt.

377.  
Cui potest  
benediccio.

Amittunt vester sacerdotales benedictionem, quoies fiunt ineptæ ad usum, propter quem sunt institutæ, ut si amictus ita diuidatur, ut nulla pars sit apta sacerdotis collum circumdare: si ab al-  
bâ notabilis pars absindatur; si cingulum ita sum-  
patur, ut nulla pars sufficiat ad cingendum; possunt tamen ante fractionem, filo vel nodo resarciri: imò addit. Sà v. Missa 12. posse cingulum fractum nec-  
tu, si pars altera non sufficit, licet tunc amittat be-  
nedictionem.

378.  
Verba ean.

Quæ semel fuerunt diuino cultui dicata, nun-  
quam sunt in xta reg. iuris in 6. ad humanos usus transferenda, sed vetustate absumpta comburenda sunt: uti præscribunt can. ligna, & altaris, de conser-  
vat. dist. 1. Altaris palla, & cathedra, candelabrum, &  
velum si fuerint vetustate consumpta, incendio dentur:  
quia non licet ea, quæ in sacrario fuerint, male tractari, sed incendio uniuersa tradantur. Cineres quoque eo-  
rum in baptisterium inferantur. Quæ omnia præscri-  
pta fuerunt à Clemente I. ex ipsius Epist. 2. ad Ia-  
cob. Multò minus licet sacerdis vestibus uti in sce-  
nâ, etiam honestâ, & in templo exhibita. Notant Sylvestr v. Benedictio, 7. & Henr. cap. 28. num. 3.  
in textu, non posse in necessitate calices & vas-  
sacra vendilaicis in profanos usus commutanda, ni-  
si prius per confractiōem execrata. Quoad tactum  
hunc vestium attinet, expressè prohibetur, eas ab  
alijs quam à saceratis hominibus tangi, ut can. Vesti-  
menta, de consecrat. dist. 1. Usus tamen obtinuit ut  
sola illa non possit à laicis tangi, quæ immediate

corpus & sanguinem Christi tangunt, ut sunt cor-  
porale, purificatorium, calix, patena, & reliqua  
omnia; quæ chrismate vel oleo benedicto, ut ara,  
& agnus cereus sacrantur. Quare à laicis tangi pos-  
sunt, omnes vester sacerdotales, mappæ aram te-  
gentes, velum, bursa, palla quæ calicem tegit, imò  
& ciborum benedictum, antequam consecratae  
hostias in se custodiendas recepit. Vnde corporale  
& purificatorium primâ saltē lotione lauari deben-  
t in peculiari pelui à Diaconis, vel subdiaconis,  
non ab alijs inferioribus clericis, nisi forte à sacri-  
ficiis regularibus, qui priuilegium habent à summis  
pontificibus hæc sacra tangendi. Hec omnia præ-  
scripsit Clemens cit. Epist. Cæterum, si tactus non  
fiat in contemptum, etiam sine causâ, non excedit  
culpam veniale: nam cum causâ omnino excusat  
à peccato, ut communiter Doctores.

379.  
Vltimò debet sacerdos iuxta rubricam calceatus,  
& vestibus conuenientibus, quarum exterior talum  
saltē attingat, nec non detecto capite celebrare. Quomodo  
sacerdotes  
extra mis-  
sæ vestiri  
debet.  
Ad quorum primum Sylvester v. Missa 1. quest. 2. ad tertium, Sotus in 4. dist. 13. quest. 2. articul. 4. §.  
Ecce quibus, sacerdotem obligari putant sub morta-  
li: sed probabilius alij non nisi ex reuerentia myste-  
rii, vnde quævis rationabilis causa ab omni pecca-  
to excusare poterit, ut de facto excusantur pere-  
grini, & rusticani sacerdotes, qui veste vix genua  
attingente celebrare solent.

Maior diffic. est, an celebrare sine tonsura, sit  
mortale. Ratio dub. tonsura est principale sacer-  
dotis insigne: ergo sine eo celebrare est mortale,  
non minus quam celebrare sine habitu clericali; cū  
non minus vnum, quam aliud sit proprium sacer-  
dotis insigne. Vnde vtrumque sub grauissimis pœ-  
nis præcipitur in bullâ Sixti V. anno 1589. 18. Ianu.  
quæ incipit, *Cum sacrosanctam.* Forte Sotus affir-  
mans in 4. dist. 24. quest. 2. articul. 1. post 2. concl. eum,  
qui ad sacros Ordines suscipiendos intonsus acce-  
dit, mortaliter peccare, etiam affirmaret, mortaliter  
peccare sacerdotem, qui sine tonsura ad cele-  
brandum accedit, cūm grauius sit ad celebrandum,  
quam ad Ordines suscipiendos, sine tonsura acce-  
dere. Contrâ, verò Caiet. docens in sum. v. Clerico-  
rum peccata, nunquam peccare clericum sine tonsurâ  
incidentem, nisi propter contemptum & contumaciam; pariter nunquam peccare diceret sacer-  
dotem, qui intonsus absque contemptu ad celebra-  
dum accederet. Verùm sicut vtriusque falsum est  
assumptum, ita & quod ex eo deducitur. Quare  
probabilius est 1. contra Caiet. sine rationabili cau-  
sa frequenter absque tonsurâ ad celebrandum ac-  
cedere, etiamsi absque contemptu fiat, à mortali  
non excusari; cūm iura id severa præcipiant sub  
anathematis poenâ, ex cap. Si quis, de vita & honeste  
cler. Si quis ex clericis comam relaxauerit, quod idē  
est, ac caput non raserit, anathema sit. Vnde Glossa  
explicat, hunc esse excommunicandum. Confirm,  
hoc præceptum ex obiecto suo obligat ad mortale,  
ut notat Vasquez citandus, cūm sit de re graui: ergo  
transgressio ipsius etiam absque contemptu erit a-  
liquando mortale. 2. certum est ex causâ rationabili  
aliquando licitum esse sine tonsurâ celebrare:  
patet in sacerdotibus inter hereticos versantibus,  
qui ne deprehendantur, sine tonsura incedunt, &  
celebrant. 3. certum quoque est semel, aut bis, etiam  
ex negligentiâ intonsum celebrare, non esse  
peccatum, saltem graue, si contemptus & scandalum  
absit.

Difficultas est, quando censebitur peccare mor-  
taliter sacerdos intonsus celebrans. Quod certò  
definiri non potest, nisi pensatis singulis circum-  
stantijs.

stantijs, personæ, loci, & temporis diurnitate, penes quam maximè definienda est grauitas huius peccati, ut cum Sylvestr. v. Clericu 2. §. Pro intel- lig. notat Vasquez 3. part. disputat. 250. cap. 3. eadem quoque ratio est de hábitu clericali, sine quo ex aliqua rationabili causa aliquando celebrare, nullum erit peccatum, secus si frequenter, & sine causâ.

384.  
Nam &  
quando li-  
cet in alio  
idiomate  
quam La-  
tino missa  
dicer.

Nunquam licebit, nisi ex expressâ facultate summi pontificis, in alio idiomate, quam Latino, missam dicere. Neque cuiquam licitum est, nouos ritus, aut cæmonias, precesque in missarum celebra- tione adhibere, præter eas, quæ ab Ecclesiâ probatae ac frequenti & laudabili vsu receptæ fuerunt, vt præcipit Trident. sciss. 22. in decreto obseruandis in celebratione missæ, & Pius V. in peculiari bullâ, quam initio missalis affixit.

Atque hæc de Augustissima Eucharistia, Baptis- mo, confirmatione, & sacramentis in genere: In quibus an veritatem assecuti fuerimus, nostrum non est iudicare. Certè de omnibus hoc asscerere, summa temeritas est; de nullis, aperta infidelitas; de plerisque, nonnulla probabilitas. Hoc tamen constanter ac fideliter pronuntio, me nunquam affectu impugnandi, sed studio inquirendi veritatem, & au-ctores legisse, & sententias examinasse: quo fit, ut non semel, vel ex assidua Doctorum lectione, vel ex publica & frequenti disputantium concertatione, vel ex diurnâ ac sedulâ mentis commentatione, quasi è tenebris oborta luce, eandem sent. quam se- mel ut veram statui, bis aut ter mutauerim, eligens potius mutabilis videri, quam cum præiudicio agni- ce veritatis pertinax haberi.

## L A V D E T V R V E N E R A B I L E S A C R A M E N T V M.



## INDEX

# INDEX LOCVPLETISSIMVS

OMNIVM, QVÆ IN HOC VII. TOMO CONTINENTVR;

Prior numerus Disputationem; posterior, vel quibus solus est eiusdem Disputationis prius citata, numeros, in quos unaquæque disputatio à principio ad finem usque diuisa est, designat.

<b>Accidens, Actio, Actus.</b> Adam. Altare, Anima. Annihilatio.	
<b>A</b> CCIDENS aliquod naturaliter respicit subiectum naturale; à quo non nisi obediens naturaliter respicitur. 5. 18.	
Accidentia substantia non actualiter necessariò, sed aptitudinaliter eam significant. 17. 15.	
Accidentia non existunt existentia substantia. 17. 24.	
Accidentia non sustentantur à substantia media aliquapotentia ab ipsa substantia metaphysicè distincta. 18. 103.	
Actio reparativa accidentium non prouenit ab ipsis accidentibus inexistentibus substantia, sed ab ipsa substantia. 23. 50.	
Actio reparativa accidentium Eucharisticarum prouenit à solo Deo ut causa particulari. 23. 53.	
Actum malum quomodo possit Deus requirere ut conditorem ad dandam gratiam. 3. 93. Eadem numero actio potest esse simul & semel, diversò tamen respectu bona & mala. 3. 97. & 4. 216. Implicat aliquid dupli actione adequata simul causari. 6. 22.	
Bonitas obiecti potest refundi in actum licet non expresse intendatur ab elicente, modo ab imperante intenta fuerit. 4. 217.	
ADAM est in statu Innocentie fuisse nostrum caput meritorum quoad primam gratiam, non tamen fuisse quoad augmentum illius. 3. 34. An si Adam abstinuissest à posso confirmatus fuissest una cum posteris in gratia. 3. 36.	
Altaris consecratio de iure ordinario spectat ad solum Episcopum. Ex privilegio tamen id concessum est Societati in quibusdam locis. 33. 347. Non est necessarium ut totum altare in quo celebratur sit lapidatum aut consecratum. 348. Quanta sit necessitas reliquiarum SS. in atra seu tabula reconditarum. 349. Altari portatili ut licet in omniloce decenti etiam profano non tamen in Ecclesia polluta. 352. Quando altare portatile consecrationem amittat. 354. An celebrare liceat in altari portatili ex duobus lapidisbus uno ligno insuscem colligatis. 355. Quando altare portatile per fracturam redditur incapax noua consecrationis 33. 356.	
Angelus potest naturaliter mouere per se & directè corpus Christi sacramentaliter existens. 20. 13.	
ANIMÆ pro ultima dispositione non sunt sola forme partiales, sed prima etiam qualitates in certo gradu combinatae. 19. 61.	
Rationalis habet potentiam inorganicam mortuam, quam mouere naturaliter possit suum corpus ex uno loco in aliud. 20. 6.	
ANNIHILATIO non requirit ut res annihilata non maneat in potentia alicuius. 18. 195. Nihil annihilatur nisi per subtractionem concursus creativus. 18. 196.	
Apostoli quando fuerint à Christo sacerdotes instituti. 33. 18. Aqua omnes conferata per contactum aqua Iordanis a Christo factum, quid sit? 24. 128.	
Ara vide Altare.	
Baptismus.	
Baptismi per physicā definitio. 11. 24. Per metaphysicā. 20. Non baptizarietur cuius tantum partes excrementaria, vel vestes abluerentur. 11. 29. Probabilius nec sufficere quam-	
nus minimam partem corporis solum abluerere. 11. 31.	
Requiritur autem tam actua quam passiva ablutio. 11. 36.	
Baptizari ab hereticis non debent rebaptizari. 11. 44.	
An & quando sit baptismus à Deo institutus. 11. 1. & seqq.	
Eum ante Christi passionem institutum probabilius est. 9.	
Probabile eo tempore, quo Christus à Ioanne baptizatus. 13.	
Discrimen inter baptismum Christi & Ioannis. 11. 15.	
Christus suis manibus aliquos baptizauit. 11. 16.	
Heresici, qui negarunt baptismum ad salutem necessarium. 11. 1.	
Cataphrygum circa baptismum error. 11. 83.	
Qua aqua sufficiant ad validitatem baptis. 26. Quanta ablutione. 28.	
Requiritur trisum diuinorum personarum in una essentia expressio.	
Sub qualibus nominibus debeant in forma baptismi exprimi. 37.	
Præceptum baptizandi parvulos obligat sub mortali. 40. 11. 81.	
Baptismus flaminis an & quomodo suppleat baptismum fluminis. 12. 2. Contritio, qua est baptismus flaminis, supplet vicem baptismi fluminis quoad remissionem culpa: Non tamen quoad pœna totius relaxacionem. 3. Nec quoad characteris impressionem. 12. 5.	
Baptismus sanguinis an sufficiat ad salvando infantes. 12. 8.	
Sent. affirm. verior est. Contraria censuram patitur. 10.	
Infantes qui in utero matris trucidantur proper Christum, martyri lauream consequuntur. 12. 23.	
Baptismi minister quis ordinarius, extraordinarius. 11. 43.	
Quando filius à proprio patre vel matre baptizari possit. 45.	
An in casu necessitatis baptizare infantem licet laico, si praesens sit Clericus vel Sacerdos. 48. Diaconusne vel Sacerdos excommunicatus baptizare debeat, præ Laico non excommunicato. 11. 49.	
Soli Diacono infra Sacerdotem potest communicari munus baptizandi solenniter. 11. 52. Præter ordinem Sacerd. etiam iurisdictio ad licitam & dignam hinc lacram administrationem requiritur. 11. 55.	
Baptismus validus non est cum unus formam profert, alter materiam applicat. 58. In quo casu id licite fieri possit. 11. 64.	
Quomodo & quando possint plures ut causa totales eundem hominem simul baptizare. 11. 66.	
Baptizari ab hereticis rebaptizari non debent. 11. 44.	
Baptismi character potest a quovis imprimi. 7. 107.	
Baptismi subiectum capax solus est omnis homo. 11. 71.	
Infantes non antequam ex utero matris prodeant. 11. 73.	
Fuissent tamen capaces statim ubi ex utero prodierint. 76.	
Homo baptismi capax usque ad instantis mortis exclusus. 82.	
An miraculose à Deo creatus capax esset baptis. 11. 84.	
Cur non liceat infidelium infantes contra ipsorum parentum voluntatem baptizare. 105. & seqq.	
Licite potest baptizari infans etiam parentibus inutis impendente morali periculo mortis. 11. 116.	
Infidelium, qui subiecti sunt Christianis ut ciues, filii non possunt baptizari contra parentum voluntatem. 12. 1. & seqq.	
Si vero subiecti sunt tanquam servi, possunt. 11. 126.	
A.d	

# INDEX RERVM

Ad Baptismum dispositiones in adultis necessarie, est ex parte baptezandi, est voluntarius consensus suscipiens baptismum.	11.94.	causa.	5.84.
Nec sufficit sola negatio resistentia, seu negativa permissione.	96.	Eadem actione causa 1. & 2. causant effectus cretates.	5.110.
Sufficit tamen positivus consensus virtualis.	11.97.	Implicitas aliquid duplice actione adquarà causari suam.	6.
Nec obest quod ille consensus sit meus ante vi extortus.	98.	22.	
Ad validum baptismum nulla requiriatur in infantibus dispositio.	11.101.	Discrimen inter causas liberas & necessarias.	19.37.
Baptismi effectus, est aequalis gratia in omnibus infantibus.		Causa naturale ex institutione naturè ordinatur per se, sicut ad substantiam, quam ad accidentia producenda.	43.
Adulti semper maiorem recipiunt quam infantes.	4.123.	Potest idem effectus pendere à duplice causa adquarè in eodem loco, si habeat duplē locabilitatem.	19.194.
Baptismus suum effectum confert recedente fictione.	156.	Celebrare. Vide Missa.	
Baptismus imprimet characterem.	11.134.	An in aliquo casu licet celebrare sine vestibus sacris.	53.373.
Doleat omnia peccata ante baptismum commissa.	135.	An celebrare sine tonsura sive mortale.	33.380. & seqq.
Est institutus per se ad delendum personale, principalius ad origine.	11.138.	An aliquando licet also quam Latino idioma celebrare.	
Per se confert gratiam habitudinem cum virtutibus infusis.	139.	384.	
Confert auxilia, que sunt proportionata eius fini.	144.	Ad missam requiritur minister, nec fæmina potest ministrare.	368.
remitit omnem penitentiam, quibuscumque peccatis debitam.	145.	Quando tamen liceret sine ministro celebrare.	33.368.
ratione sue institutionis cum fundamento in re.	11.152.	Ad celebrandum requisiti ornatus.	32.252. & seqq.
Baptismus per se ordinatur cum ad characterem, tum ad reliquias habitus per se infusos.	19.42.	Ex quali materia debeat vel possit esse calix.	33.357.
Beati visione beatifica non solum beatitur in capite, sed etiam in pedibus, & omnibus alijs membris.	19.330.	An maneat sacer, cuius cuppa disiuncta fuerit à pede.	359.
CALIX. Vide Celebrare, Consecrare, Eucharistia.		Ciborum, an sit consecrandum.	33.360.
Alexander I. Pontifex primus aquam vino miscendam in calice præcepit in sacrificio missæ.	16.48.	Corporale quale debeat esse: A quibus possit benedisci.	33.361.
In ipso calice oportet miscere vino aquam, & non sufficit in dolio.		Character.	
Aqua non est miscenda post consecrationem, si ante illam mixta non fuit vino.		cum Charaktere informi, non infunditur charitas in baptismis,	
Post offertorium sine nouâ oblatione miscenda est, si quis prius oblitus fuit id facere.	16.49.	infunditur tamen fides & spes.	4.174.
Aqua mixta vino non est pars essentialis calicis.	16.76.	Charakterem imprimi ab aliquibus sacram. est de fide.	7.3.
Nec integralis.	77.	Charakterem tria tantum sacramenta imprimunt.	7.16.
Concil. Triburiente correctum est à Florentino circa mixtionem aquæ cum vino in sacrificio.	81.	Charakterem circumcisum impresserit.	7.17.
Si aqua mixta vino immediatè ante prolationem verborum non est conversa in vinum, non convertitur amplius in sanguinem.	89.	Character quo sine datur.	7.27.54. sub quo prædicamento lo-
Implicita aquam converti in instanti consecrationis in vinum, & inde in sanguinem.	16.91.	cari debeat.	34. non est physicè operarium.
Aqua artificialis si misceatur vino, non irritat hoc sacram.		38. debet in effectu animæ poni.	53. non est indelebilis respectu omnipotentiæ Dei.
Peccaret tamen quæceteretur.	16.97.	Est indelebilis respectu canicularum 2. etiam possibil.	60.
Christus in hoc sacram. non est usus vino mixto temperantia causa, sed modo mystico significacionis ergo.	105.	Etiam in futura vita indelebiliter inest ansa.	63.
Quomodo concilia docent materiam calicis esse vinum de vite.	112.	Cognoscitur solum abstractum à damnatis.	7.65.
Vinum ex aqua productum, et si non misceretur cum vino immediatè ex vite progenito, esset apta materia calicis.	16.113.	Character non est naturale signum SS. Trinitatis.	7.67.
Non potest consecrari quæceterum cum magnâ quantitate aque mixta.	15.141.	Nec disponit physicè ad gratiam, sed tantum moraliter.	7.68.
Carceratum per eadem violatur, per qua Ecclesia hac. 9. quæceteris violatur, violatur & carceratum: non contra.	33.340.	Non est propriè signum obligatum, sed tantum signum accepta potestatis.	69.
Carcerata sacra cur non sunt sacramenta.	1.12.	Proprietates characteris.	70.
Causa, Causalitas.		Non est actus.	71.
Causa specificatur à modo causandi, non solum ab effectu.	1.63.	Character ex se habet, non ex voluntate extrinseca Christi, quod sit consignationis Christi.	7.75.
Causa obedientialis non est naturale signum sui effectus.	1.48.	In Christo nullus est character creatus: qui supponit aliquam imperfectionem in subiecto.	7.82.
Quando effectus debet dici signum sue cause.	125.	B. Maria habuit characterem baptismi & confirmationis.	7.83.
Non est contra rationem causa moralis, quod infallibiliter effectus sequatur.	4.194.	Singuli ordines suum characterem imprimunt.	7.91.
Causalitas moralis sufficit ad rationem vera causa constitutandam.	4.209.	Singuli characteres ordinum specie inter se differunt: Quomodo supremus presbyteratus continet aliquos inferiorum ordinum in se.	7.95.
Quid ad rationem causa instrumentalis requiratur.	4.211. 214.	Nullus character imprimitur in Episcopatu.	7.98.
Ad causalitatem moralis necessaria est bonitas moralis.	214.	Nec character sacerd. perficitur ab Episcopatu.	7.104.
Virtus supernaturalis coniuncta naturali potest effectum naturalem producere.	5.80.	Character baptismi potest à quoniam imprimi.	7.107.
Cur autem de facto non sic producat.	81.	Chrisma Vide confirmatio.	
Esse potens producere, est denominatio partim intrinseca, partim extrinseca		An possit ex dispensatione summi pontificis consecratio Chrismatis committi simplici sacerdoti.	13.43.
		Chrisma quod est materia confirmationis debet consecratum esse ab Episcopo.	13.40.
		In Christo nullus est character creatus.	7.82.
		An Christus homo insinuerit sacramenta.	8.18. & seqq.
		Christus suis manibus aliquos baptizavit.	11.16.
		Corpus Christi non existit exstentia increata verbi.	17.25.
		Circumcisio cur non potuerit esse causa moralis, saltem instrumentalis gratia.	4.22.4.
		An circumcisio characterem impresserit.	7.17.
		Communio, communicare.	
		An & quo casu possit Laicus bis in die communicare.	27.
		14. 22.	

An

# E T V E R B O R V M.

<i>An communio in una tantum specie sit licita.</i> 29.96.¶.c.	<i>sacerdotis incurrit irregularitatem.</i> 31.50.
<i>Communicans sub specie vini satisfacit precepto divino de communicando, non tamen Ecclesiastico.</i> 29.102.	<i>Ministrare hoc sacramentum absque Iurisdictione est mortale.</i> 53.
<i>Cause propter quas Cuncilia Laicam communionem sub utraque specie sustulerunt.</i> 25.61.	<i>Religiosi Clericorum vel Laicos communicare prasumentibus est statuta excommunicatio.</i> 31.54.
<i>Rutheni permittente pontifice, communicant iam sub utraque specie.</i> 29.93.	<i>An hoc ipso quod concedatur potestas ministrandi sacram. penit. intelligatur etiam concedi potestas ministrandi Euchar.</i> 31.65.
<i>An licitum sit aliquando Laico sanguinem sumere ratione precepti Eccles.</i> 29.103.	<i>Concionator, non peccat mortaliter qui extra statum gratiae constitutus concionatur, contra Cas.</i> 9.11.
<i>Qua pena debeatur sacerdotibus dantibus populo hoc sacramentum sub utraque specie.</i> 29.109.	<i>Confessio. Vide poenitentia.</i>
<i>Qua pena debeantur transgressoribus precepti de communicando ad pascha.</i> 29.1.	<i>Semper in Ecclesia fuit preceptum confitendi mortalia ante sumptionem Euchar. 26.3. est diuinum.</i> 26.8.
<i>Preceptum communicandi quale sit, discipulum an humanum.</i> 29.2.	<i>Etiam qui per reuelationem sciret se iustificatum esse per contritionem, teneretur confitiri ante susceptionem Euchar.</i> 26.11.
<i>Quando obliget preceptum diuinum sumendi Euchar.</i> 29.9.	<i>Item qui dubiam vel probabilem conscientiam mortalis habet.</i> 12.
<i>Moribundus satisfacit huic precepto, si parvo ante valens communicavit.</i> 29.17.	<i>An &amp; quando licet absque premissa sacram. confessione mortalis ad Euchar. accedere.</i> 26.13.
<i>Prater preceptum diuinum de communicando datur etiam preceptum Eccles. Quantum temporis venit nomine Paschalis in precepto de communicando.</i> 29.20.	<i>Non est censenda confessarij inopia, ex eo tantum, quod desit proprius.</i> 14.
<i>An in primitiva Ecclesia fuerit preceptum communicandi quotidie.</i> 22.	<i>Si non adest, nisi simplex sacerdos, qui solum potestatem habeat absoluendi a verialibus, non est obligatio illi confitendi ante sumptionem Euchar.</i> 26.16.
<i>An saltē singulis septimanis.</i> 29.25.	<i>Casus in quibus censeri debet Confessarij inopia.</i> 26.17.
<i>An Religiosi teneantur sapis in anno communicare.</i> 29.29.	<i>Quibus casibus censeri debet urgens necessitas sumendi Euchar. sine praxia confititione sacram.</i> 26.18.
<i>An teneatur communionem anticipare, qui praesidet se fore impeditum, quo minus possit tempore prescripto.</i> 29.39.	<i>Preceptum de confitendo post sumptionem Euchar. quam primum commodetas fuerit obligat solos sacerdotes.</i> 26.22.
<i>An qui tempore paschali omisit communionem maneat liber eo anno ab hoc precepto.</i> 29.44.	<i>An sacerdotes qui in ipsa celebratione recordaretur peccati mortalis, obligaretur illud statim posita confitiri.</i> 26.24.
<i>Preceptum de communicando ad pascha est virtualiter negatum.</i> 29.48.	<i>Non frangit sigillum confessionis qui publicum peccatorem post confessionem sacram. arceret a communione.</i> 30.8.
<i>An possit hoc preceptum impleri actu sacrilego.</i> 29.50.¶.seq.	<i>Confirmatio.</i>
<i>Quis paschate sacrilegè communicaret, non incurriteret in paenit. Eccles. quibus obnoxij sunt non communicantes.</i> 29.56.	<i>Quid sit confirmatio.</i> 13.1.
<i>Que etas sufficiat ut quis obligetur ad communicandum.</i> 59.	<i>Hanc esse verum sacram.</i> 13.2.
<i>Non omnis qui habet sufficientem rationis usum ad sacram. paenit. obligatur etiam ad communicandum.</i> 29.60.	<i>Quo tempore hoc sacram. à Christo institutum fuerit.</i> 8.
<i>Energumeni modo sint compotes sui tenentur hoc precepto.</i> 63.	<i>Quoniam sit essentialis materia in huius sacramenti.</i> 10.
<i>Amentes etiam, qui lucida internalia habent.</i> 62. Item damnati ad mortem. 29.64.	<i>Sola illa manus impositio qua reperitur in ipsa sacra chrisma-tis unctione, est essentialis materia huius sacramenti.</i> 13.19.
<i>An communio sub utraque specie sit omnibus necessaria.</i> 65.	<i>Fueritne eadem manus impositio tempore Apost. que est iam.</i> 20.
<i>Non est deinde divino communicare sub utraque specie.</i> 72.	<i>Essentialis materia huius sacramenti est olenum balsamo mix-tum.</i> 28.
<i>An &amp; quando licet absque premissa sacramentali confessione peccati mortalis ad Euchar. accedere.</i> 29.13.	<i>Hoc chrisma, debet consecratum esse ab Episcopo.</i> 40.
<i>An publici peccatores sint a communione repellendi.</i> 30.1.	<i>Qua sit proxima materia huius sacramenti.</i> 55.
<i>In quo fundetur obligatio sacerdotum de negando hoc sacram. publicis peccatoribus.</i> 2. <i>An publicius peccator arcendus sit a communione in iis locis in quibus bonam famam seruat.</i> 4. <i>Post publicam paenitentiam debet ad communionem admitti.</i> 30.6.	<i>An signum crucis, quod fit pollice uncto chrismate, in fronte confirmandorum, sit de essentia huius sacram.</i> 13.56.
<i>An peccatori occulto neganda sit communio.</i> 30.11.22.	<i>Vnctio, in fronte tantum est essentialis huius sacramento.</i> 59.
<i>An Diacono ex officio conueniat dispensare hoc sacramentum.</i> 31.6.	<i>An sit de essentia huius sacram. ut administretur pollice manus dextera.</i> 60.
<i>An in aliqua necessitate in absentia sacerdotis sine ipsius commissione possit Diaconus hoc sacram. dispensare.</i> 31.15.	<i>An possit hac unctio fieri validè medio aliquo instrumento.</i> 13.61.
<i>Vtrum nulla urgente necessitate possit Diaconus iussus a sacerdote, hoc sacramentum ministrare.</i> 31.16.	<i>Quoniam sit huius sacramenti forma.</i> 13.62.
<i>An officium ministrandi Eucharistiam possit communicari subdiacono vel Laico in casu necessitatis.</i> 31.19.30.	<i>Quos effectus hoc sacramentum conferat? Imprimis characterem.</i> 80.
<i>In articulo vel periculo mortis potest sacerdos extra missam, vel Diaconus ipsum communicare.</i> 31.38.	<i>Et hunc distinctum à charactere baptismi.</i> 13.81.
<i>Imo etiam aliquando extra articulum mortis.</i> 39. <i>An presente Diacono debeat sacerdos ex suis vel illius manibus accipere Euchar.</i> 31.40.¶.seq.	<i>Non potest adulterus accedere cum conscientia mortalis.</i> 83.
<i>An possit fidelis in casu necessitatis Eucharistiam accipere ab heretico, schismatico, degradato.</i> 31.42.	<i>Maiorem gratiam conferat quam baptismus.</i> 13.85.
<i>Diaconus publicè hoc sacram. ministrans absque commissione</i>	<i>Omnis homines esse capaces huius sacramenti.</i> 13.87.

# INDEX RERUM

<i>minatione.</i> 5.120. Non repugnat aliquid connotatim ingressi formalis constitutionem rei.	15.26.	<i>Vt conuersio simpliciter dicatur mutatio, non est necessarium, ut ex parte utrinque termini sit vera &amp; propria mutatione.</i>	53.
<i>Consecratio. Vide Eucharistia, Calix:</i>		<i>Implicat actualis conuersio sine actualibus terminis.</i>	72.
<i>Verba consecra non producunt unionem hypost. in Euchar.</i>	14.33.	<i>Sacra conuersio in Eucharistia sacramento terminus formalis, est corpus &amp; sanguis Christi, per seipsum immediate succedens in munus substantia panis &amp; vini.</i>	18.94.
<i>Sacram. hoc non constituitur essentialiter per consecrationem.</i>	15.21.	<i>Conuersio suam denominationem accipit tantum a termino ultimato principaliter intento.</i>	18.113.
<i>Tam in azymo, quam in fermentato valide consecrari.</i>	16.17.	<i>Quae entia conuersti possint in alia.</i>	18.224.
<i>Quibus casibus vel Græci in azymis, vel Latinus in fermentato consecrare posset.</i>	16.25. &c.	<i>Ille terminus sub quo fit conuersio, debet intrinsecè componere rem, qua dicitur conuersti.</i>	225.
<i>Latinis tempore Leonis IX. in fermentato consecrare tenebatur.</i>	48.	<i>Terminus ad quem conuersionis debet communis termino fieri praesens vi ipsius conuersionis.</i>	18.23.9.
<i>Ad perficiendum sacrificium inchoatum, potest sacerdos in solo vino consecrare si deficit aqua.</i>	16.49.	<i>Potest creatura conversti in Deum.</i>	18.243.
<i>Sacerdos cactus potest consecrare.</i>	16.122.	<i>Non Deus in creaturam. Quidquid conuertitur debet ad minimum definere ab aliquo munere in re sibi propria.</i>	18.250.
<i>Quacunque quantitas sensibilis, in qua substantia panis vel vini conservari potest, est apta materia consecrationis.</i>	16.132.	<i>Corpus humanum dicit pro formalis suo formam aliquam substantialiem.</i>	19.46.
<i>Nulla pars naturaliter insensibilis, à toto separata, et si in illa conservaretur substantia panis vel vini, est apta materia consecrationis.</i>	16.136.	<i>Nomine corporis expressi per verba consecratoria in sacramento Eucharistie venit materia prima cum formis partialibus substantialibus.</i>	48.
<i>Minimum panis naturaliter insensibile, licet miraculose conseruetur non est materia consecrationis; si miraculose conseruetur sensibile.</i>	137.	<i>In formalis significato corporis &amp; sanguinis non importatur substantialia.</i>	19.76.
<i>Potest in toto consecrari qualibet minima pars, non consecratis reliquis, modo sensibilius fit, &amp; mente designari possit.</i>	139.	<i>Corpus Christi in Euchar. est extensum per quantitatem in ordine ad se, non in ordine ad locum.</i>	19.104.
<i>Debeatne materia consecrabilis sensibilis esse consecrant?</i>	140.	<i>Potest fieri impenetrabile corpus cum seipso ratione duplicit extensionis localis.</i>	19.254.
<i>Non potest primatus sacerdos etiam ob publicam necessitatem in una tantum specie consecrare.</i>	156.	<i>Creatio connotat negationem praexistenti termini.</i>	18.148.
<i>Nec pontifex ob priuatam tantum utilitatem.</i>	157.	<i>An capax esset baptemi qui miraculose crearetur a Deo.</i>	11.85.
<i>Probabile tamen est, id cum posse propter publicam utilitatem per iuris interpretationem. Probabilis contrarium est.</i>	16.158.	<i>An talis esset subditus Ecclesia.</i>	11.91.
		<i>Creatura assumi non potest ad immediatam destructionem sui.</i>	
		<i>6.28.</i>	
		<i>Potest tamen ad mediatam.</i>	6.29.
		<i>Damnati, Deus, Diaconus.</i>	
<i>Ad conuersationem requiritur ut versetur inter duos terminos positivos.</i>	18.3.	<i>Damnati capaces sunt alcuinis cognitionis supernaturalis abstractiuè tantum cognoscant characteres.</i>	7.65.
<i>Item ut sit aliquid tertium commune utriusque termino, sub quo, definiente uno succedat alter.</i>	5.	<i>Pro damnatis non licet missa sacrificium offerre.</i>	33.107.
<i>Et hoc commune requisitum debet esse capax utrinque termini naturaliter, vel obedientialiter.</i>	8.	<i>Denominatio, quando a posteriori forma sit desumenda.</i>	18.42.
<i>Item debet esse aliquid intrinsecum &amp; proprium termino à quo.</i>	18.9.	<i>Destructio actus sui non potest à res simpliciter procedere.</i>	6.32.
<i>Item ut terminus à quo definat vi termini ad quem.</i>	18.10.	<i>Potest res composita assumi ad actionem destructi sui.</i>	6.36.
<i>Conuersio non importat per se mutationem termini ad quem.</i>	32.	<i>Deus quo sensu dicatur moueri à conditionibus ad causandam gratiam.</i>	3.93. & seq.
<i>Id quod dicitur conuersti in aliud, debet simpliciter definire.</i>	16.	<i>Dens nequit seipsum actione conseruativè producere.</i>	18.163.
<i>Conuersio non includit essentialiter actionem physicam.</i>	22. & seq.	<i>Deus non potest conuersti in creaturam.</i>	18.250.
<i>Ad veram conuersationem non necessario requiritur producere termini ad quem.</i>	18.29.	<i>Diaconus, subdiaconus de nono non peccant administrando actus suis ordinis in mortali.</i>	9.8.
<i>Nec mutatio illius.</i>	18.33.	<i>Cur Diaconus non possit ex commissione sacerdotis extremamunctionem ministrare.</i>	31.18.
<i>Conuersio alia est substantialis, alia accidentalis. Substantialis alia est transformatio, alia transubstantiatio.</i>	18.36.	<i>Diaconus non potest in Parrocchia absente sacerdote, hostiam consecratam sumere &amp; reliquias ceremonias peragere.</i>	31.17.
<i>In conuersione substantialis debet uterque terminus esse substantialis.</i>	40.	<i>An Diacono ex officio conueniat dispensare Eucharistia.</i>	31.6.
<i>Qua conuersio naturalis: Qua supernaturalis quoad modum?</i>	44.	<i>Diaconus publicè ministrans Euchar. commissione sacerdotis, incurrit irregularitatem.</i>	31.50.
<i>Quomodo conuersio panis in corpus Christi sit supernat. quoad substantiam, licet versetur inter duos terminos naturales.</i>	18.45.	<i>An in necessitate, &amp; absentia sacerdotis, sine eius commissione possit ministrare Euchar.</i>	31.15.
<i>Quae sit conuersio supernaturalis quoad substantiam.</i>	47.	<i>Verum nullà urgente necessitate Diaconus à sacerdote sufficiat hoc sacram. dispensare possit.</i>	31.16.
<i>Implicita conuersio supernaturalis inter duos terminos supernaturales quoad entitatem.</i>	18.48.	<i>Vide Ordo.</i>	
<i>Conuersio odij Dei in amorem eiusdem est supernaturalis.</i>	49.		
<i>Conuersio amoris Dei in odium eiusdem est naturalis.</i>	50.		
<i>Conuersio componitur ex duplice mutatione.</i>	18.52.		
		<i>Ecclesia.</i>	
		<i>Quibus modis Ecclesia violetur.</i>	33.334.
		<i>Quali homicidio 335. Quali effusione sanguinis. 336. Quali seminis effusione. 337. Per copulam licitam consuegalem probabilius est non violari Ecclesiam.</i>	
		<i>Quorum excommunicatorum sepultura violet Ecclesiam.</i>	33.373.
		<i>338.</i>	
		<i>Non</i>	

ECCLESIA		RUBRICÆ	IV.
<i>Non incurrit excommunicationem, qui sciens volensq; in Ecclesia violata celebrat.</i>	33.341.	<i>formaliter incompossibile cum substantia panis.</i>	18.204.
<i>Per violationem Sacristie, non violatur Ecclesia.</i> 342. <i>Quid si violetur Ecclesia dum in eâ celebratur?</i>	344.	<i>Vno quâ corpus Christi unitur accidentibus panis, subiectatur in accidentibus tantum.</i> 108. <i>Quomodo corpus Christi in Euchar. exerceat munus cause materialis erga accidentia.</i>	18.109.
<i>An quisvis sacerdos habeat potestate violatam Ecclesiam reconciliandi.</i> 345. <i>In Ecclesia polluta non licet celebrare etiam supra altare portatile.</i>	33.352.	<i>Vno quâ unitur accidentibus Corpus est accidentalis.</i> 18.110.	
<i>Eduatio essentialiter exigit unionem cum subiecto.</i>	23.37.	<i>Hac uno est supernaturalis quoad substantiam.</i>	18.111.
<i>Probabile maximè est unionem realiter identificari, cum educatione forma ex subiecto.</i>	23.39.	<i>Panis definit propter incompossibilitatem cum unione, quam eis accidentia acquirunt ad corpus Christi.</i>	18.183.
<i>Effectus quomodo debeat dici signum sue cause.</i>	1.29.	<i>Nec panis, nec vinum in sacrâ conversione annihilantur.</i> 192.	
<i>Potest aliquis effectus causari ab aliqua causa etiam secundum differentiam, quâ continetur in eâ; modo illa continetur in causâ superiori cum quâ ad agendum coniungitur.</i>	5.76.	<i>Corpus quod exprimitur in forma Eucharistica non est mathematicum, neque metaphysicum.</i> 19.23. <i>Nomine corporis non potest sub specie panis vensre sola materia prima, cum gradu corporeitatis, prout hic prescindit ab alijs gradibus.</i> 34. <i>Nec materia prima cum aliqua forma substanciali indeterminate &amp; disiectim.</i>	19.35.
<i>Effectus formalis potest variari, etiam si forma non varietur in se, sed in aliquo suo connorato.</i>	5.86.	<i>Corpus Christi est in hoc sacram. cum tota sua quantitate &amp; accidentibus absolute. 101. est extensus per quantitatem in ordine ad se, non in ordine ad locum.</i>	19.104.
<i>Elementa si sint formaliter in mixto in consecratione panis &amp; vini, convertuntur in corpus &amp; sanguinem Christi.</i>	15.215.	<i>Vno Christi cum speciebus subiectatur in ipsis speciebus, &amp; terminatur ad corpus Christi.</i> 19.211. <i>Hac indissibilis &amp; secundum se totam, &amp; secundum qualibet sui partem terminatur ad corpus Christi.</i> 212. <i>Item est supernaturalis quoad substantiam.</i>	19.213.
<i>Eleuatio non necessariò addit' rei eleuare auxilium indebet.</i>	5.30.	<i>Ad motum specierum mouetur corpus Christi, subiectando intrinsecè in se motum.</i> 19.227. <i>Potest Christi corpus simile esse in pluribus locis circumscriptis.</i>	19.245.
<i>non ponit virtutem agendi in creaturis, sed eam supponit.</i>	66.	<i>Constitutiva huius sacramenti.</i>	
<i>Non possunt eleuari ad realem effectum producendum ea entia, qua non habent actu realem entitatem.</i>	5.68.	<i>Nec panis, nec vinum, nec gratia sacram. constituant hoc sacram.</i> 15.1. <i>Verba non pertinent ad constitutionem huius sacram.</i> 8. <i>Nec virtus aliqua causata à verbis.</i> 10. <i>Nec constituitur essentialiter per consecrationem.</i> n. 12.21. <i>Nec per sumptionem.</i> 24. <i>Implicat hoc sacram. formaliter constituti per aliquid, quod est in illo tantum concomitater.</i> 15.35. <i>Constituitur essentialiter ex speciebus &amp; corpore Christi.</i> 15.27.	
<i>Deus nequit eleuari ad producendum aliquid: Nec creatura ad comproducendas personas dominas.</i>	6.1.	<i>Præsentia Christi in Eucharistia.</i>	
<i>Potest eleuari oculus ad videndum corpus Christi Euchar.</i> 21.8.		<i>Christi corpus non potest sola actione adductim fieri præsens substantialiter sub accidentibus.</i> 18.125. <i>Nec per solum motum localem.</i> 129. <i>Nec per productionem nova tantum locabilitatis.</i> 130. <i>Nec instantaneè per actionem aquivalenter motu locali.</i> 131. <i>Sed sit substantialiter præsens per actionem productivam ipsius corporis sub accidentibus panis.</i> 18.133. <i>Christi corpus non potest eadē numero actione produci sub accidentibus panis, quâ conservatur in celo.</i> 18.137.	
<i>Vide Potentia obedientialis.</i>		<i>Tot sunt actiones replicativa quo res in Christo distincta.</i> 139. <i>Actio qua Christi corpus in hoc sacram. ponitur, non potest causari physicè à verbis sacramentalibus.</i> 18.153. <i>Non implicat ad hanc actionem physicè concurrere ipsum Christi corpus, vel characterem sacerdotalem.</i>	18.155.
<i>Ens successuum non potest eleuari ad producendum effectum permanentem indissibiliter &amp; totum simul.</i>	6.4.	<i>Probabiliter est characterem sacerdoti de facto non concurrere physicè ad replicationem corporis Christi.</i> 167. <i>Nec ipsius corpus Christi.</i>	18.168.
<i>Ens semel productum iterum reproducipi potest.</i>	16.134.	<i>Quæ causa actionis quâ corpus Christi hic producitur.</i>	170.
<i>Episcopatus nullum imprimis characterem.</i>	7.98.	<i>Præsentia corporis Christi in hoc sacram. per se colligitur ex conversione panis.</i>	19.3. & seq.
<i>Nec modicat vel perficit characterem sacerd.</i>	7.104.	<i>Si sola conversionis non potest colligi indissibilis esse præsentia corporis Christi, que est in hoc sacram.</i> 19.9. <i>Hoc indissibilis præsentia deducitur ex connaturaliori ac decentiori modo existendi sub speciebus panis.</i> 19.11. <i>Indissibilis huius præsentia aliquaratio affignari potest ex parte ipsius panis &amp; vini.</i> 19.14. <i>Totus Christus est sub quânis parte ante fractionem.</i>	19.126.130.133.
<i>Episcop. privilegium circa tempora celebrandi missam.</i>	33.329.	<i>Non est necessaria explicita intentio sacerdotis ad ponendum Christum sub quânis parte specierum.</i>	19.136.
<i>Euangelij statum mulio meliorem esse in multis, quam fuisse status innocentie.</i>	3.35.	<i>Christus est præsens tantum sub illis indissibilibus quæ presupponuntur ante consecrationem.</i>	19.142.
<i>Eucharistia.</i>		<i>Varij modi explicandi, quid sit illa præsentia, quâ Christus ponitur indissibiliter in hoc sacramento.</i>	19.149.
<i>Quod motinum instituendi de facto Euchar.</i>	3.23.39.	<i>Anterioris mens circa hoc.</i>	19.180.
<i>Existentia Euchar. in quo consistat.</i>	14.1.	<i>Qualis sit actio quâ Christi corpus indissibiliter sub speciebus producitur.</i>	185.
<i>In Euchar. non manducatur Christus tantum spiritualiter per fidem.</i> 14.3. <i>Demonstratione moraliter evidente ostenditur existentia Euchar.</i>	14.26.		
<i>Encharistia sacram. in ultima cana institutum est.</i>	11.12.		
<i>Enchar. potuit ante incarnationem institui.</i>	14.31.		
<i>Quid vi verborum venisset ante incarnationem.</i>	32.		
<i>Manducatio est conditio ad causandam gratiam.</i>	15.38.		
<i>Error Armen. circa mixtionem aqua &amp; vini.</i>	16.42.		
<i>Regula circa propositiones que de hoc sacram. fieri solent.</i>	18.216.		
<i>Cum in Encharistia miraculosa fuisse apparitiones, pluresque ea fuisse per solam speciei representantis productionem.</i>	19.361.		
<i>Sacramentum Euchar. est essentialiter sacrificium.</i>	15.29.		
<i>Cessante ratione sacrificij, cessaret ratio sacramenti.</i>	3.24.		
<i>Vnde defumenda sit specifica unitas huius sacram.</i>	15.45.		
<i>Vnde unitas numerica.</i>	17.57.		
<i>Hoc sacram. institutum est, ut spirituale conniuicium animatum.</i>	ibid.		
<i>Species in Euchar. non dicuntur sacra formaliter vel conserata, à verbis, sed ab unione cum corpore Christi.</i>	15.20.		
<i>Quæ denominations tristri possint corpori Christi ratione specierum, &amp; quæ speciebus ratione corporis Christi.</i>	19.237.		
<i>An mota hostia circulariter, cum eâ moueatur Christi corpus.</i>	236.		
<i>Non datur mutua dependentia inter præsentiam corporis Christi &amp; inter species.</i>	19.216.		
<i>Quis fuisse huius sacramenti.</i>	25.72.		
<i>Sacerdoti facturi in primitiva Ecclesia accipiebant secum hoc sacramentum, sub speciebus panis.</i>	29.74.		
<i>Potest de potentia absolute simul cum corpore Christi sacramentaliter existente manere substantia panis.</i>	17.28.		
<i>Quomodo corpus Christi immediate persuasim substantiam fit</i>			
<i>Terminus VII. De Sacramentis.</i>			

# INDEX RERUM

- Hec essentialiter exigit presentiam insuibilem.* 19.192.  
*Sacramentum presentia corporis Christi non variatur ad momentum specierum.* 19.197. *ponitur in predicamento Vbi.* 202.  
*non est formaliter unio Christi cum speciebus.* 207. *Includit tamen, sicutem concomitante aliquam unionem inter Christi corpus & species sacram.* 19.209. *Presentia Eucharistie non pendet immediate à speciebus, sed solum mediante unione quam includit.* 19.217. *Christus non est in Eucharistie locatum in loco.* 19.235.  
*Presentia animae Christi in hoc sacrum est naturalis quoad substantiam.* 20.40.  
 Quæ sint vi verborum, quæ concomitantē.  
*Quid sit vi verborum, quid per concomitantiam.* 19.16. *Nulla perfectio accidentis Christi est vi verborum.* 19.17. *Vt verborum est solum corpus Christi sub speciebus panis, & solum sanguis sub speciebus vini.* 18. *Vt naturalis concomitans totus Christus quoad omnes perfectiones, à loco independentes, sibi realiter coniunctas est sub quâmis specie huius sacram.* 21. *Vestes & indumenta neque concomitantes sunt in hoc sacrum.* 19.22. *Toeu sanguis qui est iam in corpore Christi glorioso, etiam ille qui in passione effusus non fuit, est vi verborum.* 19.66. *Solus sanguis, quis de facto est in corpore Christi, ponitur.* 19.67. *In hoc sacrum. Verbum disiunum non est vi verborum, sed tantum concomitans.* 73. *codem modo unio hypost.* 19.74.  
*Omnis persona divina in hoc sacrum. concomitans.* 82. *Per se vi verborum in hoc sacrum. in triduo sub speciebus panis fuisse corpus inanis sine forma totali.* 19.87. *sanguis tam effusus, quam non effusus sub speciebus vini.* 88. *Verbum & tota diminutus per concomitantiam.* 19.89.  
*Sic per concomitantiam fuisse corpus sub speciebus vini.* 92. *Anima nec concomitans tunc fuisse in hoc sacrum.* 93. *Non solum qua immediate, sed etiam qua mediata, sed tamen adequate uniuersum cum termino formalis significato, sunt in hoc sacramento per concomitantiam.* 19.95.  
 Materia sacramenti Eucharistie, *Vide Calix.*  
*Solus panis ex tritico materia sufficiens huius sacramenti.* 16.5.6.  
*Panis confectus ex granis diversa speciei non est materia huius sacramenti, nisi maior pars sit tritici.* 16.10.  
*Massa cruda aut torrida sole, non est materia huius sacramenti.* 11. *Nec panis ex aqua rosacea.* 12. *Nec panis ex amylo.* 13. *Nec exhalationes ex pane calido lacer substantialis sunt panis.* 14. *Tam in fermentato, quam in azymo validè conferari posse.* 16.17.  
*Diversi errores circa materiam remorans sanguinis.* 16.29.  
*Mistum est apta materia consecrationis.* 16.30.  
*Succus intra folliculos utrarum inclusus non est apta materia consecrationis.* 31. *Nec acerum.* 16.33.  
*Succus expressus ex unius passus est apta materia.* 16.34.  
*Vinum congelatum quomodo possit esse materia calicis.* 35.  
*Vinum in pane imbibitum non est materia calicis.* 36.  
*Illud tantum convertitur in corpus & sanguinem Christi, quod substantialiter integrat panem & vinum.* 16.88.  
*Si elementa sunt formaliter in mixto, conueniuntur in corpus & sanguinem Christi.* 16.115.  
*Materia consecranda debet esse præsens ministro.* 16.121.  
*Quid nomine huius præsentie intelligatur.* 16.122.  
*Quibus sensibus percipi debet ut consecrator esse sufficenter præsens materia consecranda.* 16.123.  
*Materia non est per se determinata quoad maximum.* 16.130.  
*Nihil substantia panis & vini post consecrationem in hoc sacramento manet cum corpore & sanguine Christi.* 17.8.  
 Forma sacramenti Eucharistie.  
*Varia hereticorum explicationes supra illud: Hoc est enim corpus meum.* 14.6.  
*Verba consecratoria non producunt unionem hypost.* 14.33.  
*Nullum verbum antecedens formam corporis & sanguinis, est necessarium ad veritatem sacramenti.* 24.4.  
*Quomodo verba consecratoria dicantur proferri in persona Christi.* 6.
- Particula, Enim, non pertinet ad formam essentiadem: 7. Illa verba sunt de essentia consecr. calicis, qua cum vini conversione, sanguinis pro nobis effusionem significant.* 20.  
*Pronomen, Hoc, in forma Eucharistie demonstrat corpus Christi in fine prolationis verborum ponendum.* 103.  
*Forma Eucharistie est practica, non signata, sed exercitata.* 97. 228  
 109.  
*Verba consecratoria non proferuntur recitatione tantum à sacerdote.* 123. *Sacerdos nec in propria persona recitatione, sed solus assertive in persona Christi verba consecr. profert.* 129. *Etsi in triduo mortis debeat verba consecr. in persona Christi proferriri, ut potuerint Christi corpus ponere in hoc sacrum.* 24.183. *Existentia Christi non praequiritur ad verificandum pronomen meum in persona Christi à sacerdote prolatum.* 184. *Cur verba consecr. non possint producere corpus & sanguinem Christi, si ea à parte rei non praexisterent.* 186. *An si sola materia corporis & sang. reperiretur unita Verbo, verba consecr. prolati producerent corpus & sang. Christi.* 188. *An plures forma concurrere possint ad eiusdem materia consecrationem.* 191. *Licet plures primò ordinati una cum Episcopo eadem formam Eucharistie supra eamdem hostiam simul proferant, contra Durand.* 24.197.  
 Quid possit Christus in sacram. Eucharistie.  
*Corpus Christi in hoc sacramento existens non potest seipsum mouere motu progressivo.* 20.5. *Nec potest comedere, angeri, nutriti, spirare, &c.* 5. *Potest moueri ab intrinseca virtute motu simpliciter delatimo ex uno loco in alium.* 6. *Quomodo anima Christi possit mouere suum corpus in hoc sacrum.* 12. *Potest corpus Christi sacramentaliter existens directe & per se naturaliter moueri ab Angelo.* 20.13.  
*Repugnat corpus Christi sacramentaliter existens pati passionem aliquam corpoream sine ascensione ab extrinseco.* 20.20. *Christus sacramentaliter existens, nec se naturaliter, nec aliis videre, vel audire potest.* 27. *Potest Christus sacramentaliter existens naturaliter mouere aliud corpus vel spiritum.* 20.33.  
*Item potest agere in corpus sibi propinquum.* 20.34.  
*Animam Christi sacramentaliter existens est naturaliter capax actionis & passionis spiritualis.* 20.39.  
*Non potest naturaliter elicere actum intellactionis circa objectum, quod mediantephantasmate alibi producto primo cognoscit.* 44. *Potest naturaliter in se producere intellectionem.* 46. *Item naturaliter loquicunq; Angelus carisperque spiritibus.* 20.48.  
 De passiuia cognoscibilitate corporis in Eucharistia.  
*Potest elevari oculus corporeus ad videndum corpus Christi in hoc sacrum.* 21.8. *hoc non potest immediate tangi.* 21.20.  
*Neque videri oculo corporeo naturaliter.* 21.  
*Nec naturaliter cognosci ab intellectu viatoris.* 29.  
*Nec ab illo creatus intellectu.* 30.  
*Implicat videri corpus Christi in hoc sacrum. & simul prescindere à modo, quo est in eo.* 21.36.  
*An ex eo quod demon viseret presentiam anime Christi in sacramento, posset evidenter arguere presentiam sacramentalem corporis Christi.* 21.45.  
 Quando definit Christus in Eucharistie.  
*Christus definit esse sub speciebus sacris, quando propria illorum substantia defutura fuisse.* 22.2.  
*Nunquam definit Christus sub speciebus Eucharistie, nisi succedente alia substantia à pane & vino diversa.* 22.4.  
*Substantia qua succedit corpori Christi, non generatur ex quantitate, ut ex primo subiecto educatione.* 22.5.  
*Sed educitur ab agente naturali ex materia prima, prius natura à Deo creata.* 22.7.  
*Corpus Christi non definit esse sub speciebus per conversionem.* 10.  
*Corpus Christi definit esse sub speciebus non solum per deoperationem presentia sacramentalis, sed etiam actionis substantialis replicativa.* 22.9.  
 De

De accidentibus quæ in Euchar. remanent. Eadem numero accidentia remanent in hoc sacrum. que fuerant in pane & vino. 23.2. Et quidem omnia illa, que sensu aliquo percipi possunt. 5. Imo etiam illa qua sub nullum sensum cadant. 6. Hanc veritatem Vasquez censet esse de fide. 7. Contrarium tamen verius esse ostenditur. 23.10. Quantitas est immediatum subiectum reliquorum accidentium in hoc sacrum. 23.15. Accidentia Euchar. omnem actionem intentionalem posse exercere extra subiectum, quam poterant in illo; 44. Item eandem actionem principalem physicam. 23.48.56. A quo proueniat actio reparativa accidentis in hoc sacrum. 52. Ad actiones que excentur ab accidentibus Euchar. corpus Christi nec obedientialiter concurrerit. 23.54. Effectus Euchar. dispositio ad illam. Sacram. hoc dignè suscepimus conferit effectum suum ex opere operato. 25.1. Quis sit proprius effectus huius sacram. 25.2. Ut quis in hoc sacrum. actualē gratiam accipiat, debet carere actuali distractione. 25.6. Requiritur etiam in accedente voluntas saltem vinealis recipiendi hoc sacrum. ut sacram. est. 25.9. Majus augmentum gratia accipit in hoc sacrum. cateris paribus, qui ad illud accedit cum intensiore gratia habituali. 25.12. Qui sine ullā voluntate accedit ad hoc sacram. nullum accipit effectum. 25.13. Non peccaret talis, modò accederet cum gratia habituali. 14. Negatio actualis devotionis impediret in hoc sacrum. saltem aliquam intensionem gratia habitualis. 25.20. Sacramentum Euchar. sumptum, non auget gratiam, quam diu est in homine nisi aucta dispositione. 25.25. An quaevis nona dispositio sufficiat, ut hoc sacrum. dum in nobis permanuerat, gratiam adaugeat. 25.29. & seqq. Talis dispositio debet esse supernaturalis. 25.36. Hoc sacrum. etiam in mortali susceptum, delet illud, si de eo conteramur, antequam species Euchar. consumantur. 41. Speciali peccato sacrilegi peccat, non solum qui cum mortali ad hoc sacrum. accedit, sed etiam qui illud sic retinet. 42. In hoc sacrum. tantum ea causant gratiam, que sunt in eo per se, vi sacramenti. 25.68. Divinitas & anima Christi, sunt causa tantum uniuersales, non particulares gratia Eucharistica. 25.70. Caro Christi in hoc sacrum. radicaliter non formaliter habet ab unione ad Verbum, vim sanctificandi animas. 71. Sub veraque specie non conferri maiorem gratiam, quam sub alterutra. 72. Urraque species sacram. per se ordinatur ad eundem effectum. 25.75. Hoc sacrum. ut sacrificium est confert maiorem gratiam sub veraque specie, quam sub alterutra tantum. 25.90. Effectus quo hoc sacrum. in nobis causare solet. 25.91. De ijs qui sunt capaces Eucharistie. Triplex capacitas in sumente hoc sacrum. consideratur. 28.1. Angelus nec se, nec in assumpto corpore est capax sumptionis sacram. vel spiritualis huius sacram. 28.2. Nullum animal inferius homine est capax ullius manducationis huius sacram. 28.4. Infantes & perpetuo amentes non sunt capaces sacramentalis manducationis Euchar. Sunt tamen capaces fructus & nutritionis spiritualis. 28.7.10. Ut Eucharista gratiam conferat parvulus, debet haberis saltem a ministro notitia eius. 28.15. Homines non baptizati capaces sunt manducationis sacramentalia, Eucharistica; non fructus eius. 28.16. An amentes, qui ante a habuerunt rationis usum, sint capaces huius sacramenti. 28.17. Amentis in mortis articulo debet dari Eucharistia modo constet eum non fuisse in mortali immediate ante amentiam. 20.18. Perpetuo amentibus non est danda Euchar. in mortis articulo. 19. Extcommunicato, si constet cum in amentiam incidisse cum peccato, non est danda Euchar. in mortis articulo. 28.20. Extensio localis est, modus reipsa distinctus à corpore. 19.209. Potest fieri impenetrabile corpus cum seipso ratione duplicit extensiovis localis. 19.254.

Extensio localis non requiritur ad agendum in agente corporeo. 20.35. Hoc extensio requiritur solum ut conditio extrinseca in obiecto, ut videri possint. Extensio integralis partim in se, est simpliciter necessaria. 21.9. Fecmina est iure diuinio sacrorum ordinum incapax. 7.117. Fidei res ex triplici capite probari possunt. 14.1. Potens motuum credibilitatis nostra fidei, viri sapientes, & studio litterarum exercitatis simi, & sanctitate prstantissimi, qui eam tenuerunt. 29.71. Formam materialē eod. instanti, quo producitur, elevari ad producendam unionem sui cum subiecto, impliscat. 18.85. An forma materialis sustenter sua accidentia, ut subiectum primum. 101. Forma materiales non immediate recipiuntur in subiecto per educationem, sed per unionem. 23.37. Ad generationem per accidens se habet quod forma aliqua praecesserit in subiecto. 18.4. Corruptionem unius substantia non necessario consequitur generatio alterius. 19.62. Gratia Sacramentalis. Gratia sacrum. differt aliquo modo à gratia communis. 4.42. Non autem solum penes agens extrinsecum. 4.43. Gratia sacrum. non est perfectio modalis addita. 45. Sed est gratia communis includens peculiaria auxilia. 46. Gratia sanctificans fit immediate operaria per habitus, proxime vero per auxilia. 47. Auxilia per sacram. collata, quomodo distinguuntur ab alijs collatis extra sacram. 4.48. Gratia sacramentales specie inter se differunt. 49. non exiguntur intrinsecè, & specialiter à gratia habituali. 51. Quid præstet gratia sacram. quod non præstet alia. 56. Gratia non est physica passio Christi. 4.60. Denominatio prima, non est intrinseca gratie. 109. Gratia sacram. non augetur per meliorem dispositionem ministri. 121. In eadē proportione quo infunditur gratia, infunduntur etiam habitus & virtutes supernaturales. 4.126. Hæreticis martyr. pro Christo toleratus cur nihil proficit. 12.85. Insignis Calvini temeritas notatur. 14.14. Contra Begardos & Beguinas festum corporis Christi & adoratio illi debita statuitur. 21. Ubiquitarum heresis: Sacramentariorum heresis de Eucharistia: Calvini & Calvinist. error circa existentiam Eucharistie. 14.24. Armen. error circa mixtionem aquæ & vini in calice. 16.42. Berengarij, VValeram. VVicleffi, Lutheri error circa Euchar. 16.1. Hoc, quando stat pro contento, designat totam substantiam, qua sub continente sensibili latet. 16.11. Varia heret. explicaciones supra Hoc, in forma Euchar. 14.6. Hypothesi aliquâ datâ, an in ea Deus aliquid facturus vel non facturus fuisset, unde colligatur. 3.4. Ieiunium. Ieiunandi preceptum ante sumptionem Euchar. non est Christi, sed Apostolorum. 27.1. Ieiunium aliud naturale; aliud Ecclesiasticum. 27.2. Adsumptionem Euchar. prærequisitur naturale. 3. Quidquid casu in stomachum venit, non per manducationem vel bibitionem, non violat ieiunium naturale. 27.4. Ansaccharum retentum in ore ad temperandas capitum distillationes. 27.5. Quale ieiunium requiratur post Euchar. sumptionem. 27.6. Cur non detur lenitas materie, in hac materia, qua excusat a peccato mortali communicantem? 27.7. Quibus casibus possit hoc sacrum. sumere non ieiunia. 9. An licet sapienti eodem morbo sumere hoc sacrum. non ieiuno. 10. Si facta consecratione solius corporis deficiat celebrans, teneretur alter sacerdos etiam non ieiunus completere sacrificium. 18. An licet sacerdos non ieiuno celebrare ad subueniendum sibi vel alteri extremè indigentes. 27.24.38. Ad vitandam mortem, vel graue vulnus potest sacerdos non ieiunus celebrare. 27.30. Instru,

# INDEX RERUM

- Instrumentum obedientiale compleetur in actu 2. per concursum Dei sibi indebitum: In actu 1. compleetur per virtutem diuinam sibi assistentem.** 5.150. **Subiectio creatura ad Deum est ratio remota instrumenti obedientis. an aptitudo creaturæ ad effectus supernat. sit proxima vel remota ratio instrumenti obedientis.** 5.149-151. **Cur naturale instrumentum naturaliter inclinat ad effectum sui principalis agentis, non obedientiale.** 5.152.
- Hoc potest eleuari ad operandum in qua cunctis dispensantia.** 6.67. **Intellectus perfectior habens idem lumen gloria cum alio imperfectiore cur in aqualem visionem producere nequeat.** 5.140. **Ens non intellectuum non potest assumi ad actum visus intelligentis etiam materialiter producendū.** 6.44. **Implicat intellectuum exercere et actum vite sentientis.** 6.50.
- Non omnia eo ipso quod sunt intelligibilia, sunt etiam sua specie productiva.** 5.67. **Intentio pure interpretativa & in causa non sufficit ad validem conficiendum sacram.** 9.13. **Ad validitatem sacram. intentio actualis non est necessaria, habitualis non sufficit.** 9.18. **Non sufficit conditionata, sed requiriatur absoluta.** 9.16. **Et debet ad certam personam, certamve materiam dirigī.** 9.19.
- Iurisdictio alia est ordinaria, alia delegata.** 31.55. **Qui sine iurisdicto ministrat Euchar. peccat mortaliter.** 31.53. **Iustificatio alia est ex opere operantis, alia ex opere operato.** 4.1. **Libertas nequit saluari in sola receptione, sed in actione.** 5.57. **Libertas tollitur per prædeterminationem physicam.** 5.105. **Locabilitas in corporibus & spiritibus, quid sit?** Est modus ex naturæ rei distinctus à mobili. 19.200.
- Lumen gloria si sit aquale in inqualibus intellectibus, aqualem tamen visionem producit.** 5.140. **Lumen per totum medium ab ipso sole producitur.** 6.66.
- S. Maria. Martyrium.**
- B. Virgo habuit characterem Baptismi & Confirmationis.** 7.83. **Martyrium cur non sit sacramentum?** 1.55. **licet suppletat baptismum quoad remissionem peccati, non tamen quoad impressionem characteris.** 12.7.
- Qui in utero matris propter Christum trucidantur, laetare lam martyri consequuntur.** 12.23. **Martyrium adulorū necessario requirit consensum eorum.** 27. **Qualis hic consensus esse debet.** 12.28.
- An martyrium ex quaenamque virtute supernaturali imputatum sufficiat ad remittenda omnia peccata.** 12.30. **Confert primam gratiam ex opere operato.** 12.43.47. **Ad hoc necessarius est dolor supernat. de peccatis.** 60. **Et sufficit a tristio.** 64. **Eaq, virtualis.** 12.64.67.
- Nulus actus alius, inferior charitate absque formali pænitentia sufficit ad iustificandum etiam in martyrio.** 68. **In somno pro Christo occisus non consequitur effectum martyrij, nisi haberet voluntatem illud subveniendi.** 12.70. **Semel de hoc habita voluntas, nunquam retractata, sufficit.** 12.71.
- Quo tempore martyr gratiam martyrij accipiat.** 12.80. **Cur heretico martyrium pro Christo toleratum non proficit?** 75. **An martyrium ante Christi aduentum potuerit iustificare ex opere operato.** 12.85.
- Cur martyrium non sit sacrificium.** 32.14. **Matrimonij sacramenta que materia & forma?** 2.4.
- Quomodo Ecclesia mutando consensum clandestinum in matrimonio, non mutauerit materiam eius.** 2.73.
- Matrimonium in statu innocentia non fuit sacram.** 3.29. **Procuratoris matrimonij verba non possunt physicè causare gratiam in contrahentibus.** 4.20.4.
- Quando & quomodo licet iterare sacram. matr.** 7.13. **Metaphoris vti in testamentis & legibus condendis non licet.** 14.11. **Quo constare possit, que verba in sacra Scriptura sint metaphorica.** 14.12.
- Missa. Vide, Celebrare, Sacrificium.**
- Cur non licet pro una Missaplura adequata stipendia accipere.** 33.263.277. **Quodnam sit iustum stipendium pro missa dicenda.** 33.279. **Non potest sacerdos, qui dimidium accepit ab uno pro mis-**
- sa dicenda, aliud dimidium accipere ab alio pro eadē.** 33.281. **Potest aliquando Parochus pro missis, quas coram suis Parochianis celebrare tenetur stipendium accipere.** 33.283. **An possit sacerdos qui pingua stipendia pro missis dicendis accipit, procurare minori stipendio eas missas per alios sacerdotes dici.** 284. **An & quomodo possit sacerdos accipere stipendium pro missa, quam iam ante celebrauit.** 33.286. **Anteneatur sub mortali quilibet sacerdos aliquando saltem celebrare.** 33.287.
- An & quomodo liceat die Iouis sancto missam dicere omnibus sacerdotibus publicè & priuatim.** 33.306.
- An die Parasenes liceat celebrare.** 33.307.
- Sic diem Parasenes incidat festum annunciationis, non teneantur fideles missa illius diei interesse.** 33.308.
- Historia de Innocentio VIII. concedente Noz d'vregis potestatem consecrandi tantum in pane, facta videtur.** 16.168.
- An in die Parasenes fit licita Lascoco communio.** 33.309.
- An die S. Sabbati priuatam missam celebrare liceat.** 33.310.
- An plures Missas eadem die celebrare liceat.** 33.314. **Quando incepint tres Missa die Natali Domini celebrari.** ibid.
- Quanta & qua necessitas sufficiat ad celebrandum bis in die.** 316.
- Quo ritu celebrari debeat hoc sacrificium.** 33.324.
- Tempus celebrandi missam olim vesperrimum fuit.** 33.325.
- Nunc vero ab aurora usque ad meridiem.** ibid.
- Idq, vim habet præceptum sub mortali.** 33.326.
- Episcoporum privilegium circa tempora legendi missam;** Idem habent Societatis Iesu Religiosi. 33.329.
- Possintne in nocte Nativitatis Domini, omnes tres Missa dici.** 330. **Non incurrit excommunicationem, qui sciens volens que in Ecclesia violata celebrat.** 33.341.
- Quid faciendum sacerdoti si Ecclesia violetur dum in ea celebrat.** 33.344.
- An liceat in mari vel flumine celebrare.** 33.346.
- In Ecclesia polluta non licet celebrare etiam supra altare portatile.** 33.352.
- Modi qua essentia & actualitas? Qualis actualitas sit de essentia modorum.** 18.147.
- Motus localis non est essentia licet affixus uni determinato loco.** 19.296.
- Necessitas.**
- Discrimen inter necessitatem medij, & præcepti.** 10.2.
- Necessaria necessitate medij alia sunt ex natura sua, alia ex institutione diuina.** 10.2.4. **Alia ita necessaria, ut suppleri nequeant.** 10.6. **Aliqua que simul necessaria sunt necessitate medij & necessitate præcepti.** 9. **Tria tantum sacramenta nova legis sunt necessariae necessitate medij.** 10.11.
- Oculos. Ordines sacri.**
- Oculus corporeus potest eleuari ad videndum corpus Christi in Euchar.** 21.8.
- Item ad videndum modum presentia sacram. quo in ordine ad species afficitur color corporis Christi.** 21.10.
- Non vero ad videndum presentiam sacram. qua afficitur ipsa substantia.** 21.12.
- Opinione probabiliori relicta, circa materiam sacram. non licet sequentius probabilem sine necessitate.** 16.40.
- Orationem Dominicam dicentes, eam non in Christi, sed in propriâ personâ proferimus.** 24.135.
- Ordines sacri, quoad materiam & formam sacramenti ordinis quo pacto fuerunt à Christo instituti.** 2.32.
- Materia & forma ordinis fuit in Ecclesia diversis temporibus diversa.** 2.36.
- Ritus ordinandi Gratus est validus, & tamen à Latino quoad materiam & formam diversus.** 2.37.38.41.
- Pro materia Ordinis non potest res qualibet ab Ecclesia statu.** 2.42.
- Qua sit materia singulorum ordinum.** 2.43.
- In ordinatione potestus ordinati exprimitur actiue & executive.** 44.
- Cur in nullo ordine per traditionem vestrum aliqua potestas conferatur.** 2.45.
- Mate-**

Materia Ordinis penderet ab Ecclesia non solum in ratione signi materialis, sed etiam signi formalis. 2.47.48. In ordinazione Gracorum unica impositione manum, unicq; forma confertur duplex potestas: que in Latini oratione per duplēm materiam formamq; 2.51. In tribus sacris Ordinibus conferuntur duplex potestas. 2.53. Potest in his sacris Ordinibus potestas una sine altera conferri: sicutem prior. 2.54. Ecclesia potuit diversis temporibus variare materiam Ordinis. 58. Non potuit pro diversis Ecclesiis diversas materias statuere. 2.59. Cur materia Ordinis penderet a sola auctoritate Ecclesie, non materia matrony. 2.63.

Singuli Ordines sunt vera sacramenta, & suum characterem imprimunt. 7.91. Ordines minores possunt conferriri a simplici Sacerdote ex commissione Pontificis. 114. Imo etiam Diaconatus & Subdiaconatus. 7.116. Fæmina iure domino est incapax ordonis. 7.117. Non potest suspensari cum eo, qui nec dum habet legitimam atatem pro ordinibus nisi a summo Pontifice: Ordinatus ante legitimam etatem etiam cum dispensatione manet suspensus ab executione ordinum usque ad legitimum tempus. 7.117. Ordinis sacram. in ultima Cena a Christo institutum est. 11.12.

Panis benedictio ante consecrationem à Christo factam in ultima cena quid efficacia habuerit. 24.86.

Parasceues die diaconus non potest absente Sacerdote hostiam consagrata sumere, & ceremonias peragere. 31.17.

An unus Parochus habeat obligationem erigendi duplex sepulchrum in duplo Ecclesia pro die Parasceues. 32.317.

Partes inter essentiales & integrales discrimen. 25.87.

Peccatoris publici nomine quid in se intelligatur. 30.1.5.

Peccatum mortale quolibet non retractatum impedit gratiam sacramentalem. 4.63.

Peccatum originale in adultis in lege nature non potuit deleri, nisi per dilectionem Dei super omnia. 3.10.00. Potest iustificari adultus & emundari ab originali, licet non emundetur à venialibus. 3.110.

Peccatum orig. non potest remitti sine infusione gratiae. 4.6. Ad remittendum originale non requisitur dolor formalis. 7.4.

Perseuerantia donum à multis causis penderet. 10.5.

Personam suam & alienam agere eadem locutione nequit eidem, etiam materialiter considerato pro eodem tempore convenire. 24.131.

Pontifex non potest ob priuatam tantum utilitatem in unicatantum specie consecrare. 16.157. Probabile est posse in hoc ob publicam utilitatem dispensare per iuris interpretationem: probabilius contrarium. 16.158.

Poenitentia sacra. litteris vel nubibus perfici nequit. 2.5.

Pœnit. sacramentum ordinatur per se etiam ad habitum, qui per se cum grata sanctificante sunt connexi. 19.41.

Qui in statu gracie accederet ad sacram. pœnit. sine villa voluntate accipiendo hoc sacr. eo ipso peccaret mortaliter. 25.76.

Potentia obedientialis. Vide Eleuatio.

Esse potens producere, est denominatio partem intrinsecā, partem extrinsecā. 5.84. Creatura non dicitur potens ad effectus supernaturales per extrinsecam solum denominationem. 5.92. Quid si potentia obedientialis. 5.2. Hac datur ad omne id quod contradicitur non inuoluit. 7. Est vera potentia & non tantum metaphorica. 5.9. Non est sola non resistenter imperio Dei, sed positiva virtus, 11. Hac datur non solum respectu Dei supernaturaliter operantis, sed etiam respectu supernaturaliter receperibilis. 12. Hac importat in suo concepiū promulgationem ad execundum imperium Dei, & improprietatem ad actum. 5.16. Non omnis potentia naturaliter inclinat ad quamcumque suam perfectionem. 5.1.

Potentia obedient. reperiatur in genere causa materialis. 5.26.

Causa formalis. 27. Efficientis. 36. Meritoria. 5.37. Hac non semper comparatur ut instrumentum ad effectum producendum. 5.28. Quid sentiat S. Thom. de potentia obedientiali. 5.43. Datur potentia obedientialis aeterna congenita in solum & omnibus entibus natura sua aeternis. 63. Potest elevari ad effectus supernaturales per imperium Dei extrinsecum sine virtute aliqua intrinsecus addita. 5.82. Discrimen

inter potentiam obedient. & naturalem. 5.90. Cur instrumentum obedientiale non naturaliter exigat concursum ad effectum causa principalis. 5.91. Potentia obedient. est etiam per ordinem ad effectus naturales. 5.93. Obedientialis actina est naturalis entitatine. 5.117. tam actina, quam passiva sunt supernaturales terminativae, non specificativa, sed connotativa. 5.118. passiva est completa in ratione potentiae. 5.122. Actina est incompleta etiam in ratione instrumenti. 5.123. Nulla potentia obedientialis est ante elevationem perfectior alia, quoad modum attingendi effectum independenter ab aliqua causa vel conditione naturali. 5.129. Una potentia obedient. potest esse perfectior alia quoad virtutem influendi presuppositam ante ipsam elevationem. 5.130. Potentia obedient. non necessario influit in effectum, quantum per nativam suam virtutem obedientialiter potest. 5.133. Causa necessaria cum obedientialiter agunt a Deo ad agendum determinantur. 135. Non vero causa libere. 5.136. Potentia obedient. non est de essentia entis creari ut sic. 5.143. Adequate constitutur per subiectum ad Deum & per aptitudinem ad effectus supernaturales causandos. Subiectio creature ad Deum est ratio remota instrumenti obedient. 5.149. Instrumentum obedientiale completur in actu 2. per concursum Dei sibi indebitum. 5.150.

Vide Instrumentum.

In quo predicamento locanda sit potentia obedientialis. 5.153. Hac non constitutus aliquam speciem potentia per se. 5.154. Nec reducitur ad genus virtutis causa principalis. 5.155. Sed reducitur ad eam potentiam in qua proxime fundatur: terminatur reducitur ad speciem potentia infusa. 5.156. Subiectum multiplicatur ad multiplicationem potentia naturalis. 5.160. Hac subiectum est finita, terminatur infinita. 5.161.

Potentia obedientialis potest elevari ad creandum. 6.54. Non ad effectus tempore à se distantes producendos. 6.61. Potest autem elevari adeos, loco solum distantes. 6.65.

Præceptorum obseruantia an in ipso contritionis voto inclusa sit necessaria, necessitate medy. 10.7.

Quando prærogium concessum est persona, non tenetur eo ut ad præceptum fernandum, secus vero si concessum sit communis. 29.106.

Prædeterminatio physica tollit libertatem. 5.105. Presbytero potest conferri potestas consecrandi corpus Domini, sine potestate absoluendi a peccatis; non contraria. 2.54.

Ad productionem sui primaria implicat aliquid assumi. 6.14.

Implicat aliquid assumi ad nonam sui productionem, cessante priore. 6.17. Implicat aliquid elevari ad producendos effectus tempore distantes 61. Non loco distantes 5.65.

Idem numero effectus scilicet productus iterum, & iterum reproduci potest. 18.134.

Propositiones certam significationem non habent, nisi integratim prolatæ. 24.169. In propositionib. duplex tempus considerari potest. 24.158.

Pueris in utero matris periclitantibus an possit adhiberi aliquod salutis remedium. 3.62. Quomodo pueri dicantur in utero matris à Deo antecedenti voluntate ad salutem volunt. 3.64.

In lege natura fuit aliquod medium pro parvorum iustificatione à Deo institutum. 58. Quale fuerit illud medium. 66. Fuit verum sacramentum. 3.69. Confitebat in aliquo signo sensibili, quod fuit actus aliquis externas protestationis fidei Messia venturi. 372. Hoc signum non fuit à Deo determinatum in specie, sed tantum in genere. 3.74.

Omnis puer accipiens aqualem gratiam in baptismo. 4.123. Qui in utero matris proper Christum trucidantur, martyris laureolam consequuntur. 12.23.

Quantitas.

In quantitate raritas & densitas alia organica, alia spiritualis. 19.114. Quomodo Christi corpus in Ss. Eucharistia extendatur per quantitatem. 19.194.

Quantitas est immediatum subiectum reliquorum accidentium in sacramento Eucharistie. 23.15.

Deno-

# INDEX RERUM

- Denominatio quanti non potest saluari, nisi per unionem inha-  
rentem ei, quod quantum denominatur. 23.19. Quantitas  
Eucharistica non potest existere extra subiectum per param  
primationem inherentia. 23.27. Quantitas Eucharistica  
de facto conservatur eodem numero actione eductiā, quā  
conservabatur in proprio subiecto. 23.33.*
- Reliquia. Replicatio.**
- An reliquiæ Sanctorum in ara seu tabula recondite, sint de-  
cessitia consecrationis. 33.349.*
- Non implicat aliquid assumi ad actionem replicatinam sui. 6.  
25.*
- Non necessario replicantur simul cum subiecto omnes proprie-  
tates à loco independentes. 19.267. Forma modaliter tan-  
tum à subiecto distincta non potest sine illo replicari. 19.275.*
- Connaturalius est cum subiecto replicentur omnes eius pro-  
prietates à loco independentes. 19.276. Mutatio facta cor-  
poris in uno loco, non necessario fit eidem existentes in altero  
per replicationem. 19.278. Subiectum unum numero in  
diversis locis replicatum contrarias formas simul habere pos-  
set. 19.283. Replicata forma si in uno loco corrumpetur,  
non eo ipso necessario etiam corrumpetur in alio. 19.286.*
- Potest corpus replicatum in uno loco nutriti, & augeri & non  
eo ipso in alio. 19.287. Corpus replicatum posset se pluribus  
motibus mouere, sed minori velocitate in singulis quam in  
uno solum loco moueretur. 19.289. Mutatio essentialiter  
pendens à determinato loco, facta subiecto in uno loco non  
sieret eidem in alio. 19.291. Etiam mutatio localis replicari  
potest. 19.294. Actus vitales externi qui medie obiecto eli-  
cuntur à potentia vitali in uno loco, non elicuntur connat-  
uraliter eo ipso etiam in alio. 19.302.*
- Actus vitales interni non elicuntur connaturaliter in utero  
que replicationis loco, nisi replicetur simul omne comprinci-  
pium physicum à quo dependent. 19.304.*
- Implicat potentiam cognoscitam vel appetitivam in uno lo-  
co elicere actum oppositum illi quem habet in alio. 19.310.*
- In utroque loco replicationis ira quo est anima, est etiam cogni-  
tio, si non physique, sicutem obiectum, & intentionaliter respe-  
cta anima. 19.316. Car homo in diversis locis simul existens  
non possit constitui in gratia, & in peccato simul. 19.332. Si  
humanitas Christi sine unione hypostaticae replicaretur, et-  
iam sic non posset peccare. 19.338. Corrupta actus reproductione  
reis in uno loco, non corrumpetur res in alio. 19.352.*
- An destruncta actione replicativa possit dici res ubi substantia-  
liter annihilata, ubi esse definit. 19.353. An salecum tunc di-  
ci possit substantialiter corrupti. 19.354. Potest idem ho-  
mo in uno loco vivere & in altero simul mori. 19.357.*
- Retractatio peccati duplex, perfecta & imperfecta. 4.64.*
- Rutheni sumunt iam SS. Eucharistiam sub utraque specie,  
Pontifice id permittente. 29.93.*
- Sacerdos. Vide Sacram. minister.**
- Sacerdos catus potest consecrare. 16.122. Non potest priuatus  
Sacerdos ob publicam etiam necessitatem in una tantum  
specie consecrare. 16.156.*
- Sacerdos potest bis eadem die celebrare urgente aliqua necessi-  
tate. 27.14.*
- Quando Apostoli sunt facti Sacerdotes à Christo. 33.18. Quomo-  
do Sacerdotes extra missam vestitos esse oporteat. 33.379.*
- Sacramentum.**
- Sacramentum quid nominis. 1.1. Eius definitio. 1.56.*
- De eius essentia est relatio signi perfecta sanctitatis. 1.5. Hac  
relatio non constituit adequate sacramentum. 1.6. Consi-  
stuit ergo adequate ex relatione signi & causa. 1.7. Finis  
Sacram. est homines erudire & sanctificare. 1.9. Ad ratio-  
nem sacram. non requiritur relatio causa perfecta sanctita-  
tis. Relatio causa in sacram. scilicet ex parte materiae. 1.11.*
- In sacram. est natura prius causatio, quam significatio. 1.14.*
- In sacramentis relatio signi non est ens rationis. 1.20.*
- Cur potius relatio signi quam causa dicatur ratio formalis sa-  
cramentorum. 1.27. Discremen inter sacramenta & sacri-  
ficia. 130. In sacramenta quid sit principalius significare an  
causare. 1.32. Sacramentale signum debet esse sensibile, 1.36.*
- Item debet esse sacram non solum terminative, sed etiam subie-  
ctive. 39. Item firmum & stabile. 1.41. Hoc signum natura-  
le non est, sed ex institutione Dei. 1.47.*
- Non est de essentia sacramentis habere aliquam proportionem  
cum rebus significatis. 1.50. Sacraenta different inter se  
non solum penes terminos significatos, sed etiam penes res si-  
gnificantes. 1.52. Ad rationem sacramenti non pertinet ve-  
habeat certos ritus, & ceremonias. 1.55. Compositio in sa-  
cramentis non est physica, sed moralis. 2.12. In quolibet sa-  
cramento est duplex significatio, materialis & sacram. 2.14.*
- Inter res & verba sacram. solum moralis simultas requiritur.*
- 19. Quorum sacram. forme non necessario supponunt pre-  
sentem materiam. 2.23. Omnia sacram. forme sunt à Chris-  
to determinata; non tamen singula quoad speciem, sed aliqua  
quoad genus tantum. 2.32.*
- Quomodo Ecclesia mutando consensum clandestinum, in ma-  
trimonio, non mutante tamen materiam eius. 2.73.*
- Sacramentum quot modis possit irritari. 2.78.*
- Potest quis cum priuato errore circa materiam vel formam  
sacram. habere sufficientem intentionem conficiendi illud  
sacram. 2.79. Quid requiratur ad falsificationē forme. 2.95.*
- Quando error ministri circa accidentalia, redundat in sub-  
stantialia, irritat sacram. 2.80. Hic autem error circa ac-  
cidentalia duobus modis redundat in substantialia. ibid. &  
n.81. Cum materia sacramonis consue mutatur, ut mora-  
liter amittat communem usum, in quo primo fuit à Chris-  
to instituta, mutatio est substantialis. 2.82.*
- Forma ex vocibus diversi idiomatis idem significantibus est va-  
lida. 2.86. Quot modis possit fieri mutatio circa formam sa-  
cram. 2.86. Quomodo falsificatum forma sacram. si ei  
postponatur, non invalidet sacram. 2.91.*
- Nullum sacram. fuit in statu innocentia, nec erit in statu glo-  
riae. 3.1. Quia mortuum fuerit instituens sacramenta que  
peccatum supponunt. 3.21. Pueris totaliter in utero matris  
existentibus non potest adhiberi nullum sacram. 3.52. Quia  
sunt sacramenta mortuorum, qua vivorum. 3.121. Cur se-  
ptem tantum sunt sacramenta in lege Evangelica. 3.122.*
- Vt gratiam conferant dispositionem requirunt. 4.62. Nullam  
gratiam confert ex opere operato, nisi actu susceptum. 134.*
- Gratia confertur per sacram. actu susceptum in instanti nega-  
tivo, in quo moraliter compleetur significatio sacram. 4.147.*
- Gratia in sacram. producitur aliquando in fine prolationis for-  
me, aliquando in fine applicationis materie. 4.148.*
- Qua sacramenta recedente fictione gratiam causent. 4.158.*
- 160. Sacramenta non sunt physica instrumenta characteris,  
aut alterius physica qualitatis. 4.195. non attingunt physique  
unionem gratiae cum anima. 196. Non sunt physica instru-  
menta gratiae. 197. Sepe causant gratiam, quando non am-  
plius physique existunt. 201. Sacramenta non sunt conditio-  
nes, sine quibus non: nec causa tantum per accidens gratia.  
4.206. Nec sunt causa extrinseca, tantum disponentes sub-  
iectum. 208. Sed sunt morales causa gratia. 209. Sunt in-  
strumenta passionis Christi. 210. Quomodo mouant &  
inclinent moraliter Deum ad gratiam conferendam. 4.211.*
- Cur sacramentum non possit dics conferre gratiam ex opere  
operantis Ministri. 4.230.*
- Aliqua sacram. characterem imprimere est de fide. 7.3. Enq.  
tria tantum ex nouis. 7.16. Sacramenta que characterem  
non imprimunt, non imprimere nullum ornatum alium in  
anima. 7.22.*
- Potest aliquid esse accidentale uni sacram. substantiale alteri.  
13.42.*
- Quomodo verum sit, quod ante omne esse sacramentale presup-  
poni debuerit esse naturale. 14.35.*
- Quid sit esse partem essentialem, quid integralem sacramenti.  
16.53. Inter illas tantum materia & formas sacramento-  
rum moralis sufficit simultas, que non transmutatur. 16.94.*
- Quare in formis sacram. generica ratio sanctitatis, quam per  
se conferunt, non exprimatur explicitè. 24.44.*
- Nullius sacramenti forma, nisi Eucharistia in persona Chri-  
sti prouinciatur. 24.74.*
- In for-*

In formis sacram. triplex veritas considerari potest. 24. 155. Forma sacram. causans suos effectus ut vere, veritatem sibi communicata ex infallibili promissione Dei. 24. 154. Non possunt forma sacram. causare ut vera veritatem præterea, defunquam ex conformitate cum obiecto actu existente. 24. 160. Quomodo docantur forme sacram. seipsum veras efficiere. 24. 166. Quando forma sacram. habeant suam completam significacionem, & causent suos effectus. 24. 170. Quomodo Patres intelligendi sunt qui docent extra Ecclesiam nulla sacramenta repertiri. 33. 89.

## Sacramenta in mortuorum, viuorumque.

Quae sunt sacramenta mortuorum que viuorum. 3. 121. Ad consequendam gratiam sacramentorum mortuorum non sufficit sola voluntas ea recipiendi. 4. 71. Sed requiritur dolor supernaturalis. 72. Et hic debet esse supernaturalis quoad substantiam. 75. sufficit attrito. 79. etiam cognita. 4. 84. Hac sacram. per se primo instituta sunt ad primam gratiam. 4. 82. Adeffectum sacram. mortuorum consequendum, non tenetur retractare explicitè peccata quatenus sunt Dei offensa. 4. 87. Ut hec gratiam sacramentalem conferant debent frequentari sine actuali distractione mentis. 4. 93. Vt sacramenta viuorum conferant angustum gratia habitualis sufficit solus status gratiae cum voluntate virtuali recipiendi sacram. ut sacramentum est. 4. 95. Hac sacramenta non sunt primo & per se instituta ad conferendam primam gratiam. 105. Habent tamen vim conferendi eam per accidentem & secundarium. 4. 106.

## Sacramenta nova &amp; antiqua.

Discrimen inter nova & antiqua sacramenta. 1. 13. Sacram. noua a veteribus non differunt ratione forma, sed ratione materia. 1. 53. Quomodo noua sacram. differant a priori symbolis. 162. noua & vetera vincuntur in ratione sacram. adequate sumptu. 1. 59. Quia analogia reperiens possit, in novis & veteribus. 1. 64. Quomodo à nouis sacram. antiqua dependebant. 1. 66. Omnia noua sacramenta constant rebus & verbis. 2. 3. In sacram. nouis res & verba importantur in recto. 2. 15. Quia erat sanctitas legalis, quam antiqua sacramenta causabant; & que sacramenta antiqua legis. 1. 8. Antiqua sacramenta, propriè sacramenta fuerunt. 1. 11. Antiqua sacram. solis rebus & non verbis constabat. 2. 1. Multa sacram. fuerunt in antiquâ lege, qua cessarunt in noua. 3. 117. Antiqua sacram. non infestabant ex opere operato. 4. 3. Cur antiqua sacram. non possint dici causare gratiam ex meritis Christi futuri? 4. 16. Sacram. noua esse causas instrumentales gratia est de fide. 2. 2. Item causare gratiam ex opere operato. 4. 25. Hac causant etiam habentur gratiam consequentes. 28. Non solum autem causant, sed etiam augēt unam gratia habitus per se infusos. 2. 29. Quomodo noua non solum causent, sed etiam continent. 2. 31. Quomodo noua sacram. non sint pura signa gratie. 232. Sacramenta noua legis sunt omnia à Christo instituta. 8. 3.

Tripartitum sacramenta noua legis sunt necessaria necessitate medij. 10. 11. Vide Status.

Sacramentalis actio cur in noua lege possit esse bona, etsi operario finem elucetatur a ministro, non in antiquâ? in antiqua lege non exercebatur nomine Ecclesia. 3. 98. Gratijs sacram. differt aliquo modo a gracia communis. 4. 42. Non differt ab illa tantum per agens extrinsecum. 4. 43. In actione sacramentali est aliqua honestas moralis. 4. 214.

Sacramentalia verba non possunt physicè causare actionem quam Christi corpus in hoc sacramento ponitur. 18. 153.

Sacramenti obex ad gratiam datur duplex; positivus, & negativus. Mortale non retractatum impedit gratiam sacram. 4. 63. 161. Quid, & quo duplex sit fictio in susceptione sacramenti. 4. 149. Ad tollendum obicem negativum sufficit acribo, ad positivum vero requiriatur contritus vel cum sacramento attrito. 4. 164.

Sacramenti minister consecratus peccat, qui in statu peccati mortalis sacramenta administratur. 9. 1.

In quo fundetur ius naturale, quo minister sacramenti tenetur se posse in statu gratiae cum administrat sacramenta. 9. 2.

Actus ministri in omni sacramento debet exprimi exercitè, non signate. 2. 71.

## Sacrificium.

Inter sacrificia & sacramenta discrimen. 1. 30. Cur in statu glorie nulla dentur sacrificia. 3. 45. In lege nature fuerunt sacrificia. 3. 55. Non perficitur prius sacram. quā sacrificium in Euch. 24. 22. Eucharistia non est solum sacrificium propitiatorium. 24. 29. Quid sit sacrificium in communis? 32. 1. propriè dictum non potest saluari in actu pure interno. 32. 3. Nec in quolibet opere externo. 32. 4. Sacrificium non est signum naturale saltem completere significatum. 32. 6. An ad sacrificium sufficiunt priuata authoritas. 32. 7. Cur martyrum non sit sacrificium. 32. 14. Cur mors Christi sacrificium fuerit, & non mors martyrum. 15. Ad sacrificium requiritur ut sacrificias actinè saltem indirectè concurrat ad immolationem victimæ. 32. 14. 16. Actio ad sacrificium requisita debet esse transmutativa rei sacrificanda. 32. 20. Ad sacrificium non est necessarius actus religionis verus & explicitus, sed sufficiunt postatus & implicitus. 32. 34. Cur dedicatio sc̄emorum, erectiones altarium, consecrationes vasorum &c. non sint sacrificia. 32. 36. Sacrificia veteris legis multiplicia fuerunt. 23. 37. Vide Missa.

## Sacrificium Missæ.

Voluntas in Sacerdote celebrante, non offerendi pro viuis & defunctis est peccatum mortale. 33. 230. An in missa offeratur verum & proprium sacrificium. 33. 2. Res qua in hoc sacrificio principaliiter offeratur est corpus & sanguis Christi. 33. 21. An totus Christus offeratur in hoc sacrificio. 33. 21. An simili etiam suppositum dominum. 33. 26. An Christus sit materia buius sacrificij ut in propria specie existens. 33. 29. An panis & vīnum in hoc sacramento constituant sacrificium distinctum à sacrificio corporis & sanguinis Christi. 33. Panis & vīni species essentialiter integrant hoc sacrificium. 37. Non potest dici hoc sacrificium sensibile per solum ordinem ad species sensibiles. 33. 38. Multi sunt actiones quibus hoc sacrificium perficitur. 33. 42. In qua actione hoc sacrificium essentialem consistat. 42. Corpus & sanguinem Christi sub speciebus panis & vīni non in facto esse sed in fieri tantum, dicit posse sacrificium formaliter. 33. 73. Discrimen inter hoc sacrificium & sacrificium crucis. 33. 74. Quicunque Sacerdos etiam excommunicatus, hereticus, degradatus, potest hoc sacrificium offerre. 33. 88. Sacerdos qui expressam voluntatem haberet non sacrificandi, sed tantum consecrandi & sumendas adhuc vere sacrificaret. 33. 90. An Christus aeterna uinculum Sacerdote hoc sacrificium offerat. 33. 93. & seqq.

Pro quibus possit hoc sacrificium licite & valide offeri. 33. 103. & seqq.

Primo pro omnibus fidelibus viuis, & vita functis in p̄gatorio existentibus. 104. Iiem pro reliquo viuentibus non baptizatis. 33. 116. 233. Non tamen pro hereticis, excommunicatis, schismatis. 113. Nec pro parvulis defunctis sine baptismo. 33. 106. Nec pro damnatis. 33. 107.

## Effectus huius sacrificij.

Hoc sacrificium non remittit immediatè peccata illis pro qualibet offertur. 33. 130. 159. An imperet auxilium infatibiliter ad penitentiam. 33. 138. Auxilium quod per hoc sacrificium consertur, non est semper efficax. 36. 145. An hoc sacrificium vim habeat augendi gratiam ex opere operato. 151. & seqq. An hoc sacrificium ex opere operato immediatè remittat penas ex condonatis peccatis relictas. 33. 165.

Quo risu celebrari debeat hoc sacrificium. 33. 324. Quibus personis hanc penarum remissionem sacrificium Euchar. conferat. 33. 104. Et quomodo hunc effectum ex opere operato conferat Sacerdotibus offerentibus. 33. 171. Quomodo reliquis offerentibus. 33. 184. 186. Quinam effectum huic sacrificio per modum applicationis participare possint. 33. 201.

Visuentes non baptizati cum certa lege non consequntur. 202. Defunctus non gratia, absque baptismō tamen, nisi prodest hoc sacrificium ex opere operato. 33. 205.

Prodest tamen eius per modum liberalis imprestatio. 207.

Fidelis

# INDEX RERUM

- Eidem huius baptizatis viis & defunctis certum est prodeesse ex opere operato. 33.208. Hoc sacrificium minuere solum posnam sensu, non autem damni, animarum purgantium, est probabile. 33.218. An per generalem intentionem quamlibet Sacerdos teneratur hoc sacrificium offerre pro viis & defunctis, eis certa lege aliqua remissio pena detur. 33.221. Quis sit huius sacrificij fructus specialissimus, quis specialius, quis generalis. 33.229.*
- Conditiones & dispositiones ad hoc sacrificium.*
- Quae conditiones requirantur ex parte offerentis immediati: quae ex parte mediati. 33.234.*
- Ad quos effectus requiratur status gratia in ipsis, pro quibus hoc sacrificium offeretur. 235. Ut hoc sacrificium profitetur pro quibus offeritur, non est necessarius status gratiae in offerente. 33.236. Sacrificium hoc conferet sumum effectum offerenti, licet incepit illud in peccato, modo absolverit in gratia. 33.237.*
- Vi offerens mediatus participes de fructu huius sacrificij sufficit si sit in gratia, quando Sacerdos actu celebrat, licet prius non fuerit quando illud procurabat per elemosynam. 33.239.*
- Nisi Sacerdos actu celebret, fideles cooperantes ad hoc sacrificium peragendum, non accipient effectum eius ex opere operato. 242. Ut profitetur ex opere operato hoc sacrificium non offerentibus, debet ab immmediato offerente pro ipsis offerri. 33.243.*
- Duplex disfatio ad hoc sacrificium negativa & positiva. 33.260. 273. & seq.*
- Valor huius sacrificij.*
- An hoc sacrificium habeat valorem infinitum. 33.245.*
- Quomodo respectu offerentium non sit limitata virtus. 257.*
- Respectu eorum, pro quibus offeratur est limitata virtus extensa, non autem intensa. 33.259. An hoc sacrificium Eucharisticum sit eiusdem valoris cum sacrificio crucis, & ultime Christi cena. 33.268.*
- Sacrificia violata non violantur Ecclesia. 33.342.*
- Sanguis non integrat essentialiter corpus humanum. 19.20.*
- Signum practicum & speculatorium discriminantur. 1.44.*
- Signum practicum gratia solus Deus instituere potest. 1.46.*
- Societas Iesu & Religiosi quomodo ex lege teneantur sacrificium offerre pro hereticorum conversione. 33.115.*
- Societas privilegium circa tempora celebrandi missam. 329.*
- Societas Provinciales habent privilegium depicandi per se ipsos oratoria ad dominum cultum in domibus nostris. 33.331.*
- Societas superiores possunt nostra loca sacra, si violata fuerint, reconciliare. 345. Societas Iesu ex privilegio sibi concessa in quibusdam locis potest consecrare altaria. 33.347.*
- Spirituale essentialiter dependere potest a corporeo. 5.159.*
- Status. Vide Pueri.*
- Status legis naturae, legis scriptae, Evangelij, gloria. 3.46.*
- Pro Status Innocentie de facto nullum sacram. institutum: In statu gloria nullum erit sacramentum. 3.1. Si Status Innocentie persenerat, potuisse habere sacram. 3.2. Nulla tamen de facto futura fuissent. 3.14. Si in statu innocentia omnes vellet omnes peccasset instituta fuissent in eo sacramenta. 30. Quo medio se liberassent a peccatis personalibus homines in statu pure Innocentia. 3.22.*
- Status Evangelij praestare, innocentia status in malitia. 3.35.*
- Si in statu Innocentia fuisset sacramentum Eucharistia, consequenter debuisse etiam fuisse sacram. Ordinis. 3.40.*
- In statu Innocentia futura fuissent sacrificia. 4.4. Cur in statu gloria nulla. 4.5. In lege naturae fuerant sacrificia. 3.55.*
- In lege naturae fuit aliquid remedium pro pauperum institutione a Deo institutum. 5.8. Nec prater hoc fuit aliud. 3.*
- III. Qualis fides Christi necessaria fuerit ad conficiendum hoc sacram. 3.76. Non iustificabatur ex opere operato. 3.87.*
- Sed concurrebat ad substitutionem tantum ut conditio. 3.91.*
- Status legis Euangelica melius pronatum est per baptismum, quam legi naturae per sacramentum illius status. 3.102.*
- Sacramentum legis naturae, nec sufficiens nec necessarium fuit pro adultis: ad delendum originale in adultis necessaria fuit dilectio Dei super omnia. 3.106. Potest esse naturale homini aliquid pro uno statu, & non pro altero. 20.10.*
- Subdiaconus non peccas de novo, administrando actus sui ordinis in peccato mortali. 9.8. Vide Ordines.*
- Subiectum; etiam ut primum potest sustentare accidentia, absque eo quod illa in eo inherent. 18.96.*
- An forma materialis subiectet sua accidentia tanquam subiectum privatum. 19.101.*
- Supernaturales actus exercere in peccato mortali, peccatum non est. 9.9. Solus Deus potest esse causa principalis effectus supernaturalis quoad modum. 18.150.*
- Differentia naturalis & supernaturalis non desumitur per habitudinem ad agens. 21.42.*
- Substantia non subiectas accidentia media potentia aliquad se etiam metaphysicè distingue. 18.103.*
- Tonsura ad celebrandum an sub mortali requiratur. 33.380.*
- Transubstantiationis est species conversionis. 18.2.*
- Vide Conuersio.*
- Trinitatis SS. naturale signum nullus est character. 7.67.*
- Vestes, Vinum, &c.*
- Sacrarum vestium usus quam antiquus; ex qua materia debent esse. 33.371. Cuius coloris. 372. An in aliquo casu sunt illis celebrare liceat. 33.373.*
- Quis eas benedicere possit. 374. Quando amittant benedictionem. 377. Unquam licet eas ad profanos usus transferre, sicut & omnia alia que sancte diuino cultus dicata fuerant. 33.378.*
- An vinum habeat vim convertendi in se aquam. 16.72.*
- In calice oportet miscere vino aquam pro sacrificio Missae, nec sufficit miscere solum in ipso dolio. 16.49.*
- Virtus.*
- Virtus creata, implicat que per modum instrumenti concren- talis sit productiva effectus supernaturalis quoad modum. 5.98.*
- Virtus productiva effectus supernaturalis quoad essentiam inherens creaturis in modis casibus offendetur repugnare principiis Thomist. qui eam adstrinunt. 5.103.*
- Vita. Vitalis.*
- Potest ens non vitale elemari ad producendum in se aliquem effectum via vegetantis. 6.38. Implicat ens non sensitum elemari ad exercendum actum materialem vita sentientis. 6.39.*
- Nec potest ens non cognitum assumi ad exercendum actum appetitus vita cognoscens. 6.45.*
- Implicat vitam intellectuam, non autem sensitivam exercere actum vita vegetantis. 6.48.*
- Implicat intellectuam exercere actum vita sentientis. 6.50.*
- Quotupliciter accipiatur nomen vitalis operationis. 6.37.*
- Vnctio extrema cur nequeat ex commissione Sacerdotis misstrari a Diacono. 31.18.*
- Vnionis vi ubicumque ponitur unum unitum, poni etiam alterum, quomodo verum sit? 19.21.*
- Voluntas virtualis, alia est formaliter talis, alia interpretatione. 25.13.*

Omnia ad maiorem Dei gloriam.

E I N I S.









